

GRAMMATICA CELTICA.

E MONUMENTIS VETUSTIS

TAM HIBERNICAE LINGUAE

QUAM BRITANNICAE

DIALECTI CAMBRICAE CORNICAE ARMORICAE

NEC NON E GALLICAE PRISCAE RELIQUIIS

CONSTRUXIT

J. C. ZEUSS

PHILOS. DR. HISTOR. PROF.


VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE

APUD WEIDMANNOS.

MDCCCLIII.





PRAEFATIO.

Linguae, quae inter cognatas linguas ab India per Asiam et Europam dilatatas extrema est in occidente, naturam, varietatem formasque e fundamento monumentorum exstantium vetustorum exponere aggredior. Opera perscrutandae indicae, extremae ejusdem familiae in Asia, qua plurimum lucis linguarum affinium omnium scientiae addiderunt viri docti, si magni semper habenda est, non parvi etiam erit aestimanda opera ea, qua fiat facultas inspiciendi leges linguae nationis fractae illius quidem jam dudum, sed latissime quondam per Europam patentis, cujus linguae rudera ideo non rara sunt jam a vetustis temporibus, atque hodie quoque exstant in aliis recentioribus linguis. Qua opera etiam substruetur fundamentum vocabulorum moli recenti vel adhuc superstiti ejus gentis in linguis hodiernis, hibernica, gaelica, cambrica, armorica.

In linguas nationum majorum vicinarum, germanicae et slavicae, jam inquisitum esse perscrutato eodem fundamento historico monumentorum, nemini gnaro eruditorum recentioris aetatis laborum ignotum est. Nostrae hujus extremae in occidente linguae monumenta vetusta scripta a viris indigenis, ratione non habita nominum servatorum a scriptoribus vetustioribus, graecis et latinis, aetatem quidem non attingunt monumentorum germanicae

linguae, incipientium a saeculo quarto, superant tamen haud dubie aetatem monumentorum slavicae linguae. Ejusmodi ex monumentis exstructum est hoc opus.

Ut linguae nationum frequentium et late patentium variant formationibus et dialectis, ita etiam lingua celtica, ut communiter dicitur extrema haec in occidente, varietatem suam explicuit jam ab antiquis temporibus. Quae varietas cognita est jam Caesari dicenti (B. gall. 1, 1), Belgas, Aquitanos, Celtas vel Gallos lingua, institutis, legibus inter se differre, et melius Straboni (lib. 4, p. 176), qui Aquitanos omnino diversos a Gallis et adnumerandos Iberibus, Gallos autem ipsos paulum lingua differre (*μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις*) affirmat. Cui si additur, quod asserit Tacitus (Agric. 11), Gallorum et Britannorum sermonem haud multum diversum, statuemus, dialectorum varietatem aliquam exstitisse quidem in lingua Celtarum (Gallorum ab occidentali Sequana et Matrona), Belgarum (ab oriente eorundem fluminum) et Britannorum, non tamen tantam, ut inter hos populos sermonis commercium esse non potuerit. Ex ea aetate servata esse nomina gallica, belgica, britannica virorum, oppidorum, fluviorum, plantarum et pauca etiam vocabula a scriptoribus graecis et latinis, nemini vetustatis gnaro incognitum est. Ex iis varietatem linguae deprehendi posse nemo sperabit.

Varietatem longe majorem monumenta scripta ab indigenis totius gentis, a viris non solum britannicis sed etiam hibernicis, comprobant inde a saeculo octavo vel nono. Libri britannici, tam cambrici quam armorici, jam eo tempore in sonis, qui congruunt cum sonis nominum britannicorum vetustiorum et gallicorum, atque in formis grammaticis tantam differentiam prae se ferunt a sonis et formis scriptorum hibernicorum ejusdem temporis, ut nullo modo statui possit inter Britan-

nos et Hibernos linguae commercium ea aetate, nec ergo etiam aetate multo vetustiore, quamvis utramque dialectum vel linguam (hac voce enim utar consulto ob hanc diversitatem) ex uno fonte ortam esse clare pateat. Poterit affirmari major differentia inter linguam hibernicam et britannicam, quam inter scandicam vetustam vel islandicam et ceteras germanicas dialectos, vix tamen tanta quanta obtinet inter linguam lituanicam vel prussicam vetustam et slavicam.

Gallicam autem linguam priscam, quae post interitum imperii Romanorum et invasionem Francorum sensim cessit novae romanicae ortae in regionibus gallicis, si non fuit eadem cum britannica, huic tamen viciniorem fuisse, quam hibernicae, haec praesertim ostendunt:

1. Congruentia sonorum quorundam, quibus differt hibernica, e. gr. in nominibus gallicis Litana, Litavicus, quae sunt adhuc britannice adj. *litan*, subst. *litau*, sed hibernice *lethan*, *letha*, quae inprimis animadvertitur in vocibus gallicis et britannicis, e. gr. in Petuaria, petorritum, pempedula, Penninus deus, Penninum jugum, Epona, Eporedici, Epomanduodurum, convenientibus cum cambricis *petuar* (quatuor), *pimp* (quinque), *penn* (caput), *ep* in deriv. *epaul*, *ebaul* (pullus), dum hibernice est *c*, *ch* pro *p* in iisdem, ut *cethir* (quatuor), *cóic* (quinque), *cenn* (caput), *ech* (equus). Non concedo differentiam gallicae linguae a britannica et congruentiam cum hibernica in particula *su*- in compositis Suessiones, Suanetes, cum eadem vox sit hibernice *su*-, *so*-, britannice autem *ho*-, *he*-, *hy*-. Hanc enim *h* pro *s* esse serioris originis atque *s* primitivam obtinuisse apud Britannos adhuc Romanorum aetate, docet nomen fluvii *Sabrina*, quod posteriores Britanni et hodierni proferunt *Hafren* (p. 144), ut nomen populi brit. *Σελγοοῦαι* apud Ptol. servat etiam *s* pro *h* hodierni subst. brit. *hel*, *helg* (hibern. *selg*, ve-

natio). Vetustissima autem est haud dubie differentia sonorum *p* et *c*, et obtinet in diversis linguis antiquitus, e. gr. in lat. *quatuor*, lituan. *keturas*, et germ. *fidvor* (= *petuar*), lat. *quinque* (= *cince*), hibern. *cóic*, et germ. *fimf* (= *pimp*.).

2. Sonorum eadem progressio in lingua britannica atque in gallica etiam romanica, operante amplius linguae gallicae ingenio, quam progressionem nescit lingua hibernica, e. gr. transeuntem *v* vel *w* in *gu*, *gw* britannice et in vocibus gallicis romanicis, quae hibernice fit *f*, item praemissam cambrice *i*, *y*, *e*, ut *e* gallice ante conjunctas *sp*, *st*, *sc*. Destitutio mediarum, excussa praesertim *g*, in Galliae romanicis monumentis medii aevi aeque vetusta est atque in britannicis, tenuium adeo destitutionis exempla romanica gallica vetustiora sunt quam britannica. Prolata haec videsis in mediis et tenuibus britannicis (p. 166. 167. 185. 186).

3. Terminationes quaedam propriae linguae britannicae, et quas ignorat hibernica, apparentes in vocibus gallicis vetustis, e. gr. *-en* vel *-on* nota singularitatis in nominibus plantarum *γελασονέν*, *σκοβιήν*, titumen, betilolen (p. 301), et in nomine loci gallici Aballon (Aballone abl. in Itin., cambr. vet. *aballen*, *auallen*, hod. *afallen*, malus, arbor, p. 788), *-et* terminatio numeri pluralis (p. 297. 299) in nomine germanico ex ore gallico audito a Caesare Usipetes, quod aliis scriptoribus sine terminatione gallica est Usipi, Usipii, eodem modo ut apud Plinium (3, 20) sunt juxta Sarunetes etiam Vennonetes, qui Ptolemaeo vocantur *Οὐέννονες*.

4. Voces quaedam in nominibus gallicis vetustis et britannicis, quae desunt in hibernica lingua. Prae aliis nominanda est particula inseparabilis *gwer-*, *gur-*, *gor-* usitata etiam in hodierna lingua cambrica, frequens in nominibus propriis virorum compositis britannicis medii

aevi, cambricis et armoricis, ut in nominibus vetustis gallicis et britannicis, e. gr. Vercingetorix, vertragus, Vernemetum, Vertigernus etc. (cf. p. 151. 153 et 829), cujus particulae intensivae in lingua hibernica nullum vestigium mihi obvium est. Porro aliae quaedam voces: *anau* (cambr. hod. *anaw* masc., forma, harmonia, poësis), quae obvia est in nominibus frequentibus virorum vel feminarum cambricis et armoricis libri Landavensis vel chartularii Rhedonensis compositis, ut *Anaugen, Anauued, Anauweten, Anauworet, Rianau, Dreanau, Balanau* etc. (p. 150. 153), quae obvia est etiam tam derivata quam nuda item in nominibus cambr. *Anauoc* Lib. Land. 156, armor. *Anau* Rhed. 1, 48. D. Mor. 272, quae vox jam apparet item nuda in nomine oppidi ad Danubium *Ἄναυον* (ultimi Germaniae circa fines Pannoniae, ubi sine dubio gallici populi consederant) apud Ptolemaeum, et in nomine feminae Anauonia in inscriptione apud Stein. 985, derivato ut alia nomina propria in -onius, onia (p. 736). Frequens est etiam vocabulum *cun* in nominibus britannicis Cunobilinus, Cunotamus, Cunomaglus, Maglocunus, ut in gallicis *Ἀρκύνια ὄρη* ap. Aristot., Hercynia silva, Hercuniates (populus Pannoniae) ap. Plin. (de quibus videsis p. 109. 121); haud dubie non differt cambr. hod. *cwn* (summitas, altitudo, in compositis adj. altus), ex quo compos. et deriv. *erchyniad* (elevatio) et deriv. *cwnwg* (summitas, culmen). Hibern. vet. *cnocc* (gl. gibber, gl. ulcus) Sg. 22[a]. 23[b]. Pr. Cr. 9[a] eodem modo ad brit. *cunuc* referendum est, ut hibern. *gníu, dogníu* (facio) ad cambr. hod. *gwna, gwneuthur*, et fere videtur transsumtum, cum non ex aliis hibernicis vocibus cognita sit eadem radix et servetur *c* dura finalis, ut in *sebocc* (gl. capus) Sg. 105[b], cujus forma eadem deprehenditur, non *seboch* secundum regulam juxta cambr. vet. *hebauc* p. 816), hod. *hebog*. Caratacus nomen viri gallicum

in inscriptione obvium (ap. Grut. 902, 5) in eadem pene forma est nomen viri britannicum vulgatissimum, in vetustiore *Caratauc*, in recentiore *Caradoc, Caradog,* dum nonnisi semel mihi occurrit hibernicum *Carthach* (p. 83).

Duae sunt itaque varietates celticae linguae praecipuae. Est una hibernica, ex qua propagatae sunt linguae adhuc exstantes hujus generis, in Hibernia ipsa hibernica hodierna, et in Britannia in montibus, quos dicunt scoticos, gaelica (i. e. gaedelica,* ut Hiberni

---

* Tres filii Usnechi in vetusta hibernica narratione de eorum interitu dicuntur *trí coinnle gaisged nan gaedal* (tria lumina valoris Gaedalorum) ed. O'Flan. p. 20. 78. In ea narratione scriptio *ae* obtinet non solum pro vetustiore *ái*, e. gr. in *aes* (aetas, vet. *áis, áes*, interdum *óes*), sed etiam pro *ói*, e. gr. in *aen* (unus, vet. *óen, óin*, nunquam *áen*), ita ut colligi possit vetustior forma nominis aut *gáidal* aut *góidal*. Utraque scriptio alternat in Annal. Inisfal. ap. O'Con. 2, 50. 51: *fir nerend eter gullu* 7 *gaedelu, fir nerend eter gullu* 7 *goedelu* (viri Hiberniae tam alienigenae quam Gaedeli), et p. 75: *Murchad ri gall* 7 *goedel in Athcliath* (M. rex alienigenarum et Gaedelorum Dublinii). Item jam in vetustioribus codicibus, in Gloss. Corm. et Leab. Br.: *do gaedelu, o goedelu* (*-u* pro *-ib?*) ap. O'Donov. p. 123. 219. Sed *ai* scriptio occurrit apud Giraldum Cambrensem (ap. Camd. p. 737): "dicti sunt *Gaideli*, dicti sunt et Scoti", "hibernica lingua quae et *Gaidelach* dicitur". Ex *ae* illa scriptione jam recentiore facta hodierna *ao* vel *aoi*, ut in *aon* (unus), *aois* (aetas), apparet in hod. *gaoidheal* (Hibernus), *gaoidhilg* (lingua hibernica). Peculiaris est forma obvia in Ann. IV. magistr.: *gaoind* 7 *goill* (Gaideli et alienigenae) O'Con. 3, 761, gen. *nan gaoind* 754. 824, dat. *gaoindaibh* 348. 809, et ita in aliis quibusdam locis, dum in aliis iterum solita forma obtinet. In hymno in S. Patricium Hiberniae incolae significantur adhuc Scotorum nomine: *pridchis do scotuib* (praedicavit Scotis) dist. 18, cum *t* servata ob duplicem pronuntiationem, ut in *crot, crottichther* (cithara, citharizatur, p. 77), plur. *cruitedha* (crottae, harpae) Deirdr. p. 16. Si confertur cambr. *ysgwth* (p. 174) et hibern. *gaoth* (impetus?), quod supponitur in Cormaci gloss. sub v. *gaodheal* ap. O'R., et a quo vix differt subst. vet. *gáid, gáith* (ventus, p. 316), utriusque nominis significatio eadem videtur fuisse, i. e. inquieti, impetuosi (cf. nomina populorum gallica Gabali = *gafal*, ap. Corm. synon. cum *gaodheal*, et Cavares, cambr. *cawr*, gigas). Etiam tertium nomen vetustum gentis hibernicae *Feni*, e quo Phaenius, Fenisius, vetustus heros, ortum sumsit, et vetusta lingua dialectus feniana vel phaeniana dicebatur, legitur in hymno in S. Patricium, dist. 20: *pridchis tri fichte bliadna croich crist dothuathib fene.* "Praedicavit, Patricius, ter viginti annos crucem Christi populis Feniorum." Duo haec nomina gentis obsolescentia in Hibernia, dum perman-

ipsi suam linguam appellant, media excussa), quae quamvis tuta in altis alpibus vetustiora monumenta non servavit, attamen in vetusta hibernica fundamentum habet. Altera est britannica lingua, cui proximam gallicam priscam fuisse demonstratum est, et a qua propagatae sunt cambrica, cornica, armorica, quae omnes possident monumenta plus vel minus vetusta, vivae et hodie in ore populi, scriptis et carminibus, excepta cornica, quae jam praeterlapso saeculo etiam in vicis regionis Cornubiae audiri desiit.*

Harum linguarum, ut exstant hodie, unaquaeque suos cultores et descriptores invenit, qui interdum etiam vetustiorum monumentorum rationem habuerunt. Hibernica e. gr., post Mac Curtin ("The elements of the irish language. Lovain 1728"), O'Brien ("A practical grammar of the irish language. Dublin 1809") aliosque, praecipuum O'Donovanum, cujus liber inscriptus est: "A grammar of the irish language, published for the use of the senior classes in the college of St. Columba. Dublin 1845." Vocabulorum ejus linguae non solum hodiernae copiam sed etiam saepius e vetustis monumentis collectam offert lexicon: "An irish-english dictionary. To which is annexed a compendious irish grammar. By Edward O'Reilly. Dublin 1821."

---

sit illud primum, occurrunt in codice hibernico Stow. 4. ap. O'Con. 1, Proleg. II, p. XCVI in dictionibus repetitis *clan na Scot*, *clann na Fened* (filii Scotorum, Venedorum), quibus primi in Hibernia advenae significantur. Haec forma *Fened* si recta est (alias *Fene*, *Feine* legitur duntaxat), cum cambr. *Gwynedd*, *Venedotia*, conferenda est.

* Jam per saeculum decimum septimum desiit esse communis lingua, usitata tantum in paucis quibusdam et remotis locis. Dicitur tamen hujus populi ultima cornicae linguae gnara *Dolly Pentreath*, Dorothea P., quae obiit a. 1778 nata annos 102 (Cf. libros inscriptos: "Specimens of cornish provincial dialect, by Uncle Jan Treenoodle. Lond. 1846", p. 1–4, et "The Circle or historical survey of sixty parishes and towns in Cornwall. Helston 1819", p. 195).

Gaelicae linguae praestantius ejusmodi opus est hocce: "Dictionarium scoto-celticum: A dictionary of the gaelic language. Compiled and published under the direction of the Highland society of Scotland. In two volumes. Gaelic, english and latin. Edinburgh 1828." Praemissa est priori parti epitome grammaticae Stewarti, cujus secunda editio prodiit sub titulo: "Elements of gaelic grammar. Edinb. 1812." Amplum etiam opus eandem linguam tractans est: "A gaelic dictionary, in two parts: I. Gaelic and english, II. English and gaelic. To which is prefixed a new gaelic grammar. By R. A. Armstrong. London 1825," compendiosius hoc: "A dictionary of the gaelic language in two parts, I. Gaelic and english, II. English and gaelic. By Norman Macleod and Daniel Dewar. London 1845." Gaelicae propior sed magis corrupta quam ea et hibernica est dialectus insulae Monae, quam ostendit liber nunc rarus: "A practical grammar of the ancient Gaelic or language of the isle of Man, usually called Manks. By John Kelly. London 1803."

Cambrica lingua hodierna primum lexicographum et grammaticum habuit Davies, e Venedotia oriundum, cujus lexicon inscriptum est: "Antiquae linguae britannicae dictionarium duplex. Londinii 1632." Grammatica, in hoc opere saepius memorata, quae primum prodiit a. 1621, typis iterum impressa est Oxoniae a. 1809, inscripta: "Antiquae linguae britannicae, nunc communiter dictae cambrobritannicae, a suis cymraecae vel cambricae, ab aliis wallicae, rudimenta." Antiquam linguam existimavit, sed antiquas formas linguae minus curavit. Vetustorum monumentorum diligentior investigator primus exstitit Llwydius, e Cardiganiana Cambriae regione oriundus, qui operis sui inscripti "Archaeologia britannica" parte tantum expleta immatura morte (a. 1709) obiit. Hoc denique sae-

culo praeminet lexici et grammatices auctor W. Owen, cujus opera prodierunt primum a. 1803 Londinii: "A grammar of the welsh language", "A dictionary of the welsh language". Recentior editio "A dictionary of the welsh language. The second edition by W. Owen Pughe. Denbigh 1832" pro *z* et *v* prioris solitam scriptionem *dd* et *f* reduxit. Novissimum opus: "A dictionary of the welsh language. To which is prefixed a grammar of the welsh language. By William Spurrell, Carmarthen 1848" compendiosius est, quod comitem aliquantum ampliorem et majoris aestimandam habet partem anglico-cambricam: "An english-welsh pronouncing dictionary. Carmarthen 1850."

Formas linguae cornicae emorientis proponit opus inscriptum: "Archaeologia cornu-britannica, or an Essay to preserve the ancient cornish language, containing the rudiments of that dialect in a cornish grammar and cornish-english vocabulary. By William Pryce, M. D. of Redruth, Cornwall. Sherborne 1790."

Armorica lingua hodierna post Lepelleterii studia, cujus opus inscriptum est: "Dictionnaire de la langue bretonne, par Dom Louis Le Pelletier, religieux Bénédictin. Paris 1752", cultorem praecipuum invenit Legonidecum. Operum ejus editio novissima haec est: "Dictionnaire français-breton de Le Gonidec, enrichi d'additions et d'un essai sur l'histoire de la langue bretonne. Par Th. Hersart de la Villemarqué. Saint-Brieuc 1847", et "Dictionnaire breton-français de Le Gonidec, précédé de sa grammaire bretonne, et enrichi d'un avant-propos, d'additions et de mots gallois et gaëls correspondants au Breton. Par Th. Hersart de la Villemarqué. Saint-Brieuc 1850." Citatur in nostro opere aliquoties grammatica ejusdem linguae, quae prodiit Pragae 1800 sub titulo: "Grammatica latino-celtica, doctis

ac scientiarum appetentibus viris composita ab Alano Dumoulin presbytero."

Hibernica lingua, extrema et ultima omnium linguarum Europae et Asiae a primordio affinium, ut Thule insula est ultima Europae,* in inquisitionibus hujus operis, quae id quaerunt praesertim, quae fuerint primitivae et communes celticae formae et quomodo ex eis prodierit recentior varietas, primum locum sibi vindicat primamque diligentiam, non solum ob majorem formarum ubertatem linguae ipsius, sed etiam ob copiosiora monumenta servata in codicibus vetustis hibernicis, a quibus longe superantur tam numero quam contentorum copia britannici codices ejusdem aetatis vel potius cambrici, qui scilicet soli aetatem hibernicorum attingunt. Hos ergo codices, ex quibus hic liber crevit, hibernicos et britannicos, et horum cambricos tam vetustos quam cum cornicis et armoricis recentiores, singulos producere et describere (omissis tamen, quae nos minus tangunt, e. gr. forma, quae major est fere in omnibus, habitu externo etc.) praecipuum hujus prooemii argumentum est.

---

* Etiam ultimam Thulen saeculo adhuc nono usque ad occupationem Nordmannorum habitatam fuisse ab Hibernis, docet *Ari Fródi*, historicus Islandiae, in libro suo inscripto *Islendíngabók*, c. 1: *Island bygdhisk fyrst úr Norvegi á dögum Haralds ens Hárfagra*, . . 8 *hundrudh ok* 70 *vetrum eptir burdh Krists*. . . . *Thá voru hèr menn kristnir, their er Nordhmenn kalla papa, en their fóru sídhan á braut, af thví at their vildu eigi vesa hèr vidh heidhna menn, ok lètu eptir bœkr irskar ok biöllur ok bagla. Af thví mátti skilja at their voru menn irskir* (Islandia inculta est primum ex Norvegia diebus Haraldi Harfagri, annis 870 praeterlapsis post Christum natum. Fuerunt ibi viri christiani, quos Nordmanni dicunt papas [presbyteros], et hi abierunt inde, quia noluerunt manere ibi cum viris paganis, et reliquerunt libros hibernicos et tintinnabula et virgas episcopales, unde poterit colligi quod ipsi fuerunt viri hibernici). Dignus est qui notetur ad haec locus Plinii (4, 16): "sunt qui et alias insulas prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos, maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen navigetur". Equidem ut *Bergion* etiam *Nerigon*, ortum corruptione ex eodem, nomen vetustum Hiberniae, et ut *Albion* ab incolis ipsis insularum britannicarum profectum conjeci in libro meo de Germanis gentibusque vicinis (p. 194. 195).

CODICES HIBERNICI.

Hibernici codices vetustae linguae monumenta servantes in copiosis praesertim glossis, interlinearibus plurimum, saepius etiam marginalibus, in terra continente exstant plures a monachis scripti Hibernis vel, ut tum temporis dicebantur, Scotis, jam a saeculo sexto per Europam continentem ad propagandam fidem christianam dispersis. Codices servati aevo Carlingico orti sunt, aut allati ex Hibernia, aut etiam scripti in monasteriis terrae continentis a monachis ejus gentis literis hibernicis, quae alias dicuntur etiam anglosaxonicae. Qui in manibus meis fuerunt, servati in continente, hi sunt.

1. Codex Prisciani Sancti Galli (n. 904, in hoc opere designatus Sg.), magnam glossarum molem praebens, quibus refertus est ab initio usque ad paginae 222 columnam secundam (222[b]), vel usque ad finem libri decimi quarti Prisciani, a qua usque ad ultimam paginam 249 rariores fiunt glossae. Discerni in hoc codice possunt tres glossatorum manus, una generalis per totum codicem, diligens et clara, in paucis tantum columnis locum praebens alteri manui (in 65[b]. 66[a]. 66[b]. 67[a]. 67[b]); tertia manus hic vel illic per codicem quasdam adspersit glossulas.

Glossae ut in aliis codicibus sunt aut interlineares aut marginales Marginalium notatu dignae sunt quaedam tam latinae quam hibernicae, quae non ad textum Prisciani pertinent, sed varias res de scriptione codicis, tem porevel aliis, quae scriptori in mentem veniunt, notant, e. gr. latinae quaedam, 157[a]: *hvcvsq. caluus patricii depinxit.** 209[b]. 210[a]: *svde qui legat* (sic) *difficilis est ista*

---

* Sequitur inde alia manus textus (non glossarum, in quibus pergit generalis manus) usque ad 191[b], ubi suprascribitur supra paginam *donngus*, quod nomen *dongus* legitur etiam in 207[a], scriptoris, ut videtur, ut *Calvus*

pagina. 212[b] : *tertia hora.* 228[b] : *tempus est prandii.* In pluribus locis occurrunt invocationes dei, Christi vel sanctorum hibernicorum: *auctor adiuua lucis æternæ* 208. *sca. trini.* 177. *faue xpe. adiuua xpe.* 231. 241. *in noe. almi pi.* (utraque litera cum linea perducta vel supraducta, *patricii*) 218. *pe. adiuua. faue pe.* (utraque litera cum linea) 174. 181. *sca. brigita adiuua scriptorem istius artis* 192. *sca. brigita ora pro nobis* 184. *faue brigita* 191[a]. *brigita adiuua* 206[b]. *in noe. sci. diormitii* 221. *scs. diormitius oret pro nobis* 222.

Inter glossas ejusmodi marginales hibernicas praecipue notandae sunt sequentes factae scriptura ogamica: *fel martaen* (festum Martini) 70. *cocart* (corrige!) 193[a]. 194[b]. *cocart inso* (corrige hoc! cf. Sg. 90[a]: *ol ascocarti,* gl. quod sit emendandum) 196[a]. *latheirt* (eadem glossa etiam 189[a] latinis literis scripta, significans, ut videtur, apud tertiam, idem quod glossa latina 212[b] *tertia hora*) 204[b] In paginae 170 margine superiore scripturae ogamicae pars decisa est a bibliopego. Figurae ergo vel potius lineae ogamicae, non diversae ab iis quae notantur a grammaticis hibernicis, e. gr. ap. O'Donov. introd.

Patricii. Est enim hoc nomen latine redditum hibern. *Máelpátric,* conveniens monacho, ut in his marginalibus etiam obvium *Máelbrigte*, i. e. Calvus Brigitae, e *brigte* gen. a *brigit*, et *máel*, *moel*, hod. *maol*, calvus (cf. tamen cambr. *mail,* servus, p. 121). Occurrunt haec nomina, usitata virorum apud Hibernos, in scriptoribus editis ab O'Con.: *Maelpatraic* 3, 421. *Maolpadraicc* 3, 363. 393. *Mælbrigte* 1, Proleg. II, p. CXLIII. *Maoilbriccde* 3, 394. Fuit *Moelbrigte* etiam nomen hibernicum Mariani Scoti inclusi, ut patet ex primis literis singularum vocum versuum, quibus chronicon suum finivit, collectis (Pertz. 7, p. 484 not. 19, et p. 560): *Moelbrigte clausenair romtinol* (M. inclusus me collegit), et ex adnotationibus duabus in ejus codice, quibus scriptor ejus Scotus eum alloquitur: *a mélbrigte clúsenair* (o M. incluse!), quae integrae mox infra proferentur. Composita cum *mail, mael, moel, moil* nomina virorum sunt praeterea plurima, e. gr. inter nomina regum hibernicorum ejusdem codicis (ap. Pertz. p. 556) *Túathal Mailgarb, Maelsechnaell, Flann mac Moilsechnaill*, vel in aliis locis (p. 556. 558. 560) *Moelcoluim, Murchad oa Moelnambo,* aliaque etiam apud O'Con. obvia.

XLVII, in usu jam in hoc vetusto codice, quidni etiam inde a longinquis temporibus?

Marginalia porro hibernica latinis literis exarata: *isdorchæ dom* (est obscurum mihi) 165. *uit mochrob* (vae manus mea!) 176^{b}. *uch mochliab anóib ingen* (vae pectus meum, o sacra virgo!) 211^{a}. *ní ærmall roscríbad inletráimso. ní m̄all* (non adeo tarde, non lente, scriptum) 195^{b}. 199^{a}. *isgann inmemr et ascribend. membrum naue droch dub ó ní epur na haill. isgann membrum. istana andub* (notata de membrana, atramento) 195^{a}. 217. 228. 248^{b}. *bendacht for anm̄ain ferguso amen. mar uar dom* (*Fergus* nomen viri, monachi, ut videtur, defuncti) 114. Minus perspicua quaedam: *daman śíanach* 52. *Tiach didiv mad ferr lat* .ı. *d. o. o* 210. *inmaith ... cobthach* 219^{a}. 219^{b}. *grácad* 213. 223. 247. *gracad* 220. *mochoe nóindrommo* 226. *satharnn samchasc* (sabbatum paschatis?) 233.

Glossa marginalis prae ceteris memoranda est haec: *do inis maddoc dv́n* .ı. *meisse* 7 *choirbbre* (ad insulam Matoci? concharum? nos, ego et C.) 194^{a}.*

Versus hibernici in quibusdam locis in margine codicis scripti in capite de constructione poëtica memorantur (p. 928. 929). Omnia haec in Hibernia, ex qua

---

* In fine sententiae *dv́n*, *dún* significat *nos* (p. 892); scriptio *maddoc* est pro *matoc* (p. 81). *Matoc* autem vel *Matauc*, hod. *Madawg*, *Madog*, est nomen viri cambricum frequens (p. 111), et de Madoco filio Oweni principis Venedotiae vel Cambriae septentrionalis exstant relationes historicae cambricae, eum belli civilis causa patria relicta cum suis mari occidentali transnavigato in novam terram, i. e. in Americam, pervenisse circa a. 1170 (Cf. Biographie universelle 26, p. 95. The Cambro-Briton, Lond. 1820, 1, p. 57 sq. 125. A. v. Humboldt, Kritische Untersuchungen 1, p. 388. Berghaus, Völker des Erdballs 1, p. 277. 278). Inde facile statui poterit fama inventae a Matoco Britone Americae, quae etiam a Nordmannis inventa dicebatur *insula Winland*, multo vetustior, jam cognita Scotis monachis. Atque jam inter socios Columbani memorat *Gurganum* Britonem Jonas Bobiensis. Attamen cum exstet subst. fem. hibern. hod. *maideog*, gael. *maideag*, *maighdeag*, concha Veneris, cui supponi possit vet. *matoc*, gen. *matuice*, an intelligendum *inis innammatoc*, concharum insula? Sed quaenam insula hoc nomine significata?

translatus fuerit codex in terram continentem tempore aliquo, in monasterio hibernico scripta fuisse praeter nomina obvia virorum aequalium nonnisi hibernica, *Fergus, Dongus, Coirbbre, Calvus Patricii* (*Máelpátric*), indicare videtur glossa etiam marginalis haec paulum mutila 203[a]: *:::aithas patric 7 brig. ar máelbrigtæ namba olcc amenma frimm ::::scribund roscribad indulso** (leg. *maithas, arscribund?* bonitas Patricii et Brigitae in Maelbrigtum, ne sit malus ejus animus mihi propter scripturam qua scriptum est hoc opus), in qua nomen *Máelbrigte* haberi possit nomen abbatis monasterii vel praepositi scribendis libris.

Sed debet quaeri certe, an non ortus esse possit codex in monasterio S. Galli ipso vel in locis vicinis, in quibus monachi Scoti degebant. Ob nomina sanctorum et virorum hibernica duntaxat vix hoc concedi poterit de S. Galli monasterio vel de Rinaugia sive Augia minore (germ. Rheinau), ubi post Findanum circa a. 800 inclusum fuerint etiam alii Scoti, vel de Augia majore sive divite; ex hoc enim oriundus codex n. 4 etiam res germanicas prodit. Sed fuerunt etiam collegia cum habitatoribus Scotis, si non omnibus, tamen praevalentibus numero, ut Mons S. Victoris prope Feldkircham, junctus monasterio S. Galli, "quem montem, quo reliquiae et ecclesia sancti Victoris constructa esse dinoscitur, atque religioso quorundam Scotorum conventu incolitur, ad monasterium Sancti Galli jure proprietario" contulit Carolus Crassus a. 882 (Neugart n. 533). Tradit idem a. 885 "quasdam res in villa Raitinis ad venerabile S. Galli monasterium ea ratione, ut deinceps de ipsis rebus duodecim peregrini in monte S. Victoris procurentur" (Neug. n. 553; cf. Pertz. 2, 73).

---

* Subst. *dul*, creatura, res (p. 997, not.), hoc loco opus fortasse significans. Sed est hod. hibern. *dultaobh*, pagina, vix latus (*taobh* = *tóib*) operis, potius folii, ut videatur jungendum *dul* cum subst. *duile* (p. 45).

Coloniae monasterium Scotorum a. 975 demum sub abbate Minnborino incepit, ut narrat Marianus Scotus (Pertz. 7, 555); vetustissimus autem in regionibus Rhenanis ejusmodi conventus fuerit in insula Rheni ipsius dicta Honaugia, Hohenaugia, prope Argentoratum, circa a. 720 ab Adalberto Alsatiae duce fundatus, qui in vetustis ejus chartis servatis in codice scripto a. 1079 a Leone canonico Honaugiensi (editis ab J. Mabillon in Annal. ordinis S. Benedicti 2, 695 sq.) dicitur "monasterium Scotorum, ecclesia Scotorum." Est inter has una (p. 699. 700), qua Beatus ejusdem monasterii abbas plura donat "ad illum locum praedictum et ad pauperes et peregrinos gentis Scotorum".* Nominantur in fine praeter notarium Scoti, quorum dignitas episcopalis dicitur, exceptis abbate et uno presbytero, hi: "Ego *Wellimannus* rogatus scripsi et notavi diem et tempus et locum Haec charta in Maguntia civitate scripta XI. Kal. Julias anno X. regni domini nostri Caroli regis et imperatoris. † Signum Beati abbatis qui hanc chartam

* Marianus Scotus, qui vixit Coloniae, Fuldae et Magontiae, de se ipse dicit in chronico suo ad a. 1056 (Pertz. 7, 558): "Ego Marianus peregrinus factus pro regno coeleste patriam motuavi et in Colonia monachus effectus." Et scriptor codicis ejus (ibid. p. 481): *isí side cetna blia. tanaesa aalbain in peregrinitate mea* (est hic primus annus, postquam veni ex Albania in p. m.). Cum extra Scotorum conventus in singulis Germaniae monasteriis singuli Scoti etiam invenirentur, vere Gozbertus diaconus dicit (Pertz. 2, 30): "Scotis consuetudo peregrinandi paene in naturam conversa est." Atque Marianum abbatem Ratisbonensem "limina apostolorum Petri et Pauli Romae, gentis suae more, visere desiderasse", auctor Vitae ejus Hibernus narrat, et socium ejus Clementem Hierosolymis obiisse refert, traditque idem hanc peregrinationis usque ad Chioviam Russiae caput factae saeculo duodecimo ineunte historiolam: "Tum (abbate Domno) de fratribus monasterii Scotorum Ratisbonensis vir industrius et in rebus agendis eruditissimus, nomine Mauricius, solus cum solo puero comite per devia mundi ad regem Russiae perveniens ab eodem rege ac principibus urbis ditissimae Chios de ferrinis pellibus pretiosis valentibus centum marcas recepit, atque easdem vehiculis ferens cum negotiatoribus Ratisbonam pacifice pervenit, ex quarum pretio claustri aedificia, tectum quoque monasterii factum est."

fieri rogavit. † S. *Conigani* episcopi. † S. *Echoch* episcopi. † Signum *Suathar* epi. † Signum *Maucumgib* epi. † Signum *Canicomrihc* epi. † Signum *Doilgusso* epi. † Signum *Erdomnach* epi. † Signum *Hemeni* presbyteri." Pro *Doilgusso* legendum certe est *Dongusso*, gen. nominis obvii in codice Prisciani *Dongus*. Num etiam statuendum, pro *Maucumgib*, quod monstrum est falsa lectione ortum, nec hibernicum nec germanicum nomen, legendum esse *Mailbrigte*, nomen in eodem codice memoratum, et nomine *inis maddoc*, sive interpretatio insulae Matoci statuatur sive insulae concharum, joci causa a glossatore esse significatam insulam Rheni, in qua codex ipse ortus fuerit?

Monasterii Scotorum Honaugiensis praesides vetustiores primus Benedictus, constructor ejus, cujus hibernicum nomen fuit *Tubanus* (cf. hib. hod. *tubha*, calamus ?), secundus *Dubanus* (hibern. *Dubán*, Nigellus, ab adj. *dub*), in chartis episcopi etiam dicuntur, non tamen qui hos secuti sunt, Stephanus et Beatus (cf. Mabill. p. 59. 60). Fuerunt sane hi episcopi sine dioecesi, fortasse gradus paulo majoris quam presbyteri more hibernico (cf. Eckharti Franc. Or. 1, 273), et doctrina vel genere et opibus insigniores. Circa medium ejusdem saeculi, cujus initio data est allata charta, monasterium Sancti Galli, cum praeesset Grimoldus abbas una cum Hartmoto, Scotus *Marcus* cum sororis filio, cujus nomen erat *Moengal*, Roma rediens visitavit ibique mansit usque ad mortem. Qui dicitur item episcopus et dives fuit, cum comitatu, equis et mulis proficiscens. Addo librorum causa, quorum fit mentio, quae narrantur de abitu comitum ejus in Ratperti Casibus S. Galli (Pertz. 2, 78): "Equos et mulos episcopus tradidit, l i b r o s vero, aurum et pallia s i b i e t s a n c t o G a l l o r e t i n u i t, stola tandem indutus abeuntes benedixit. Multis autem lacrimis utrimque discessum

est. Remanserat episcopus cum nepote et paucis suae linguae apparitoribus".

Fit quidem mentio codicis Prisciani, qui in monasterio S. Galli scriptus fuerit, in codice monasterii ipsius enarrante libros saeculo nono in eodem exaratos (cod. S. Galli n. 267; cf. Ratperti Casus S. Galli ap. Pertz. 2, 91), inde a p. 25: "Hos libros p a t r a u i t grimoldus abba in monasterio sci. galli in diebus hludouuici regis germanie cum adiutorio hartmoti prepositi sui. per annos xxx et unum". Enumerantur deinceps libri, quos jussit scribi Grimoldus abbas, et inter hos p. 27: "Grammatica prisciani in uol. I." * Pergit idem codex p. 28: "Hos uero libros idem hartmotus post grimoldum abba constitutus sub hludouuico supradicto rege et filio eius karolo imperatore in diebus regiminis sui fecit conscribi." Sunt hi reges Ludovicus Germanicus (840—876) et Carolus Crassus imperator (876—887).

Attamen servantur hodie duo codices Prisciani in bibliotheca monasterii, in Catalogis librorum manuscriptorum, ed. ab Haenel. Lips. 1830, in col. 716 ita descripti:

"903. Grammatica Prisciani. Codex eximius ordinateque scriptus, qui saeculum IX. superare videtur. Pag. 1. imago sacerdotis missam legentis. Membr. fol."

"904. Grammatica Prisciani scottice scripta. Codex eximius ordinateque scriptus, qui ob notas interlineares et marginales idiomate et characteribus scotticis in

* Memorantur in eodem codice p. 22 (omisso nomine Prisciani) et in vetustiori "Breviario librorum de coenobio sci. Galli" (cod. S. Galli n. 728) p. 20: "Libri Prisciani de octo partibus XVI. Item eiusdem de constructione partium orationis libri II. Item ad simachum de figuris numerorum liber. haec omnia in uol. I", quaeritur num idem codex, an diversus, vetustior. Vix cogitandum de hoc nostro; nam inter libros, qui dicuntur "scottice scripti" in codice, non invenitur Priscianus.

Europa sine dubio celebre nomen obtinebit. Saec. VIII. membr. fol."

Quae e vetustis monasterii libris prolata sunt de uno codice Prisciani, cum non quadrent nisi in priorem, noster codex scoticus, hic saeculo octavo adjudicatus, ubi sit exaratus, quo tempore, quomodo viam invenerit in monasterium Sancti Galli, desunt certiora indicia praeter ea quae supra sunt memorata.

2. Codex Paulinus bibliothecae nunc universitatis Wirziburgensis (distinctus nota M. th. f. 12, mihi Wb.), quondam ecclesiae cathedralis, epistolas Paulinas continens, qui eandem glossarum copiam, immo majorem, quam codex Sg., offert. Quamvis volumen ejus est minus, sunt ampliores tamen glossae ipsae, ad instar commentarii continui textum comitantes et minus singulas voces singulis vocibus, quod frequentius fit in Sg., quam sensum et nexum textus Paulini sententiis hibernicis interpretantes. Sunt etiam aeque fere copiosae intermixtae glossae mere latinae. Refertus est codex ejusmodi glossis ab initio usque ad finem, ad folium antepenultimum vel ad columnam 34[a] (usque ad Hebr. 7, 9), a manu accurata et diligente, cujus ductus quamvis sunt tenuissimi, valde simul acuti et perspicui sunt, usque ad folium 32 et per ejus folii columnam quartam (32[d]), quam sequitur altera manus crassior et amplior in residuis columnis. Manus tertia etiam in hoc codice, ut in Sg., animadvertitur, quae hic illic per totum librum voculam hibernicam adscripsit. Atque hic codex is est, cujus meminit Eckhartus in Commentariis de rebus Franciae orientalis (1, 272. 452. 847), ex quo etiam quaedam excerpsit, sed falso passim. Nec mirum; magnum enim esset praedito oculis minus acutis, insuper ignaro linguae, minutissimas istas literas, pallidas saepius marginem versus, quarum quaedam (e. gr. *n*, *r*, *s*) sibi valde similes apparent, recte le-

gere et reddere. Specimen in appendice hujus operis hibernicas tantum glossas sistit, et non ad literas quidem (obtinet enim jam in his vetustis codicibus propria Hibernis orthographia* et a pura latina scriptione diver-

---

* Prodiisse eam proprietatem ex orthographia et pronuntiatione patriae linguae, jam indicant vocales productae accentu notatae praesertim vocum monosyllabarum et terminationum grammaticalium, frequentius dativi plur. in *-is*, tam pro *-is* quam pro *-iis*, genitivi sing. in *-us* aliarumque, e. gr. in Wb.: *tú ó homo* 29^{b}. *ó homo tú quis és* 4^{c}. *sé habent* 29^{a}. *síc offenderunt, síc ergo* 5^{a}. 5^{b}. *híc apparet* 30^{d}. *sicut fúr* 25^{b}. *alligabis ós* 29^{a}. *uerbís nostrís* 30^{d}. *uirís suís* 22^{c}. *filís* 16^{a}. *in alís linguís et alís labís* 12^{d}. *episcopatús tui* 30^{d}. *pacem habé* 31^{a}. Item *abít* (abiit) 30^{d}. *simulat sé certáre* 30^{d}. Frequentissima est confusio inter *s* et *ss* (cf. p. 61), ut sit *ss* pro *s*: *cessaris domus* Wb. 24^{b}. *primitius assiae* 7^{b}. *essaias* 5^{c}. 6^{b}. *ephessi* 20^{d}. *onessimus* 31^{d}. *heresses* 11^{d}. *inuissibilia* 26^{c}. *concissio* 23^{d}. *circumcissio* 20^{b}. *circumcissus* 23^{d}. *occassio* 17^{c}. 29^{b}. *depossitum* 29^{d}. *propossitum* 30^{c}. *essurit* 11^{d}. *ussus sum* 14^{c}. *lessimus* (laesimus) 16^{a}. Contra *s* pro *ss*: *colosenses*, *colosís* 26^{b}. 26^{c}. *socii pasionum* 14^{b}. *necesarii* 12^{a}. 12^{b}. *amisio, intermisio* 5^{b}. 25^{c}. *promisio* 16^{a}. 19^{c}. 20^{a}. *remisio* 16^{c}. Atque adeo cum accentu in Cr. 32^{b}: *uno ratione saltús amíso*. Legitur tamen etiam recta scriptio: *æclesiae asiae* Wb. 14^{a}. *circumcisio* 18^{d}. 31^{b}. *necessarius* 23^{d}. 31^{d}. *necessitas* 32^{a}. *intermissio* 29^{d}. Ita etiam aliae consonae, liquidae vel mutae, perperam geminatae: *ollim* Wb. 15^{a}. *intollerantia* 14^{b}. *querella* 24^{d}. 25^{a}. 25^{c}. *pænulla* 30^{d}. *current* (curent) 31^{d}. *aerrarius* 30^{c}. *auf-ferre* 29^{b}. *salutate appellen* 7^{b}. *appollo* 7^{d}. 8^{c}. 14^{a}. 31^{d}. *appollonius* Sg. 158^{b}. Contra: *aparuit* Wb. 31^{c}. *oportune inoportune* 30^{d}. Alternant *f* et *ph*: *philosofia* 27^{a}. *chirografum* 27^{a}. *propheta, profeta, profetare* sq.; *b* occurrit pro *v*: *oliba* (ita ter) 5^{b}. *abia* (avia) 29^{d}, sed etiam pro *p*: *babtizare, babtisma* 7^{d}. 21^{d}. *obtat* 30^{d}, ut *d* interdum pro *t*: *uelud* 32^{a}. *credenses* 31^{b}. Inter vocales *e* vel *i* et *o* vel *u* item frequens est alternatio. *E* pro *i*: *emitatores* Wb. 9^{a}. 11^{c}. *dedicisti, dediceris* 30^{c}. *relegio* 27^{a}. *dileges proximum* 20^{b}. *delegere, delegit, dilegite* 22^{c}. *neglegere* 28^{d}. *abstenete* 25^{c}. *euigelate* 15^{c}. *ancella* 26^{a}. *ingemescimus* 15^{c}. *I* pro *e*: *domus stifanæ* 14^{a}. *per alligoriam* 20^{a}. *accipistis* 9^{c}. 27^{a}. *perigrinamur* 15^{c}. *mercidem*, *mercide* 8^{c}. 10^{d}. 29^{a}. *fidilis* 9^{a}. 11^{b}. 27^{c}. *serui fidiles* 29^{b}. *domisticus* 26^{c}. *adoliscentia* 28^{d}. *O* pro *u*: *motare* (mutare) Sg. fq. *commonem, commonicatio* Wb. 31^{a}. 32^{a}. *luxoria* 22^{c}. 31^{b}. *iracondus* 31^{b}. *conrogatus* (corrugatus) Ml. *U* pro *o*: *diabulus* Wb. 22^{d}. 28^{b}. 29^{b}. *consulari, consulatio* fq. *A* pro aliis vocalibus assimilatione orta: *alaxander* Wb. 28^{a}. 30^{d}. *malafactor* 30^{d}. *aparatio* (apparitio) 31^{d}. *Ae*, *æ* et *e* unum sonum sistunt: *aedat, aedunt* 10^{c}. 11^{d}. *obaedite, obædite* 22^{c}. 22^{d}. 27^{c}. *increpa dura* 31^{b}. *troadae* (*-ade* abl.) 30^{d}. *aeclesia* 9^{a}. *æclesia* 12^{c}. 13^{a}. *eclesia* 9^{c}. *aepistola*, *æpistola*, *epistola* fq. *haebreus ex hæbreis* 23^{d}. *grecus*, *greci* 8^{a}. 19^{c}. *quero, querunt* 18^{c}. 23^{d}. *cessaris* 21^{b}. Pro *y* solita est *i*: *cimbalum* 12^{b}. *sira* 18^{d}. *scitha* 27^{b}. *ab ægipto per moysen* 32^{a}. *per moisen* 32^{d}. *giri* Cr. 18^{b}. *H* deest: *exibet* Camarac. *exortari* Wb. fq. *dignus abetus* (habitus) *est* Wb. 32^{d};

sitas eadem. quae in codice Mariani Scoti chronographi adhuc obvia describitur a Waitzio ap. Pertz. 7, 494), attamen ad voces textum Paulinum, qui minores, quam sunt solitae capitum, distinctiones habet, numeris in margine indicatas et aut ab una majori litera aut a duabus, rarius a tribus monogrammatis instar junctis, incipientes in codice, quas significavi typis semper duabus majoribus. Carent glossis, excepto uno vel altero loco, argumenta brevia epistolis praemissa, quae ostendunt in initio et fine praesertim, non semper in medio, propriam scripturam insignem apicibus literarum longe et curve productis, ut sit similitudo quaedam cum scriptura Merovingica.

Certi aliquid, quando Wirziburgum venerit hic codex, nec Eckhartus statuit in loco, ubi fusius disserit de eo (1, 452): "Sancte servatur in ecclesiae cathedralis thesauro sacro liber evangeliorum, quo S. Kilianus usus esse dicitur, venerandus sane ob summam antiquitatem. Saeculo enim septimo literis quadratis scriptus est, Pandectis Florentinis aetate par, si non superior... Libri

---

sed et saepius superflue adest: *abhominati* Wb. 31[b]. *honera, habundantia* Cam. *honus*, *hostium* Wb. 20[c]. 27[c]. *honessimus* 24. *usque ad hiliricum* (Illyr.) 6[c]. *habundare* fq. (contra *abunde, abundare* 13[b]. 25[a]. 31[d]). Inde scriptio constans *hís qui, hísdem uestigís* pro *iis qui, iisdem*. Praepositiones *ad, con, in* in compositione raro sequentibus consonis assimilatae inveniuntur. Sigla ɔ pro *con-* (vel *com-, co-?*), frequentior in glossis hibernicis, rarior est in textu latino: *ɔtumilís* (contumeliis) Wb. 20[c]. Inter scripturae compendia porro *p* cum linea supraducta est pro *prae, pre: p.dicauerim, p.sens* Wb. 13[a]. 17[a]. *interp.tetur* 12[c]; hibern. *p.cept, p.dchim* fq. semper reddidi *precept, predchim*. Pro *u* vocali lineola semicirculata superaddita supra consonam vel etiam vocalem frequenter obvia est in textu latino codicis Wb. In eodem punctum unum aut duo inter voces in media altitudine literarum sunt loco nostri commatis, duo puncta interdum loco puncti nostri in medio sermone. Finis majoris sententiae vel capitis uno puncto cum linea curva simili nostro commati interdum, saepius duobus punctis cum eadem linea (., vel ..,), vel duobus his signis junctis vel etiam pluribus punctis, significatur. In aliis codicibus etiam alia consociatio invenitur, ut :⌣ signum aut semel in fine positum, aut saepius, e. gr. ter, additis insuper tribus punctis :· nudis vel cum linea curva.

ceteri periere. Ego iis libenter adderem codicem epistolarum D. Pauli glossis hibernicis illustratarum, nisi ob scripturae ductus ille M. R. P. Montefalconio aliisque viris eruditis Parisinis mihique ipsi recentior et saeculi noni vel decimi videretur. Cum interim alium praeter S. Kilianum ac socios Hibernum Wirceburgi fuisse aut linguam illam ibi intellexisse nesciam, excerpta ex prioribus capitibus Epistolae ad Romanos addo, subjunctis hinc et inde quibusdam annotationibus meis, quae evincent glossas istas hibernicas esse."

Attamen fuerunt Wirziburgi etiam post S. Kilianum Hiberni. Fuerit ibi abbas Scotus saeculo undecimo, si fides habenda est Annalibus IV. magistr. ad a. 1085 ap. O'Con. 3, 648: *Gilla na naomh* Laighen, uasal eps. Glinnedalocha 7 cennmanach iar sin in Uairisburg, decc. vii Idus April.* ("Gildas-Sanctorum Lageniensis, venerabilis episcopus Glinndalochensis, et caput monachorum postea Herbipoli, obiit VIImo Id. April.", ut vertit O'Con.). Sed non dubium est, quin obtineat in hac notitia incertitudo ni temporis tamen loci, confusio nominum Wirziburg et Reganisburg, et significetur Marianus Scotus, qui Ratisbonae saeculo undecimo exeunte sub episcopo Ottone (qui praefuit ab a. 1060 usque ad a. 1089; Erfordiae etiam jam a. 1036 monasterium Sco-

* *Gilla-na-naomh*, vel *Gillananóeb*, quo significatur *servus sanctorum*, a *gilla*, hibern. hod. *giolla* (servus, = cambr. *Gildas*, p. 800?), nomen ut *Giolla-Padraice mc. Conghail* (G.-P., i. e. servus Patricii, filius C.), *Giolla-Cr. ua Maoilbeltaine* (G.-Cr., i. e. servus Christi, nepos M.) ap. O'Con. 3, 751. 802. Mire vertuntur haec nomina "Gildas Patricius f. C., Gildas Christianus O'M." ap. O'Con., cum sit significatio fere eadem, quae est nominum compositorum cum *mael-*, *maol-*, quae vox annon rectius jungatur cum cambr. *mail* e *magil* (p. 121), quam cum adj. *maol*, quaeri debet. Colligendum inde, *Gilla nanóeb* (an *-nóebe* sing. fem., sanctae virginis?) fuisse nomen hibernicum Mariani abbatis, ut fuit *Maelbrigte* Mariani inclusi, et Scotos loco peculiarium suorum hibernicorum nominum sibi latina vel biblica ascivisse in terra continente.

ctioris disciplinae viam ingrediens se includi*) ibidem fecit". De Lagenia patria et episcopatu Glendalochensi (cf. Boll. Febr. 2, 834. Jun. 1, 310; Duncalidoniensem monachum antea facit eum Dav. Camerarius, Boll. Febr. 2, 364) tacet idem monachus Ratisbonensis Hibernus. et Marianum ex aquilonaribus partibus Hiberniae oriundum dicit, oriundosque ex iisdem regionibus sex successores, septimum demum Domnum "a parte australis Hiberniae" ortum, post quem octavus Christianus ad patriam aggressus et inde regressus iterumque remeans in Hibernia mortuus est.

Wirziburgum ab hoc abbate Ratisbonensi Christiano in monasterium Scotorum ab episcopo Embrichone e primis fundamentis erectum a. 1134, ut indigenae referunt relationes (Gropp. Script. rer. Wirceburg. 1, 520), missus est primus abbas "cum aliquot fratribus" Macarius, qui auctori Vitae Mariani dicitur "in lege divina doctissimus atque diutinis liberalium artium studiis per totam Hiberniam celeberrimus". Post eum tertius abbas Scotorum Wirziburgensium Carus, Conradi regis capellanus, fundati Norimbergae Scotorum monasterii (quod hodie est gymnasium Aegidianum, a. 1526 a Melanchthone inauguratum) primus factus abbas, ibi Declanum,

---

* De ordine inclusorum pia tormenta Indorum superante monumentum vetustum memoratu et lectu certe dignum offert Raderus in Bavaria sancta 3, 115. Addenda sunt his, quae vetustus scriptor de Findano Scoto, qui dicitur "reclusus, in arctissimo loco inclusus" apud monasterium Rinaugiense circa a. 800 et de austero ejus vivendi modo narrat (Goldast. Script. rer. alam. 1, 205). Per 30 annos "spontanee clausus" Eusebius Scotus in monte S. Victoris vixit eodem saeculo exeunte (Pertz. 2, 73). Praecessit Marianum abbatem etiam Scotus Ratisbonae "in superiori monasterio reclusus" Murcheratus vel Muricherodachus (Boll. Febr. 2, 364. 368; hibern. *Muirchertach*), Fuldae Marianum chronographum Scotus inclusus Animcadus (hibern. *Animchath*), et Paderbronnae idem Marianus postea item inclusus visitavit sepulcrum Scoti Paterni inclusi, qui "ambiens martirium, in sua clausola" igne consumi se passus est (cf. Mariani ipsius chronicon ap. Pertz. 7, 557. 558).

Conradi et Friderici Barbarossae capellanum, habuit successorem, qui ecclesiam S. Aegidii "quadris et naturaliter rubricatis lapidibus construxit", teste Hiberno monacho. Gregorio Christiani successore monasterium Ratisbonense regente Vindobonam etiam in monasterium Scotorum a duce Heinrico institutum "viginti quatuor fratres" sub abbate Sanctino descenderunt, aliique Scoti tum Eichstadium primum venerunt (Boll. Febr. 2, 371. 372; cf. Pertz. 11, 617). Hibernos hos omnes tam nomina quam narratio ipsa demonstrant; recentioris demum aetatis abbates et fratres, a vetusta abstinentia et doctrina degenerantes, contraria sectantes et bona monasteriorum, adeo libros, distrahentes, junioribus e patria non subsequentibus, colonias suas in Germania continuare non potuerunt et Germanos successores habuerunt, primum Vindobonae et Norimbergae annis 1413 et 1418, deinde Wirziburgi a. 1497 (Boll. Febr. 2, 362. Oefelii Script. 1, 342. 344. 350). Ratisbonense monasterium primitivum, Mariani sedes, a. 1552 bello destructum interiit (Rader. Bav. sancta 2, 222).

Distinguendus est ab abbate Ratisbonensi Mariano Scoto aetate aequalis alter Marianus Scotus, monachus primum Coloniae, deinceps inclusus Fuldae et Magontiae apud monasterium S. Martini, ubi circa a. 1083 obiit (Pertz. 7, 484), perfecto opere chronologico et historico, cujus codex aequalis ex parte fortasse ab ipso scriptus, primum bibliothecae ejusdem monasterii, deinde Palatinae, nunc Vaticanae, vetustum poëmatium de Benedictione Hiberniae servat (p. 944) atque loci hymni hibernici in S. Patricium mentionem facit.* Fuit hic Hibernus

* Sed jam mala intellectione inusitatae formae (Pertz. 7, 529): *Sucat nomen Patricii in baptismate. Cothraege diambæ icfognam docethar treb.* (C. cum fuit serviens quatuor vicis) e dist. 3 hymni: *batar ile cathraige* al. *cothraige* pro *ilchatraig* (p. 913, not. 1), acsi fuisset *Cothraige* proprium nomen

certe etiam Wirziburgi, quamvis breve tempus, et sacerdos ibi consecratus est, ut in chronico suo ad a. 1059 ipse testatur (Pertz. 7, 558).

Fuit porro et diutius Wirziburgi, et ante institutionem monasterii Scotorum, vir doctus Hibernus Davides, de rebus scholasticis meritus, historiae expeditionis Romanae ab Henrico V factae annis 1111 et 1112 scriptor. Periit quidem ejus liber, sed excerptus est tam a Willelmo Malmesburiensi quam ab Ekkehardo, qui aequalis et ipse historicus insignis hoc de eo testimonium reddit (Pertz. 8, 243): "Providerat rex se non solum armatis sed etiam litteratis viris necessario muniri. Inter quos claruit quidam Scotigena nomine David, quem dudum scolas Wirciburc regentem pro morum probitate omnique liberalium artium peritia rex sibi capellanum assumpsit. Hic itaque jussus a rege totam hujus expeditionis seriem rerumque in illa gestarum stilo facili tribus libris digessit." Eum postea monachum factum esse sub Macario, Trithemius tradit (Pertz. 8, 11, not. 15).

Patricii servi. Hunc codicem, qui duas diversas manus ostendit (Pertz. 7, 481. 482), ex parte a Scoto, qui ex Albania (hodierna Scotia) advenerat Magontiam in monasterium S. Martini, scriptum esse, docent duae adnotationes ejusdem, quibus Marianum certis diebus in inclusionis austeritate exhilaravit. Una in 33[a]: *ISóim dv́n indiv a mǽlbrigte clv́senair in magantia isí dardóen riafél petair isí cetblia. dendegáid .ı. isí blia. irromarbat diarmait rí lagen. 7 isí side cetnablia. tanacsa aalbain* (est laeta nobis haec dies, o Maelbrigte incluse, Magontiae; est haec dies Jovis ante festum Petri, est hic primus annus post, i. e. est hic annus quo occisus est Diarmitius rex Lageniorum, et est hic idem primus annus postquam veni ex Albania; pergit latine:) *in perigrinitate mea. et scripsi hunc librum pro caritate tibi et scotis omnibus id est hibernensibus qui sum ipse hibernensis.* Mors regis Diarmitii in chronico Mariani ad a. 1072 indicatur. Altera notatio in 67[a]: *ISobenn dv́n indiv ámélbrigte clvsenáir diamairt .II. kl. avg. Maniderntais scoloca manestrech mavritin braflacc damsa frileberinn ittge cotocenn* (est laetum nobis hodie, o Maelbrigte incluse, die Martis II Cal. Aug. Nisi facerent servi monasteriales Martini injuriam mihi, adhiberem preces ut accederem, i. e. ut admitterer; pergit item latine:) *ut cecidi cum tabulis in fundo stercoris. sed gratias ago nec mersus sum in stercore francorum. sed tamen oro discentes ut dent maledictionem illis.* Videsis imitationem scripturae ap. Pertz. 7, in tabula addita ad p. 481.

Horum unus doctorum Hibernorum codicem Paulinum ex Hibernia attulerit. Addo tamen his omnibus, quod in indice saeculi noni vetustiore librorum monasterii S. Galli inter libros scottice scriptos occurrunt "Epistolae Pauli in vol. I." (Cf. Weidmanni Hist. biblioth. S. Galli, et Kelleri Comment. de codd. hibernicis in Helvetia asservatis, in exordio).

Codex saeculi noni vel decimi dicitur codex Paulinus Wirziburgensis Eckharto in loco supra allato, saeculi noni, saeculi fere decimi, et bibliothecae ecclesiae cathedralis in aliis (1, 272. 847). Sed tam lingua quam scriptura est eadem, quae obtinet in codice Mediolanensi, dum Prisciani Sangallensis codex congruens in summa peculiaria quaedam offert; e societate horum codicum, quos viri docti quidam saeculo octavo attribuerunt, abstrahi omnino non debet.

3. Codex Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae (distinctus nota C. 301, a me literis Ml.), glossarum molem continens non minorem ea quam continet codicum ante dictorum quisque. Eum in bibliothecam Ambrosianam e monasterio Bobiensi translatum esse, tradit notitia in fronte codicis haecce: "Hunc codicem commentariorum S. Hieronymi in psalmos, longobardis characteribus conscriptum ac notis viri docti adspersum, scito ex bibliotheca Bobii a S. Columbano instituta prodiisse ac Rmo. Cardinali Federico Borromaeo, dum Ambrosianam bibliothecam Mediolani instrueret, libros manuscriptos undique conquireret, a religiosissimis S. Benedicti patribus munere vicissim ab ipso Rmo. donato, perhumaniter oblatum fuisse anno 1606 Antonio Olgiato, qui primus eam bibliothecam tractavit, praefecto."

Inventarium librorum monasterii Bobiensis confectum a. 1461 et editum ab A. Peyron in Praef. ad Cicer. Oratt. fragm. inedita, Stutg. 1824, haec de codice

refert, quae conveniunt cum adnotatione antiqua in codice ipso (Peyr. p. 26. 188): "In hoc volumine continetur Hieronymi presbyteri expositio super psalterium non tamen a primo psalmo prius incipiens. sed quosdam alios indirecte prius disserens. deinde ad psalmorum ordinem id est a primo incipiens et demum subsequenter in expositione procedens usque ad finem psalterii. in littera langobarda satis legibili. satis magni volum." Hunc tamen commentarium Hieronymo non posse tribui, tam Muratorius censuit, qui primus quaedam specimina ejus edidit (Antiq. Ital. III, p. 859 sq.), quam Vallarsius operum S. Hieronymi editor, qui plura etiam de eo codice disseruit (in Praef. ad Appendicem tomi VII, p. XX. XXI) et Columbano commentarium adscribendum credidit. Atque assentit in hac re A. Peyron (l. c. p. 189), stilum commentarii consonantem cum stilo operum D. Columbani dicens. Haec virorum doctorum arbitria recta apparebunt, si conferuntur quae de Columbano adhuc juvene sub magistro Silene diligenter in studiis navante narrat auctor Vitae ejus Jonas Bobiensis fere aequalis (Mabill. Acta Bened., saec. 2, 6): "Tantum Columbani in pectore divinarum thesauri scripturarum conditi tenebantur, ut intra adolescentiae aetatem detentus psalmorum librum elimato sermone exponeret; multaque alia, quae vel ad cantum digna vel ad docendum utilia, condidit dicta". Horum unum de commentario in psalmos, alterum de monostichis ejus adhuc exstantibus (p. 921. 922) carminibusque dictum esse satis patet. Ab Hieronymo scripta quaedam in primis codicis paginis praemissa, glossis item hibernicis instructa, causa fuerint etiam commentarii, qui incipit a folio 14, ei adscribendi.

Ejus commentarii enarratio primi psalmi cum glossis suis hibernicis sequitur in appendice. In reddendo textu latino, quem nonnisi in glossatis locis exscripseram,

nec Muratorii specimine nec Vallarsii (qui multa pessime legit) textum codicis satis accurate exprimente, illud Muratorii multo purius plurimum secutus sum.

Codicem "vetustissimum, antiquissimum" dicit Muratorius (p. 859. 871), quem describit A. Peyron ita (p. 188): "Membranaceus saec. VIII; character longobardus, seu, uti reor, saxonicus ad romanum jam inclinans; folio." Est character hibernicus, ut sunt hibernicae glossae, quae tamen calamo minus puro vel acuto in initio operis exaratae sunt, ita ut interdum aegre legi possint, puriore vero deinceps. Omnes has glossas assequi nec volui (quaedam scilicet minoris videbantur momenti) nec potui, quamvis adfui bis Mediolani, ut potirer glossarum copia etiam hujus codicis. Adfui enim infausto astro tam prima vice, cum ob congressum doctorum Italiae virorum bibliotheca non pateret laborantibus sed visitantibus,* quam altera vice mense Augusto a. 1846, cum morbus typhus invasisset civitatem, cujus ipse prima indicia sentiens Alpium saniorem aërem petere coactus sum. Quamvis ergo non ut erat in votis consecutus sum omnem rem, non satis possum laudibus efferre humanitatem et benevolentiam in me tam praefectorum bibliothecae, quam comitis Castilionaei, virorum praestantissimorum et doctissimorum. Huic libro si fortasse contigerit secunda editio, spero non defutura nec haec Mediolanensia, nec quae servantur Augustae Taurinorum, collecta ab A. Peyron, viro clarissimo (cf. Cic. fragm. ined. p. 191. 192), quam civitatem re, ob quam adieram, omnino infecta reliqui.

4. Codex bibliothecae Carlisruhensis (n. 83, Cr. in hoc opere), liber quondam monasterii Augiae majoris in

* Quantum tum licuit uti codice carmen primae paginae descripsi et quasdam per totum codicem, ut obvenerunt fortuito, collegi glossas, non notans paginas codicis, quae in hoc opere nudo signo Ml. significatae occurrunt.

lacu Bodamico (germ. Reichenau), inscriptus: "Computus de signis XII et intervallorum. Beda de ratione temporum." Multo minorem jam materiam praestat quam codices ante dicti, majorem tamen quam mox infra sequentes. Glossae hibernicae interpretantur textum Bedae de rerum natura et de temporum ratione. Incipientes a p. 18 glossae in librum priorem procedunt usque ad 20[b]. Post locos quosdam libellorum Bedae de loquela digitorum (ed. Basil. 1, 165) et de ratione unciarum (ed. Basil. 1, 182) obiter tactos in 24[d] et 25[a], sequitur glossatio in codice continuata a col. 31[b] usque ad 45[c] in librum de temporum ratione, et luculentior quidem inde a cap. XV (ed. Basil. 2, 95), sed deficiens deinceps in posterioribus capitibus. In foliis primis codicis rarae sunt adnotationes hibernicae, in 4[a] in margine superiore: † *oengusso* † (gen. nom. pr. *oengus*, num signum Oengusi scriptoris, an mortis indicatio?), et alia ejusmodi in col. 17[a]: *August. ιβ . . . b db u bás muirchatho m. mailedúin hicluain m. cunois áimdachiarain .x. anno.* Chronologica amplior de dictione "salva ratione saltus" obvia in 3[b] sequitur infra in appendice.

Esse hunc codicem saeculo octavo finiente vel nono incipiente ab Hiberno in Germania scriptum, patet e notationibus his chronologicis in p. 15[a]:

DCCLXVII karolus 7 karolomannus eliguntur in regnum

DCCLXVIIII karolomannus moritur

DCCLXXI karolus in italiam perrexit

Additur in margine inferiore:

DCCCXIIII .ı. karolus imp. obiit

In margine superiore notatio recentissima:

DCCCXVII .ı. aed rex hiberniæ moritur.

5. Codex Prisciani bibliothecae Carlisruhensis (n. 223, mihi Pr. Cr.), liber etiam quondam Augiae majoris

(ut in prima pagina utriusque codicis asserit vetusta manus), multo parciores exhibet glossas ad textum grammatici et in parte tantum codicis ab initio usque ad 64ª; a 64ᵇ usque ad 103 nulla amplius obvia est. In parte una glossarum congruit cum Prisciano Sancti Galli, ut possit videri oriundus ab eo et esse recentioris aetatis, in parte altera tamen est sui ipsius arbitrii et offert adnotationes, quas nescit codex Sancti Galli.

6. Codex Sancti Galli n. 1395, continens fragmentorum e codicibus vetustis collectionem factam ab Ildefonso ab Arx bibliothecae praefecto, in tomi II folio 419 offert incantationum formulas hibernicas, quae in capite de constructione poëtica typis expressae sunt (p. 926), significatae in hoc opere Incant. Sg.

7. Codex civitatis Camaracensis distinctus n. 619, cui insunt Canones hibernici concilii a. 684, in uno solo loco in medio libro servat sermonis hibernici de abnegatione fragmentum intermixtum sententiis latinis. Constat de aetate codicis; finit enim his verbis: "qui dicunt mihi euge euge. Expl. liber canonum quem domnus Albericus episcopus urbis Camaracinsium et Adrabatinsium fieri rogavit Deo gratias Amen." Praefuit episcopus Albericus ab a. 763 usque ad a. 790 circiter. Locus jam typis impressus est apud Pertzium, in operis inscripti "Archiv d. Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtskunde" t. 8, p. 432. 433, ubi tamen Bethmannus, qui codices Camaracenses a. 1841 lustravit, scripturam ejus codicis malit putare esse saeculi noni. Post eum O'Donovanus (Gramm. hibern. Introd. LIII) secundum imitationem publicatam a C. P. Cooper, secretario societatis edendis anglicae historiae monumentis, quam ego non vidi, codicem item saeculo octavo vindicat. In manibus meis est imitatio in charta pellucida, quam debeo Monio, V. Cl., cui eandem obtulit Warnkönig, Lovanii quondam

* * *

juris professor, vir de studiis historiae belgicae optime meritus. Ex ea imitatione sermunculus typis impressus sequitur infra in appendice.

Belgicas regiones et vicinas gallicas multum frequentatas fuisse ab Hibernis, jam nomina Fefrus vel Fiacrius, Chillenus, Furseus, Ultanus, Foillanus, celebrata Latiniaci prope Parisios, Meldis, Peronae, Fossis, Atrebatibus, confirmant, sanctorum Hibernorum, qui ibidem in propaganda et stabilienda religione christiana laborarunt inde a medio saeculi septimi (Mabill. Acta Benedict. saec. 2, 287. 573. 591), aliquot decenniis praeterlapsis postquam Columbanus et Gallus sociique Galliam, Helvetiam, Italiam peragrantes monasteria Luxovium, Sancti Galli, Bobium instituerant, et paulo tempore ante quam Kilianus cum sociis Totmano et Colmano (hibern. *Totmán* a *totm* p. 267, *Colmán* = *Columbán* a *colum* p. 752, formae nominum praeferendae formis *Totnanus* et *Colonatus*; cf. Eckh. Fr. Or. 1, 274, Boll. Jul. 2, 601) Wirziburgum venerunt.

Lingua horum codicum omnium tribuendorum aut saeculo octavo aut nono ineunti est una eademque, formis suis et regulis certis circumscripta, lingua hibernica vetusta. Satis certum et perspicuum est, jam pridem, cum quatuor dialecti quatuor populorum principalium Hiberniae differre et distingui coeperunt tam a se quam a formatione linguae communis prioris, hanc cognitam recentioribus hominibus e libris vetustis, ut legibus aliisque, a nomine gentis vetustioris tum obsolescente significatam esse denominatione *Bérla Fene*, linguae Feniorum, vel dialecti fenianae.* In orthographia tantum

---

* Memoratur in Annal. IV. magistr. ad a. 935 ap. O'Con. 3, 461: *Finnachta mc. Ceall. comharba Doire esp. 7 saoi berla Fene* (Finnachtaus f. Ceallachi vicarius Derrensis episcopus et sapiens in lingua Feniorum), scri-

animadvertitur varietas aliqua vetustae linguae, cum e. gr. in Ml. obtineat saepius *e* pro *ai* vel *i* solita in Wb. et orta e primitiva *a*, vel in Cr. et in Ml. *ai* interdum pro primitiva *i*. Frequentius etiam *ai* quam *i* scribitur in codice Sg., qui orthographiam alias ostendit magis excultam quam ceteri, significans e. gr. statum infectum literarum *f* et *s* signo delente et statum durum literarum *m*, *b*, *d*, *g* duplicata scriptione *mm*, *bb*, *dd*, *gg*, quae insolita est ceteris, exhibentibus aut singulas easdem aut tenues *p* (= *bb*), *t* (= *dd*), *c* (= *gg*) contra etymologiam. Usus puncti delentis grammaticalis in solo quidem codice Sg. reperitur (et ne hic quidem, ubi ei secundum regulas locus esse debet, semper positum invenitur), vestigia tamen duplicatae mediae indurandae, quamvis rara, apparent etiam in aliis, e. gr. *robbia* (in aliis locis *robia*, *ropia*) Wb. 13[d], *robbatar* Pr. Cr. 60[b], *frigargg* inter voces hibernicas paucas codicis Bernensis n. 363 scotici, qui adjudicatur saeculo VIII exeunti vel IX ineunti in editione Horatii Orelliana majore (Turici 1843, praef. p. 1). Non igitur ex illa orthographia magis culta codicis Sg. recentior aetas colligi debet, sed potius in his differentiis statui diversus scriptionis usus diversa-

---

ptor celeber credo in patria lingua. Alias occurrit nomen apud compositores fabularum hibernicos, qui hibernicae gentis et linguae nomina et proprietates suo modo, fabulis componendis, sibi explicarunt. Narratur apud hos (cf. O'Donov. Introd. p. XXIX et O'Con. 1, Proleg. II, p. LXXXVIII sq.), regem *Fenium* (scribitur *Phaenius* apud Giraldum Cambr., aliis *Fenisius* et cum Phoenicum nomine conjungitur), suae linguae et aliarum peritissimum, cui fuerint socii aeque periti *Gaedal* et *Iar* (i. e. occidens), jussisse Gaedalum linguam patriam digerere in quinque dialectos, quarum maxime culta et perfecta nominari deberet ab ipso *Berla Feine*, ceterae autem dialecti vel omnis lingua vulgaris a Gaedalo dicenda esset *Gaidhelg* (*Gaidelach* ap. Girald.; gael. *Gaelig*). Leges vetustae hibernicae diserte dialecto feniana scriptae dicuntur. Post hanc nominantur, recentiore fortasse distinctione, poëtica, dialectica, physicalis vel medicina, et solita dialectus (*B. filed*, *etarscartha*, *teibide*, *gnáthberla*). Differentiae dialectorum quatuor populorum principalium ab Hibernis ipsis quatuor versibus indicantur (O'Donov. Introd. LXXII sq.).

rum scholarum vel monasteriorum. Et si quis velit etiam affirmare, ad supra dictum tempus pertinere quidem textum codicis et glossas marginales eas quas cum codice ipso ortas esse dubitari non potest, glossarum autem molem adjectam esse a glossatoribus recentiore tempore, equidem nullo modo concedam, linguam eam codicis Sg. seriorem esse decimo saeculo. Inde a saeculo undecimo enim incipit linguae recentior formatio, cujus nullum vestigium invenitur in Sg., et quae cognoscitur praesertim in tenuium destitutione, in vocalium quarundam praesertim diphthongorum mutatione, jamque flexionum vel terminationum destructione; a qua formatione incipit media aetas linguae hibernicae usque ad constitutionem hodiernae linguae. Hujus aetatis sunt plures codices asservati in Hibernia vel etiam in Britannia aut ad idem ipsum tempus pertinentes et ejusdem res et relationes continentes aut etiam e vetustioribus transscripti. Sed nondum typis impressa sunt etiam pluris habenda, e. gr. ne Cormaci quidem glossarium vetustioris originis, exceptis iis particulis, quae apud O'Reillium et O'Donovanum leguntur. Sunt ejusdem formationis etiam obvia apud O'Donovanum excerpta e codice dicto "*Leabhar Breac*", ut illa vetustatem adhuc redolentia, sed corruptionem pristinae ingenuitatis jamjam etiam prodentia. Vetustioris aetatis linguae vicina est etiam lingua narrationis hibernicae editae sub titulo *Deirdri* ab O'Flanagano (p. 937, not. 1). Vestigia prima hujus recentioris aetatis offerunt codices saeculi undecimi exeuntis, e. gr. codex Mariani Scoti chronographi, qui pro vetustiore *cen chretim* jam scriptionem *gen chredem* ostendit, quae hodie est *gan chreideam*, jam semper *rí, ri* pro *ríg*, ut *rí lagen* (rex Lageniorum), *ri ulad* (rex Ultoniorum), *ri arad* (rex Dalaradiae) Pertz. 7, 481. 559, et sine *e* finali *clausenair, clvsenair* (cf. *notire, echaire*, p. 743),

et codex Claustroneoburgensis conveniens scriptione vocum *ralég, gombond, ri, láin* aliarumque (cf. p. 934. 944, not.).

CODICES BRITANNICI.

Exstant cambrici quidam aequales hibernicis codicibus enumeratis tam aetate quam contentis, glossis scilicet additis ad textus vetustiores, servati Oxoniae, ob quos praecipue etiam Britanniam adire necessarium duxi. Accedunt his alia monumenta vetustae linguae cambricae inventa, ut in codice Lichfeldensi et Luxemburgensi, et jam typis impressa. Omnia tamen haec multum hibernicis superantur, sive habetur copiae ratio sive doctrinae et scripturae, quae in quibusdam est impura, barbara, quamvis linguae cambricae ipsius animadvertitur vetustior puritas et gravitas. Poëmatum, chartarum continentium agrorum vel finium descriptiones atque legum cambricarum quae sunt ejusdem aetatis vel vetustioris vel etiam paulo recentioris, non in codicibus aequalibus scriptis eo tempore, quo orta sunt ipsa monumenta (quos solos codices quaerit linguae vetustae indagator), servata sunt, sed in recentioribus transscripta et transformata inveniuntur. Armoricae vetustae glossae vel relationes omnino desunt (excepta una agri descriptione brevi in charta a. 821; cf. p. 627), sed exstant chartularia monasteriorum magnam nominum propriorum praesertim virorum copiam continentia in chartis datis inde a saeculo nono, ex parte tantum typis impressa. Quae ut plene et incorrupte publici juris fiant, est magnopere optandum. Cornicum vetustissimum monumentum est Vocabularium saeculi circiter tertii decimi, Londinii asservatum. In his ergo major etiam animadvertitur penuria.

Trium dialectorum ampliora monumenta demum ex uno eodemque tempore circiter exstant, saeculo quarto decimo, typis impressa jam omnia, narrationes codicis rubri cambricae, passio Christi cornica et vita S. Nonitae armorica, ex quibus quae defecerant monumentorum vetustioris aetatis penuria, supplenda erant in hoc opere. Hos codices vel eorum editiones enumerabo secundum dialectos ipsas.

Codices cambrici. 1. Oxoniensis prior: codex Oxoniensis bibliothecae Bodlejanae distinctus quondam nota NE. D. 2. 19, nunc Auct. F. 4—32, membranaceus formae minoris, e pluribus codicillis compactus, descriptus jam a Wanlejo in Catal. ms. anglosax. 2, 63. Partes ejus nobis materiam suppeditantes sunt hae:

a. Eutychii grammatici pars cum glossis cambricis interlinearibus a pag. 2^{b} usque ad 9^{a} in libri primi segmenta I. II. III (ed. Lindemanni p. 154—166).

b. Ovidii artis amatoriae exordium a pag. 37^{a} usque ad 45^{b} item cambricas glossas interlineares (in versus 31—370) continens.

Sunt praeclara haec et vetustissima, quae non dubito quin sint ejusdem aetatis cum vetustissimis hibernicis, saeculi octavi exeuntis vel noni ineuntis. Id dolendum, quod non sunt copiosiora.

c. Alphabetum Nemnivi in p. 20^{a} figuras literarum sistens earundemque nomina cambrica. Figurae sunt similes figuris literarum, quae dicuntur *coelbren y beirdd* (literae bardicae) et impressae sunt typis (e. gr. apud Owenum vel in ephemeride inscripta "The Cambro-Briton 1, p. 241), sed differt earum compositio et significatio. Eas haud satis accurate pridem publicatas esse inter epistolas Usserii Armachani (quod opus mihi non est visum), dicit Wanlejus.

d. De mensuris et ponderibus quaedam, cambrica intermixta latinis, in p. 22^b. 23^a.

Sunt in hac utraque parte pauciora cambrica, in d. ob scripturam implicitam et minutam aegre legenda, sed a vetustate ante dictorum non degenerantia.

2. Oxoniensis posterior: codex Bodlejanus quondam significatus NE. B. 5. 9, nunc Ms. Bodl. 572, membranaceus formae minoris, res theologicas continens, in medio autem a p. 41^b usque ad 47^b pensa quaedam latina ad praebendam pueris copiam verborum (ut videtur) cum vocibus cambricis, quae scriptae sunt aut supra vocabula latina aut post ea in linea cum signo .ı. glossatorum solito. In pag. 41^a haec cambrica praecedente conspiciuntur tres lineae literarum runicarum vel bardicarum mirae formae, differentium tam a runis Nemnivi quam a scandicis. Scriptorem Britonem sive Cambrum ostendit in his pensis obvia sententia: *humilibus deus dat gratiam et uictoriam. clades magna facta est et de saxonibus percussi sunt multi de britonibus autem rari.*

Codex quamvis non attingit aetatem ante dictorum, e vocabulorum tamen quae offert maxima parte linguae cambricae elucet formatio ea vetusta, quae ut formatio hibernicae vetustae ignorat destitutionem consonarum. Adest e. gr. adhuc status primitivus tenuium et *m* in vocibus: *cep* (fossarium), *notuid* (acus), *tarater* (foratorium), *cemecid* (lapidaria), *ocet* (raster), *creman* (baxus), *guillihim* (forceps) etc. Adsunt tamen jam etiam initia destitutionis, e. gr. in *modreped* (pro *motreped*), praesertim in compositis: *casgoord* (= *cas-cord*), *hendat* (*hen-tat*), *gu-bennid* (*guo-pennid*).

3. Codex ecclesiae Lichfeldensis (antea Landavensis), evangelia continens, in quo variis locis (e. gr. in 9^b. 10^a. 71^a. 109^b) donationes ecclesiae Landavensi factae

valde vetustae, non recentiores glossis codicis Oxoniensis prioris, adnotatae sunt latine, sed cum nominibus vel etiam sententiis cambricis, quas jam publicavit Wanlejus p. 289. 290. De aetate unius harum adnotationum idem, postquam eas exposuit, ita disserit: "Hactenus de adnotationibus in hoc venerando ob vetustatem codice ab hominibus Cambro-Britannis exaratis, quarum prima, ab Gelhio, qui illum Llandavensi ecclesiae dederit, eadem fere manu scribitur, perinde ac codex Bodlejanus NE. D. 2. 19, ideoque eam ineunti saeculo nono adjudicandam censeo." Ex hoc celebri codice Lichfeldensi septem adnotationes iterum typis impressas offert Appendix editionis libri Landavensis (p. 271), cui addita est insuper imitatio scripturae duarum priorum et duarum postremarum adnotationum. Duae postremae rudem quandam vetustatem prae se ferentes, agrorum fines describentes et paene mere cambricae, secundum eam imitationem sub praep. *di* a me integrae expositae sunt (p. 627).

4. Folium Luxemburgense. In bibliotheca civitatis Luxemburgensis Monius in tegmine codicis alicujus invenit adglutinatum folium saeculi noni cum glossis, quas descripsit et publicavit (in p. 76. 77 libri sui inscripti: "Die gallische Sprache. Karlsruhe 1851"). Sunt hae glossae nec belgicae nec alius originis (cambrica figura *v* pro *u*, quam Monius postulat, si essent cambricae, est multo recentioris aetatis, p. 108), sed britannicae et specialiter cambricae, ut non solum plena congruentia sonorum et formarum in eis et in Oxoniensibus, sed etiam propria soli dialecto cambricae terminatio *-etic* participii praeteriti passivi (p. 528), obvia in vocibus *hantertoetic, dodocetic* hujus folii, comprobat.

Oxonienses glossas omnes una cum his Luxemburgensibus cum commentario in appendice hujus operis

subjunxi. Sunt enim haec monumenta vetusta genuina, servata in codicibus aequalibus vetustiori aetati linguae cambricae. Harum si tanta copia exstaret, quanta exstat hibernicarum glossarum, facile fieri posset veterum carminum cambricorum restitutio in primitivam suam et genuinam formam. Magnopere igitur optandum est, ut viri docti ejusmodi glossas, quae in codicibus bibliothecarum terrae continentis vel insularum britannicarum lateant incognitae, diligentius investigent et, si invenerint, publicent.

Quae sequuntur, partim quidem pertinent ad eandem aetatem, a recentioribus tamen scriptoribus mutata et transscripta sunt in formam linguae suae aetatis. Horum primo loco ponendus est liber Landavensis, dein legum codex vetustior.

5. Liber Landavensis. Multa vetusta servat intacta, dum in aliis manus renovans deprehenditur. Scriptor enim, qui composuit librum saeculo duodecimo ineunte usque ad a. 1132, hausit e codice vetustiore, atque ex eodem vel etiam e tabulario ecclesiae Landavensis plurimas finium descriptiones cambrice scriptas itemque privilegia episcopatus cambrice composita (ed. p. 113) offert. Praeter haec ipsa linguae monumenta liber scatet nominibus propriis cambricis praesertim virorum et locorum, quae occurrunt in chartis collectis in codice a temporibus primorum ecclesiae episcoporum, Dubricii, Teliavi, Oudocei, ab initio saeculi sexti usque ad tempus quo scriptus est. Editus est hic liber cura societatis manuscriptorum cambricae, non e codice saeculi duodecimi ipso quidem, qui evanuit recentiore aetate, sed ex apographis duobus, uno praesertim, quod codicis ad literas literarumque formas esse imitationem refertur (cf. praefationem editionis p. XXVII. XXXVII). Jam antea quaedam publicata erant in Dugdalii Monastico angli-

cano (Savoy 1673, tom. III, p. 188 sq.) e codice ipso, quae bene concordant cum hac ex apographo facta editione.

Inscripta est editio: "The Liber Landavensis, *Llyfr Teilo,* or the ancient register of the Cathedral church of Llandaff, from MSS. in the libraries of Hengwrt and of Jesus college, Oxford: with an english translation and explanatory notes, by the Rev. W. J. Rees. Published for the Welsh MSS. society. Llandovery 1840."

6. Codex legum Venedotianus, vetustior omnibus legum codicibus qui exstant. Est collectionis Hengurtensis, notatus litera A. ab editore Aneur. Oweno, et saeculo duodecimo ortus esse videtur (cf. praef. edit. p. X). Quamvis multum jam a vetustiore linguae formatione degenerans atque in recentiore adhuc incertus in plurimis multum fluctuat et variat, minus acceptus ideo, si adsunt aliunde meliora, ex ejus parte priore praesertim tamen non pauca (sub signo Leg.) hausta sunt in hoc opere.

Legum cambricarum, quarum prima collectio tribuitur regi Howelo Bono (cambr. *Hywel Dda,* vet. *Higuel* in Chron. cambr. inserto praefationi editionis ad a. 950: "*Higuel* rex Brittonum obiit"), recentior editio prodiit auctoritate societatis publicandis monumentis Angliae historicis dictae "Record Commission" ita inscripta: "Ancient Laws and Institutes of Wales; comprising laws supposed to be enacted by Howel the Good, modified by subsequent regulations under the native princes prior to the conquest by Edward the first: and anomalous laws, consisting principally of institutions which by the statute of Ruddlan were admitted to continue in force. With an english translation of the welsh text. 1841".

7. Codex ruber Hergestensis (*Llyfr coch o Hergest*), nunc Oxoniae bibliothecae collegii Jesu, inter codices

servantes linguae formationem mediam inter vetustam et hodiernam facile princeps, cujus certa regula in hoc opere plurimis exemplis (sub nota Mab.) munita est. Codex saeculo quarto decimo adjudicatur a Turnero (Vindic. p. 25) et in editione ipsa (Prooem. p. XVII).

Praecipuas hujus codicis dicti rubri narrationes de Arthuri ejusque satellitum (*Arthur a'r ford gron*, A. et tabulae rotundae, Mab. 3, 322) rebus gestis Domina *Guest* Cambra, femina doctissima et literarum hujus gentis et hujus aetatis inprimis gnara, edidit in tribus tomis ita inscriptis: "The Mabinogion from the Llyfr coch o Hergest, and other ancient welsh manuscripts, with an english translation and notes. By Lady Charlotte Guest. London 1849."

Codices cornici. 1. Cornicae dialecto adscribendum monumentum vetustius, quod exstat, est Vocabularium in codice membranaceo Londinii servato in Museo britannico bibliothecae Cottonianae, qui significatus est nota Vesp. A, 14.

Hoc vocabularium esse haustum e codice vetustiore, cujus tamen formas scriptor recentior recentiores in majori parte fecerit, facile crediderim, tam ob locos hic illic vacuos relictos a transscribente, qui non legerit vetusta, quam etiam ob formas vocum quarundam vetustas non tactas. Sed nec formarum grammaticalium major pars nec codex ipse ultra saeculum duodecimum removeri potest. Est fortasse recentior codex, cum in eo sit sermo de Normannis Anglia potitis his verbis in p. 17[b]: "tres legitimi milites normannigene diffamati sunt nimium insidias fecisse Willelmo antiquo regi anglie post uictoriam habitam in anglos in primo certamine." Jam Owenus in lex. ed. 1803 praef. p. VIII, ubi liber continens vocabularium dicitur liber Landavensis, ut a

Davies qui in lexico quasdam voces ex eo profert, confusione credo) eum attribuit saeculo duodecimo. Nescio inde, quae ratio seduxerit viros doctissimos Courson et Villemarqué, ut affirmarent saepius in operibus suis, eum prae se ferre annum 882.

In fronte codicis legitur: "Elenchus contentorum in hoc codice. 1. Kalendarium. 2. Vocabularium Latino-Cambricum. 3. De situ Brecheniauc, ubi quaedam veteris historiae Cambricae. 4. Vitae Sanctorum Wallensium." Quamvis hic dicitur cambricum vocabularium (ante ejus initium in p. 7[a] codicis recentior manus adscripsit: *Vocabula britannica*), dubium esse non potest, quin sit vindicandum cornicae dialecto. Id optime jam demonstravit Llwydius in praefatione ad Archaeologiam cornu-britannicam editam a Pryce duobus his potissimum argumentis, primum quod continet plures voces proprias cornicae dialecto et incognitas Cambris, dein quia etiam insunt voces anglicae transsumtae, quarum transsumtio fieri potuit nonnisi in Anglia, non alibi, ut omnino non possit haberi armoricum. Addi potest tertii argumenti loco congruentia, saepius memorata et exemplis demonstrata in hoc opere, in orthographia, quae interdum tamen est propria, in sonis et formis cum monumento haud dubie cornico sequente, in quo item plura vocabula anglica transsumta leguntur, quae Cambris omnino aliena manserunt.

Vocabularium hoc, nusquam antehac plene et recte typis expressum (sunt omissa et corrupta multa apud Pryce et Courson), ex codice ipso descripsi et ut legitur in eo ad verbum in fine hujus operis addidi.

2. Carmen de passione Christi cornicum (Pass., P., a me significatum), cujus exstant codices duo, unus Musei britannici, alter bibliothecae Bodlejanae. Translatum est in anglicum sermonem a. 1682 a viro Cornubiae ha-

bitatore docto Joh. Keigwin, qui fuit inter ultimos viros perfecte gnaros linguae tum jam emorientis. Tam cornicus textus quam versio anglica e duobus item codicibus prodiit anno 1826 Londinii sub titulo: "Mount Calvary, or the history of the passion, death, and resurrection of our Lord and Saviour Jesus Christ. Written in Cornish (as it may be conjectured) some centuries past, interpreted in the english tongue in the year 1682 by John Keigwin, Gent. Edited by Davies Gilbert."

Male certe se habet cornicus textus hujus editionis, tam male, ut vix credi possit, correctionem esse factam in eo vel sphalmatum typothetarum. Multa ideo desumta ex eo purgare (nec monui, nisi vox nimium fuerat corrupta) necesse fuit. Dignum certe est hoc poëma, quod puriorem et diligentiorem editionem nanciscatur. Linguae formae cum adhuc vetustiores reperiantur, quam sunt saeculi sexti decimi priore parte, in speciminibus datis ab A. Borde* (obiit a. 1545), in quibus jam defecerunt pronomina suffixa et praepositiones a pronominibus separatae sunt, ut *de vi, de vy* (mihi), *de why* (vobis), *gena why* (vobiscum), dum in carmine communiter obtinet suffixio, ut *dym, thym, theugh, genough* (p. 384 sq.), equidem non adverser, si quis centum vel etiam ducentos annos ante id tempus, in saeculum ergo quartum decimum, carminis compositionem reponat. Ut in Vocabulario in hoc carmine etiam leguntur anglica vocabula transsumta: *redye* (legere, in Vocab. *redior*, lector, angl. *to read*) fq., *strerye* (altercari, in Vocab. *strifor*, conten-

* In libro inscripto "Introduction to knowledge", e quo ea iterum typis impressa lego in libello inscripto: "Specimens of Cornish provincial dialect, collected and arranged by Uncle Jan Treenoodle, with some introductory remarks, and a glossary, by an antiquarian friend, also a selection of songs and other pieces connected with Cornwall. London 1846", p. 84 sq.

tiosus, angl. *to strive,* altercari) 73, 4, *boclers* (angl. *bucklers*) 74, 2, *traytour* (angl. *traitor*) 98, 3, *fas, fase* (angl. *face*, facies) 95, 3. 196, 3, et in aliis locis multa alia, ut *deserye* (*to desire*), *comfortye* (*to comforte*), *receve* (*to receive*), *manner* (*manner*) etc.

Dignum est memoratu, in magna parte libri vetusti, qui auspiciis anglicae societatis edendorum monumentorum prodiit 1838 sub titulo "The Record of Caernarvon", cujus origo est saeculi quarti decimi, quamvis enumerat regiones et loca cambrica, obtinere orthographiam eandem quae est in carmine cornico, cornicam ergo a notario cornico, ut videtur, adhibitam, e. gr. a p. 1 usque ad p. 92, ubi contra cambrica incipit, ut *Bleddyn* pro *Blethyn*, *coch* pro *cogh*, *bychan* pro *beghan*, *baghan* (cf. p. 161. 169. 173). Alternat utraque etiam in aliis contentis in eadem editione, e. gr. cornica inde a p. 138, cambrica in p. 257 in charta Eduardi III.

Codices armorici. 1. Chartularia monasteriorum vetustiorum sunt Rhedonense vel rectius Rotonense (cf. p. 105), praestantius ceteris et magna nominum propriorum copia refertum, et Landevenecense. Illius compositionem e chartis monasterii vetustis inceptam ineunte saeculo undecimo vel finiente decimo et finitam circa a. 1162 affirmat Courson in opere de populis britannicis inscripto: "Histoire des peuples Bretons dans la Gaule et dans les îles britanniques. Paris 1846", in tomo 1, p. 393, not. 1, Landevenecense autem ineunte saeculo undecimo scriptum esse censet Dom Morice in opere inscripto: "Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne. Par. 1742" in tom. I, c. 177 (cf. Cours. 1, p. 422, not. 1). Ex iis quae sunt typis impressa, inveniuntur in his ipsis libris, apud Courson in appendicibus ejus operis tomi primi et secundi (mihi Rhed. 1 vel 2) et apud Dom Morice in Actis bri-

tannicis, inter quae etiam alia aliunde hausta recentiora, e. gr. e chartulario Kemperlegiensi, leguntur.

2. Vita S. Nonnae vel Nonitae, poëma dramaticum servatum unico codice chartaceo, qui inventus est a Marzino notario episcopi Quimperensis in itinere pastorali et donatus ab eo editori.

Editum est hoc poëma sub titulo: "*Buhez santez Nonn*, ou Vie de sainte Nonne et de son fils saint Devy (David) Mystère composé en langue bretonne antérieurement au 12. siècle, publié d'après un manuscrit unique, avec une introduction par l'abbé Sionnet, et accompagné d'une traduction littérale de M. Legonidec et d'un fac-simile du manuscrit. Paris 1837". Significatur a me haec editio literis Buh.

Codicem editor scriptum serissime ineunte saeculo quinto decimo (praef. XXVIII), eique subesse compositionem multo vetustiorem, saeculum duodecimum superantem, asserit. Equidem ob linguam, quae habitum multo recentiorem prae se fert, huic non assentio, et malim assentire ei qui tam codicem quam compositionem, ut nunc adest, esse saeculi quarti decimi affirmet.

Haec de codicibus ipsis vel fontibus hujus operis; in adhibendis vel reddendis eis has potissimum regulas secutus sum. In afferendis vocibus et exemplis e codicibus non recessi ab eorum auctoritate, et reddidi, sicut inveni, e. gr. accentum acutum significantem vocalem productam in codicibus hibernicis, articulum vel particulas junctas aliis orationis partibus in codicibus hibernicis et cambricis. Auctoritatem codicum etiam prae se ferunt voces vel sententiae latinae, quibus praemisi signum gl., quod si deest, vox vel sententia lunulis inclusa non in codice ipso oblata et glossata est, sed mea versio.

Nec recessi facile a solito aliquo scriptionis codicum vel editionum more, quamvis sit interdum contra gram-

matices analogiam, e. gr. separationis pronominum infixorum cum particulis praecedentibus a verbis vel substantivis sequentibus, quae solita est in cambricis libris. Quaedam tantum nimium laedentia purum grammatices usum sequi nolui, ut disjunctionem formarum praepositionum cum pronominibus coalescentium vel verbalium formarum unam vocem constituentium, quae occurrit in editione carminis cornici de Passione e. gr. in *war netho, y the, y tho, y these* pro *warnetho, ythe, ytho, ythese.* Quae disjunctio mira etiam in cambricis editionibus interdum legitur, ut in Mab. 1, 19. 249: *o honafi, o honam, o honat,* et in libris linguae armoricae hodiernae, ut *war-n-oun, war-n-ezhan,* pro *warnoun, warnezan,* in formis auctis *ohon, warn* vel *warnez* praepositionum *o, war* ante pronomina suffixa. Grammatices est vel lexici, non scripturae usitatae, harum formarum ortum ostendere, ut alias res, e. gr. varietatem quantitatis vel pronuntiationis vocalium, quae conspiciuntur in hodiernis libris armoricis oneratae variis accentibus, quos omisi consulto, cum non adsint in vetustioribus. Cambrici libri etiam ejusmodi accentum recentiorem offerunt, sed unum circumflexum in vocalibus productis, ut in *gwîn* (vinum), saepiusque in correptis primitus et a recentiore lingua productis, e. gr. in *tân* (ignis), verbis in *-âu, hên* (senex) etc., ut si scribatur germanice *wêg, gêbe,* cum *e* producta hodie loco correptae primitivae *e* vel *i* in goth. *vigs, giba,* germ. vet. *uueg, gibu.*

Quae apud Marcellum Burdegalensem, Virgilium grammaticum, in glossa malbergica leguntur peregrina, inaudita vel incognita, si quis quaesiverit in hoc opere, non inveniet; in his omnibus enim equidem nec inveni vocem celticam nec invenio.

Sed antequam hujus libri finem facio, mihi grato animo commemoranda est virorum doctorum et clarorum

benevolentia et humanitas, qui inceptum et laborem hunc vario modo adjuverunt, Hauptii, qui non solum poëticum monumentum hibernicae linguae inventum benigne mihi obtulit, sed etiam toti operi typis imprimendo mecum invigilavit, Monii, cui imitationem sermonis hibernici codicis Camaracensis debeo, Bucherti, amici inde ab annis juvenilibus, qui plura bene me monuit, eorumque omnium, qui aut libros scriptos aut typis impressos rariores vel pretiosiores offerentes succurrerunt.

Bambergae 7. Augusti 1853.

CONSPECTUS OPERIS.

LIBER PRIMUS. DE SONIS.

Cap. I. De sonorum seriebus, natura et infectione. P. 4.

I. Soni hibernici 4—95.

A. Vocales 4. Vocales breves 4. Vocales longae 18. Diphthongi 36.

B. Consonae 43. Liquidae 49. Spirantes 56. Mediae 69. Tenues 76. Aspiratae 88.

II. Soni britannici 95—190.

A. Vocales 95. Vocales breves 95. Vocales longae 110. Diphthongi 119.

B. Consonae 128. Liquidae 129. Spirantes 138. Mediae 155. Tenues 169. Aspiratae 188.

Cap. II. De consonis voces inchoantibus earumque infectione. P. 191.

I. Consonae hibernicae inchoantes 193—201.

II. Consonae britannicae inchoantes 201—227.

LIBER SECUNDUS. DE NOMINE ET PRONOMINE.

Cap. I. De tribus generibus veteris linguae et articulo. P. 228.

I. Articulus hibernicus 229—238.

II. Articulus britannicus 238—244.

Cap. II. De nominis flexione. P. 243.

I. Nomen hibernicum 243—287.

A. Declinatio 243. Ordo prior 243. Declinatio masculina et generis neutrius 245—256. Declinatio feminina 257—264. Declina-

tionis ordo posterior 264. Series liquidarum 265—271. Series mutarum 271—275. Dualis 275. Substantiva anomala 279.

B. Deminutio 280.

C. Gradatio 282. Comparativus 282. Superlativus 287.

II. Nomen britannicum 287—307.

A. Declinatio 287. Pluralis numeri flexiones vocalicae 290. Terminationes consonanticae 297. Formae collectivae et singulativae 299. Dualis 301. Flexiones anomalae 303.

B. Deminutio 303.

C. Gradatio 305. Comparativus et superlativus 305.

Cap. III. De numeralibus. P. 307.

I. Numeralia hibernica 307—320.

1. Numeri cardinales 307. 2. Numeri ordinales 315. 3. Substantiva numeralia 317.

II. Numeralia britannica 321—331.

1. Numeri cardinales 321. 2. Numeri ordinales 329.

Cap. IV. De pronominibus. P. 331.

I. Pronomina hibernica 332—374.

A. Pronomina personalia 332. I. Pronomina personalia absoluta 332. II. Pronomina personalia infixa 334. III. Pronomina personalia suffixa 340.

B. Pronomina possessiva 343. I. Pronomina possessiva absoluta 343. II. Pronomina possessiva infixa 345.

C. Pronomen relativum 348. I. Pronomen relativum absolutum 348. II. Pronomen relativum infixum 349.

D. Pronomina demonstrativa 351.

E. Pronomina interrogativa 361.

F. Adjectiva pronominalia 363.

G. Substantiva pronominalia 370.

H. Formulae pronominales 372.

II. Pronomina britannica 374—410.

A. Pronomina personalia 374. I. Pronomina personalia absoluta 374. II. Pronomina personalia infixa 378. III. Pronomina personalia suffixa 383.

B. Pronomina possessiva 388. I. Pronomina possessiva absoluta 388. II. Pronomina possessiva infixa 393.

C. Pronomen relativum 397.

D. Pronomina demonstrativa 398.

E. Pronomen interrogativum 402.
F. Adjectiva pronominalia 404.
G. Substantiva pronominalia 407.
H. Formulae pronominales 409.

LIBER TERTIUS. DE VERBO.

Cap. I. De systemate verbi et particulis verbalibus. P. 411.
I. Particulae verbales hibernicae 413—419.
II. Particulae verbales britannicae 419—427.
Cap. II. De verbi flexione. P. 427.
I. Verbum hibernicum 428—496.
Activum. Temporum primariorum series quatuor 429—449. Tempora secundaria 449—454. Conjunctivus praesentis 455. Formae relativae 456. Imperativus 457. Infinitivus 458.
Passivum. Tempora primaria 464. Tempora secundaria 470. Conjunctivus praesentis 472. Imperativus 472. Infinitivus 472. Participia 472. 473. Flexio impersonalis 474.
Verba anomala. I. Verbi substantivi variae radices 476—489. II. Verba anomala vel defectiva 489—496.
II. Verbum britannicum 496—560.
Activum. Tempora primaria 497. Tempora secundaria 508. Conjunctivus 515. Imperativus 515. Infinitivus 518.
Passivum. Tempora primaria 523. Tempora secundaria 526. Imperativus 527. Infinitivus 527. Participia 528.
Flexio impersonalis et temporum compositio 529.
Verba anomala. I. Verbi substantivi variae radices 533—543. II. Verbum substantivum compositum 543. III. Verba cambrica significantia *ire, venire, facere* 546. IV. Verba cornica et armorica significantia *ire, venire, facere,* et verbum armoricum significans *habere* 552—557. V. Verba anomala significantia *scire, audire* et defectiva 557—560.

LIBER QUARTUS. DE PARTICULIS.

Cap. I. De adverbiis. P. 561.
I. Adverbia hibernica 562—570.
1. Adjectivorum forma adverbialis 562. 2. Substantivorum formae et formulae adverbiales 563. 3. Adverbia numeralia, pro-

nominalia 565. 4. Adverbia loci peculiaris formae 565. 5. Adverbia temporis peculiaris formae 568. 6. Adverbia primitiva 568.

II. Adverbia britannica 570—576.

1. Adjectivorum forma adverbialis 570. 2. Substantivorum formae et formulae adverbiales 571. 3. Formulae adverbiales e pronominibus et substantivis 573. 4. Praepositiones adverbialiter positae 574. 5. Adverbia primitiva 575.

Cap. II. De praepositionibus. P. 576.

I. Praepositiones hibernicae 576—621.

A. Praepositiones propriae. 1. Praepositiones cum dativo et accusativo 576. 2. Praepositiones, quas sequitur dativus 588. 3. Praepositiones regentes accusativum 602.

B. Praepositiones nominales 616.

II. Praepositiones britannicae 621—663.

A. Praepositiones propriae. 1. Praepositiones monosyllabae terminatae vocalibus 621. 2. Praepositiones monosyllabae desinentes in consonas, incipientes a vocalibus 632. 3. Praepositiones monosyllabae consonis inchoatae et terminatae 641. 4. Praepositiones bisyllabae 651.

B. Praepositiones nominales. 1. Nomina praemittentia praepositionem 654. 2. Substantiva praepositionum loco, post quae sequuntur praepositiones propriae 658.

Cap. III. De conjunctionibus. P. 663.

I. Conjunctiones hibernicae 663—683.

1. Conjunctiones primitivae 663. 2. Conjunctiones nominales 674. 3. Conjunctiones pronominales 677. 4. Conjunctiones e praepositionibus 678.

II. Conjunctiones britannicae 683—700.

1. Conjunctiones primitivae 683. 2. Conjunctiones nominales 694. 3. Conjunctiones quae sunt primitus praepositiones 697.

Cap. IV. De particulis negandi, interrogandi, respondendi et exclamandi. P. 701.

I. Particulae hibernicae 701—711.

A. Negantes. 1. Negativa absoluta 701. 2. Negativa dependens vel relativa 702. 3. Negativa prohibens absoluta 704. 4. Negativa prohibens dependens 705. 5. Negatio duplicata, multiplicata 706. 6. Negatio ampliata 706. 707.

B. Interrogantes. 1. In interrogatione simplici positiva 707.

2. In interrogatione simplici negativa 709. 3. In interrogatione bipartita 709.

C. Respondentes 710.

D. Exclamantes 711.

II. Particulae britannicae 711—721.

A. Negantes. 1. Negativa absoluta 711. 2. Negativa dependens 713. 3. Negativa prohibens absoluta 714. 4. Negativa prohibens dependens 715. 5. Negatio duplex, multiplex 715. 6. Negatio ampliata 716.

B. Interrogantes. 1. In interrogatione simplici positiva 717. 2. In interrogatione simplici negativa 717. 3. In interrogatione bipartita 718.

C. Respondentes 718.

D. Exclamantes 720.

LIBER QUINTUS. DE DERIVATIONE ET COMPOSITIONE.

Cap. I. De derivatione. P. 723.

I. Derivatio hibernica 724—781.

A. Derivatio vocalium 724.

B. Derivatio consonarum simplex et duplex 727. 1. Derivatio liquidarum 727. 2 Derivatio spirantium 745. 3. Derivatio mediarum 751. 4. Derivatio tenuium 757.

C. Derivatio consonarum multiplex 780.

II. Derivatio britannica 782—818.

A. Derivatio vocalium 782.

B. Derivatio consonarum simplex et duplex. 1. Derivatio liquidarum 785. 2. Derivatio spirantium 798. 3. Derivatio mediarum 802. 4. Derivatio tenuium 805.

C. Derivatio consonarum multiplex 818.

Cap. II. De compositione. P. 818.

I. Compositio hibernica 819—858.

A. Nomina composita. 1. Substantiva cum substantivis 819. 2. Substantiva cum adjectivis 824. 3. Substantiva cum verbis 825. 4. Adjectiva cum substantivis 825. 5. Adjectiva cum adjectivis 827. 6. Adjectiva cum verbis 827.

B. Pronomina et verba composita 828.

C. Particulae compositae 828. I. Particulae inseparabiles 828.

1. Privativae particulae 829. 2. Particulae qualitatis 832. 3. Particulae intensivae 833. II. Particulae separabiles 835.
D. Decomposita 851. I. Decomposita cum duabus particulis 851. II. Decomposita cum pluribus particulis 856.
II. Compositio britannica 858—879.
A. Nomina composita. 1. Substantiva cum substantivis 858. 2. Substantiva cum adjectivis 862. 3. Substantiva cum verbis 862. 4. Adjectiva cum substantivis 862. 5. Adjectiva cum adjectivis 863.
B. Pronomina et verba composita 864.
C. Particulae compositae 864. I. Particulae inseparabiles. 1. Privativae particulae 865. 2. Particulae qualitatis 866. 3. Particulae intensivae 867. II. Particulae separabiles 869.
D. Decomposita 877. 1. Decomposita cum duabus particulis 877. 2. Decomposita cum pluribus particulis 879.

LIBER SEXTUS. DE CONSTRUCTIONE.

Cap. I. De constructione prosae orationis. P. 880.
I. Constructio prosae hibernica 881—897.
1. Ordo constructionis 881. 2. Nomen et pronomen constructum 887. 3. Verbum constructum 893.
II. Constructio prosae britannica 897—910.
1. Ordo constructionis 897. 2. Nomen et pronomen constructum 901. 3. Verbum constructum 908.
Cap. II. De constructione poëticae orationis. P. 910.
I. Constructio poëtica hibernica 913—945.
1. Assonantia latina 916. 2. Assonantia hibernica 925.
II. Constructio poëtica britannica 946—963.

APPENDIX. SPICILEGIA ET SPECIMINA E CODICIBUS.

I. Hibernica 964—1076.
A. Dictiones grammaticales 964. B. Sententiae 986. C. Sermonis de abnegatione et compassione fragmentum e codice Camaracensi 1003. D. Specimen interpretationis codicis Prisciani Sangallensis 1010. E. Specimen interpretationis codicis Paulini Wirziburgensis 1038. F. Specimen interpretationis codicis Me-

diolanensis 1063. G. Specimen interpretationis codicis Carlisruhensis 1071.

II. Britannica 1076—1144.

A. Glossae Oxonienses. I. Glossae in Eutychium 1076. II. Glossae in Ovidii artem amatoriam 1081. III. Alphabetum Nemnivi 1089. IV. De mensuris et ponderibus quaedam 1090. V. Vocabula in pensum discipuli 1091. B. Glossae Luxemburgenses 1096. C. Vocabularium cornicum 1100.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

INDICES.

LIBER PRIMUS.

DE SONIS.

Soni linguae celticae, quae deprehenditur una linguarum Asiae et Europae affinium a primordio, in aliis quidem concordans cum ceteris ejusdem originis, in aliis propria et sui generis, quamvis sit et ipsa divisa, ex quo exstant scripta monumenta, in duo praecipue genera, unum hibernicum, alterum britannicum gallicumque, sese habent ut lingua ipsa omnis. Concordant scilicet in summa quidem cum sonis aliarum affinium linguarum, in specie tamen propriis viis et legibus evolvuntur. Quas sonorum tam origines quam leges evolutionis eruere, stamina et elementa ergo linguae utriusque, hibernicae et britannicae, exponere, hujus primi libri argumentum erit.

Sonorum signa i. e. literae, ex quo traduntur gallicae voces vel nomina a Romanis, ex quo transiit christiana religio a Romanis ad Gallos, Britannos et Hibernos, romana sunt vel latina, quae apud Hibernos jam inde a seculo quinto propria forma exculta et transgressa ad Anglos et Saxones nomen acceperunt literarum anglosaxonicarum vel scripturae anglosaxonicae. Ante literas has a Romanis receptas apud populos celticos scripturam propriam in usu fuisse, testimonium perhibere videtur nomen *Ogmius*, dei gallici sermonis et linguae, quod scilicet nomen apud Hibernos usque ad hodierna tempora servatum est in voce *Ogam (Ogham, Oghum)* designante scripturae vetustae hibernicae proprium genus, obvium in lapidum inscriptionibus vetustis, cognitumque

etiam codicum nostrorum seculi noni scriptoribus.* Apud Cambros quoque circumferuntur vetustae literarum formae, similes

* Cf. praefat. de cod. Sangallensi. Inventor scripturae in codice vetere hibernico (O'Donovan, Grammat. lingu. hibern. Introduct. XXVIII, not. e) dicitur *Ogma*, Elathani filius. Scriptura ogmica codicis Sg. est generis maxime communis ejus, quod depingit O'Don. (Introd. XLVII) et appellatum dicit *Ogham craobh* ("virgulare", si scilicet jacentem a sinistra ad dextram combinationem omnem in altum erexeris; *craobh*, arbor). Est autem potius lineare hoc genus, cum ad lineam recte ductam utpote fundamentum ab utraque parte, infra et supra, lineolae item, in vario numero et directione varia literas varias designantes, adhaereant, quas linearum catenulas dei Ogmii catenulis forsan aliquis comparaverit. De deo Ogmio plura leguntur apud Lucianum (ed. Dind. p. 598. 599.), qui eum dicit in figura Herculis depictum, attamen sermone tantum et persuasione fortem, senem, trahentem turbam catenulis aureis et succineis e lingua sua ductis ad aures auditorum libenter sequentium. En Luciani verba graviora ipsa: *Τὸν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ Ὄγμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ, τὸ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ πάνυ ἀλλόκοτον γράφουσι. γέρων ἐστὶν αὐτοῖς ἐς τὸ ἔσχατον... καὶ πάντα μᾶλλον, ἢ Ἡρακλέα εἶναι ἂν εἰκάσειας. ἀλλὰ καὶ τοιοῦτος ὢν ἔχει ὅμως τὴν σκευὴν τοῦ Ἡρακλέους. καὶ γὰρ τὴν διφθέραν ἐνῆπται τὴν τοῦ λέοντος, καὶ τὸ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τὸν γωρυτὸν παρήρτηται, καὶ τὸ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ προδείκνυσι. καὶ ὅλος Ἡρακλῆς ἐστι..... ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνθρώπων πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει, ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. δεσμὰ δέ εἰσίν οἱ σειραὶ λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι, ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις .... φαιδροὶ ἕπονται καὶ γεγηθότες ..., ἐοικότες ἀχθεσθησόμενοις, εἰ λυθήσονται .... οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ἐξάψει τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχὰς, ἅτε τῆς δεξιᾶς μὲν ἤδη τὸ ῥόπαλον, τῆς λαιᾶς δὲ τὸ τόξον ἐχούσης, τρυπήσας τοῦ θεοῦ τὴν γλῶτταν ἄκραν, ἐξ ἐκείνης ἑλκομένους αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ ἐπέστραπται δὲ εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν. .... Κελτὸς δέ τις παρεστὼς, .. φιλόσοφος οἶμαι τὰ ἐπιχώρια, ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ ξένε, λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα. ... τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ οὐχ ὥςπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλεῖ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι παρὰ πολὺ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος οὗτος. εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς· μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ ἐντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμὴν.... ὥςτε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν γλῶτταν ὁ γέρων οὗτος Ἡρακλῆς ὁ λόγος ἕλκει, μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς τὴν ὤτων καὶ γλώττης συγγένειαν. .... τὸ δὲ ολον καὶ αὐτὸν ἡμεῖς τὸν Ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα ἐξεργάσασθαι σοφὸν γενόμενον καὶ πειθοῖ τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. καὶ τά γε βέλη αὐτοῦ οἱ λόγοι εἰσὶν οἶμαι ὀξεῖς καὶ εὔστοχοι καὶ ταχεῖς καὶ τὰς ψυχὰς τιτρώσκοντες. πτερόεντα γοῦν τὰ ἔπη καὶ ὑμεῖς φατε εἶναι. τοσαῦτα μὲν ὁ Κελτός.* Ogmius deus ergo sermonis (*Ἑρμῆς* = sermo) simul et sapientiae (*σοφὸς γενόμενος*), quo utroque fit victor omnium, ut Hercules. A voce hibern. *ogham*, *oghum*, in

runis scandicis et aptae ad incidendum in lignum vel lapidem, ut alphabetum Nemnivi,* dictae *Coelbren y beirdd*, alphabetum Bardorum, cui opponitur *Coelbren y menaich*, alphabetum monachorum vel romanum. Figuris similibus arbusculis vel arborum et fruticum ramulis, ut sunt runae scandicae, etiam Bardos hibernicos usos esse, inde colligendum est, quod arborum vel fruticum nomina singulis literarum figuris attribuentes alphabetum dictum *Beth-luis-nion* (*beith* betula, *luis* fraxinus montana, *nion* fraxinus etc.) confecerunt. In haec tamen latius inquirere, magis est palaeographiae quam grammatices.

Sonorum tam hibernicorum quam britannicorum communis proprietas ea est, quod e statu originario, qui eruitur vel e vetustioribus monumentis vel comparatione utriusque linguae tam inter se quam cum linguis affinibus, expelluntur in certis positionibus, transeuntque in alios sonos, qui sunt secundarii et dici possunt ob defectionem a primaria genuitate alterati vel infecti. Qua evolutione, quam nos dicemus infectionem, tanguntur tam vocales, quam consonae, quamvis fiat diverso modo in utraque lingua. Tanguntur autem plurimum consonarum classes (excepta una aspiratarum), apprime tenues, quae ab eadem subiguntur non solum in medio et fine vocum, sed etiam in initio arripiuntur in contextu sermonis secundum easdem positionum regulas, quamvis accedant hoc loco propriae quaedam regulae et anomaliae. De qua infectione consonarum in initio vocum ergo proprio capite dicendum, cum ante fuerit dictum de sonis singulis eorumque infectione specialiter.

---

qua *m* dura servata contra communem regulam, non differre videtur cambr. hod. *of* (*g* excussa, *m* infecta, secundum regulam), elementum, unde varia derivata, e. gr. adj. *ofus* (elementarius), subst. *ofydd* (doctus, philosophus), *ofyddiaeth* (philosophia, scientia). Cf. et gael. subst. *oidheam* (*dh* pro *gh*; liber, institutio, tractatus), adj. *oidheamach* (idealis).

* De quo videsis praef. et appendicem hujus operis. *Coelbren*, lignum memoriae, ut *coelfaen*, lapis memoriae. Ligno quadrato incisas esse literas a Bardis et inde nomen ductum alphabeti incisi, asserit Owenus. Sed nonne etiam *coelbren* nomen singularis literae, i. e. ramus, baculus memoriae, ut germ. *buchstab* (baculus libri)?

CAPUT PRIMUM.

De sonorum seriebus, natura et infectione.

I. Soni hibernici.

A. Vocales.

Vocalium systemati, quod observatum est in linguis stirpis indeuropaeae, non repugnat celtica lingua. Vocalis A, vocalium centrum et principium, divergendo duobus radiis, extremas contra se positas habet vocales ex una parte I, ex altera U, quae religantur per intermedias in principium, *i* scilicet mediante E, atque *u* mediante O. Sunt omnes hae vocales aut simplices, sive breves, correptae, aut duplices, sive longae, productae. Junctae extremae vocales aut cum principio aut inter se sunt diphthongi, tres ergo AI, AU et IU, ad quas accedit ex intermediis OE. Est harum vocalium, praesertim simplicium, vis alterans inter sese, quam et hic nos dicemus infectionem.

Vocales breves.

A correptae exempla in vetustis nominibus gallicis sat exhibent jam poëtae latini veteres.* Virgil. ecl. 1, 63: aut *Ara*rin

* A poëtis romanis vocum gallicarum vocales ea, qua audiebantur ex ore peregrino, quantitate redditas esse, non dubium, cum pateat ex utraque lingua, hibernica et britannica, et plures poëtae fuerint gallicae originis vel linguae gallicae habuerint cognitionem, e. gr. Virgilius, Catullus, Ausonius, Sidonius. Haec regula non destruitur una vel altera licentia poëtica, cum e. gr. Propertius 4, 10. 41 corripit *a* nominis gallici Virdomarus, quam utraque lingua vindicat longam, et quam etiam lapis vetustus signo productionis notat (Orell. 3582), vel cum alii poëtae cogente metro producunt breves *e*, *o* in nominibus Arêmoricus, Calêdonius, Mediôlanum. Recentiores poëtae minoris sunt auctoritatis in hac re, e. gr. Venantius Fortunatus, qui adeo diversa quantitate profert easdem nominum germanicorum vocales: 4, 3 Thuringi, producta *u*, 4, 2 et 8, 1 Thoringia, terra Toringa, correpta *o*, ut 7, 7 et 9, 1 nomen Danus, Dani, *a* modo producta modo correpta. Eodem modo in 3, 12. 14 Musella *u* producta, in 10, 10 Mosella *o* correpta.

Parthus bibet. Lucan. Claudian.: *A*r*a*ris, *A*r*a*rin, *A*r*a*rim. Lucan. 1, 446: T*a*r*a*nis non mitior ara. Sil. Italic. 4, 232: mactat L*a*b*a*rumque P*a*dumque Et Caunum et multo vix fusum vulnere Breucum Gorgoneoque L*a*rum torquentem lumina vultu.* Martial 14, epigr. 200: Non sibi, sed domino venatur vertr*a*gus acer. Auson. Mosella: *A*lisontia, Dr*a*honus, S*a*ravus, C*a*rantonus, G*a*rumna (Galliae fluvii), Nivom*a*gus (locus); epist. 22. 24: Hebrom*a*gus; urb. 13: Tectos*a*gi. Sidon. carm. 5. 13. 23: V*a*c*a*lis, V*a*ch*a*lis (fluvius); carm. 24: terram G*a*b*a*lum satis nivosam. Duco huc C*a*tullus (Catull. 6. 8. 10 etc. Martial. 14, 196), nomen poëtae Veronensis, e lingua gallica ortum, ut aliorum scriptorum veterum Italiae superioris.

Hanc *a* correptam originariam plurimae voces hibernicae retinent intactam, e. gr. *mag*, *magen* (campus, locus) Wb. Sg.**

---

* Nomina Gallorum. Ita et nomen fluvii P*a*dus Virg. Claudian., et P*a*dusa (Padi ostium vel fossa) Virg. Aen. 11, 457, de cujus origine Plinius 3, 16: Metrodorus Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quae *pades gallice vocetur*, Padum hoc nomen accepisse. Nomini *Labar* jungi potest fluvii nomen *Labara* in chartis medii aevi (sunt tres ejus nominis fluvioli ex utraque parte Danubii prope Reginum, germ. grosse, kleine, schwarze Laber). Adj. *labar* (loquens), hibern. vet. *sulabar*, cambr. vet. *helabar* (bene loquens, eloquens), cambr. hod. *aflafar* (mutus).

** Vox - *magus* frequentissima in nominibus locorum gallicis compositis cum nominibus propriis, ut Caesaromagus, Juliomagus, Drusomagus, Borbetomagus, vel adjectivis sive substantivis, ut Noviomagus, Nivomagus, Rigomagus etc. Hibernice a simplice *mag* significatur *campus:* monasterium quod campus navis id est *Maglunga* vocatur (*long*, navis) Boll. Jun. 2, 237. campus quem Scoti vocant *Magh Sceithi*, id est campus scuti. Boll. Jul. 5, 596. Britannice contra derivat. *maes* (= mages; cf. nomen loci *Magies*, hodie Mays prope Meranum, in vita S. Corbin. c. 11. 35) significat campum: *yna ydeuthum y uaes mawr* (tum veni ad magnam planitiem) Mab. 1, 3; simplex autem *ma* (= mag) locum: *guaroima* (gl. theatrum, i. e. locus ludendi; *guaroi*, ludus), *digatma* (gl. circus; i. e. locus separatus) gl. Oxon. Communis utrique linguae est derivat. *magen*, significans locum; hibern.: *nach magen* (locus aliquis) Ml. 2^{d}. 27^{c}. *issinmaginsin* (in hoc loco) Sg. 30^{b}. cambr.: *yman* (hic, hoc loco; *man* = magen, secundum regulam mediae *g*) Mab. 1, 264. armor. *man* fq. inserviens demonstrationi. Subst. simplex est generis fem. in utraque lingua; hibern. *maige rein* (campi Ren, solitudines) Annal. 4. magistr. ap. O'Conn. 3, 123. *y pebyllua honno* (locus hic figendi tentoria; *honno* pronom. fem.) Mab. 3, 273. Dubium an huc pertineant nomina propria in inscriptionibus vetustis: Magiorix Stein. 145. Magianus Orell. 457. Magiatus 1987. Magiacus 1900. Magissius 1395. Magidius Grut. 983, 10. Magunus

carad, caratrad (amor; cf. nn. propr. Carantonus Auson., Carausius Aur. Vict., Caratacus Inscript. Grut. 902, 5, Caractacus Tacit., Caratullus Grut. 862, 2) Wb. fq. *cath* (pugna; cf. Caturiges Caes., Catuslogi Plin., Catullus, nomen Tricassini Galli, Inscript. Mur. 1281, 6. Coddacatus Catulli fil., Vesontinus, Inscr. Orell. 2064) Wb. 9ª. *gab, rogab* (cepit, dedit; cf. Gabali) fq. *labar, labrad* (locutio, sermo) Wb. fq. *rann* (pars) Wb. Sg. fq.

Infectione autem alteratur plurimum haec vocalis, cum sequitur *i* (sive *e* ex *i* originaria) aut flexionis aut derivationis. Scriptio solita vocalis infectae est AI in codicibus vetustis hibernicis: *clainde* (generis, prolis; nom. *cland*) Wb. 5ª. *rainne* (partis; nom. *rann*) Wb. Sg. fq. *cairimse* (amo) Wb. 5ᶜ. 23ᶜ. *baitsimse* (baptizo) Wb. 8ª. *baithis* (baptisma) 12ª. *claideb* (gladius) 6ª. *aimser* (tempus) Wb. fq. *bairgen* (panis; cambr. *bara*) Wb. Ml. Sg. In quibusdam monosyllabis *i* inficiens decidisse sive potius cum *a* radicali coaluisse putanda est: *flaith* (dominium; = flathi?) Wb. 9ᵈ, gen. *flatho; ainm* (nomen; = anim?) fq., gen. *anma*. In quibusdam causa infectionis inveniri non potest; e. gr. *maith* (bonus; britann. *mat;* cf. nom. gall. vetust. Teutomatus Caes.), plur. *matha, mathi; traig* (pes; cf. cambr. plur. *traet* fq. in Mab. = traget, pedes, et compos. cum partic. intensiva *vertragus* ap. Martialem et Arrianum de venat. c. 3: αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ κελτικαὶ καλοῦνται μὲν οὐέρτραγοι κύνες φωνῇ τῇ κελτικῇ) Sg. 7ᵇ. 130ᵇ. In his e formis infectis, e. gr. *traigid* (pedes) Wb. 23ᶜ, *traigthib* (pedibus; = tragithib) Sg. 120ᵇ. *traigthech* (gl. pedes, gl. pedester = tragithech) Sg. 38ᵇ. 50ᵇ, infectio etiam in alias formas, quibus non convenit eadem, transgressa credi poterit.

Inveniuntur tamen non rarae pro infecta *ai* scriptiones aliae duae, scilicet E et I. Ita particulae frequentissimae in compositis *air* (primitus ari? cf. Aremorici, Arecomici) et *aith, aid* (vet. gall. ate -) scribuntur tam *er-, ed-*, quam *ir-* , *id-* . Adj. *erdirc* (gl. celebre) Ml. 25ª, plur. *erdarcai* (gl. honore conspicui)

Grut. 1012, 8. Magulla 912, 10. Magullinus 648, 2. Abest certe - *magulus* in comp. Taximagulus Caes., Conomaglus Bolland. Mart. 1, 258, quod est recentius cambr. *mael* (puer, servus), conferendum cum goth. *magus* (filius, puer).

Ml. 36[a], unde verb. *erdaircigidir* (gl. concelebrat) Ml. 28[a], in Wb. saepius est *airdirc* et *irdircc;* ut subst. *edbart, edpart* (oblatio) in glossis: *ondedbairt* (gl. oblatione) Ml. 33[a], *oc indedpairt* (in oblatione) Sg. 6[b]. 54[a], *oc edpartaib* (in oblationibus) Sg. 56[b], in Wb. frequentissimum est *idpart.* Praeferunt codices Wb. et Sg. scriptionem *ai* et *i*, Ml. *e: erlam* (paratus, obediens) Ml. 33[d], est *airlam, irlam* in Wb., in quo et *airle* (voluntas), *irladugud* (obedientia) frequenter occurrunt. *eregem* (gl. querela) Ml. 26[b]. 27[d]. 35[a]. *airégem* (gl. querimonia) Sg. 51[a]. *terissem* (positio, status) Ml. 34[c]. *tairissem* (compos. *do-air-issem*) Sg. 74[b]. *ermitiu* (honor) Ml. fq., alias *airmitiu.* Est tamen et nutatio ubique, etiam in Wb., ubi e. gr. praep. *ar* cum pronomine suffixo est tam *airiubsi* (ad vos) quam *eruibsi* 27[d] et pro *airiu, airriu* (ad eos) etiam *erriu, erru* 4[d]. 11[a]. Interdum *a* originaria prodit iterum, praesertim in formis verborum: *armitiu* (honor) Ml. 35[c]. *arégi* (gl. queritur) Ml. 31[a]. *aregisom* (gl. questus) 31[c]. *aracéget* (gl. querentium) 29[b]. *roadbartaigset* (obtulerunt), *oc adbartugud* (in offerendo) Ml. 26[b]. *adropred* (oblatum est) Wb. 15[d]. Patet inde, quomodo e vetusta gallica praep. *ambi* (cf. Ambigatus Liv., Ambiliati Caes., Ambarri, ambacti Caes.) prodire potuerit hibern. vet. *imme* (circa, assimilata *b*), quae praep. et frequentissima in compositis *imm-, im-*. Itaque et in uno codice Wb. e radice *arb, arp*, obvia etiam in compositis *comarpi* (cohaeredes) 19[c], *comarbus* (cohaereditas) 4[c]. 9[a], formae verbales *nomerpimm* (me trado, confido) 6[c], *nobirpaid* (confiditis) 8[b], et *roairptha* (commissum est) 8[c].

Significavit, ut videtur, aliam infectionem vocalis *a* scriptio AU, quae locum radicalis *a* obtinet sequente *u*, ut in *baullu* (membra; sg. *ball*) Wb. 3[b]. 12[b], pro quo *bullu* Wb. 9[d], *rolaumur* (gl. audeo) Wb. 17[a], pro quo *rolomur* Ml. 21[b], unde et *rolaimemmar, conlaimemmar* (audemus) Wb. 15[c]. 17[b]. Fuerit non diversa haec infectio ab ea, quae occurrit in lingua vetere islandica, in qua *a* ante *u* fit *ö*, e. gr. *mögr* (goth. *magus*, filius, puer), gen. *magar*, plur. *megir*, dat. *mögum*, et pro hoc *ö* codices islandici exhibent etiam scriptionem *au, av.* Invenitur tamen usus hujus scriptionis *au* jam turbatus apud scriptores hibernicos, in positionibus saltem, in quibus non amplius demonstrari potest *u*, interdum etiam procul dubio negligenter adoptatus pro *ai*, e. gr. *aurlatu*,

indaurlatath (obedientia, obeditionis; ut 6[d]: *inaurlatid*, gl. in obedientiam, et 14[a]: *do aurlatu*) Wb. 3[b], in quo eodem loco est etiam *do irladugud. doaurchanim* (gl. sagio) Sg. 60[b], *donaurchain, dinaurchein* (gl. portendere) Cr. 33[b]. 33[c]. In eodem cod. Cr. 37[b]: *innaudbirt* .ı. *incaisc* (gl. facies phase domino tuo; i. e. *innadbirt, innidbirt*, oblationem, pascha, accus. sing.). In quibusdam dictorum locorum *au* ex *a* antecedenti *o* assimilata poterit putari. In Sg. 38[a] est *daurde* et 33[b] *dairde* (gl. quernus), e subst. *daur* (gl. quercus) Sg. 38[a], ubi et 53[a] est *daurauch* (gl. quercetum) et 113[b] *derucc* (gl. glans). In his quamvis sit etiam mixtio inter *ai* et *au*, statuenda tamen erit forma originaria *daru, dru* (cf. cambr. *derw*, quercus, unde *derwydd*, Druida) atque perhibenda *u* ingressa in radicem inficiendo ut *i* in supradictis exemplis, si conferimus vetusta nomina *Δαρούερνον* (Britanniae oppidum; quae quidem forma praeferenda videtur aliis, ut Durovernum, Durarvernum obviis in Itin.) ap. Ptol., *Druentia* (gall. fluv.; cf. *Dorowention* fluvii Brit. nomen apud Bedam, et oppidi *Dervention* ibidem in Itin. Anton.) et notissimum *Druida.*

His vocalis *a* mutationibus si addimus alias quasdam, e. gr. *o* pro *a* in Wb.: *anorpe nemde* (haereditas coelestis; cf. antedictam radicem *arb, arp*, et jam in vetustis nominibus gallicis nutantem *a* in *o:* Magontiacum et Mog., Damnonii et Domn., Lausanna et Lous.) 27[c], *immormus* (delictum) 9[c]. 10[a], gen. *immormussa* 13[d], quod est *immarmus* 10[c], et *oi* pro *ai* in eodem codice: *toibre* (da, ibidem et *taibre*, e *tabar, tabart*, dare) 29[a], *itmoirb inboill* (sunt emortua membra; sg. *marb, ball*, a quo alias plur. *baill*) 11[c], in Sg. *coirbbre* (nom. propr., recentius *Cairbre*) 194[a], series evolutionis ejusdem poterit sisti sat numerosa *a, o, ai, au, oi, e, i*. His tamen si demimus rariores *o, au, oi*, series communis scriptionis purae et infectae manebit *a, ai, e, i*.

Pronuntiationem infectae *ai* nutasse inter *e* et *i*, e supradictis colligi poterit. Indeque vice versa, ubi omnino non est *a* infecta, *ai* scribebatur non solum pro *i* vocali pura originaria, sed etiam interdum pro *e* originaria. Exempla in codicibus nostris frequentissima, in quibus *i* originaria et *ai* promiscue scribuntur: *forcitlaid* (praeceptor) Wb. 31[d], quod in aliis locis est *forcitlid*, et ita plurima derivata in *-id, -lid, -thid* etc. *sercaid* (amans) Sg. 124[b] et *sercid* 188[b]. *dercaide* (gl. rubrenus) Sg. 35[b]. *la ar-*

saidi (apud veteres) Sg. 75^b et *la arsidi* 91^b. *humaidi* (gl. aeneam) Sg. 114^a et *humide* 15^b. *cétnaidi* (primi; sing. alias *cétnide*) Sg. 28^a. *comascnidaid* (gl. compos) Sg. 105^b. *nephascnaidid* (gl. impos) 106^a. *techtaite* (qui habent; alias - *ite*) Sg. 21^b, ut aliae verborum terminationes, praesertim 1. pers. praes. - *aim* et - *im*. *cosmili* (similes) Wb. 13^a et *cosmaili* 33^b. *cosmail, cosmailius* (similis, similitudo) Sg. 10^a et *cosmilse* 11^b. *sodain* (pronom. demonstr.) Wb. 17^b, quod alibi semper *sodin*. *am. ṡodain* (hoc modo) Sg. 6^a. 187^a et *am. sodin, am. ṡodin* 67^a. 184^b, *foṡodin* 182^b. *robarti* (maris refluxus) Cr. 20^b et *robartai* 34^a. Adeo *doaibsem* (eis) Sg. 50^a, *dunnai* (nobis) Cr. 18^b, *saidai* (hi) Cr. 18^a, pro solitis *doibsem, dunni, sidi*. *Ai* pro *e* videtur occurrere ante liquidas: *daintech* (gl. dentatus) Sg. 159^b,* *ingraimmai, ingraimmae* (persecutio) in Ml., quod in Wb. *ingremm*, acc. *ingreim*, pro *ingrenm*, unde *ingrenthid* (persecutor) Wb.

Pro hac *ai* non orta ex *a*, sed scripta pro *i* originaria, non rara est etiam scriptio UI: *cosmuil, cosmuilius* (similis, similitudo) Wb. 12^c. 12^d. 25^d pro *cosmil, cosmilius*. *cáirchuide* (gl. ovinus; derivatio frequentissima adj. - *ide*, - *ithe*, - *the*) Sg. 37^b. *forbuide* (gl. intensivus; = *forbide*, *forbithe*, in Wb. frequentissimum *foirbthe*, firmus) Sg. 221^b. *senmuim* et *senmim* (sonitui; dativ. subst. *senm*) Wb. 12^c. 13^d.

In dictis combinationibus *ai* et *ui* pro *i* originaria cum antecedentes ante *i* vocales *a* et *u* superfluae sint, abusu graphico solummodo ortae, etiam in combinatione supradicta *au* poterit *a* antecedens superflua putari et retenta propter originem ex *a* primaria, ut in combinatione *ai* = *i* orta ex eadem *a*. Poteruntque legi supradictae voces: *baullu* = *bullu*, ut etiam invenitur in codice, *daur* = *dur*, *daurauch* = *duruch*.

Addam hoc loco combinationes ejusdem generis EA = A et EO = O, in quibus *e* (inficiens ipsa et inficienti *i* proxime cognata) superflue addita videtur ob antecedentem *i*, *e*, vel infectionem.

---

* Poterit quidem adduci cambr. *dant*, plur. *dannet*, sed invenio in Sg. 67^b: *do déit* (gl. ad dentem) dativum *déit*, qui redit ad *dét*, *dent*. Dubia quoque esse possunt quaedam dictorum exemplorum, an non ad *a* pertineant, e. gr. deriv. - *thaid*, - *thid*, ob gen. *aitrebthado* Sg. 200^b, *denmada* (gl. factoris) Ml. 27^b, et terminatio verb. - *im* ob cambr. - *am*; inficit tamen hibernica terminatio.

EA in terminationibus substantivorum et verborum, in quibus alias obtinet *a*. In substantivis cujuscumque generis et numeri: *indærchoiltea* (gl. decreti; nom. *intærchoiliud* Ml. 22[b]) Ml. 26[d]. *rúna incholnigthea* (mysteria incarnationis) Wb. 27[c]. *rún dánigthea in spirito nóib* (mysterium distributionis spiritus sancti; nom. -*igud*) Wb. 21[c]. *anamchairtea* (gl. doctores) Wb. 22[a]. *cecha dethidnea* (omnes curae; nom. sg. *dethiden*) Wb. 3[d]. *na erigmea* (gl. querelas; nom. sg. *eregem*, gen. *erigme*) Ml. 26[b]. *inna mailgea* (gl. palpebras) Ml. 30[c]. In futuri 3. pers. terminatione - *ifea*, - *ibea*, - *fea*, e. gr. in Wb. *dofuircifea* (inveniet), *nonsóirfea* (salvabit nos), *ni telfea* (non juvabit), in Ml. *atrefea* (habitabit) 36[a]. Plura exempla infra in verbo, juxta quae tamen et invenies scriptiones solius *a*: *ni ainfa* (non placebit), *nobsóirfasi* (salvabit vos), *ticcfa* (veniet) in Wb. Eodem modo in 3. ps. sing. conjunctivi, quae alias terminatur in *a*: *connach moidea nech* Wb. 2[b]. *condid diusgea inspirut nóib* Wb. 4[a]. *corrochraitea sochuide* Wb. 12[c] (cf. exempla in verbo).

EO in terminatione genitivi numeri singularis, quae alias est *o* alternans cum *a*: *intoimseo* (gl. ponderis; nom. *tomus*, gl. mensura, et *inmorthomus*, gl. pondus, Ml. 33[c], unde et *toimsidetu*, mensuratio, Sg. 25[b]) Ml. 35[c]. Ibidem: *inna iarfaichtheo* (gl. inquisitionis; accus. *frisinniarfaigid*, gl. adversum inquisitionem, Ml. 20[c], qui et ipse codex exhibet 24[b]: *inna iarfaigtho* (gl. quaestionis). In his omnibus equidem *e* non omnino superfluam putaverim, sed *i*, interdum et *u*, oppressae per terminationem vestigium et quasi frustum. Non tamen idem poterit dici de scriptione pronominis demonstrativi in Ml.: *indas indfirseo* (qualitas hujus viri) 36[a]. *æsi incethardaiseo* (hujus quaternitatis, horum quatuor) 36[c], quod scilicet pronomen in omnibus aliis codicibus scribitur vel *so*, *sa*, vel *se*.

Obviae hae scriptiones in codicibus nostris vetustis, sed non secundum regulam et communem usum, interdum quidem non sine causa, partim tamen per abusum. Facile est perspicere, in hoc abusu originem esse quaerendam famosae illius regulae linguae hibernicae recentioris, tam hibernicae propriae, quam gaelicae, qua scriptio recentior ita inquinata est, ut horrori sit homini extraneo vel purae scriptionis amatori. Qua scilicet regula, quae dicitur *cóil re cóil*, *lethan re lethan*, vel ut hodie scribunt

caol re caol, *leathan re leathan* (tenuis ante tenuem, crassa ante crassam; i. e. sit vocalis) postulatur, ut post vocales, quae inficiendo sibi praesertim oppositae sunt, scilicet *a*, *o*, *u*, quae dicuntur latae, crassae, ex una, et *i*, *e*, quae dicuntur macrae, tenues, ex altera parte, si sequantur in proxima syllaba vocales contrariae, praeponantur vocales ejusdem seriei superfluae. Scribitur itaque quidem *Albannach* (Scotus), *sùilibh* (oculis), sed non *firinnach* (verus), *mathir* (mater), *nathir* (anguis), *bardibh* (bardis), *dorsibh* (portis), cum debeat scribi *firinneach*, *mathair*, *nathair*, *bardaibh*, *dorsaibh*, cum superflua *a* post *a*, *o*, et superflua *e* post *i*. Crassarum est etiam antepositio, ut in adj. *leathan* (vet. hibern. *lethan*, latus), subst. *rioghacht* (regnum; vet. hibern. *ríg*, rex), et cum hoc modo pro correpta *e* orta sit scriptio communis *ea*, pro *i* producta frequens scriptio *io*, adducitur ante vocalem tenuem amplius superflua, ut gael. *cealgair* (fraudator, lege *celgir*), *rioghaich* (regere, lege *righich*, ut etiam scribi potest).

E brevis gallicae exempla apud veteres poëtas. Virgil. ecl. 9, 28: Mantua nimium vicina Cr*e*monae. Virg. georg. 3, 204: Belgica vel molli melius feret ess*e*da collo. Propert. eleg. 2, 1. 86: ess*e*da caelatis siste Britanna jugis. Horat. od. 4, 14: Drusus G*e*naunos. Lucan. 1, 390: deseruere cavo tentoria fixa L*e*manno castraque quae Vog*e*si curvam super ardua rupem; 1, 431: cana pendentes rupe G*e*bennas (leg. Cebennas). Sil. Ital. 4, 160: infandi S*e*nones (ita et Claudianus saepius in bell. Gild.). Juvenal. 8, 157: solam *E*ponam. Auson. urb. 13: Rhodanus genitore L*e*manno . . . rura C*e*bennae; urb. 5: M*e*diolani; epist. 4. 7. 9: M*e*dulis, M*e*dulorum; urb. 14: N*e*mausus; Mosell. 354: N*e*m*e*saeque meatu (Nemesa fluv.; cf. Venant. Fortun.: nomine Vern*e*m*e*tis); ibid. 365: exilem L*e*suram; profess. 10: qui B*e*l*e*ni aedituus. Sidon. carm. 5, 212: Atr*e*batum terras.

Intacta eadem vocalis in vocibus hibernicis: *nem* (coelum) fq. *nemed* (gl. sacellum; conf. Venant. Fortunat. 1, 9: nomine *Vernemetis* voluit vocitare vetustas, Quod quasi *fanum ingens gallica lingua* refert. Porro: Vernemetum, Britann. oppid. Itin. Tasinemetum, loc. Noric. Itin., Augustonemetum, opp. Gall. Itin., *Αὐγουστονέμετον* Ptol., Nemetocenna Caes.) Sg. 13^b, 18^b. *atreba*, *atrebat* (habitant, possident; cf. Atrebates) fq. *breth* (ju-

dicium; cf. Vergobretus Caes.) Wb. 12[d]. *ess* in compos. *iress* (fides, = *air-ess*, instantia; cf. esseda et Su-essiones i. e. bene statuti, locati) Wb. fq. *meldach*, *melltach* (acceptus, gratus; cf. Meldae Caes.) Wb. 4[c]. 9[d]. *nert* (valor; cf. Nertomarus, Esunertus, Cobnertus, Urogenonertus, nomina virorum gallica in inscriptionibus vetustis) fq. *delb* (effigies) Wb. etc.

Infecta *e* ab *e* sive *i* sequente in flexione sive derivatione fit I, in positione interdum EI; e. gr. *nem* (coelum), gen. *nime* (*nim* jam in nom. in incantatione Sg.: *ni artu ni nim;* nusquam tamen alibi) Wb. 2[d]. 21[a]. *breth, brithe* Wb. 25[d], *brithemnact* (iudicium) Wb. 9[d]. *iress*, gen. *irisse* (fidei) Wb. fq. *grientairisem* (= *do-air-issem*, gl. solstitium) Cr. 35[b]. *airchinnech* (princeps; *cenn*, caput) Wb. 4[c]. *aimser* (tempus), gen. *aimsire* fq. *ingen* (filia), gen. *ingine* Sg. 100[a]. *sen* (senex), comp. *siniu* Wb. 4[c]. 28[b]. *toisech* (praestans), comp. *toisigiu*, superl. *toisigem* Sg. 42[a]. 153[b]. In positione: *geinti* (gentes), *seirge*, *esseirge* (resurrectio) in Wb. fq. *creitme* (fidei; nom. *cretem*) Wb. 2[b]. *meirddrech loc* (gl. fornix) Sg. 113[a]. Invenitur tamen et scriptum in Wb. *genti, mertrech, cretme*, et *delbe* (imaginis), *serbe* (immunditiae), *serce, deserce* (amoris), *ferce* (irae; cf. genit. substant. ordinis prioris ser. V), ut vice versa *ei* interdum et extra positionem, e. gr. in num. *deich* (decem). Eodem modo in positione nil mutat *u* internae flexionis accedens ad vocalem radicis *e* ipsam: *ó neurt, inneurt*, dativ. subst. *nert* (valor) Wb. 6[d]. 18[b]. 25[d]. *coindeulgg* Sg. 25[b], e subst. *condelgg* (comparatio). Extra positionem tamen transit *e* in *i*: *isintuisiulsin* (in hoc casu; nom. *tuisel*) Sg. 204[a]. *hogiun* (ex ore; nom. *gen*) Wb. 5[d]. *ónchiunn* (e capite), *arachiunn* (coram eo; nom. *cenn*) Wb. 11[c]. 16[b]. *dindriuth* (de cursu; nom. *reth*) Wb. 20[b]. *arriuth* (gl. adorior; i. e. incurro; cf. *rethit*, currunt, Wb. 11[a]) Prisc. Cr. 57[a]. A vocalibus ceteris praeter *e* et *i* accedentibus in flexione externa regulariter *e* radicalis non tangitur: *intesa* (gl. caloris; nom. *tes*) Sg. 5[a]. *ferán* (gl. masculus) Sg. 46[a]. *senán* (gl. senecio) Sg. 49[b]. *becán* (gl. pauxillum, gl. paullulus) Sg. 14[a]. 48[a], juxta quae tamen et obvia sunt: *ginán* (gl. osculum; nom. *gen*) Sg. 46[a]. *firu* (viros, acc. plur., sg. *fer*) fq.

Memorandae sunt mutationes quaedam originariae *e*, e. gr. in *o* adeoque in vocales productas. E subst. *delb* (effigies) est derivatum procul dubio *dolbud* (figmentum) Wb. 4[c], in quo eodem

loco leguntur etiam formae *doilbthid* (figulus), et *rodndolbi* (finxit id, vas). Duco huc etiam adj. et subst. *folus, follus* (perspicuus, clarus, claritudo), quod jam exstat in vetustis nominibus *Volusius*, *Volusianus*, e radice *fell* (videre; Wb. 7[a]: *atdubelliub* pro *adubfelliub*, videbo vos; cambr. *gwelet*), nec non *foirggae* (gl. Thetis, i. e. oceanus) Sg. 124[a], e radice *fergg, ferg*, cui significatio motionis, agitationis supponenda erit, e qua et nomina *ferc, ferce* (ira; = *fergg*, *ferg*, cf. sub G) Wb. 22[b], *fercach* (iratus) Ml. 22[c]. 22[d] (cf. *Οὐεϱγίονιος ὠκεανὸς* ap. Ptol. 2, 1. 2; 8, 3 ed. Wilberg., magnus oceanus a meridie insulae Hiberniae). Quae mutatio in *o* vix adscribenda est sequenti *u*, ut in *dolbud, follus*, cum etiam ante alias vocales obtineat, ut in *rodndolbi, foirge*, jamque in vetusto nomine *Rhodanus*, siquidem jungendum est vocibus item vetustis gallicis Rhedones Caes., Eporedici (i. e. boni equorum domitores, Plin. 3, 17), rheda (currus).

Mutationis correptae *e* in productam *a* exemplum apertum est subst. *bráth* (judicium) in Wb. saepius obvium juxta formam *breth*, quod etiam alias exstat, e. gr. adhuc in hodierno cambr. *brawd* (= bràt), forsan jam in vetustis nominibus gallicis Bratispantium, Mandubratius apud Caes., Casibratius Inscript. (Grut. 869, 7). Nec negari poterit mutatio correptae *e* in productam *e*, si in nostris vetustis codicibus non solum legimus formam num. *deich* (*δέκα*), sed etiam scriptiones *déc*, *déec*, *deac* (= dèc; de usu utriusque formae infra in capite de numeralibus), et si vetusta vox gallica *rhêda* (currus; cf. *e* productam) jungenda est, ut videtur, radici vetust. hibern. *reth* (cursus, currere).* Mutationis

---

* E radice hibern. vet. *reth*, quam licet reducere ad formas primarias *red* et *ret* (cf. infra conson. medias hibern.) non certo patet consona originaria, num *d* an *t*. Sed hodiern. cambr. *rhedu* (currere), non *rheddu*, monstrat originariam *t*, quocum concordat etiam armor. *ret* (cursus) Buhez 138, 8. Notandum tamen contra hoc, obtinere britannice interdum differentiam in gradibus consonarum (de qua infra). Inter nomina gallica Vindobon. codicis rec. 89 (Endlicher catalog. codd. philol. p. 199) de nomine fluvii Rhodani leguntur haecce: "roth violentum, dan et in gallico et in hebreo judicem. ideo rodanus judex violentus." Nominis Rhodani syllaba - an procul dubio derivans est, et de judice ergo nihil hic quaerendum; significatio tamen *violentus* (currens, rapidus) non impugnanda, cum et alia non male proferantur in his vetustis notatis. Ut *violentus*, *rapidus* Rhodanus (de ejus rapacitate voci poëtici sub O correpta), dictus fuerit *placidus* Arar ("fluit incredibili leni-

denique in *o* productam exemplum est subst. *srón* (nasus) Sg. 95[b], 97[a], si combinandum est cum verb. *srennim* (gl. sterto) Sg. 185[a].

Si e praedictis combinamus formulas *delb, dolb, breth, brâth, red, rod, rêd, sren, srôn,* habebimus in his fragmenta et vestigia earum mutationum vocalium radicalium, quae in germanicis dialectis sunt communes et regulares, e gr. in radicibus gothicis *grab grôb, gib gab gêb*.

I correpta in vetustis nominibus gallicis. Lucan. 1, 393: hi vada liquerunt *I*sarae. 1, 423: et B*i*turix longisque leves etc. 1, 451: sacrorum Dru*i*dae. Sil. Italic. 4, 206: jaculo accurrente L*i*gaunus Irruit. Auson. epist. 24: Alpinae tecta V*i*ennae; urb. 8: opulenta V*i*enna; Mosell. 461: non tibi se L*i*ger anteferet. Sidon. carm. 5, 209: L*i*gerimque bipenni excisum per frusta bibet; carm. 7, 324: quem vel N*i*cer abluit unda. Virg*i*lius (aliis rectius forsan Vergilius) Tibull. 4, 15. Martial. 14, 195. Sidon. carm. 13.*

Non tacta *i* hibernica in monosyllabis: *bithbéo, bidbeo* (semper vivens, immortalis) Wb. 3[b]. *bithgairddai* (gl. perpetuo breves), *bithfotai* (gl. semper longi) Sg. 5[a]. 5[b]. *bith* (mundus) Wb. fq. (ita ut significet nomen vetustum *Bituriges* aut semper aut mundi vel late dominantes, i. e. potentes). *fid* (arbor; cf. Viducasses Plin.) Sg. 53[a]. *forling, imforling* (efficere, e radice *ling;* cf. Lingones) Wb. Sg. Item ante *i* vel *e: inis* (insula) Sg. 194, gen. *inse; cride* (cor) fq.

---

tate, ita ut oculis in utram partem fluat judicari non possit" Caes. B. G. 1, 12), ex eadem radice, ex qua alia syllaba derivatum est nomen item fluvii *Arabo*, et nomen viri gallicum *Arabus* in inscript. (hodiern. cambr. *araf*, mitis, placidus).

* Nomen vix dubiae originis gallicae. Cf. Verg*i*liae (stellae) Propert. 1, 8, 10. Plin. fq. *Οὐεργιλία* (oppid. Hispan.) Ptolem. 2, 5. Radix vetust. cambr. *guerg* (gl. efficax) gl. Ox., obvia etiam in vetusto nomine Vergobretus apud Caes. Etiam lingua hibernica originariam *e* sibi vindicat in vocibus supradictis *Οὐεργίουιος ὠκεανός* Ptol., *ferg, foirge* (p. 13). Si tamen, de quo vix dubitandum, ejusdem radicis est vet. cambr. *guirgiriam* (gl. hinnio) in iisdem glossis Oxon., habes et hic accomodatam *e* radicis ad *i* sequentis derivationis, ut in scriptione *Virgilius*.

Ut alteratur *a* a sequente *i*, ita vice versa et *i* frangitur ab *a*, sive *o*, *u* proxime sequentis syllabae, et fit *e*: *bith* (mundus), gen. *betho*, *betha* Wb. 10[b]. 14[b]. 15[d]. *ith* (frumentum), gen. *etho*, *etha* Sg. 46[b]. 51[b]. 53[a]. *fid* (arbor), *fedo* Sg. 33[b]. 35[b]. 53[a]. *rind* (constellatio), gen. *renda* Sg. 73[a]. Est ita Italia hibernice *etal* (*fri etáil*, ab Italia) Wb. 6[d], et Italidae *etaldai* Sg. 34[a], et adj. *lethan* (latus) Wb. 16[a] concordat cum *Litana*, nomine silvae in Italia gallica apud Livium (23, 24. 34, 22. 42); eodemque modo adj. aegyptius fit hibernice *ægeptacde* Wb. 30[c], et philosophus *felsub* Wb. 27[a], philosophia *fellsube* Wb. 30[b].

O gallica correpta apud poëtas latinos veteres. Virgil. Aen. 8, 727: extremique hominum M*o*rini. Catull. 36: annales V*o*lusi. Juvenal. 15, 1: V*o*lusi Bithynice. Lucan. 1, 433: qua Rh*o*danus raptum velocibus undis In mare fert Ararim. Sil. Italic. 3, 464: expavit moles Rh*o*danus etc. (et in aliis locis). Auson. urb. 8: praecipitis Rh*o*dani sic intercisa fluentis; ibid. 13: qua rapitur praeceps Rh*o*danus (et ita Claudianus). Sil. Ital. 3, 467: jam rura V*o*cuntia carpit (fluvius). Auson. profess. 10: gentis Arem*o*ricae; urb. 13: insinuant qua se Sequanis Allobr*o*ges oris; epist. 5: scirpea Domn*o*t*o*ni tanta est habitatio vati? urb. 14: Div*o*na Celtarum lingua; Mosell. 461: non Ax*o*na praeceps, Matr*o*na non, Gallos Belgasque intersita fines, Sant*o*nico refluus non ipse Carant*o*nus aestu; ibidemque in pluribus locis M*o*sella. Sidon. carm. 5, 208: Rhenus, Arar, Rh*o*danus, M*o*sa, Matr*o*na.

O hibernica integra in particulis *con-*, *com-*, *co-* in compositis, e. gr. *condele* (comparatio) Wb. 17[b]. *comaccobor* (concupiscentia) Wb. 3[c]. *cotecht* (conventus) Wb. 9[d], atque in nominibus plurimum, cum sequuntur in proxima syllaba *a*, *o* sive *u*: *mora* (gen., maris; cf. Morini, Aremorici) Sg. 94[a]. *montar* (familia; cf. *Κομοντόριος*, Galli nomen apud Pausan. 4, 46) Wb. 7[c]. *molad* (laus) Wb. fq. *accobor* (voluntas) Wb. fq. *folus*, *follus* (apertus; cf. Volusius, Volusianus) Wb. fq. *lobur* (infirmus) Wb. Retinetur etiam in monosyllabis, interdumque et sequente *i*, quae tamen non *i* originaria esse videtur: *tol* (voluntas) Wb. fq. *trom* (gravis) Wb. 14[a]. *colinn* (gen. *colno*, caro) Wb. 2[b]. In positione quoque *o*, ut *e*, saepius manet intacta: *torbe* (utilitas) Wb. 1[a]. 2[c]. *lobre* (infirmitas) Wb. 18[a]. *forbe* (firmitas) Wb. 3[d]. *duforbaithe* (gl.

veneretur, usque ad superiora) Ml. 31[c]. *forbuide* (gl. intensivus) Sg. 221[b]. Sed hoc idem adjectivum in Wb. frequentissimum est *foirbthe*, cui addas e mox sequentibus exempla *doilbthid*, *foirggae*, *mointer*, *muinter*.

Vocalis *o* infectae scriptiones in codicibus vetustis hibernicis sunt OI et UI, quae eandem habent causam, quam habet *ai* ex *a* infecta; e. gr. *goithimm* (gl. futuo; cf. cambr. hodiern. *godineb*, fornicatio, et *godineta*, puella meretrix, in lingua provinciali) Sg. 190[b]. *foilsigud* (manifestatio, e *folus*) Wb. 3[c]. *dinaib doirsib* (gl. de portis; nom. sg. *dorus*) Ml. 27[b]. *doilbthid* (figulus; cf. *dolbud*, figmentum) Wb. 4[c]. *foirggae* (gl. Thetis; i. e. *foirgge*, *foirge*) Sg. 124[a]. Inveniuntur pro supradicto subst. *montar* (familia) et formae *mointer*, *muinter* Wb. 1[c]. 7[b]. *tuile* (gen. subst. *tol*, voluntas) Wb. 30[c]. *uile* (omnis; cf. armor. *ol*, cambr. *oll*) fq. *buinne* (tuba) Wb. 12[c]. *colluindi* (cum amaritudine, nom. *luinde*; cf. *londas*, gl. indignatio, Ml.) Wb. 29[b]. *sluindid* (significat; subst. *slond*, significatio, Sg.) Sg. 9[b]. Infectionis interdum etiam in monosyllabis obtinentis (ut *ai* in *flaith* = flathi, slav. wladi; *imm* = ambi) exemplum praeprimis nominandum est subst. *muir* (mare) Sg. 8[a]. Incant. Sg. Hanc formam infectam *muir* prodiisse e vetustiore *mori* demonstrant nomina gallica vetusta cum ea voce composita Moritasgus (Gallus Seno) Caes., deus Moritasgus Inscript. Orell. 2028, Moridunum (Britanniae oppidum) Itin. Anton., *Μοϱικάμβη εἴςχυσις* (Britanniae aestuarium) Ptol., Morimarusa (= mortuum mare) Plin.

U correpta gallica vel britannica. Lucan. 1, 402: solvuntur flavi longa statione R*u*teni (concordat Sidonius carm. 24, 33 R*u*tenis); id. 1, 451: sacrorum Dr*u*idae (concordat Auson. professor. 4, 10: stirpe satus Dr*u*idum). Sil. Italic. 3, 468: satisque Dr*u*entia laetum Ductoris vastavit iter. Auson. Mosell. 479: te Dr*u*na, te sparsis incerta Dr*u*entia ripis; ibid. 423: hostibus exactis Nicrum super et L*u*podunum; et 464: gelido D*u*rani de monte volutus Amnis; id. parent. 7: tellus quem R*u*t*u*pina tegit, et 18: praeside laetatus quo R*u*t*u*pinus ager (Rutupiae portus Britann. Ptol. Ammian. Itin.) Sidon. carm. 22, 103: curvata D*u*rani muscose saburra (Duranius fl., hodie Dordogne); id. carm. 5, 211: defendit T*u*rones.

Servata *u* intacta in vocibus hibernicis minus quam aliae vocales correptae. Obtinet adhuc e. gr. in particulis *su-* (bene), *du-* (male) in compositis: *sualche*, *sualchi* (benefacta), *dualche* (male facta) Wb. fq. *suacaltmiche* (suavitas; i. e. bona affabilitas, *acaldam*) Wb. 15[d]. *sulbir* (eloquens, e *labar;* quae particula etiam in vetustis nominibus gallicis obvia est: Suessiones Caes. Suanetes Plin. Sucarus, Sucaria Inscript. Grut. 742, 3. Suasa Inscr. Grut. 369, 5) Wb. 17[b]. 27[a]; * nec non in nominibus quibusdam monosyllabis et derivatis: *mug* (servus, puer), *sóirmug* (gl. libertus) Wb. 6. 10[a]. *dub* (atramentum; adj. hibern. gael. *dubh*, cambr. armor. *du*, niger, unde nomen fluvii Dubis) Wb. 15[a]. Ml. 13[d]. *druith* (Druida) Wb. 30[c]. *bunad*, gen. *bunid*, dat. *bunad* (origo) Wb. 5[b]. Sg. 33[b].

Quae *u* servata in intermediam suam *o* recedit eodem modo, ut *i* in *e* in *bith, betho, etal, felsub,* si sequuntur *a* vel *o, u: mug*, gen. *moga* (servi) Wb. 17[a]. Unde licebit voces *domun* (mundus) Wb. Cr., *domunde* (mundanus) Wb. fq. conferre cum nominibus vetustis gallicis Dumnacus, Dumnorix, Dumnorigis (quod nomen non differet significatione a nomine Biturix, Bituriges) apud Caes.

Quod tamen etiam sine dicta causa *u* correpta amet transire in *o*, comprobant scriptiones frequentes particularum *so-*, *do-*, pro *su-*, *du-*, atque non solum formae *crochad*, *crochtho* (crucifixio, — ionis), *rochrochsat* (crucifixerunt), *crochthe* (crucifixus) in Wb., sed etiam nominativus ipse *croch* (crux) Wb. 21[a]. Porro *bolc* (gl. uter; Festus ed. Dac. 1, p. 56: *bulgas* Galli sacculos scorteos appellant) Ml. *cilornn* (gl. urceus; cf. Cilurnum, Brit. oppid., Notit. dign.) Sg. 49[a].

Hunc regressum correptarum *i* et *u* in *e* et *o* si distinguimus a propria infectione *ai*, *ei*, *oi* ex *a*, *e*, *o*, propria infectio, ut non est *i* correptae, non exspectanda erit et hujus *u*, legiturque tam in Wb. 8[a]: *inna cruche* (crucis) et Camarac.: *airde cruche*, *ticsál*

---

* Quaeritur annon eadem particula inseparabilis *su-*, sat communis usus in lingua sanscrita, sit etiam vindicanda vetustissimae linguae germanicae e nomine Sugambri Tacit. Strab., quod aliis est Sigambri, ut hibern. *su-*, *so-* est cambr. vet. *hi-*, *he-* (h — s). Nominis interpretatio e contracto Sigugambri certo omnibus vetustae linguae gnaris (et mihi ignaro melioris) nimis audax videbatur.

archruche (signum crucis, sublatio crucis nostrae), *cenel cruche, foditu chruche* (genus, toleratio cr.) e *croch* (= *cruch*), quam in Sg. 61[b]: *ainm̄ lubae* (gl. gummi; i. e. nomen fruticis), cui supponendus nom. *lub*. Ob confusionem tamen cum *o* et hujus infectio OI et UI intrusa videtur. Nam non dubium, esse conferendum subst. *loth* (gl. coenum, gl. Lerna; = lat. lutum) Sg. 34[a], gen. *loithe* (paludis, gl. Mefitis, cui superscribitur: *no. loithe infer.* i. e. nomen paludis inferni) Sg. 127[a], cum nominibus gallicis Lutetia Caes., Luteva Plin., nec non *roithnech* (gl. serenus) Ml. 33[a], *irroithinchi* (gl. in hilaritate) Wb. 5[d], cum nomine Ruteni (i. e. hilares). In aliis infectio *ui* obvia; e. gr. *cruind* (rotundus; cambr. *crwn* = *crun*, fem. *cron*) Sg. 49[b]. Ml. 18[b]. *duine* (homo; cambr. *dyn* e dun?) fq. hibern. gael. hodiern. *duille* (folium; vetust. gall. *dula* in *πεμπέδουλα* Diosc., quinquefolium; nisi forte in his rectius supponitur *done, dola* (= folium). Commutationis inter *u* et *o* exempla etiam sunt vetusta britannica (cf. *u* correptam britannicam); inde nec mira scriptio *muntar* (familia) Wb. 21[c], pro qua alias frequentius est *montar, mointer, muinter*.

Patet ex antedictis, evolutionem vocalium correptarum in universum factam esse modo sat simplici, eo scilicet, ut ortae sint duae series oppositae sibi, seque invicem inficientes. Series prior comprehendit vocales *a, e, o,* quae infectione ab *i, e* fiunt *ai* (interdum *e* et *i*), *ei* (sive *i*), *oi* (sive *ui*); in serie altera *i* et *u* ab *a, o, u* recedendo fiunt *e* et *o*. Duces infectionum, quarum prior poterit dici infectio propria, posterior fractio, sunt I et A.

Vocales longae.

Â productae exempla vetusta gallica apud poëtas. Virgil. Georg. 2, 159: lacus tantos, te, L*a*ri maxime, teque Fluctibus et fremitu adsurgens, Ben*a*ce, marino; Aen. 10, 205: quos patre Ben*a*co velatus. . . Mincius ducebat (cf. Claudian. epithal. Pall. et Celer. 107: volucres, . . quas L*a*rius audit, quas Ben*a*cus alit. Venant. Fortunat. 10, 10: Antonn*a*censis castelli; ergo et Dumnâcus, Divitiâcus, Avitâcum, Eburâcum, Juliâcum, Magontiâcum). Catull. 35: L*a*riumque litus. Ovid. Horat.: D*a*nubius. Lucan. 1, 445: placatur sanguine diro Teut*a*tes. Auson. urb. 5:

et Mediol*a*ni mira omnia; epist. 5: Cond*a*tem ad portum; Mosell. 1. 367: N*a*va, Sar*a*vus. Coripp. 2, 124: R*a*venna (cf. R*a*vidus Catull. 40). Est etiam productae *a* notatio in inscriptione Veron. in Maffei Mus. Ver. 121, 3 (Orell. 3582): Virdomárus* . . Pámae sorori.

In codicibus hibernicis vetustis productio vocalium notatur vel accentu acuto suprascripto, vel scriptione duplici vocalium, addito interdum etiam insuper accentu, e. gr. *á, é* etc., *aa, áa, aá, ée* etc. Rarius productionis signum *u* vel *a* addita vocali tam notatae quam non notatae: *dáu* (= *dá*, duo) Cr. 42^b. *éu* (= *é*), *éum* (= *ém*) Incant. Sg. *dechenéul* (adj., duorum generum) Sg. 203^a. *deac* (= *déec* Wb.) Ml. Cr.

A productae hibernicae exempla e codicibus: *már* (magnus) Wb. Sg. fq. *fid arddmár* (arbor alta, i. e. magnae altitudinis, ut *cennmar*, gl. capito, Sg. 52^a, ubi deest notatio; cf. nomina gallica virorum et feminarum composita - *marus*, - *mara*)** Sg. 53^a. *gád, gáth* (intelligens, sapiens; cf. Ambigatus Liv.) Wb. *gnáth, gnád* (solitus, consuetus; conf. nomina virorum gallica composita - *gnatus*)*** Wb. Sg. fq. Cr. 18^c. Concordant itaque cum linguis affinibus *máthir, bráthir* (mâter, frâter) Wb. Sg. *máthrathatu* (gl. matrimonium) Sg. 53^b. Aliae quaedam voces:

---

* Ita recte; sed false Propert. 4, 10. 41 - marus cum correpta *a* (cf. p. 4 not. *).

** Apud scriptores: Virdumarus Caes., Indutiomarus Caes., Civismarus regulus Gallorum Liv. 24, 42. *Ἀτεπομάρος Γάλλων βασιλεύς* Plutarch. (Reisk. 7, 242). In inscriptionibus ap. Grut.: Macena Macemari f. 702, 1. 878, 5. Auctomarus 733, 1. Iantumarus 807, 5. 880, 4. Excincomarus 911, 2; apud Murat.: Solimara 111, 1; apud Orell.: Atismara 259, Bellatumara 497, Illiomarus 1955, Segomarus 2123, Nertomarus 2394; apud Steiner.: Solimari fil. 324, Dacomarus Cod. inscript. Danub. et Rhen. 207. Apud Orell. 2015 Solimabius legendum videtur Solimarius, ut pro - gnatus est interdum - gnatius. Dinomogetimaro (deo) Mem. des Antiq. de France 13, XVIII. Nomina virorum hibernica eodem modo composita: *Ionnatmar, Iondadmar, Iondatmar* (= Indutiomarus) Annal. IV. magistr. ap. O'Conn. 3, 60. 61. *Airgetmar* (= Argentomarus) ibid. p. 45. *Teachtmar, Reachtmar* Tigern. ap. O'Conn. 2, 31.

*** Apud scriptores: Critognatus, Boduognatus Caes. Eposognatus Liv. *Καρσίγνατος* Polyb. (24, 4). In inscriptionibus ap. Grut.: Ategnata 758, 11. 763, 6; ap. Murat.: Senognatus 1282, 5. Arignotus (-gnatus?) 1459, 5; ap. Orell.: Meddignatius 4983. Cf. ap. Steiner.: Gnatus Vindonius Messor 200, et Lucius Gnatius Mascellio 303.

sál (gl. calx) Sg. 68[b]. *indocbál* (gloria) Wb. 4[a]. *ticsál* (sublatio) Camarac. *mám* (jugum, dedecus) Wb. 21[b]. *ho lámib* (manibus) Wb. 9[a]. *lámostae* (gl. manulatus) Sg. 60[a]. *dæláme* (gl. lacertus) Sg. 68[a]. *rámæ* (remi) Sg. 36[a]. *ánib* (divitiis) Wb. 27[b]. *lán* (plenus), *láne* (plenitudo) Wb. Sg. fq. *lánamnas* (conjugium) Wb. 10[a]. *slán* (sanus, salvus, gl. sospes) Wb. 4[d]. 8[d]. Sg. 66[a]. 143[a]. *bán* (albus) Camarac. *dán* (donum, ars, ingenium) Wb. Sg. fq. *dáne* (gl. davus; i. e. Danus) Sg. 8[b]. *dánatu* (gl. audacia) Sg. 90[a]. *imthanad* (gl. talio) Sg. 181[a]. *áru* (gl. rien) Sg. 96[b]. *áram* (numerus) Sg. 26[b]. 41[b]. *ond lár* (gl. ab solo, patrio) Ml. 22[a]. *fás* (vanus) Wb. 11[a]. *bádud* (naufragium) Wb. 17[d]. *insádaim* (gl. jacio) Prisc. Cr. 57[a]. *irbág, irbága* (contentiones), *arabágimse* (contendo) Wb. 7[d]. 16[d]. *bráge* (gl. cervix) Sg. 50[a]. *snáthe* (gl. filum) Sg. 54[a]. *sráthath* (gl. acus) Sg. 107[b]. *sráthatath* (gl. aculeus) Sg. 47[a]. *bráth* (judicium) Wb. 23[c]. *cách* (quivis) fq. Derivatio frequentissima -*ach* nunquam in codicibus nostris -*ách* notata occurrit; *â* ergo, cujus vetusta longitudo adhuc servatur in cambr. -*auc*, -*awc*, armor. *êc*, in hibernica lingua ob nimium forsan ejus derivationis usum in *a* correptam abiisse putanda est, ut *é*, alias orta excussa sequente *n* in substantivis, est *e* etiam nusquam notata in terminationibus frequentibus verborum -*et*, -*etar* (ex -*ent*, *entar*). In paucis *â* contractione orta est; e. gr. *dál* (= *dathl*, cambr. vet. *datl*, gl. forum, *dadlt*, gl. curia, in glossis Oxon.) in compositis sive derivatis *dálšuide* (gl. forum), *dáldde* (gl. forensis), *dálem* (gl. caupo) Sg. 57[a]. 63[a]. *stán* (gl. stagnum) Sg. 73[a], forsan et *ár* (gl. strages; cambr. *aer*, acies; cf. Veragri Caes. compos. ut vertragus) Sg. 50[b].

Scriptio duplicata in Wb.: *laa, láa* (dies) 5[b]. 6[b]. *indocbáal* (gloria) 4[b]. *láam, laám* (manus) 9[a]. 12[a]. 26[b]. *maam, máam* (contumelia) 1[c]. 3[b]. 9[a]. *slaán* (salvus) 12[b]. *claar* (tabula) 15[a]. *faás, fáas* (vanus) 13[b]. 25[a]. In Camarac.: *baan* (albus).

Accessibilem hanc etiam productam vocalem esse infectioni, ut sunt aliae productae, plura demonstrant exempla: *hi fáithib* (in prophetis; nom. *infáith* Wb. 13[d], *rechto et faithæ*, legis et prophetarum, 21[b]; cf. vâtes) Wb. 13[a]. *nam braithre* (fratrum), *uambraithrib* (a fratribus suis; *bráthir*) Wb. 10[c]. 33[d]. *áirme* (gen., numeri; *áram*) Sg. 71[b]. *dogáithaimm* (gl. illudo), *dogaithaim* (gl. intelligo et pellicio), *dogáithim* (gl. alacto; cf. *gáth*, plur. *gáith*,

intelligentes) Sg. 24^{a}. 145^{a}. *gnaithiv* (magis usitatus; *gnáth*) Sg. 200^{b}. *méit* (magnitudo; *már*, comp. *máo*) Wb. Sg. *sléinech* (salutaris; *slán*) Wb. 20^{b}. Sunt tamen etiam sine infectione *láme, lámae* (gen., manus) Sg. 68^{a}. 68^{b}. *gnathiu* (usitatior) Sg. 179^{a}.

Notanda vocalis productae adjectivi regularis scriptionis *már* mutatio non infrequens in *o* productam: *ismór athorbe de dúnni* (est magna ejus utilitas nobis) Wb. 1^{a}. *rocées side móor nimnith* (passus hic, Christus, magnam tribulationem) Wb. 6^{c}. *is mór indethiden file domsa diibsi* (magna est sollicitudo quam habeo de vobis) Wb. 26^{c}. *isfollus nach mór bríg artic. linni* (gl. integros in nostra non invenimus lingua articulos; i. e. clarum est quod non est magnus valor articuli apud nos, Latinos) Sg. 26^{b}.

Ê producta gallica. Virgil. ecl. 10, 47: nives et frigora Rh*e*ni (et sic deinceps Rhênus apud omnes poëtas). Lucan. 1, 445: horrensque feris altaribus H*e*sus; id. 1, 424: optimus excusso Leucus R*e*musque lacerto; 1, 441: tu quoque laetatus converti proelia, Tr*e*vir. Auson. urb. 4: Tr*e*vericaeque urbis solium. Sidon. carm. 24, 32: ibis Tr*e*vidon. Auson. epist. 7: habet junctos Vasatica rh*e*da caballos. Venant. Fortunat. 3, 20: curriculi genus est, memorat quod Gallia, rh*e*da. Inscriptio metrica Mediolanensis apud Gruter. 1161, 6: visere C*e*nomanos. Duco huc etiam V*e*rona Catull. Claudian., ut et V*e*rannius, V*e*ranniolus (amici Catulli nomen) Catull. 9, 28. 47.

Vocalis *e* producta in lingua vetusta hibernica solet resolvi in IA, ÍA (rarior scriptio IE, EA, siquidem his significatur idem sonus), tam in monosyllabis quam in derivatis: *cen rian* (gl. cis Rhenum) Sg. 217^{b}. *cian*, *cían* (gl. ultra, gl. remotus; cf. Cenomani) Wb. 3^{c}. Sg. 39^{a}. Prisc. Cr. 59^{a}. *dian*, *dían* (gl. creber, gl. celer, gl. praepes, gl. pernix) Sg. 20^{a}. 64^{b}. 66^{a}. 69^{a}. *pian* (poena) Wb. 10^{a}. *grian* (gl. lucifer; i. e. sol, *grien* in *grientairisem* gl. solstitium, Cr.) Sg. 61^{a}. *fíal* (vèlum, velamen) Wb. 15^{a}. *ciall* (intellectus) Wb. Sg. fq. *sliab* (mons) Sg. 63^{a}. *cliab* (corbis) Sg. 49^{b}. 53^{a}. 67^{a}. *dériad* (gl. bigae; *riad* = rhèda) Sg. 54^{a}. *fiad* (coram) Wb. fq. *criad* (lutum) Wb. 4^{c}. *riag* (gl. patibulum) Sg. 53^{a}. *liacc*, *liac* (lapis) Wb. 4^{d}. Sg. 22^{a}. 65^{a}. *deac* (num. X forma, alias *déec*, *déc*, cf. num.) Cr. Ml. *sciath* (gl. scutum) Sg. 49^{b}. *cliath* (crates; med. lat. *cleta* ap. Cangium, *cletella* ap. Gregor.

Tur. 7, 37) in vetusto nomine urbis Dublinii *Athcliath* (vadum cratum) in chronicis hibernicis. *fíach, fiach* (debitum) Wb. 2[b].

Eodem modo cum flexionibus sive derivationibus: *arnaib pianaib* (poenis) Ml. 18[c]. *fociáltar* (subintelligitur) Wb. 29[c]. *adfiadar* (profertur) Sg. 74[b]. *fiadnisse* (testimonium) Wb. 1[d]. 2[a]. 3[a]. *cíanós* (longinquus) Wb. 7[a]. *sliassit* (gl. poples) Sg. 66[b]. *o thosuch bliadne* (ab initio anni) Cr. 32[c]. *hi cach bliadin* (quovis anno), *isinbliadinsin* (hoc anno), *teora bliadni* (tres anni) Cr. 32[a]. 32[b]. *blíadnide* (gl. annotinus) Cr. 43[c]. *riagul, riagol* (rêgula) Wb. Sg. Cr. *fiacail* (dens) Incant. Sg. *fíaclaich* (gl. dentatam) Sg. 49[a]. *briathar* (verbum) Wb. Sg. fq. *friambriathra* (contra verba eorum) Wb. 31[b]. *criathar* (gl. cerebrum) Sg. 48[b]. *fíachaich* (debitores) Wb. 7[a].

In aliis tamen, accedentibus sive derivationibus sive flexionibus, *ia* recedit in *ê* originariam, ita ut haec fere possit videri infectione orta ex *ia;* e. gr. *déne* (gl. celeritas; e *dían*) Cr. 18[b]. *dénum* (facere; ex eodem *dian?)* Wb. Sg. fq. *inna grene* (solis, gen.), *tarsingréin* (supra solem) Ml. 16[c]. *féle* (gl. honestas, gl. verecundia) Sg. 26[a]. Ml. 15[a]. *félmae* (gl. sepes; cf. *fial*) Sg. 50[b]. *isnaib slebib* (in montibus; *sliab*) Ml. 29[d]. *clébene* (corbis; *cliab*) Wb. 17[d]. *crédume* (gl. aurichalcum; compos. *cred - ume* e *criad?*) Sg. 73[a]. *armbrethre* (verborum nostrorum) Wb. 17[b]. Ita porro plura alia derivata atque etiam monosyllaba: *rélad* (manifestatio), *rorélus* (manifestavi) Wb. 12[d]. 13[a]. *félire* (gl. codice, aperto) Cr. 32[a]. *bélat* (gl. compitum) Sg. 24[a]. *bélre* (lingua) Sg. 31[b]. *céle* (maritus, socius) Wb. Sg. *gésachtach* (gl. pavo) Sg. 8[b]. *bés, bésad* (mos), *césad* (passio) Wb. fq. *téte* (luxuria) Wb. 20[b]. *sétche* (uxor) 10[a]. *létenach* (gl. audax) Sg. 50[b]. *inna letena* (gl. ausus, plur.) Ml. 16[c]. *décu, déccu, décad* (videre), *lég, legund, legatar* etc. (legere) Wb. *nóidécde* (decemnovenalis; cf. num.) Cr. *bél* (labium), *scél* (nuntius) Wb. fq. *cél* (gl. augurium) Sg. 69[b]. *ném* (gl. onyx) Sg. 113[b]. *fén* (gl. plostrum, plaustrum) Sg. 21[a]. *pen* (poena, cruciatus; supra *pian*) Wb. 15[a]. Ml. 16[a]. *trén* (fortis) Wb. Sg. fq. *mér* (digitus) Incant. Sg. *ét, æt* (zelus) Wb. fq. *rét* (res) Wb. Sg. fq. *lét* (gl. fidis) Sg. 46[b]. Sunt tamen, quorum *ê* non originaria, sed contractione orta est procul dubio, ut *sét* (via, e *sent;* cambr. vet. *hint,* goth. *sinths,* via) Wb. 24[d]. *do déit* (gl. ad dentem; nom. *dét* = *dent*) Sg. 67[b]. *cétne* (primus;

cambr. *kynt, kentaf*) Wb. 1^a. *én* (avis = *ethn*, cambr. vet. *etin*, plur. *etinet* gloss. Oxon.) Sg. *cenél* (genus, = *cenethl*, cambr. vet. *cenetel*) Wb. Sg. fq. Quaeritur, annon simili modo orta sint et alia: *bél* (labium), *scél* (nuntius), *trén* (fortis)?

Scriptio vocalis duplex, praesertim in Wb., et hic non infrequens: *dée* (dei, genit., al. *dé*) Wb. fq., *glée*, *glæe* (clarus) Wb. 12^a. 12^c. *scéel* (nuntius) 27^c. *béelre* (lingua) 12^d. *céele* (socius) 6^d. *cenéel* (genus) 5^a. 28^b. *dorigéensat* (fecerunt) 5^a. *rocées, rochéess* (passus est) 6^b. 6^c. *bées, béesad* (mos, habitus) 9^a. 11^a. *déed* (inquietus) 25^c. *héet* (zelus) 5^a. *céetne* (primus) 7^b. *déec* (X; cf. num.) 15^b. *dreecht* (portio; in aliis locis *dréct*, *drécht*) 5^c. In Camarac.: *reet* (res). Rarior in aliis codicibus obvia est scriptio *eu* vel *ea*, e. gr. in Sg. *doscéulaim* (gl. experior) 157^b, in Incant. Sg. *éu, éum*, in Cr. Ml. *deac* (cf. p. 19).

Infectio hujus vocalis productae solet notari vel É, E, vel ÉI, EI (ut supra *á* et *ái*), e. gr. *bréthir*, *brethir* (dat., verbo; nom. *briathar*) Sg. fq. *dobreithre* (adverbiorum; *dobriathar*) Sg. 39^a. *ceille*, *céille* (gen., intellectus; nom. *ciall*) Sg. 188^a. 193^a. *céle*, *céele*, *céile* (socius) Wb. 6^d. 9^d. 25^a. *cocéilsine* (gl. societas) Wb. 19^a. *coséitchi* (cum uxore; nom. *sétche*) Wb. 10^a. *étside* (auditorum, gen.) Wb. 11^a. *indhéitsidi* (auditores) 30^d. *éitset* (audiunt) 13^a. *cen imdéicsin* (sine circumspectione) Wb. 22^c. *léicci* (sinit), *roléiced* (concessum est), *léicid* (sinite) Wb. 3^d. 5^b. 6^b. *o bréinciu* (gl. a carie) Cr. 34^b. Ita et in monosyllabis: *féith* (gl. rien, gl. fibra; cf. *teora féthi* Incant. Sg.) Sg. 63^b. 69^b. 100^a. *sléic* (gl. lodix) Sg. 69^a. *léir* (nobilis Wb. 4^c. Sg. 41^a, comp. *lériu* Sg. 41^a. *seim* (gl. macer) Sg. 37^a, *seimtana* (gl. exilem) Sg. 14^a, comp. *semiu* (gl. exilior) Sg. 14^b. *ceil* (sensum, acc. e *cial*, *ciall*) Wb. 9^a. *hi ceill*, *huacheill*, *huachéill* (dat.) Sg. 61^a. 67^a. 77^a. *ipéin* (in poena) Wb. 26^a. *céin* (donec, quamdiu; a *cian*, remotus) Wb. 10^b. *isleib* (in monte) Wb. 15^b. *ho sleib do sleib* (e monte ad montem) Ml. 29^d. *bréic* (mendacium; acc.) Wb. 27^b. *re cach réit* (gl. inprimis; i. e. ante omnem rem) Wb. 13^a. *téit* (luxuriosae, plur. fem.) Wb. 29^a. In hisce posterioribus est *é* infecta a flexione interna *i*.

Propria est infectionis scriptio ÉIUI, ÉUI, ÍUI, ÉOI, ante liquidas plurimum: *indféuil* (caro) Ml. 22^d. *beóil*, *béiuil* (labia, plur.; *bél*) Wb. 7^d. 12^d. *ceneóil*, *cenéuil* (generis; *cenél*) Wb. 1^b.

5[c]. 17[c]. *ceníuil, ceniuil, cenéuil, cenéiuil* Sg. 28[b]. 30[b]. 32[b]. 40[a]. 61[a]. *docheneiuil* (gl. communia sunt; adj. compos. plur.) Sg. 64[b]. *no. feíuir* (gl. carex; i. e. nom. graminis, gen. a *fér;* cf. Vêrona?) Sg. 68[b]. *indeiúin* (avis, gen.; *én*) Sg. 93[a]. *tríuin* (herois, gen.; *trén*) Sg. 96[a]. *tréuin* (plur., fortes) Wb. 27[a]. *adgeuín, adidgeuín* (cognoscit, cogn. eam; 1. pers. *adgénsa*, cognosco, in eodem loco) Wb. 12[c]. *ni etargeiuin side riam* (non noscit hic ante) Sg. 197[b]. Exemplum ubi non est liquida: *indeoit* (gl. zeli; nom. *ét, æt* Wb. fq.) Ml. 32[d].

Î in vetustis nominibus gallicis. Catull. 102: mihi redde decem sestertia, S*i*lo; 33: V*i*benni pater. Lucan. 1, 426: docilis rector rostrati Belga cov*i*ni. Martial. 12, 24: o jucunda, cov*i*ne, solitudo. Sil. Italic. 17, 422: agmina falcifero circumvenit arcta cov*i*no. Idem 4, 80: agmen T*i*c*i*ni flectit ad undas (concordat Claudian. VI. Cons. Hon. 195). Auson. Mosell. 438: haec ego, V*i*visca ducens ab origine gentem, Ausonius; ibid. 11: N*i*vomagum divi castra inclita Constantini; urb. 14: D*i*vona Celtarum lingua fons addite divis. Sidon. carm. 24, 16: hinc te suscipiet benigna Br*i*vas. Addo et *Livius, Plinius,* nomina gallica Italiae superioris: pellibus exiguis arctatur L*i*vius ingens. Martial. 14, 190. vidit nubentem Pl*i*nius androgynum. Auson. epigr. 69;* nec non *Sidonius*, Galliae meridionalis: hoc te S*i*donius tuus precatur. Sidon. carm. 13, 25.

Manet intacta vocalis haec in vocibus hibernicis, e. gr. *lí* (color, splendor: *arlí,* gl. propter gloriam vultus, i. e. splendorem faciei, Mosis; cambr. subst. et adj. *liu*, color, colorosus; cf. Livius) Wb. 15[a]. *síl* (semen; cf. Silo ap. Catull. et Silus Novariensis ap. Sueton. de clar. rhetor. 6, Silius Tacit. Annal. 11, 35, et Silius Italicus) Wb. 4[c]. 13[c]. Sg. 63[b]. Cr. 18[a]. *míled* (mîlitum), *mílte* (mîlitia) Wb. 11[a]. 28[a]. *fín, fínn* (vînum) Wb. 11[b]. 28[b]. Sg. 35[a]. *scrín* (gl. armarium), *scrinire* (gl. arcarius; cf. germ. scrîn, schrein) Sg. 33[a]. Wb. 7[c]. *scríbend, roscríb, roscríbad* (formae verbi scrîbere) Wb. Sg. fq. *síd, síid* (pax; cf. Sîdonius) Wb. 24[b].

* *Livo* in inscriptione ad lacum Verbanum: Cracca Livonis fil. Orell. 4901 et *Livius* Apollinis (Beleni gallici) cognomen in inscr. Bonnensi: Apollini Livio Orell. 2021. Nomen viri armor. *Plinis* ap. D. Mor. 275.

27[c]. *ídol* (îdolum) Wb. fq. *ríg* (rex, princeps; cf. nomina virorum et populorum composita -*rix* = rigs, gen. -*rigis*, plur. -*riges*,* quae vox eadem est, quae in germanicis secundum legem mutarum scribitur -*rîcus*, goth. -*reiks*) Wb. Sg. *fích* (gl. municipium), *o fích* (gl. a pago; lat. vîcus, germ. wîh, wîk) Sg. 37[b]. 53[a]. Alternant tamen interdum inter se vocales productae, non solum in diversis linguis, sed etiam in una eademque; e. gr. *rolín*, *línad* (implevit, implere), verbum frequentissimum, e quo adj. et subst. *lán*, *láne* (plenus, plenitudo), est lat. *plênus*, ut *ríg*, de quo modo dictum, lat. *rex*, *rêgis*, et *fír* cum suis derivatis *fírian*, *fírinne* (in Wb. fq.) lat. *vêrus*, *vêritas*. Subst. hibern. sing. *dia*, gen. *dée*, plur. *dé*, *déib* (deus), redit ad formam *dêv*; contra *dîv* obvia in gallicis nominibus plurimis, ut Divio, Divona, Divodurum, Divitiacus, quacum concordant et cambricae scriptiones (cf. Î britann.).

Voces aliae quaedam hibernicae vetustae signo solito notatae: *ní* (res, aliquid) Wb. Sg. fq. *bí* (gl. pix; adj. *bíde*, gl. Picenum, gl. Picens) Sg. 50[b]. 68[b]. *rím* radix derivatorum et compositorum *rímaire* (computator) Cr. 3[b], *adrími*, *adrímfiter* (computare, comparare, formae verbales) Wb. fq. *lín*, *línn* (pars; cf. *fín*, *fínn*) Wb. Sg. fq. *lín* (gl. retis, rete) Sg. 46[b]. *sín* (tempestas) Cr. 33[b]. *dínu* (gl. agna) Sg. 39[b]. 49[a]. *díles*, *díless* (certus, proprius) Wb. 5[b]. Sg. 27[a]. 29[a]. *dílmin*, *dílmain* (licitus) Wb. 4[b]. Sg. 163[b]. 210[b]. *lír* (gl. colera rubea) Cr. 35[a]. *aconmír* (gl. medicatis frugibus offam; cf. gael. *mìr*, offula, mica) Sg. 103[b]. *dír* (conveniens, justus) Ml. 30[c]. *tír* (terra) Wb. 2[c]. 33[b]. Sg. 39[b]. *cír* (gl. pecten) Sg. 63[b].

---

* Nomina populorum Bituriges, Caturiges Caes. Plin. Nomina virorum apud scriptores: Ambiorix, Dumnorix, Lugetorix, Orgetorix, Cingetorix, Vercingetorix, Eporedorix ap. Caes.; Bojorix ap. Liv. (34, 46). In inscriptionibus, ap. Grut. 921, 2: Andebrocirigis f.; ap. Murat. 643: *Ἀλβιοριξ Ἀτεπορειγος*; 1225: Bellorix; apud Orell. 347: Togirix; 1974: Eporedirigis f.; 1980: Marti Caturigi (proelii regi); 2059: Apollini Toutiorigi; 4967: Vassorix; ap. Stein. 145: Magiorix; 996: Elvorix; 703: vicani Segorigenses. In nominibus virorum britannicis, tam cambricis quam armoricis, -*ri* (= rig) non solum in eadem positione occurrit, e. gr. *Clotri*, *Bledri*, sed etiam frequentius praecedit (cf. Î et G britann.). Ita et nomen viri hibern. *Rioghbardan*, *Rigbardan* in Annal. IV. magistr. ap. O'Conn. 3, 616. 632. Addenda nomina vetusta locorum Rigodulum Tac., Rigomagus Stein. Ammian., *Ῥιγοδουνον* (oppid. Britann.) Ptol.

Prisc. Cr. 27[b]. *hís* (gl. infra) Sg. 46[a]. *ísil* (dejectus, demersus) Cr. 18[b]. *sís* (hic) Wb. Sg. *bríg* (valor) Wb. 11[a]. 19[c]. Sg. 150[b]. * *ditiu* (gl. teges), *díddith* (gl. velum velox) Sg. 50[b]. 57[a]. 60[b]. *scíth* (molestia) Wb. 23[d]. *dídnad, díthnad* (salus, sanitas) Wb. 1[b]. 14[a]. *críeh* (finis) Sg. 9[b]. 217[b]. Oritur interdum *í* ex *e* vel *i* correpta, si sequens *n* excutitur, e. gr. *mís* (gl. mensis) Cr. 32[a]. *místae* (gl. mensurnus, gl. menstruus) Sg. 38[a]. 58[b]. *cís* (gl. fiscus, gl. vectigal; = census) Sg. 37[b]. 52[b]. *cístae* (gl. censorius) Sg. 35[a]. *lígim* (gl. linguo, linxi; i. e. lingo) Sg. 176[a]. *críthid* (gl. emax; rad. verb. *cren*, cambr. *pren*, emere) Sg. 60[b]. In aliis et productio orta est e combinationibus *ja*, *jo*: *íc*, *ícc* (salus, sanitas; cambr. *iach*, sanus, *iechuit*, sanitas) Wb. fq. *íth* (gl. puls; cambr. *iot;* cf. J hibern.) Sg. 70[a]. 113[b].

Scriptio duplicata in codice Wb.: *líi* (color, splendor) 12[b]. *níi* (res) 8[a]. *gníim* (factum) 1[d]. 6[a]. *líin* (pars) 27[c]. *díir* (proprius, conveniens) 26[a]. 31[b]. *tíir* (terra) 29[d]. *aisndíis* (praedicatio) 12[d]. *síid* (pax) 27[c]. *bríig* (valor) 6[b]. *íicthe* (salvatus) 5[c]. *díith* (gl. detrimentum) 8[d]. *scíith* (molestia) 18[a]. Scriptionis *íu* in aliis codicibus pro *í*, ut *áu*, *éu* pro *â*, *ê* (p. 19), non certa sunt exempla, forsan *giugrann* (gl. anser) Sg. 64[b], quod scribitur ab eodem 36[a] *gigrann;* et *díuscart*, *díuscoilt* in Incant. Sg. pro *díscart*, *díscoilt?* Sed confer in decompositione formulam DO-O transeuntem in DIU. In hodierna tamen scriptione hibernica et gaelica frequens est *io* pro *í*.

Infectionis expers est *í*: *airde síde* (signum pacis) Wb. 24[b]. *rún icce* (mysterium salutis) Wb. 20[d].

Ô longa gallica apud poëtas latinos veteres. Horat. od. 1, 16: N*o*ricus ensis. Virgil. Georg. 3, 474: N*o*rica siquis Castella... videat. Id. eclog. 9, 28: nimium vicina Crem*o*nae Mantua. Catull. 35: Ver*o*nam veniat, novi relinquens C*o*mi moenia; 59: B*o*n*o*niensis Rufa. Martial. 14, 195: magna suo debet Ver*o*na Ca-

* Sensu adjectivi: mater ejus (S. Endei) *Brig* nomine id est *vigorosa vel virtuosa*. Boll. Mart. 3, 269. Mater *Briga* (S. Congalli). Boll. Mai. 2, 580. mulier *Brigh* ibid. p. 582. Ita et britann. *bri* (= *brig*) in adj. compos. cambr. *guobri* (gl. gravis) gl. Oxon., obvium etiam in nominibus virorum armoricis *Catwobri, Haelwobri* etc.

tullo. Auson. Mosell. 365: tenuemque Drah*o*num. (Addo *δουκωνέ* nomen herbae gallicum apud Dioscoridem 4, 172 et *Δαβϱώνα*, nom. fluv. Hiberniae ap. Ptol.). Sil. Italic. 4, 148: B*o*jorum mobilis ala.

Producta *o* hibernica, analogiam sequens productae *e*, resolvitur in UA, pro quo interdum in forma infectionis occurrit UÁI jam in monosyllabis: *uáir, huáir* (= hôra; ita quidem lego in hoc loco: *lase bas nuáin do*, gl. cum ei vacuum fuerit, cum artic. *n-uair;* frequentior gen. *hóre, huare,* dat. *do uáir*, gl. ad horam, *isindóin uáir*, in una hora) Wb. 14[a]. *buáid* (victoria) Wb. 27[c]. 30[d]. *innam buadach* (gl. victorum; cf. Bodiocasses, Bodiontici, Teutobodiaci Plin., Boadicea Tac., pro Boodicea, Bôd.? Bodicus, Britannor. comes, Greg. Tur. 5, 16) Ml. 21[d]. 34[a].* *dintsruth buadarthu* (gl. de turbulento rivo; nom. *buadarthe;* cf. Bodotria Tac., = Bodortia?) Ml. 2[b]. *sluag* (gl. agmen; cf. *Catuslogi*, i. e. pugnae agmina, pugnaces, belgicus populus, uti legendum apud Plin. 4, 17 pro corruptis lectionibus *Catoslogi, Catuslugi, Castulugi, Castologi*) Sg. 20[a]. *húathad, huathad, huathath* (singularitas; cf. *Ὠταδινοί*, pop. Britanniae ap. Ptol., i. e. singulares, pauci) Wb. 4[d]. 5[a]. Non sat accurate expressum videtur apud veteres adj. *tualang* (aptus, peritus) Wb. 6[d]. 12[d]. 13[d], obvium jam in nomine populi *Tulingi* ap. Caes., *Tylangi* apud Avien., rectius *Tolangi*. Addo alia exempla solutae *ua, uai: luam* (gl. celox) Sg. 69[a]. *ruamnae* (gl. lodix) Sg. 69[a]. *fúan* (gl. tunica, lacerna) Wb. 30[d]. *ocuain* (gl. benignas, doce adolescentulas) Wb. 31[a]. *cuanene* (gl. pugil) Sg. 50[a]. *ishé fodrúar* (ipse effecit id, deus, rad. *úar)* Wb. 15[a]. *túare* (cibus) Wb. 6[b]. 10[c]. *húas, túas, anúas*

* Poterunt videri adducenda etiam Boduognatus Caes., Maroboduus (nomen procul dubio origine germanicum, sed ut videtur ad etymologiam gallicam transformatum a vicinis Gallis) Tac., Ateboduus Inscr. Grut. 758, 11. Sed erit in his potius statuenda correpta *o*, cum non raro occurrat -*bodu* adhuc in nominibus virorum compositis armoricis et cambricis. Armorica e chartular. Rhedonens.: *Tribodu* 1, 26. 2, 13. *Catwodu* 1, 20. *Eubodu* D. Mor. 328. Cambrica e libro Landav.: *Arthbodu* 77. *Arthbodu, Arthuodu* 136. *Gurbodu, Guruodu, Gurrodu* 150. 153. 154. 170. 220, in quo libro est etiam derivat. *Boduc* 229. Eandem correptam *o* exhibet etiam hodiern. cambr. *bodd* (beneplacitum, voluntas), *boddus* (gratus, acceptus). Hibern. *buad, buaid* (victoria) britannice est *bud* (cambr. hod. *budd*) item sat frequens in nominibus virorum, ut *Catbud, Budhoiarn, Budic, Wrbudic* (cf. Ô britann.).

(supra) Wb. Sg. Cr. *gúassacht* (periculum) Wb. 13[c]. *gruad* (gl. mala) Sg. 14[a]. *buadlia, buáidlia* (gl. fornix) Sg. 69[a]. 113[a]. *tuag* (arcus, *tuag nime*, arcus coeli) Sg. 107[b]. *fúad, fúath, fuath* (forma, figura) Wb. 24[a]. 32[a]. 32[c]. Sg. 3[b]. 137[b]. *tuad, túath* (populus) Wb. 4[d]. 5[b]. 30[b]. *ar luach* (gl. propter foenus) Sg. 41[b]. *bruach* (gl. margo) Sg. 61[a]. *lúacharnn* (gl. λαμπάς) Sg. 47[a].

In quibusdam *ua* soluta redit in *ó* originariam accedente flexione sive derivatione: *uathad*, dat. *in óthud* (in singulari), deriv. *óthatnat* (gl. pauculus) Sg. 41[a]. 49[a]. *luacharnn*, gen. *lochairnn* (laternae) Sg. 24[a].* *dorórta* (factus est) Sg. 65[a]. Sed vix certus et strictus usus hic statuendus erit. Alternant enim saepius formulae: *huáir* (hora), gen. *hóre: cuit hóre* (ratione horae) Wb. 16[b], accus. *hóir: cid co hóir* (gl. neque ad horam) Wb. 18[d]; sed Cr. 25[c]: *teora cuthramdin heare* (gl. dodrans horae). Eodem modo multum variant scriptiones vocis frequentis in Wb. et Sg. *uare* (subst. causa, adv. quia), *huare, uáire, huaire, óre, hóre.* E *buáid* (victoria; manus altera codicis Wb. in eodem loco scribit *boid*) occurrit gen. *buade* Wb. 24[a]; e *tuath* (populus) gen. *tuaithe* Wb. 5[a]. 16[d]. 28[b], accus. *tuáith (etir tuáith)* 28[d], plur. *túati* 27[c], atque quod in Cr. scribitur *suas* (sursum) est in Wb. *soos* (gl. sursum) 20[a], *i sósib* (gl. in altis) 2[b].

Voces, in quibus servatur *ó*, e codicibus nostris: *óa* (gl. jecur) Sg. 65[b]. *óa* Wb. 12[b]. *bóchaill* (gl. bubulcus; cf. *bugel*, gl. pastor, Vocab.) Sg. 58[b]. *bóu* (*ni torbe dobóu*, gl. ad nihil utile, verbis contendere) Wb. 30[b]. *indróm* (Roma) Sg. 174[a]. *srón* (gl. nasus), *srónbennach* (gl. rhinoceros) Sg. 95[b]. 97[a]. *brón* (tristitia) Wb. 5[d]. 14[d]. Sg. 42[a]. *medónda, medóndæ* (medius) Sg. 10[a]. *inmedóncha* (intestina) Wb. 12[b]. Sg. 111[a]. *muirmóru* (gl. siren) Sg. 96[b]. *córe* (pax) Wb. 2[d]. 5[a]. 7[b]. 13[a]. *stóride* (corporalis) Wb. 2[b]. *tóbe* (decisio) Wb. 2[c]. 5[b]. Sg. 118[b]. *óg* (integer, perfectus) Wb. Sg. *óge* (integritas, virginitas) Wb. 10[a]. *lóg* (merces) Wb. fq. *tróg* (miser; cf. Trogus, Trogmi) Wb. 19[b]. *trócaire* (misericordia) Wb. 5[c]. 15[b]. *bóc* (gl. osculum) Sg. 46[a]. In quibusdam *ó*

---

* Patet inde forma gallica *lócarn* (concordat brit. *lugarn* in Vocab.), quae et hodie integra manet, ut videtur, in nomine *Locarno*, oppidi ad caput lacus Verbani (lago maggiore); latinam formam contra exhibet *Lucerna*, nomen civitatis helveticae ad finem lacus Lucernici.

orta est contractione ex *au*, de quibus videsis sub hac diphthongo; major contractio est in voce *óc* (juvenis), de qua sub J et V spirantibus.

Scriptio duplicata vocalis: *soos* (gl. sursum) Wb. 20[a]. *coór* (gl. locus, libri) Wb. 12[d]. *imróol* (plenitudo? cf. *foróil, furóil*, abundantia, Wb. 10[d]. 16[c]. *deróil*, penuria, 18[a]) Wb. 12[a]. In Camarac.: *ood* (ab eo). In Sg. *sóol* (gl. velum; sed 70[a]: *seol*, gl. carbasus) 14[a], *lóon, loon* (gl. adeps) 70[a]. 125[a].

Infectio hujus vocalis productae procul dubio est ÚAI, UÁI sive ÓI: *uáisliu, huaisliu* (altior, nobilior; *uasal*) Wb. 19[d]. 33[d]. *ni foruáisligemni* (gl. non superextendimus nos) Wb. 17[b]. *úaithed* (solitarius: *ni ba úaithed*, gl. adventus cum omnibus sanctis) Wb. 15[a]. *asatoróimed asrúaim* (ἅπαξ λεγόμενα in loco obscuro glossae marginalis; cf. *buaid* et *boid* supra) Wb. 11[a]. *preceptóir* (praeceptor; plur. *preceptóri*) Wb.

Û gallica producta. Auson. Mosell. 423: hostibus exactis Nicrum super et Lupod*u*num. Sidon. carm. 13, 24: reddas patriam, . . Lugd*u*num exonerans suis ruinis. Venant. Fortun. 3, 29: urbs Vered*u*na; id. 8, 6: Augustod*u*num. Horat. od. 4, 4. 14. Ovid. Fast. 1, 12: Dr*u*sus (concordat Claudianus).* Auson. Mosell. 355: S*u*ra tuas properat non degener ire sub undas.**

Mansit integra vocalis haec in lingua hibernica: *dún* (gl. castrum, gl. arx) Sg. 57[a]. 60[b], deriv. *dúnattae* (gl. castrensis) Sg. 57[a]. verb. compos. *frisdúnaim* (gl. περιβάλλω τὸν μόχλον, obsero, obserare) Prisc. Cr. 57[b], praet. *frisrodúnsat* (gl. obstruxerunt) Ml. 22[a], pass. *frisduntar* (gl. obstruitur) Ml. 14[c]. En hic codicibus

---

* Cic. Brut. 28: pronepos est Drusi, qui primus cognomen hoc ab interfecto *Druso, Gallorum* duce, tulit. Cf. Condrusi, nomen populi belgici. Nomen vetust. hibern.: Simul filius *Druis* Annal. Ulton. ad a. 724 ap. O'Conn. 4, 79. Subst. hodiern. *drús, drúis* (libido).

** Sura Mosellana, hod. Sure; est etiam Sura Rhenana, Alsatica. Nomina virorum gallica in inscriptt.: Surus (Cremonensis) Orell. 2728. Surus (Tribocus) Orell. 3408. Surinus in inscr. Ratisbon. ap. Grut. 715, 1. Cf. et Surontium, locus Norici, in tab. Peut. Cf. hodiern. cambr. *sir* (gaudium, bonus animus)? Fuerit inde significatio nominum Drusus, Surus haud multum diversa, i. e. libidinosus, hilaris. Cf. supra p. 26 nom. propr. Briga e subst. *brig*.

nostris adhuc sat notam et communem vocem, quae passim occurrit in vetustis nominibus oppidorum gallicorum, e. gr. Lupodunum, Cambodunum, Augustodunum etc. Ut forma, ita etiam significatione vix differt ab hac voce dûn vox *dûr*, quae non minus frequens est in compositis oppidorum nominibus gallicis vel britannicis, tam in anteriore quam posteriore loco: Autissiodurum, Divodurum, Bojodurum, Vitudurum, Octodurum, Brivodurum, Batavodurum etc. Durobriva, Durocatalaunum, Durocortorum, Durocornovium, Durovernum etc. in Itinerariis et apud scriptores. Lexicon enim hibernicum (O'Reilly) exhibet adj. *dúr* (mihi non obvium in glossis meis), in vetustis glossis glossatum voce *daingean* (adj. fortis, securus, subst. fortificatio).* Significatio adjectivi etiam priori voci *dún* (i. e. firmus, fortis) vindicanda est, jam in vetustis gallicis virorum nominibus Conetodunus Caes., Cogidunus Tac., ut in hibernicis vetustis, e. gr. *Mailedún* Cr.** Et sic porro in aliis vocibus: *múlu* (mûlos, acc. plur.), *múldae* (gl. mûlionicus; cf. nomen viri britannicum in inscript. ap. Grut. 700, 6: Epomulus, i. e. equomulus) Sg. 33[b]. *cúl* (tergum; cf. lat. cûlus) Sg. 148[b]. *dúl* (mundus), *dúli* (res), *dúlem* (creator) Wb. Sg. fq. *rún* (mysterium; cf. goth. germ. rûna) Wb. fq. *múntith* (gl. eruditor) Wb. 1[d]. *glún* (gl. genu) Sg. 63[a]. 172[a]. *dúsin* (partic.) Wb. *cúbus* (conscientia; cf. Bituriges Cûbi?) Wb. 1[d]. *rumúgsat* (gl. suffoderunt, altaria tua; i. e. absconderunt? cf. Sg. 9[b]: *formúigthe*, *formúchthai*, gl. abscondita) Wb. 5[a]. *arascrúta* (gl. amplectentem) Wb. 31[b]. *dlúth* (gl. stamen) Sg. 14[b]. *dlúthe* (apertus) Sg. 6[a]. 9[a]. *múchni* (gl. proditores protervi; rad.

---

* Adj. in Ml. 32[a]: *isindun daingen* (gl. in edito, positus; i. e. in castro firmo); verb. denom. in Sg. 19[a]: *daingnigim* (gl. moenio). Subst. in inferiore latinitate: *dangion* (apud Orderic. Vital.), *danjon*, *dongonus*, *donghon*, *donjon* (castrum) ap. Cangium; etiam nunc exstans in gall. *donjon*, *dongeon*. Concordat cum dictis etiam hodiern. cambr. *dir* (= dûr), subst. securitas, adj. certus, firmus.

** In notitia chronologica in Cr. 17[a]: "*bás muirchatho m. mailedúin* (mors Moricati filii Maeliduni) *hi cluain m. cunois áimda chiaráin X anno.*" Idem nomen in chronicis hibernicis: *Catasach mc Maoileduin*, Ann. IV. mag. O'Conn. 3, 229. *Catusach mac Maelduin*, *Congal mac Maeleduin*, Ann. Ult. O'C. 4, 62. 64. Praecedit quoque, ut *dur*, et *dun* in nominibus: *Dunchad*, *Dunchadh*, Ann. Tigern. et IV mag. O'C. 2, 212. 3, 230. 258. *Dunghal* Ann. IV mag. O'C. 3, 285.

múg, múch?) Wb. 30[c]. Haec quoque vocalis interdum contractione orta est, e. gr. in *nú* (novus), *clú* (rumor), *túus* (initium) e nov, cliv, tivis (cf. V hibern.), in *dúthract, dúthracht* (voluntas) Wb. fq. e *dofuthracht*.

Notanda producta *u* alternans cum aliis vocalibus, praesertim cum *a* producta in quibusdam vocibus: *gnúis* (facies) Wb. 12[b]. *ó gnúis* (gl. a facie) Wb. 25[d], plur. *na gnuissi* (gl. ora) Ml. 32[c]. *gnús*, gen. *gnúso* (mos, consuetudo) Sg. 215[a]. *airdegnúsigud* (gl. significatio) Sg. 77[a], redeunt ad radicem *gné, gén* (cf. supra compos. *adgén, adgeiuin*, p. 24), ex qua et frequens adj. *gnáth* (con suetus), et subst. *gnás* in Wb. 10[a]: *triagnáissi* (per consuetudinem ejus, cum ea, uxore), et ibidem: *maith les ágnasi* (gl. consentit habitare cum illa). Eodem modo *túth* (animus: *dochum tútha sóere*, gl. pro libertate: Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant, Virgil.; i. e. cum animo libero) Sg. 31[b], *tintuúth* (= *do-in-t.*, interpretatio) Wb. 12[b], *tintud septien* (interpretatio LXX) Ml. 2[a]. 3[a] et *tintáith* (interpretamini) Wb. 12[d]. *dorintai* (interpretatus es), *tintaesiu* (interpretaris) Ml. 3[a]. *tentathig*, *inna tintatach*, *na tintathach* (interpretes, interpretum) Ml. 2[a]. 2[d].* Ita porro et in Sg. *impúth* (gl. vertex) 60[b]. *impúd* (gl. στροφή) 106[b]. *tre impuud* (gl. per anastrophen) 202[b], et *impáidach* (gl. versutus) 60[a]. Addendum etiam videtur *lúud* (gaudium, voluptas?) in Wb. 2[b]: *islúud leu teistiu fuile* (gl. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem; i. e. est gaudium eis effusio sanguinis), si confertur cambr. hodiern. *llawdd* (voluptas, deliciae; = làd), *lloddi* (gaudere).

Vocalis duplicata: *clúu* (gloria, fama) Wb. 7[c]. *rúun*, *ruún* (mysterium) Wb. 1[d]. 12[b]. 12[d]. *cúul* (*iarnachúul*, *iarcúul* post

---

* Quaeritur an supponenda sit radix *dá* (*tá* pro *dá?* cf. infra de consonis) et conferendum hibern. *dá-n* (scientia) et graec. *δι-δά-σκω*. Hoc si est, vetustam jam alternationem monstrant nomina gallica Indutius in inscript. ap. Orell. 131, Indutiomarus ap. Caes. (cf. nom. hibern. *Iondatmar* ex O'Conn. jam memoratum p. 19 not. **). Inde et vix poterunt supradictae voces ortae esse assimilatione ex *gná-us*, *tá-ud*, *impá-ud* etc. Non adduco nomen sancti britannici *Iltutus*, *Ildutus:* schola egregii magistri Britannorum *Eltuti* nomine. Boll. Jul. 6, 575. insula usque in hodiernum diem Lanna *Hilduti* vocatur. Boll. Jan. 2, 958. In hoc enim est subst. brit. *tut*, hibern. *tuath* (populus; = tôt).

tergum) Wb. 24[a]. *dúusin* (partic.) Wb. fq. Supra *lúud, tintuúth* Wb. *impuud* Sg. *arthuus* (primum) Ml. 19[b]. 29[a]. In Camarac.: *duun* (nobis).

Infectio ÚI: *tuiste dúile* (creatio mundi) Wb. 5[c]. *ramúinset* (didicerunt; cf. *múntith*) Wb. 5[b]. *huandlúithi* (gl. rimâ; cf. *dlúthe*) Sg. 46[a]. *túithlae* (gl. gibbus) Sg. 22[a]. *formúigthe* (cf. supra *formúchthai*), *indformúichdetad* (gl. absconditae, extremitatis) Sg. 9[b].

Patet e dictis, multum quidem et vocales productas affectionibus obnoxias esse, non tamen adeo, ut sunt correptae. Poterant manere intacti tres apices *â, î, û;* intermediae *ê, ô* pro parte tantum solutae in eas, inter quas sunt mediae, *ia* et *ua*, quarum et infectio *éi, ói, uái* frequentior est. Priorum *î* nunquam inficitur; *â* et *û* infectione fiunt *ái* et *úi*, non tamen semper.

Postquam dictum hucusque singulariter de vocalibus tam brevibus quam longis, hoc loco in communi addenda sunt quaedam de earundem vocalium productione et elisione in quibusdam positionibus.

Quamvis in positione, ut dicunt, i. e. ante consonam geminatam, proprie locus esse non possit vocali productae, patet tamen tam e signatione codicum nostrorum (quamquam multum abest, ut sit communis haec notatio) quam e solutione vocalium *e* et *o* in *ia* et *ua*, vocales origine breves in lingua vetusta hibernica factas esse longas ante combinationes semivocalium, praesertim *l, r* et *s*, cum ceteris consonis. Exempla ante alia manifesta sunt: *sians* (= *sêns*, sensus) Wb. 11[a]. 12[d]. *issiansib* (: *ní issiansib spiritáldib móiti*, gl. frustra inflatus sensu carnis suae; i. e. non in sensibus spiritualibus gloriatur; sed 23[b]: *i cach sens foirbthiu*, gl. omni sensu) Wb. 27[a]. *uall* (= *ualb*), gen. *uáilbe* (superbia; cf. *Ὀλβία* ap. Ptol., oppidum Galliae Narbonensis) Wb. 10[b]. 14[c]. 30[b]. *cuart* in adverb. *inchuartaigthith* (gl. circum) Sg. 218[b], *immecuáirt* (circumcirca; cf. Cortoriacum, Durocortorum) Incant. Sg. *críst* (Christus; etiam nunc *Criost* = Crîst) Wb. 15[a]. Eodem modo et ceterae vocales: *fáilte* (gaudium) Wb. fq. *intatárcud* (relatio), *atárcadach* (relativus) Sg. 200[a]. 209[b]. *doáircci, táircet*

(efficit, efficiunt) Wb. 3^{b}. 12^{c}. *rechtáircidi* (gl. legislatores) Sg. 44^{a}. *móirb* (mortui; pro *máirb*) Wb. 11^{d}. *nomérpimm* (confido) Wb. 6^{c}. *intairdérgud arrudérgestar dia* (gl. propositum dei) Wb. 4^{c}. *airdérgud* Sg. 63^{b}. *dimdérgud* (gl. de strato meo) Ml. 21^{c}. *esséirge* (resurrectio) Wb. fq. *indearc* (amor; = *indšerc*, cf. *deac* = *déc*, p. 19) Wb. 33^{d}. *indírge* (gl. iniquitas) Wb. 1^{c}. *mílchumae* (gl. cimex) Sg. 69^{b}. *cóim̄dith* (dominum, acc.) Sg. 29^{b}. *asóircc* (verberat) Wb. 11^{a}. *dúlchinne* (remuneratio) Wb. 3^{b}. 20^{c}. *cúrsagad, cúrsachad* (reprehensio) Wb. 7^{d}. 14^{d}. *todúrgim, dodúrgim, totúrgim, dotúrget* (irrito, irritant) Sg. 24^{a}. 54^{a}. 60^{b}. 68^{b}. *úrphaisiu, do úrfuisin* (gl. cancer, morbus) Sg. 100^{a}. *rúsc* (gl. cortex) Sg. 68^{b}. Idem usus et ante duplicatas illas consonas: *ciall*, gen. *céille* (sensus; cf. *rochell*, cognovit, Sg. 202^{b}) Wb. Sg. fq. *bóill* (membra; pro *báill*, alias *baill*) Wb. 11^{d}. Non solitaria est lingua hibernica in hac re; nam et germanica scandinavica producit vocales quasdam (non scilicet omnes) origine breves ante combinationes ejusmodi, e. gr. *lm, ls, lf, lg, lp, lk, ng, nk, st, sk*. Adeo et hodie lingua vulgaris Rhenensis francica (prope Spiram, Heidelbergam) mire producit *a* in vocibus *gârde'* (hortus), *wârde'* (exspectare) etc.

Contra eliduntur frequenter vocales radicis in vocibus auctis ab initio et in fine, plurimum quidem breves, interdum tamen et longae. Perierunt e. gr. *á* vel *í* in his: *ni fodlat chenel* (gl. non discernunt genera; sed affirmative: *fodalet chenel* Sg. 198^{b}; sing. *fotdáli* Wb. 12^{a}. *fodáli cenél* Sg. 107^{a}, a *dál*, pars, cambr. *daul*) Sg. 197^{a}. *comalnad, comalnatar* (implere, implent; rad. *lín, lán*) Wb. fq. *comfuirmud* (combinatio; = *com-fo-rímud*) Sg. 203^{a}. *remfuirmedcha* (gl. praepositivae; = *rem-fo-rím.*) Sg. 212^{a}. *ataruirmiset* (adposuerunt, adnumeraverunt; mox *atarimtis*, adponebant) Sg. 188^{a}. Vocales breves elisae, A: *ni fodmat* (non tolerant; affirmative: *donaibhí fodaimet* Wb. 2^{c}; britann. *gwoddaf, guddaf*) Wb. 20^{c}. *isimmalle fosdidmat* (gl. restituti in corpore sustinebunt, futura supplicia mali; = *fos-dodaimet*) Ml. 15^{c}. *adrograd, ararograd* (vetitum est; = *rogarad*) Wb. 2^{c}. 3^{c}. *forchongrimm* (praecipio; *for-con-garim*) Wb. 9^{d}. *conrochra* (ut amet; = *conrocara*) Wb. 6^{d}. *coscramni, conchoscram* (destruimus; *coscar*) Wb. 2^{b}. *coscrad* (pro *coscarad*, destructio) Wb. 2^{b}. 26^{a}. *ma eterroscra* (= *eterroscara*) Wb. 9^{d}.

sulbair, *sulbairigthe* (eloquens etc.; = *su - labair*, bene loqui) Wb. 8^a. 12^d. *tre digbáil*, *iarndígbail* (*digabál*, desumtio) Sg. 9^a. *dirogbad* (= *dirogabad*, ablatum, desumtum est) Sg. 9^b. *nachinrogba* (= *rogaba*) Wb. 15^d. Rejecta E: *asrobrad* (dictum est; *asroberad*) Wb. 3^c. *tomnathar* (cogitet), *cuimnigedar* (reminiscitur; rad. *men* in *menme*, anima) Wb. 16^b. 17^a. *conrotgatar* (aedificaverunt; = *conrotegatar*, a *teg*, domus), *cunutgim* (gl. architector; = *conotegim*) Sg. 32^b. 141^a. *coitchen* (communis; = *cotechen*, *cotegen?*) Sg. fq. Elisae I, U: *imfolngi* (efficit), *ni fulngidsi* (non perficitis; = *imfolingi*, *folingidsi*) Wb. 4^d. 8^b. *dílgud* (remissio), *dílgidsi* (remittitis; = *dilugud*, *dolugud*, cf. *doluigimse*, remitto, Wb. 14^d) Wb. 2^c. 5^c. 14^d. *écmacht* (gl. nequam: *écmacht arindí nád cumaing maith do denom;* i. e. impotens, quia non potest facere bonum) Sg. 50^a.

Flexiones verborum bisyllabae vel plurium syllabarum, e. gr. *-asam*, *-isem*, *-ibid*, *-ibea*, *-ibed*, *-abam*, *-ibem*, *-imis*, *-itis*, *-athar*, *-ither*, *-atar*, *-itir*, *-ibther* (= *ibither*), *-ate*, *-ite*, *-ithe*, *-ithi* etc., ut et derivationes, e. gr. *-as*, *-us* (gen. *-assa*, *-asa*, *-ussa*), *-ise*, *-isiu*, *-ad*, *-ud*, (gen. *-atho*, *-utho*), *-ithe*, *-ide*, *-adach*, *-edach*, *-athatu*, *-ithetu* etc., vocales incipientes harum formularum servare coactae sunt solummodo post positionem, si ita dicere licet, gravem, i. e. post consonas duas liquidas, mutas vel post mutam cum liquida in secundo loco. Exempla infra in libris de verbo et derivatione; quae ad exhibendum conspectum hic colligo sine notatione locorum, ubi obvia sunt. Exempla flexionum verbalium: *ropredchaisem*, *ropredchissem* (praedicavimus), *predchibid* (praedicabit), *doaidlibea* (vicem referet), *doaidlibem* (referemus), *nistectitis* (non id haberent), *arnatomnitis* (ne cogitent), *labrafammar* (loquemur), *labrither* (dicitur), *predchither*, *predchidir* (praedicatur), *foéitsider* (subintelligitur), *tomnibther* (cogitabitur), *conocomalnide* (*-ithe*, ut impleretur), *predchite* (qui praedicant), *oirdnithe* (ordinatus), *airmithi* (numerandus), *fodlaidi* (dividendus). Exempla derivationum: *immarmussa* (peccati; nom. *-us*), *rectide* (legalis), *patnide* (leporinus), *cetnide* (primarius), *gentlide* (gentilis), *bliadnide* (annuus), *máthrathatu* (matrimonium), *cétnidetu* (originalitas).

Post positionem vero, in cujus loco priore est liquida, vel post liquidam duplicatam sive vocalem radicis productam vocales

harum terminationum modo retinentur, saepius tamen eliduntur. Exempla retentarum vocalium; in verbis: *dofuircifea* (inveniet), *condelgatar* (comparantur), *doellatar* (declinantur), *dugáithatar* (circumveniuntur), *cuiretar* (ponuntur), *mórate* (qui magnificant), *imaircide* (inscriptus). In derivationibus: *londas*, gen. *londassa* (indignationis), *dilgud*, gen. *dilgutha* (remissionis), *dilgadach* (indulgens), *dilledach* (declinabilis), *stóride* (corporalis), *arside* (vetustus), *arsidetu* (vetustas). Exempla elisarum vocalium: *direllsat* (declinaverunt, a vero), *roseircset* (amaverunt), *cotondelcfam* (comparabimus nos), *nertfidir* (fortificabitur), *adrímfem* (adnumerabimus), *adrímter*, *adrímfiter* (adnumerantur, -abuntur), *dofoirmfed* (adderet; = *doforímfed*), *leicfime*, *leicfidir* (sinemus, mittetur), *creitfider* (credetur), *doberrthe* (tonderetur), *nolíntae* (implebatur), *ersoilcthe* (apertus); in derivationibus: *coitchennsa* (communitatis; nom. *coitchennas*), *tarbde* (taurinus), *marbde* (mortuus), *cercde* (gallinaceus), *corpde* (corporeus), *dóinde* (humanus), *berrthid* (tonsor), *doilbthid* (figulus), *ranntatu* (partitio), *corpthatu* (corporalitas), *béstatu* (moralitas), *foirbthetu* (firmitas). Sunt ideo et exempla vocalis retentae et elisae in una eademque voce: *ni tairtisset* (non honoraverunt) Wb. 1^{b}. *ni tartsat* Wb. 24^{b}. *atroillisset, adroilliset, assidroilliset* (meruerunt) Wb. 4^{c}. 17^{c}. *nid arillset, ni arilset* (non m.) Wb. 4^{c}. 4^{d}. *scribatar* (scribuntur) Wb. 17^{b}. *scribtair* Sg. 6^{b}. *cretite, crette* qui credunt) Wb. 3^{d}. 15^{a}. *duforbaithe* (gl. veneretur) Ml. 31^{c}. *forbuide* (gl. intensivus) Sg. 221^{b}. *foirbthe* (firmus), *foirbthetu* (firmitas) Wb. fq. *bróinidae* (gl. molaris) Sg. 57^{a}. *bróinde* (gl. rosarium) Sg. 35^{b}.

Post vocalem brevem denique radicis cum consona simplice, vel post vocalem finientem sine consona constanter eliduntur vocales incipientes terminationum; e. gr. in verbis: *rocarsam* (amavimus), *rogabsam* (sumsimus), *roscarsid* (secessistis), *roscarsat* (recesserunt), *asbermis* (dicebamus), *asbertis* (dicebant), *gnither* (operatur), *berthar* (fertur), *bertar* (feruntur), *etirscartar* (discernuntur), *crochthe* (crucifixus), et sic in verbis denominativis frequentibus in *-igim*: *-igsem*, *-igfed*, *-igther*, *-igthir*, *-igfithir*, *-igfide*, *-igthe*. Excipiuntur deponentia verba (IV seriei) in *-igur*, quae in 1. pers. plur. praes. formant quidem *-igmar*, *-igm̄er* (pro *igammar*, *igemmar*), in 3 pers. sing. et plur. autem,

ut sit differentia ab iisdem personis verbi passivi rejicientibus vocales, semper retinent formas -*igidir*, -*igedar*, -*igitir*, -*igetar*, ut alia verba ejusdem seriei -*athar*, -*atar* etc.: *agathar* (timet), *moladar* (laudat), *labrathar* (loquitur), *docuirethar* (asciscit), *taidminedar* (significat), *messammar*, *messimmir* (judicamus), *laimemmar* (audemus), *sechemmar* (sequimur), *labratar*, *labritir* (loquuntur), *immechuretar* (tractant). Exempla derivationum elidentium vocales: *imbresan* (contentio), plur. *imbresna*, *crochad* (crucifixio), gen. *crochtho*, substantiva in -*igud*, gen. *igtho*, -*ichtho*, *domunde* (mundanus), *talmande* (terrestris), *alpande* (alpinus), *aitrebthid* (habitator), *bathach* (moribundus), *imgabthach* (vitabundus), *treodatu* (trinitas), *sechdetu* (consequentia), *congabthetu* (continentia).

Interdum nihil interest, utrum vocalis radicis elidatur, an terminationis: *roilgisidsi* (legistis) Ml. 17[b]. *rolégsid* (legistis) Wb. 7[b]. *imfogbaidetith* (usum; = *im-fo-gabdetith*, ut mox in eodem loco legitur *congabthetid*, continentiam) Wb. 9[d].

Diphthongi.

Diphthongi sunt in unam syllabam combinatae vocales duae. Quatuor combinationes ejusmodi primitus diversas produxerunt linguae celticae, combinationes scilicet vocalis principis A cum extremis, AI et AU, atque combinationes intermediarum et extremarum inter se, OE et IU, quarum aliae, si occurrunt, sunt nonnisi variationes secundariae, non differentes origine.

Eundem ordinem et in lingua hibernica quo minus sequamur nil impedit, nec vetat e. gr. defectio saepius obvia diphthongi *ai* in *ae*, *oe*. Codices nostri vetusti signare solent diphthongorum vocales priores accentu acuto, e. gr. *ái*, *áu*, ut facilius discernantur ab infectionibus (e. gr. *ai*, *au*), quae regulariter non signantur.

AI. Exempla gallica vetusta, cum non esse possit quaestio de quantitate diphthongorum, abhinc licet colligere ex omnibus scriptoribus, ut ex inscriptionibus, non e poëtis solis. Scriptio AI obvia mihi solummodo in inscriptione helvetica: Corneli Bil*cai*sionis fil. ap. Orell. 316, atque apud Gregor. Turon.: C*ai*nonense castrum 6, 13; obtinet forsan et in vetusto nomine B*aio*-

cassini. Romani scriptores verterunt gallicam diphthongum, ut graecam AI, in suam AE, e. gr. *Ae*nus Tac., *Αἶ*νος Ptol., *Ae*gus (Allobrox, Caes. B. Civ. 3, 59. 79), *Ae*dui, C*aer*a*e*si, P*ae*mani Caes.

In codicibus hibernicis vetustis hujus diphthongi scriptio solita et communis est ÁI (interdum AI deficiente accentu, ut fit etiam in sequentibus diphthongis): *sái* (gl. lacerna, tunica) Wb. 30d. *soccsáil* (gl. loligo, genus piscis) Sg. 47b. *sáin* (diversus) Wb. fq. *cáin* (bonus) Wb. fq. *ecáin* (gl. indecens) Cr. 43c. *máini* (dona, pretiosa; cf. goth. *maithms*, res pretiosa) Wb. 23d. Sg. 33a. *commáin* (favor) Wb. 6d. 25a. *inna degmaini* (benevolentiae), *honaib mordegmainib* (gl. tantis beneficiis) Ml. 25c. 27a. *sáir* (ars) Sg. 90a. 133b. *cáirchuide* (gl. ovinus) Sg. 37b. *áis* (aetas) Wb. 9c. 12d. 17b. 21b. 25c, gen. *áisa, áisso* Wb. 16d. 29a. *sáib* (falsus) Wb. 30c. *sáibapstil* (pseudoapostoli) Wb. 16b. 28c. *sáibfirtu, sáibairde* (falsa miracula, signa) Wb. 16a. *gáid* (ventus) Cr. 19c. *táid* (gl. fur) Sg. 47b. *áith* (gl. pinna), *deáith* (gl. bipennis) Sg. 67a. *báith* (gl. idiota, stultus) Wb. 12d. *cáith, cáithech* (gl. acus, Prisc. Cr. 26b: *caith*, gl. furfur) Sg. 68a. *sáithar* (labor) Wb. 23c.

Ob deficientem tamen *a* in *o* et *i* in *e* (p. 8 et 15) obviae sunt pro ÁI in codicibus etiam scriptiones ÓI, ÁE et ÓE: *adagmóini* (benevolentiam suam; supra *degmaine*) Wb. 28a. *óis* (aetas; supra *áis*) Wb. 13c. 21b. 28d, gen. *óisa* 8c. 22b. 28d. *áes* Wb. 28b. *aes* Cr. 32a. *comáessa* (coaetanei) Wb. 18c. *óesa* (gen.) Wb. 10c. *sóibapstil* (supra *sáib*) Wb. 8c. 17d, gen. *inna soebapstal* 18d. *inna sáebchore* (gl. syrtium) Cr. 34b. *sáer* (: *sáer oc suidigud sil.*, gl. Victor in arte grammatica de syllabis; supra *sáir*) Sg. 7b. *áel* (gl. fuscina, tridens) Sg. 37b. Prisc. Cr. 14b. *cáer, caer* (gl. bacca, gl. baccar) Sg. 22a. 126a. *aed* (n. propr. in notatione chronologica marginali cod. Cr. 15a: *DCCCXVII. aed rex hiberniæ moritur*. Cf. Aedui; hibern. hod. *aodh*, ignis).

Recentis linguae, hibernicae et gaelicae, orthographia scriptionem *ao, aoi* adoptavit, non solum pro *ái*, et *óe, ói* orta ex *ái*, sed etiam pro *óe, ói* originaria et diversa ab *ái*, cujus scriptionis mirae origo obscura est, nisi forte eam in hac ipsa inter *ái* et *óe* commixtione quaesiveris.

AU gallica apud scriptores latinos vetustiores et recentiores sat frequens: T*au*nus (Tac.; "super fluvios T*au*nuco Ittaque", dipl. ap. Martène 2, 8), T*au*sius (quidam e Tungris, Capitolin. Pertin. cap. 11), Aulerci (Caes.), Rauraci, Raurici (Caes. Plin.; Rauranum oppid. Itin. Ant.; Rauracus, nom. viri, dipl. a. 653 ap. Mabill. de re dipl. p. 467), Lauro (nomen figuli) Steiner, Cod. inscript. rom. Danub. et Rheni 116, Lauriacum (oppid. Norici ripensis in Itin. et ap. Ammian.; "in Andecavo villas nuncupatas Lauriaco et . ." Martène 1, 51), Taurisci (Plin.), Donotaurus (Helvius, Caes. B. G. 7, 65), Lausanna (Itin.; cf. Lausiacus Martène 1, 34, Lausdunum, Stabulaus in vitis SS.), Cassivellaunus (Caes.), Genauni (Horat.), Nemausus (Itin., Auson.), Carausius (Eutrop.), *Ἀλαυνοί* (pop. noricus), *Ἀλαυνός* (fluv. Brit.), *Ἀλαυνά* (oppid. Britann.) ap. Ptolem. Rarior autem haec diphthongi scriptio in Inscriptionibus vetustis (Coblaunoni Murat. 1490, 6; cf. Catalauni Eumen. Eutrop., Orolaunum, vicus inter Mosam et Mosellam, in Itin. Anton.), sed deficiente *a* in *o* (p. 8) plerumque OU, OV: curator vikanor. L*ov*sonnensium, Orell. (ampliss. coll.) 324. Nariae N*ov*santiae Orell. (Inscr. Helvet. Turic. 1844) 166. Mercurio T*ou*reno Inscript. ap. Stein. cod. inscript. Danub. et Rheni 1, 781. C*ou*riae Grut. 816, 6. Murat. 1390, 3. Anderoudo viro Murat. 1577, 3. Boudo, Boudii, Boudiae Grut. 838, 6. 722, 9. 1137, 3 (cf. Boudobrica Itin. Ant.). Loupi fil. (inscr. Trevir.) Stein. 605. Loutius Orell. (ampliss. coll.) 4994. Ioutissia Stein. 208. Touti fil. Or. 422. Touto (dativ.) Murat. 1503, 5. 1779, 13. Toutia Orell. 1501. Toutiorigi (Apollini) Orell. 2059. Toutonis fil. Grut. 807, 11. Toutelae Grut. 858, 2. Toutilli filiae Murat. 1281, 6. Covtus Orell. 480. Trovceteivepi f. Orell. 298. Troucillius Stein. 263. Alovnis Orell. 1964. Acovnis (inscript. Agunt.; cf. Acaunus, Agaunus, Agaunum, i. e. petra, saxum, Boll. Febr. 3, 741, Sept. 6, 342. 345) Orell. 1995. Mogouno (Apollini Granno M.) Orell. 2000. Carassounius Orell. (Inscr. Helv. Turic. 1844) 302. Olloudio (Marti; cf. alauda: avis galerita appellata quondam, postea *gallico vocabulo* etiam legioni nomen dederat *alaudae*. Plin. 11, 17) Murat. 1981, 3. Forsan et Ptol. nomen insulae brit. *Κώουννος* (cf. Caunus, pater Gildasii, Boll. Jan. 2, 958). Sed longe absum, ut his

omnibus vindicem diphthongum *au*, cum in quibusdam *ou* facile esse possit pro *oo, ó*, e. gr. in nominibus Boudius, Boudia, ut *oa* in nomine reginae britannicae Boadicea (= Boudicea? cf. p. 27) apud Tacitum, itemque in nominibus e radice *tout* (vet. britann. *tut*, hibern. *tuath*, populus, = *tôt*).

In codicibus vetustis hibernicis eaedem scriptiones duae obviae sunt. AU: *gáu et fír* (falsum et verum; bis), *fír et gáu* (bis; quater ergo, in textu et margine) Wb. 14[c]. *conid gau dóibsem* (ut sit falsum eis) Sg. 40[a]. *maicc* 7 *háui, m.* 7 *aui* (filii et nepotes) Sg. 30[b]. *do maccaib* 7 *auib* Sg. 28[a]. Et OU: *lour* (sufficiens, satis) Wb. 4[d]. 5[d]. 10[a]. 24[b]. *in lour* (gl. satin?) Sg. 15[b]. *loure, ar loure ni* (gl. sufficientia nostra; cf. Lauro, Lauriacum, Laurentius) Wb. 15[a]. *loun* (= *lóon, loon*, gl. adeps, Sg. 70[a]. 125[a]? unde *lónaichti*, gl. adipati, crassi, cordis, Ml. 20[a]; in sententia: *ni tucsam loun linn ishibithsa*, gl. nihil intulimus in hunc mundum) Wb. 29[b].

Deficiente autem et posteriore vocali *u* in *o* (p. 17), sive etiam deficiente utraque, fiunt porro et scriptiones variationesque hujus diphthongi ÁO, ÓO, Ó: *gáo et fír* Wb. in eodem loco, ut supra *gáu*. *nách gáo dom anasbiur* (gl. deus scit, quod non mentior; i. e. quod non est falsum mihi, a me, quod dico) Wb. 17[d]. *cani góo dúibsi anasberid* (an non falsum vobis, quod dicitis?) Wb. 5[a]. *ni góo dún* (non falsum nobis, non fallimur) Wb. 14[c]. *nipa góo anduruirngert* (non est falsum, quod promisit deus) Wb. 31[a]. *olsodin asgó doib* (ideo falluntur, haeretici) Ml. 21[c]. *sechitir goa* (sequuntur falsa) Wb. 31[b]. *bit goacha* (erunt falsaria, signa) Wb. 26[a].* *inna gláosnathe* (gl. linearum), et mox nom. *inglósnathe* Sg. 3[b]. *am loor fricach réit* (gl. sum sufficiens; alias *lour*) Wb. 24[b]. Nomen Pauli nonnisi *pool, pól* scriptum in Wb.: *do pool* (Paulo), *ho pool* (a P.) 7[d]. 14[d]. *dobeir pól* (fert P.), *pól ingrenthid* (P. persecutor) 4[d]. 18[d]. *robói pol* (fuit P.) 24[a]. *baga poil* (contentiones P.) 30[d]. In hanc *ó* ex *au* progressam et infectioni aditus est, e. gr. *cóisid* (gl. causativus), *hi cóis* (gl. in causa) Sg. 77[a].

---

* Minus accurata scriptio *u* in quibusdam locis: *ba inse dún epert gue* (difficile nobis dicere falsum; i. e. dictio falsitatis, gen.?) Wb. 14[c]. *isgufor-cell doberam* (est falsum testimonium quod damus) Wb. 13[b]. *guaigedar* (mentitur), *guaigitir* (mentiuntur) Ml. 31[b].

Poterunt putari hoc modo contractae voces quaedam jam supra enumeratae sub Ô, e. gr. *córe* (pax; cf. supradictum nomen fem. Couria?) Wb., nec non derivationes -*ón*, -*ós*, in vocibus *medón* (medium), *inmedónach* (internus) Wb. Sg., *cíanós* (longinquus) Wb. 7^{a}, si conferuntur nomina vetusta Genauni, Cassivellaunus, Nemausus, Carausius.

OE gallica apud scriptores latinos: M*oe*nis (nomen fluvii) Mel., M*oe*nus Plin. Tac. Eumen. M*oe*nicaptus regulus Gallorum Liv. (24, 42).* In inscriptione britannica: S*oe*nius, Orell. 2013. Obvia tamen etiam OI in inscriptione Moguntina: Adbogius C*oi*nagi f. na(tione) Petrucorius, Steiner. 440, atque in helveticis: civium N*oi*denolicis curator, Orell. 356. patri patriae N*oi*denolex, ibid. 358. Poterit inde colligi forma gallica *oi* hujus diphthongi, ut *ai* pro forma latina *ae;* quam quidem formam *oi* agnoscit etiam lingua vetusta hibernica, quae ea saepius utitur, quam *oe*, sed nusquam britannica vetusta, quae servat quidem diphthongum *ai* vel *ae*, non tamen *oi* vel *oe*, semper hanc transformans in *u*.** Ex qua transformatione supponenda etiam combinatio vocalis *o* cum diversa primitus vocali in hac diphthongo ab ea, quae servatur adhuc post *a* in antedicta *ai, ae*.

Codices vetusti hibernici scriptionem OE in omnibus fere vocibus, quibus convenit haec diphthongus, passim monstrant; usitatior tamen est OI: *óen, óin* (unus) Wb. Sg. fq. *óentu, óenur, oenur* Wb. 7^{c}. 13^{c}. 14^{a}. *doenacht* (humanitas) Wb. 33^{a}. 33^{c}. *dóinacht, dóinecht* Wb. 13^{c}. 15^{d}. *dóini* (homines), *dóinde* (humanus) Wb. fq. *sóer, soer* (gl. ingenuus) Sg. 97^{b}. *sóere, sóire* (gen., cum subst. *túatha, ceneíuil*) Sg. 31^{b}. 40^{a}. *sóir* (liber) Wb. 7^{b}. *sóirmug, sóirchele* (gl. libertus) Wb. 10^{a}. *ronsóirni*, *romsóirsa* (liberavit,

---

* Cf. etiam: M*oe*nis villa. Monast. S. Petri Carnot. cod. diplom., ed. Guérard, p. 37. *Ἀλκιμοεννίς*, nomen loci ap. Ptol., procul dubio et fluvii, unde serius Alcmona, in parte sua posteriore potius conferendum erit cum loci nomine gallico Muenna in Itin. Anton., derivato scilicet Mu-enna, quam cum hoc nostro.

** Est quidem cambr. vet. *oi*, armor. vet. *oe*, sed orta ex originaria *ê*. Ob differentiam ab hac *ê* transgressa in *oi* originariam *oi* mutatam esse in *û* affirmari nequit, cum et alii soni mutatione coincidant, e. gr. *û* originaria transgressa in *î* cum *î* originaria, quae ideo non mutatur in aliam vocalem.

salvavit nos, me) Wb. 2[d]. 3[d]. *sóire dochách arsóireni* (salus cuivis salus nostra) Wb. 14[a]. *i sóiri ceneóil* (gl. nobilitate generis) Wb. 17[c]. *doer* (gl. mancipium) Sg. 51[b]. *dóermam* (gl. squalor) Sg. 20[a]. *ni dóir farmbethu* (gl. vos in carne non estis sed in spiritu) Wb. 4[a]. *dóire* (miseria) Wb. 17[c]. *indóiri* (in captivitatem), *adóiri* (e captivitate) Wb. 12[d]. 30[a]. *arfoemat* (accipiunt) Wb. 34[a]. *arafóim* Wb. 13[c]. *arafoimat, arafóimtar* Sg. 60[b]. 156[b]. 210[b]. *óegid* (hospites, plur.) Wb. 21[b]. *oigetha* (hospites, acc.) Wb. 28[d]. *óigedacht* (hospitalitas) Wb. 26[b]. *óigthidi* (gl. sartores) Sg. 186[b]. Alia porro vocabula: *doe* (gl. tardus) Sg. 66[a]. *bróen* (pluvia) Cr. 18[c]. *cóil* (gl. macer) Sg. 50[a]. *cóim* (misericordia) Wb. 4[b]. 27[b]. *inna cloen* (impiorum) Camarac. *clóin* (iniquus), *clóine* (iniquitas) Wb. 4[c]. 26[a]. *derchóiniud* (desperatio) Wb. 15[d]. 21[b]. *crois* (luxuria) Wb. 9[d]. *fóisite* (confessio) Wb. 3[d]. 4[a]. *tóisrenn* (materia) Wb. 4[c]. 9[b]. *nóib* (sanctus), *nóibe* (sanctitas), *ronóib, ronóibad* (sanctificavit, -atus est) Wb. fq. *nóidiu* (gl. infans) Sg. 124[b]. *noidenacht* (infantia; cf. Noidenolex Inscript. supra) Wb. 24[d]. *góithlachde* (gl. paluster) Sg. 54[b]. In Wb. saepius *móide, nosmóidet* (verb., gloriari), *móidmiche, móidem* (gloriatio) a manu solita codicis, sed in uno loco 17[c] *maidem* a manu alia, unde haec vox, forsan et alia quaedam, sub AI reponenda videri potest.

Quamvis diphthongus *ái* variata in *ói* et *óe* in ambitum hujus diphthongi transeat, non fit id vice versa ab hac, nec unquam esse posset e. gr. *áin* sive *aen* pro *óen, óin*. Confundunt quidem hodiernae dialecti, hibernica et gaelica, diphthongos *ái* et *ói*, scriptione sua *ao, aoi* pro utraque utentes, sed diversitatem originariam bene comprobat lingua britannica proferens unam *ai, ae*, alteram vero *u*.

IU gallica in inscriptionibus quibusdam obvia: L*iu*da, L*iu*datus Grut. 821, 2. 1159, 2, in nomine loci *Ῥιουσιαουα* (prope nomen *Ἀλκιμοεννίς*; cf. R*iu*satium Mabill. sec. 2, 799, et R*iu*sa, nomen fluvii helvetici) ap. Ptolem., forsan et in *Iu*ra, nomine montis, si nomen viri Euronius (Auson. parent. 11) conferendum. Addendum ex inscriptione britannica nomen viri *Iolus*, Orell. 1965. Forma diphthongi solita, tam apud scriptores, quam in inscriptionibus est EU: Br*eu*ni Horat. T*eu*tates Lucan. Teutalus Sil. Ital. Teutomatus Caes. Teutobodiaci Plin. Pleu-

moxii Caes. Leuga (miliare gallicum) fq. Leuci (populus Galliae; cf. super rivum Leuco, super rivum qui dicitur Leucus dipl. ap. Baluzium 2, p. 1429. 1462) Caes. Leucaro (opp. Brit.) Itin. Ant. Marti Leucetio Inscript. ap. Grut. 58, 3. Ateula Orell. 3274. Sugeulo Orell. (Inscript. helvet. 1844) n. 154.

In vetustis codicibus hibernicis obtinet adhuc scriptio diphthongi ÍU (immo et in hodiernis dialectis, sed accentu rejecto in posteriorem vocalem: hibern. *fiú*, gael. *fiù*, subst. pretium, adj. dignus; gael. *iùl*, cognitio); frequentiores tamen destituta una vel utraque vocali sunt scriptiones ÉU et ÉO: *mad fíu lib* (gl. quod si dignum fuerit) Wb. 14[a]. *ni fíu* (non dignum, non oportet) Wb. 13[c]. 15[c]. 18[c]. 20[b]. *ni fiu* 10[b]. *bíu* (vivus) Incant. Sg. *béu* Wb. 13[d], cujus scriptio communis in Wb. et Sg. est *béo, beo* (plur. *bí*, pro *bii* e forma breviore *bi*), unde derivata sunt adj. *beode* (vivus) Sg. 39[a], subst. *beothu, beotho* (vita) Wb. 3[c]. 11[a], cujus solita forma *bethu*, ut *biad* (victus), vocalem correptam monstrat (cf. gr. *βίος, βιόω, βίοτος* = *biad*, contra lat. vîvus, vîvo). *éula, éola, eola* (sapiens), plur. *eulig, éolig, eolig, éolich* Wb. fq. *heulas* (sapientia; cf. nomina supradicta Iolus, Ateula) Sg. 209[a]. Alia quaedam exempla: *eu* (gl. stipes) Sg. 66[b]. *deolid* (clemens) Wb. 2[c]. 31[c]. *indeolid* (gl. gratis) Wb. 26[b]. *deoladacht* (gratia, clementia) Wb. 2[b]. *beura* (gl. sudes) Sg. 67[b]. *feugud* (gl. marcor, -oris) Sg. 100[b]. *réud* (gl. gelu) Sg. 63[a]. *ar séuti* (ob pretiosa) Wb. 23[d]. Sed quaeritur, annon haec vel illa harum vocum ad scriptionem *éu* = *ê* (p. 19) referenda sit. Nec certum est, utrum huc pertineat, an alius originis sit *iu* in his: *inníulu* (gl. in nubibus, rapiemur cum illis) Wb. 25[b]. *fius* (scientia; pro *fisus?*) Wb. 10[b]. 25[c]. 30[a]. Sg. 209[b]. *anfius* (inscitia) Wb. 25[c]. *diuti* (gl. sinceri; cf. *diuit sillab*, gl. syllaba sincera, sola, Sg. 25[b]. 26[a]. *con diuiti*, gl. in omnem simplicitatem, Wb. 17[a]) Wb. 23[b]. *intliucht, intsliucht* (sensus, intelligentia) Wb. Sg. *fliuchide, fliuchidetu* (humidus, humiditas; cf. hibern. *folcaim*, humecto, et cambr. *golchu*, lavare, de quibus videsis sub V hibern.). Forma *siur* (soror) certo orta est e *sisur* (cf. S hibern.), et formula *diu*-non infrequens in compositis e *do-o-* (cf. compositionem).

B. Consonae.

Sunt consonarum celticarum classes, ut in ceteris linguis affinitatis indeuropaeae, semivocalium liquidae et spirantes, mutarum mediae, tenues et aspiratae. Mutarum quamque classem terni soni constituunt, qui oris organis discernuntur, labiales, dentales et gutturales, semivocalium duas classes quaterni soni, non eodem certo modo distincti. In semivocalibus quod sit proprium ac divergat a linguis affinibus non animadvertitur, sed in mutis. Quae mutarum proprietas ea est, ut pro parte tantum cum mutis cujuscumque linguae affinis, e. gr. latinae, germanicae, concordent, pro parte ergo discordent. Res autem ita se habet.

Linguam graecam praeprimis, paullo minus et latinam indicamque, trium mutarum classium, mediarum, tenuium, aspiratarum, magna copia et congruente modo gaudere notum est. Inter linguas septentrionalium nationum germanica etiam gaudet eadem copia, non tamen congruente modo, ita ut e. gr. in vocibus communibus his linguis aspiratae si adsunt in graeca et latina, sint etiam aspiratae in germanica. In hac enim, quae in illis sunt aspiratae, factae sunt mediae secundam regulam transpositionis mutarum germanicarum, qua porro factae sunt e mediis pristinis, quae exstant adhuc in meridionalibus linguis, tenues, e tenuibus aspiratae. Sistunt has classium transgressiones hae duae voces gothicae *bôka* (= *fagus*, φηγός) et *tunthus* (*dens*, = *dent*), in quibus e mediis pristinis *g*, *d* factae sunt tenues *k*, *t*, e tenui *t* aspirata *th*, ex aspirata *f* media *b*.

Linguae ab utraque parte germanicae confines, celtica ab occidente, et slavica cum prussica (lithuanica) ab oriente, proprium modum secutae et intermedium, in parte tantum concordant cum germanica transpositione, in parte quidem minore. Transposuerunt enim aspiratas solummodo in medias, relinquentes intactas medias et tenues, ut sunt adhuc in graeca et latina. En exempla.

Mediae et tenues servatae, ut in meridionalibus linguis: britann. vet. *dec* (hibern. vet. *deich*, cambr. hod. *deg*, *e* infecta vel

destituta; slav. *desiat*, = *δέκα*, *decem*, ind. *dasan;* sed goth. *taihun*). hibern. vet. *dét*, brit. *dant* (lith. *dantis*, = lat. *dens*, *dentis*, sed goth. *tunthus*). radix *gen* in variis formis, hibern. vet. *rogenir*, *geinte*, *geine* etc. Wb. Sg., brit. *geni*, *genit* etc. (gr. *γένος*, lat. *genus;* sed goth. *kuni*) cum radice *gén*, *gné* (gr. *γιγνώσκω*, lat. *nosco* = *gnosco;* sed germ. *kennen*). B servata in terminatione hibernica dativi plur. -*ib* (= lat. *ibus*), in hibern. *goban*, cambr. *gof* (e *gob* = lat. *faber*), in voce frequente brit. *treb* (vicus; german. *thorp*, lat. *tribus*, *turba?*). Tenues: *Πετουαρία* (Brit. oppid.) ap. Ptol. e numero brit. *petuar* (lith. *keturas* = gr. dor. *πέτορα*, lat. *quatuor;* sed goth. *fidvor* pro *fithvor*). hibern. brit. *tri* (= *τρεῖς*, *tres*, sed goth. *threi*). hibern. brit. *cu*, *cun* (= *κύων*, *κυνός*, lat. *canis*, sed germ. *hund*). hibern. vet. *cét*, brit. *cant* (= gr. *ἑκατόν*, lat. *centum;* sed goth. *hunth*). *catu* (pugna, in nominibus gallicis Caturiges, Catuslogi; brit. vet. *cat*) in statu pristino consonarum eadem vox est cum goth. *hathus* (pugna, ut debet supponi e ceteris dialectis germanicis). britann. vet. *dacr* (= gr. *δάκρυ*, lat. *lacrima*), ut jam supradictum *dec* (*decem*, *δέκα*).

Aspiratae pristinae factae mediae in septentrionalibus linguis congruente modo. Aspirata labialis in initio vocum: verb. subst. hibern. brit. vet. *buith*, *but* (slav. *byti*, lith. *búti*, germ. *bim*, *bist* etc.; sed gr. *φύω*, lat. *fui*, *fuo*). radix hibern. britann. *ber* (hibern. vet. *asbiur*, *dobiur* etc. fq. cambr. vet. *aperth* = *atberth*, cambr. hod. *berfa* = germ. *bahre* e verb. *beran;* slav. *brati*, *beru;* sed gr. *φέρω*, lat. *fero*). hibern. vet. *ben*, *be* (caesio, occisio, germ. *bano*, occisor, sed gr. *φόνος*). britann. *befer* (= *beber*, *biber;* cf. Bibrax, oppid. Aeduor. ap. Caes., gael. *beabhar*, germ. *biber*, anglosax. *beofor*, scand. *bifr*, slav. *bober*, lith. *bebrus*; sed lat. *fiber*). hibern. vet. *bráthir*, brit. *braut* (goth. *brothar*, slav. *brat*, lith. *brolis;* sed gr. *φράτηρ*, lat. *frater*). cambr. *blodeu* (germ. *bloma*, sed lat. *flos*). hibern. verb. *bris* (goth. *brikan;* sed lat. *frangere*). In medio vel fine: gall. vet. *ambi*, hibern. vet. *imb* (germ. *umbi*, sed gr. *ἀμφί*). hibern. gael. *grabhal* (= germ. *graben?* sed gr. *γράφειν*).

Aspirata dentalis, in initio: cambr. *dor* (valva), hibern. vet. *dorus*, cambr. *drws* (porta; goth. *dauro*, slav. *dver*, lith. *durrys;* sed gr. *θύρα*). hibern. vet. *dag*, brit. *da* (bonus, goth. *gôd*, sed

gr. *ἀγαθός*).* hibern. *dear* (goth. *dauhtar*, slav. *deszczer;* sed gr. *θυγάτηρ*. In medio et fine: britann. *med, medu* (germ. *medo,* lith. *medus;* sed gr. *μέθυ*). *aed* (n. pr. hibern., cf. Aedui, hibern. *aodh*, ignis, et gr. *αἰθίοψ*). Pro combinatione tamen originaria *thr* incipiente regula non servata accurate deprehenditur in his: hibern. vet. adj. *tresa*, *tressa* (fortior) Ml. Wb., cambr. *traha* (audax, strenuus), quod vix differt a gr. *θρασύς;* in rad. *trag* in voce gallica vetusta *vertragus* et hibern. vet. *traig* (pes), *traigthech* (gl. pedester; cf. p. 6), si confertur gr. *τρέχω*, *τράχω* (fut. *θρέξομαι, θράξομαι*), et goth. *thragjan* (currere). In quibus septentrionales *tr, thr* exhibent pro *dr*.

Aspirata gutturalis, in initio: hibern. vet. *gaim,* cambr. vet. *gaem* (lat. *hiems*, gr. *χεῖμα*). hibern. vet. *gart* (in Sg. 92[b] *lubgartóir,* gl. olitor), cambr. *gardd* (goth. *gard,* slav. *grad;* sed gr. *χόρτος*, lat. *hortus*). In medio et fine: hibern. vet. *lige* (gl. lectus, gl. torus) Sg. 52[b]. 107[a] (goth. *ligan*, jacere, et subst. *ligr,* lectus; slav. verb. *ljagu, lezhati,* jacere, subst. *lozhe,* lectus; sed gr. *λέχος*). hibern. vet. *lígim* (slav. *lezati*, gr. *λείχειν*, lingere). hibern. vet. *agathar* (timet; gr. *ἄχεται*). Ad radicem *trag* supra jam gr. *τρέχειν* collatum est; cum hibern. vet. *sluag*, cambr. *llu* (= *lug,* agmen) forsan et gr. *λόχος* comparandam.

Est interdum alternatio organi in mediis celticis ortis ex aspiratis, e. gr. *d* pro *b* in hibern. *duile,* cambr. *delen,* gall. *dula* in nomine herbae *πεμπεδουλά* ap. Dioscor., si confertur gr. *φύλλον*, lat. *folium*, germ. *blat;* cambr. vet. *datl*, hibern. vet. *dál* (concio, forum; goth. *mathl*, idem significans, pro *bathl?*), si comparandum gr. *φάω*, *φατός*, *φάτις*, forsan et lat. *forum*. *G* pro *b* in hisce: hibern. *goban*, cambr. *gof* (cf. vetust. nom. gall. *Gobanitio* ap. Caes.), si confertur lat. *faber; goithimm* (gl. futuo) Sg., cambr. *godineb* (fornicatio; utrique subest radix *got*), si confertur lat. *futuo*. Sunt porro et inter medias tenuesque alternationes quaedam obviae contra communem regulam, partim, ut

* Literis transpositis celtice, ut hibern. *domun* = lat. *mundus*, *duber* (aqua) = germ. *watar*, slav. *woda* (*b* pro *w*). Addo armor. *tnou* (vallis), quod alias est *nant*, frequens obvium in Buhez, ubi 126, 15 est etiam *musial* = *elemosyna*. Armor. vet. *hoiarn* quoque (cambr. *haiarn*, ferrum) est pro *oiharn* = *ésarn*, *ísarn*.

videtur, recentioris originis; e. gr. transgressae mediae in tenues: hib. vet. *túth* (animus) Sg., *tintuuth* (intelligentia, interpretatio; cf. vetust. gall. *Indutiomarus,* slav. *duch,* anima, e rad. *duju,* et gr. *θυμός*); hibern. vet. *tenge* (lingua = *dingua,* goth. *tungo*) pro *denge;* hibern. vet. *cenél,* cambr. vet. *cenitol* (genus), cum verbo *rochinset* (orti sunt) Sg., pro quo alias *rogenair* (natus est); hibern. vet. *claideb,* cambr. *cleddyf* (= lat. *gladius*); porro voces jam dictae hibern. vet. *tresa,* cambr. *traha* (audax) et *trag,* quibus addo cambrica: *cafael* (sumere, capere; hibern. vet. *gabál*), *crafu* (radere, sculpere), *crafell* (radula, scalprum; *grauior,* sculptor, in Vocab.), *ynys prydein* (Britannia insula) Mab. fq. Pro medio vel fine radicis exemplum ejusmodi transpositionis esse poterit britann. *ret* (cursus) cum derivatis suis, si conferendum cum vetustis *Rhedones, Rhodanus* (cf. p. 13). Contra e tenuibus transgressae in medias: hibern. vet. *do,* cambr. *dy* (= *tuus;* pron. possess.), hib. *gabál* (= *capere*), hibern. *gabar,* cambr. *gafar* (= *caper;* jam in vetustis nominibus gallicis *Gabali, Gabreta, Gabromagus*), hibern. vet. *bliadan,* cambr. *blwyddyn* (annus; = *blêd,* cf. slav. *ljeto,* annus). Addo hoc loco etiam transgressae *v, w* in *b* exempla: hibern. vet. *bíu, beo,* cambr. *byw* (vivus), hibern. vet. *bethu* (vita). hibern. cambr. *ben* (mulier; cf. lat. *Venus?*). britann. *beri* (= *veru*) Vocab., hibern. vet. *birdae, berach* (gl. verutus) Sg. 60ª. britann. *buch* (= *vacca*). hibern. britann. *bran* (corvus; slav. *vran, wran*). cambr. vet. *iob* (= *Jov,* Jupiter) gl. Oxon. hibern. vet. *fedb* (vidua; slav. *wedowa*) Wb. Ita et pronomina hibern. vet. *sib* (= *vos,* literis transpositis), ut *bar* (= *vester*).

Sequitur ex his, in lingua celtica ut in slavica et prussica destructionem subiisse classem aspiratarum pristinarum transgressione sua in medias, cum non etiam transgressae sint ceterae classes ut in germanica. Quod hucusque dictum, generalis est regula consonarum celticarum procul dubio. Sunt residua tamen rudera aspiratarum, tam in celtica quam in slavica lingua, de quibus infra dicetur ubi de aspiratis disseretur.

Consonarum celticarum dispositionem illam jam obtinuisse tempore vetustissimo et jam ante aetatem Romanorum, sat patet e vetustis nominibus gallicis jam allatis: *Πετουαρία, πεμπεδουλά,* Catuslogi, Gobanitio, Gabali.

Recentiore autem ortas tempore et post aetatem Romanorum prodiisse affirmo alterationes consonarum eas, quae fiunt sub certis regulis et positionibus (non illae quidem semper) tam in medio vocum et fine, quam in initio in contextu sermonis, quasque eadem denominatione, qua designavimus vocalium alterationes, dicemus infectiones. Alteratio in lingua hibernica prae aliis animadvertitur in tenuibus, ut adhuc exstant in gallicis vocibus atque vetustis cambricis vel armoricis. Quae tenues fiunt hibernice aspiratae, e. gr. in *cath* (pugna), *lethan* (latus) e vetustis *catu, litan;* in *cethir* (cambr. vet. *petuar*), in *máthir, bráthir* (mater, frater; cambr. vet. *braut*); in *croch* (= *cruc;* crux, crucis), *crochad* (crucifixio) aliisque. Obvia ejusmodi infectio, quamvis minoris ambitus et diversi usus, etiam in britannica lingua: *nerth* (vis, valor) e. gr. e *nert,* ut est adhuc in hibernica lingua, jamque in vetustis nominibus gallicis compositis Nertomarus, Cobnertus; *marchauc* (equestris) ortum e gallico vetusto *marca* (*μάρκα, τριμαρκισία* ap. Pausan.), ut adhuc est etiam in hibern. vet. *marcach.* In constructione hibern. vet. *tol cholno* (cupiditas carnis) genitivus *cholno* est e nom. *colin.* Potest ergo distingui status consonae primarius vel originarius et status aspiratus, infectio aspirata, quibus tamen denominationibus ob liquidas quae expertes aspirationis pronuntiatione solummodo sive duriore sive molliore proferuntur, aptiores videntur denominationes status duri (primarii) et status mollis (secundarii) sive infectionis mollis, cum sint et aliae infectiones. Inprimis notandum, infectionem modo dictam fieri diverso omnino modo et contrarie opposito in duabus linguis, hibernica et britannica. Nam in dialecto codicum nostrorum hibernica consonae servantur in statu pristino et contra infectionem teguntur positione, i. e. si sunt junctae secum sive eaedem (duplices), sive diversae vel ejusdem vel diversarum classium, e. gr. liquidae post liquidas, mediae vel tenues post liquidas, tenues post tenues (quae quidem tenues in posteriore loco non solum ipsae tenentur, sed etiam antecedentes tenere solent); obnoxiae autem sunt infectioni extra positionem, i. e. si sunt simplices et singulares inter duas vocales in medio vel post vocalem in fine. Britannicam linguam contraria sequi, si fit infectio, una vox jam dicta cambr. vet. *marchauc*, quae est hibern. vet. *marcach,* comprobat. Exempla alia plurima infra sequentur.

Status aspiratus, mollis, vel infectio aspirata, mollis, infectio consonarum propria, prae ceteris, dici poterit; haec est etiam adhuc unica fere obvia in vetustis codicibus hibernicis. Contra pronuntiationem molliorem harum consonarum infectione correptarum codices hibernici veteres solent notare pronuntiationem duriorem status primarii scriptione duplice consonarum non infectarum (in solo Sg. *m* signo plerumque notatur duplicationis, lineola scilicet supraducta; in aliis autem codicibus et haec bis scribitur), etiam in positione, ut patebit e plurimis infra sequentibus exemplis, quamvis non in communem usum atque regulam transierit ea scriptio.

Sunt et aliae quaedam consonarum infectiones in vetusta lingua, sed nequaquam tanti ambitus, quantum occupant in recentiore. Infectionis nasalis initia jam conspiciuntur in vetustis glossis hibernicis et cambricis, cum e gr. scribitur hib. *imme*, *imm*, pro *imbe* (vetust. gall. *ambi*), et cambr. *am* (= *amm*), mutata *b* in *m*. Maxime dilatata invenitur in britannica, praesertim cambrica recentiore et hodierna, ut et in hibernica hodierna et gaelica, infectio destituens. Hanc omnino adhuc ignorat lingua vetusta hibernica, in qua sunt voces e. gr. *acus*, *accus* (part. et, subst. vicinitas), *cretem* (fides), *cét* (centum), quae hodie scribuntur *agus*, *credem*, *céad*. Nec vetustae cambricae glossae jam destituunt tenues in medias, sed scribunt adhuc e. gr. *louichetic* (pellucidus), *caitoir* (pubes), *rit* (vadum; cf. Augustoritum, Galliae oppidum), *map* (filius), *crip* (pecten), quae sunt hodie *llywychedig*, *cedor*, *ryd*, *mab*, *crib*. Et hujus tamen infectionis initia sat vetusta esse demonstrat non solum media *g* finiens saepius excussa (destituta) in iisdem glossis cambricis, et tam finiens quam interna in vocibus linguae romanae gallicae adeo vetustioribus, sed etiam tenuium ipsarum destitutio obvia in eadem lingua gallica aevo certum carolingico, in codicibus scilicet terrae continentis ejus aevi vel etiam jam prioris. Exempla infra sequentur in classe mediarum et tenuium britannicarum.

Dicendum nunc primum de natura et infectione consonarum praesertim internarum et finientium (de consonis incipientibus voces in sequente capite), secundum ordinem classium, quia consonae cujusque classis plerumque concordant inter se in infectione.

Liquidae.

L M N R. In vetustis nominibus gallicis vel britannicis. Singulares: *Lem*annus Caes. *Γάλατος* (Bojorum rex) Polyb. Ci*l*urnum (Britann. oppid.) Notit. dign. *Μώμορος* Plut. (ed. Reiske 10, 732). Ca*m*a*r*acum Itin. Ca*m*u*l*us Inscript. Ca*m*u*l*ogenus Caes. *Nem*etes Caes. Tac. Ge*n*eva, Ge*n*abum Caes. I*n*subres (compos. In-s.) Liv. Co*n*victolitanes (compos. Con-v.) Caes. Co*m*bretonio (opp. Brit.; comp. Com-br.) It. Ant. A*r*a*r* Caes. *R*au*r*ici Caes. Plin. Ve*r*nemetum (opp. Brit.; compos. Ver-nem.) Itin. Ant. Ve*r*cingetorix Caes. Ve*r*co*m*bogius (compos. Ver-com-b.) Inscr. Grut. 758, 11. Junctae: Pa*rm*a Liv. Ve*rn*odubrum Plin. Pe*rn*iciacum (loc. Belg.) Itin. Ca*rn*utes Caes. Catus*l*ogi (comp. Catu-sl.) Plin. *Bl*estum (oppid. Brit.) Itin. *Gl*annibanta (opp. Brit.) Notit. dign. *Pl*eumoxii Caes. *Cl*avenna Itin. *Sm*ertulitanus Inscr. Orell. 188. Boduo*gn*atus (comp. Boduo-gn.) Caes. *Br*ogitarus (Gallograecus) Cic. (Har. Resp. 13. 27). *Dr*usus (Gallorum dux; cf. p. 29) Cic. *Gr*udii Caes. *Gr*inarion (loc. circa Danub. sup.) Itin. *Pr*onaea (fluvius Suram et Mosellam augens) Auson. *Tr*everi Caes. *Cr*itognatus Caes. Ma*ls*onis fil. Inscript. Grut. 703, 6. A*lb*a Vopisc. Ge*ld*uba Plin. Tacit. Ga*lg*acus Tac. A*l*pes fq. Ce*lt*ae, Ce*lt*illus Caes. Vo*lc*ae, Cativo*lc*us, Vo*lc*atius Caes. A*mb*iani, A*mb*iorix Caes. Ca*mb*odunum Itin. A*nd*es Caes. A*nd*ecamulum Itin. Vi*nd*onissa, Vi*nd*obona Itin. Li*ng*ones Caes. Ci*ng*etorix Caes. Sa*nt*ones, Na*nt*uates Caes. Pervi*nc*us Inscript. Mu*rs*a, Mu*rs*ella (Pannoniae opp.) Itin. A*rb*eja (Britann.) Notit. dign. A*rd*uenna Caes. O*rd*ovices Tacit. A*rg*entoratum, A*rg*entomagus Itin. O*rg*etorix, Ge*rg*ovia Caes. Ca*rp*entoracte (oppid. Galliae: ca*rp*entum, carrus) Plin. A*rt*obriga Itin. Ne*rt*omarus, Esune*rt*us etc. Inscript. Conde*rc*um (oppid. Brit.) Notit. dignit. Aule*rc*i, Cadu*rc*i Caes. Duplicatae, LL: Allobroges, Ollovico Caes. Vellaunus in Vellaunodanum, Cassivellaunus Caes. Sollius Inscr. ap. Orell. 3274. Condollius Steiner 31. 45. 997. Lallus (nom. figuli in vasis figlinis). Lalla Stein. 790. Aballo Itin. Cavarillus Caes. MM: Commius (Atrebas) Caes. NN: Bonna Itin. Amm. Nemetocenna Caes. Sumlocenna Inscr. in vasis figlinis Soliciniensibus. Adgonna Inscr. Grut. 1621, 8. Lemannus (cf. *Λιμαν*-

νόνιος κόλπος, sinus Britann. ap. Ptol.) Caes. Cevenna, Cebenna Caes. Lucan. Auson. Arduenna Caes. RR: carrus (currus gallicus) Caes. Ambarri Caes.

In scriptione *Rh*enus, *Rh*odanus, *rh*eda, unde et *Rh*edones ap. Caes., equidem nil video nisi scriptionem a Graecis, vicinis Massiliensibus, receptam, non signum apud veteres Gallos jam adfuisse differentiam inter duriorem mollioremque liquidae pronuntiationem, cum etiam adsint sine *rh* in eadem positione nomina gallica Ruteni, Remi, Roscillus (Allobrox, ap. Caes. B. Civ. 3, 59; hibern. vet. *rosc*, oculus), Rauraci, Raeti, Rigomagus, Rigodulum, Rotomagus, Rutupiae etc. M tamen in medio vocum emollita jam a vetustis Gallis posset videri, si nomen Exsomnus in inscript. Magunt. ap. Stein. 401, quod occurrit scriptum in alia Exobnus Stein. 68, esset interpretandum hibern. vet. *esomun*, cambr. *ehouyn* (*omun* = *ouyn*, timor; sine timore, intrepidus), atque adducerentur nomina Cobnertus (in vasis figlinis obvium), quod scribitur Counertus Murat. 2071, 8, Coblaunon Murat. 1493, 9, veluti composita cum praep. *com*-. Sed hic quoque cavendum, cum Exomnus vice versa facile possit esse scriptum pro Exobnus (cf. lat. *somnus*, *Samnites* pro *sobnus*, *Sabnites*), et praesto sint et aliae etymologiae: nom. vet. Vercobius Orell. 2728, subst. gael. *cobh* (victoria, triumphus), ex quo essent composita Cobnertus, Coblaunon pro Cobin., Cobil., ut Lugdunum pro Lugodunum. Obvium porro e codice Mariani Scoti ap. Pertz. 7, 481 (sed secundum imitationem codicis, non secundum textum expressum) subst. hibern. *obenn*, *óim* (cf. gael. adj. *aoibh*, *aoibhinn*, *aoibhneach*, gratus, sed et *saoibh*, *saoibhneach*, sollicitus) in notatis: *isóim dún*, *isobenn dún*.

Status primarius liquidarum hibernicarum obtinet 1. in initio vocum constanter, si non accedit causa infectionis in contextu sermonis. Notatio pronuntiationis durioris hoc loco non fit nec in vetustis codicibus, nec in hodierna scriptione, nec hibernica hodierna nec gaelica. Unam *m* duplicatam invenio in quibusdam locis: *lammenmuin* (apud mentem, in mente), *lammaccu* (apud filios), *lammarbu* (gl. simul, cum mortuis) Wb. 3[d]. 19[c]. 25[b]. *ni m̄all* (non lente) Sg. 199[a]. *asm̄e* (ego sum) Sg. 202[a].

2. In medio et fine vocum. *a*) In geminatione: *ball* (membrum) Wb. *mall* (citus) Wb. 25[d]. *imm*, *imme* (circa) Wb. Sg.

cumme (idem, unum) Wb. Sg. *rann* (pars), *cenn* (caput) fq. *barr* (gl. cassis, gl. frons, frondis) Sg. 67^b. 113^b.

b) In positione, in qua frequens est scriptio duplicata: *comairlle* (voluntas) Wb. 16^c. *colmmene* (gl. nervus) Sg. 221^b. *ainmm*, *anmman* (nomen) Wb. Sg. fq. *menmmann* (animae) Sg. 59^b. *isindairmm* (in armatura) Wb. 4^d. *tarm̄orcenn* (terminatio) Sg. 166^a. *comalnnamar* (implemus) Camarac. *furnn* (super nos) Camarac. *fornn* Wb. fq. *ifurnn* (infernum) Wb. Sg. *carcar ifirnn* (carcer inferni) Wb. 32^c. *bándǽ iffirnn* (gl. Parcae) Sg. 53^b. *lúacharnn* (lucerna), gen. *lochairnn* Sg. 24^a. 47^a. *cilornn* (gl. urceus; cf. Cilurnum) Sg. 49^a. Liquidam etiam in priori loco status duri fuisse, demonstrant scriptiones: *ællned* (inquinatio) Wb. 8^d. *collno*, *collnide* (in aliis locis *colno*, *colnide*, a *colinn* caro) Wb. 3^c. 3^d. 8^c. *comallnad* (impletio), *comallnithe* (impletus) Wb. 2^c. *fellsube* (philosophia) Wb. 30^b. *soillse* (lux) Cr. 33^c. *melltach* (alias *meldach*, gratus) Wb. 4^c. 9^d. *aim̄ser* (tempus) Sg. fq. *cóim̄dith* (dominum, acc.) Sg. 29^c. *immbi* (circa eum) Wb. 13^d. *annse* (difficilis) Wb. 6^d. *forrn* (supra *fornn*) Wb. 8^d.

c) Extra positionem, in fine vocum contra communem regulam. *α*) In substantivis quibusdam: *fínn* (vinum), *línn* (pars; alias et *fín*, *lín*) Wb. Sg. *colinn* (caro, gen. *colno*) Wb., uti e scriptione duplicata colligendum, ad quae pertinuerint et alia, in quibus scriptio duplicata non obvia in codicibus; ita liquidae in subst. *síl* (semen), *ben* (mulier) in hodierna lingua hibernica sunt status duri. *β*) In terminationibus -*im*, -*imm*, -*an*, -*ann* substantivorum ordinis II seriei I (ubi videsis exempla). *γ*) In flexionibus verborum: 1. pers. sing. praes. -*im*, -*imm*; 1. pers. plur. omnium temporum -*am*, -*em*, -*im* (unde et in depon. et pass. -*amar*, -*ammar*, -*emmar*, -*immir*, et in depon. *igm̄er* in Sg.); 1. pers. sing. tempp. secund. -*in*, -*inn* (exempla in verbo). *δ*) In pronominibus suffixis 1. pers. sing. et plur.: *uáim*, *uaimm*, *uáin*, *uann* (a me, a nobis; plura alia exempla sub pronomine).

Status mollis sive infectio liquidarum est in initio vocum in constructione, ut omnium consonarum, secundum certas regulas, de quibus in sequente capite; in medio autem vocum sive fine extra positionem secundum regulam communem. Scriptio infectarum semper simplex in codicibus: *nem* (coelum), gen. *nime*, *nemed* (sacellum); *lám* (manus), gen. *láme*; *lán* (plenus), *láne*

(plenitudo) Wb. Sg. Pronuntiatio fortior et durior adhuc obtinet in hodierna lingua hibernica, ut supra dictum de vetusta; lenior est infectarum *l*, *n*, *r* extra positionem, nec est ejus notatio in scriptura. Proprium autem sonum induit infecta *m* (fere ut *v*, germ. *w*), suntque etiam signa infectionis, hibernice *m* cum puncto, gaelice *mh*, e. gr. *neaṁ*, *neamh* (coelum), gen. hibern. *niṁe*, gael. *néimhe*, *láṁ*, *lámh* (manus), gen. *láṁe*, *lámhe*.

Proprias et singulares vias inter liquidas in lingua hibernica sequitur N, de quibus singulariter hoc loco post regulas liquidarum communes dicendum est. Constant hae proprietates eo, quod in medio et fine vocum perit ante sonos quosdam, manet ante alios, condensatur etiam in NN, ND, NT in positionibus quibusdam.

1. Perit *n* in medio vocum ante *s* et *f* et ante tenues, sive est radicis cum hisce consonis, sive terminationis grammaticalis. Exempla: *sét* (via; cambr. vet. *hint*, goth. *sinths*) Wb., *cét* (= centum) Wb. Cr., *cóic* (= quinque) Wb. Cr., *mís* (= mensis) Sg., *cís* (= census) Sg., *ífurnn* (= infernum; cf. Ê et Î) Wb. Sg. Producuntur rejecta *n* vocales radicis, non tamen vocales flexionum verbi -*at*, -*et*, -*it*, -*atar*, -*etar* etc. (ex -*ant*, -*ent* etc.), atque derivationum -*at*, -*atu*, -*etu* (ex -*ant*, -*antu* etc.), nec vocalis praep. *etar* (= inter), quibus nunquam signum productionis additum invenitur.

Manet tamen *n* in media voce, quamvis sit in eadem positione, in particula *in*, interdum et *con* composita, vel si *n* est radicis, ad quam accedit terminatio vel derivatio incipiens ab illis consonis. Composita: *intonnaigim* (gl. inundo; *tonn*, unda) Sg. 141[a]. *du insudigthisiu* (gl. statuta tua; partic. pass. *suidigthe*, positum, statutum) Ml. 30[b]. *tinfet* (aspiratio; = *do-in-fet*) Sg. fq. *consechat* (persequuntur) Wb. 6[a]. *confitir* (intelligit) Wb. 12[c]. Terminationes incipientes a consonis *t*, *s*, *f*, combinatae cum *n* exeunte radicis: *denti* (faciendum), *déntar* (fiunt; *den-t.*), *dorigensat* (fecerunt; *gen-sat*), *línfiter* (implebuntur; *lín-f.*) et alia fq., ut derivationes: *annse*, *anse* (difficultas) Wb. 6[d]. 17[c]. *censæ*, *cense* (quies) Wb. 20[c]. 30[b]. 31[c]. *ar incensai* (gl. propter modestiam) Ml. 31[b]. In his si dici poterit combinationem esse ortam excussione vocalium terminationum -*atar*, -*asat*, -*ibiter*, -*ise*, non idem erit in his: *sant* (avaritia; cf. *Santones* Caes.) Wb. 23[b].

montar, muinter (familia, cf. *Κομοντόριος* Paus.) Wb. fq. *cinteir* (gl. calcar; *Centrones*, pop. alpinus, Plin., et Ceutrones, pop. belg., Caes. leg. Centrones?) Sg. 50[a]. Commemorandum hic etiam subst. *sians, sens* e lat. *sensus* transsumtum (cf. p. 32) cum contra e lat. *census, mensis* sint facta *cís, mís*.

Quamvis tenues aliasque dictas consonas liquida *n* non amet comitari et opprimatur ab his, adhaeret tamen ubique mediis *g* et *d*, adeoque praevalet in combinatione ND inficiendo et assimilando mediam, ut fit in combinatione MB. Immutabilis manet NG.

2. Perit *n* finiens particularum, pronominum et numeralium quorundam in eadem positione, ante tenues scilicet, *s* et *f* incipientes sequentes voces. Quae eadem liquida servatur ante sequentes vocales et medias, fit *m* ante *b*, et assimilatur ante omnes liquidas plerumque, non tamen semper. Sunt particulae, pronomina et numeralia sequentia:

a) Articulus generis neutrius nom. acc. sing. AN, et genit. plur. gen. commun. INNAN vel NAN. Formae servatae ante vocales et medias: *animdibe* (circumcisio), *andliged* (lex), *angné* (forma); *innan étside* (auditorum), *innan dáne*, *nan dáne* (donorum). *N* excussa vel assimilata ante *s, f, b*, tenues vel liquidas: *atír* (regio), *acetharde* (quatuor), *afiadnisse* (testimonium), *ascél* (nuntius), *na persan* (personarum), *inna tol* (cupiditatum), *inna crann* (arborum), *inna forcetal*, *na forcetal* (institutionum), *na sacardd* (sacerdotum), *innamball* (membrorum), *allae* (*dies*)[1]. Excipitur ab his forma articuli IN in nom. masc. et accus. masc. et fem., cuius *n*, quae est magis intensiva et condensatur ante vocales in NT in nom. masc., in NN in accus. masc. fem., nusquam perit ante dictas consonas, nec easdem inficit, ut eadem articuli forma in aliis casibus. Citata vel etiam alia exempla articuli in illis formis infra sub articulo.

b) Pronomina possessiva trium personarum numeri pluralis ARN, BARN (FARN), AN; item pronomen relativum AN. Ante vocales et medias: *arnetargne* (cognitio nostra), *farnirnigde* (oratio vestra), *farndergud* (stratum vestrum), *an etarscarad* (sejunctio eorum), *anasbiursa* (quod dico), *andudesta* (quod deest). Ante *s, f*, tenues, liquidas: *ar firianugud* (justitia nostra), *arcoseni* (institutio nostra), *farfailte* (gaudium vestrum), *barpectha* (peccata vestra), *fartoimtiu* (opinio vestra), *arropredchad* (quod

praedicatum est), *apredchimme* (quod praedicamus), *acarthar* (qui amatur), *acésme* (quod patimur). Exempla haec citata et alia sub pronomine.

c) Praepositiones IN (in), CON (cum), REN (ante), IARN (post) eodem modo habentur, ut docent exempla frequentissima. Videsis in capite de praepositionibus.

d) Conjunctio ARAN (ut): *aranepertar* (ut dicatur), *arandernaid* (ut faciatis), *aratartar* (ut offeratur), *aracomalnither* (ut impleatur), *arasechemmar* (ut sequamur), et alia exempla sub hac conjunctione.

e) Eandem regulam sequuntur numeralia hibernica VII, VIII in his exemplis: *it secht ṅocht* (gl. septies octoni) Cr. 33[a]. *octṅdelbe* 7 *oct ṅgné* (gl. formae octo) Sg. 166[a]. Deest liquida ante tenuem: *it secht cét* (gl. septies centeni) Cr. 42[c]. Deficiunt quidem e meis codicibus exempla vetusta numerorum IX et X cum sequentibus vocalibus et mediis, sed cum in hodierna lingua inficiantur eclipsi nasali consonae etiam post hos (e. gr. *noi g-cosa, deich g-cosa*, novem pedes, decem pedes, ut *secht g-cosa, ocht g-cosa*), statuendae sunt formae vetustiores numerorum VII—X *sechten, ochten, noin, dechen,* ut sanscr. *saptan, aschtan, nawan, dasan,* ut lat. *septem, novem, decem.*

3. Condensatae *n* liquidae sunt obviae formae NN, ND et NT.

Forma duplicata NN in articulo generis masculini et feminini in singularis casu accusativo ante vocales obvia est, cujus exempla infra sub articulo.

Forma ND in media voce praesertim observatur in praepositione *in* coalescente cum pronominibus suffixis, tum quidem, cum construitur cum dativo (ablativo), e. gr. *indium, indiumsa* (in me), *indiunn, indiunni* (in nobis), *indit* (in te), *indib* (in vobis), *indid* (in eo), *indi* (in ea), *indib* (in eis; cf. pronn. pers. suff. et praepos. *in*).* Fit idem in fine in articuli forma *ind,* quod tamen idem est ac si sit medium vocis, cum articulus coalescat cum suo substantivo. Supplet autem haec articuli forma aspirationem, ante sonos obvia, qui aspirationis non tam capaces sunt, ut e. gr.

* Quae formae commonefaciunt latinae vetustae *indu* pro *in: indu mari* Enn., *indupedio, induperator* Lucil. = impedio, imperator.

tenues, ante vocales scilicet, liquidas et ante *f* interdum et *s* emortuam, in casibus iis, qui post solitam formam *in* ceterorum sonorum aspirationem admittunt. Fieri hoc in sing. masc. et neutr. genitivo et dativo, in plur. masc. nominativo, et in fem. sing. nominativo et dativo, e paradigmate articuli patebit.

Forma NT item in formis coalescentium pronominum cum praepositione *in* obvia est, sed tum, cum praepositio construitur cum accusativo: *inte* (in eam, fem.) Sg. 6^{a}. *intesi* (gl. in ipsam) Sg. 199^{a}. 209^{b}. *intiu* (in eos) Sg. 7^{a}. Ml. 21^{a}. 28^{c}. Inde et exspectandae pro ceteris personis: *intium* (in me), *intiunn* (in nos), *intit* (in te), *intib* (in vos), *intis* (in eum), quae non obviae mihi in codicibus. Articuli forma durior *int* obtinet ante vocales in sing. nom. generis masculini, in quo post articuli formam solitam *in* servatur status durus consonarum. Videtur ergo forma durior *nt* in se continere significationem actionis (motus in praep.), status duri et generis masculini, mollior *nd* autem passivi (quietis in praep.), infectionis et generis feminini.

Addendum est, formam articuli *int* etiam obtinere semper fere (rarius invenitur *ind*) ante *s* debilitatam vel ut dicunt mortificatam in omnibus casibus trium generum, in quibus *ind* est ante vocales (exempla in artic.); comparandum tamen, quod et particula *ind* in compositione (vetust. gall. *ande-*) fit *int* ante *s* inficiendam sequentis vocis (cf. compos.)

Hisce liquidae *n* mutationibus poterunt addi formae verbi substantivi cum conjunctione *con* coalescentis: *condib*, *condid* (ut sit); disjungo autem usum eum, quo in verbis compositis non solum post particulam *con*, sed etiam post alias, ut *no*, *fo*, *for*, *fris*, ut magis possint animadverti pronomina infigenda, inditur *do* syllaba, quae fit etiam *to* cum praepp. *con*, *fris*, excussis *n* et *s*, *coto-*, *frito-*, pro *condo-*, *frisdo-*. De hoc usu infra inter pronomina infigenda.

N liquida vocales et medias antecedere ita amat, ut etiam sine aliqua causa, et ut superflua sit, addita inveniatur. Hoc quidem non affirmandum de exemplis his: *rad ṅdé* (gratia dei), *dochum ṅdée* (ad deum), *serc ṅdée* (amor dei) Wb. 1^{d}. 10^{a}. 12^{c}. *sliab ṅossa* (mons Ossa) Sg. 63^{a}. *intain ṅbis* (cum est), *am. ṅguidess* (ut orat) Wb. 17^{b}. 24^{d}; *n* articuli enim hic vel relativa residua. Sed neutrum in his: *guidimse dia nerutsu* (oro deum pro te) Wb. 27^{d}.

cen gutai ṅetarru (sine vocalibus inter eas, consonas) Sg. 7ª. *taibrith atéichte ṅdoib* (gl. tributa praestatis eis). *am. nách annse ṅdúib* (gl. magnificate dominum; i. e. ut non est difficultas vobis) Wb. 6ª. 6ᵈ. *fri alpai ṅdesiu* (gl. cisalpina, Gallia) Sg. 217ᵇ. In media voce *n* praecedit mediam *g* in subst. *tairngire* (promissio) Wb. fq., quod est *tairgire* (cf. *airgara,* vetat, Wb.) Ml. 33ᵈ. Proprium, quod notatur plurimum liquida puncto delente; sed quid est scribere consonam non legendam, nisi sit causa etymologiae ut in *s* et *f* intermortuis? Adest haec certe in compositis *frecṅdirc,* (praesens), *écndirc* (absens; *fre-con-d., e-con-d.*) Wb. Sg., *dofoirṅde, tóirṅdet* (significat, - ant; = *do-fo-rand*) Sg. 9ª. 25ᵇ, pro quibus etiam inveniuntur *frecdairc* (*isindrecdairc,* in praesenti) Pr. Cr. 61ª, *dofoirde, dofoirdet* (signif.) Sg. 26ᵇ. 203ᵇ. In his exempla non additae superfluae *n* ante *d,* sed vice versa amissae originariae, ob nimiam coacervationem consonarum ortam elisione vocalium.

Spirantes.

H S J V. Horum sonorum bini origine sunt affines, *h* et *s* propriae spirantes et alternantes inter sese in plurimis linguis, *j* et *v* ortae e vocalibus *i* et *u* admixta spiratione aliqua. Duorum parium priores, *h* et *j,* debiliores dici poterunt, soni nec eodem ambitu jam in vetusta lingua celtica, nec eadem durandi vi in recentiore linguae conformatione, atque posteriores et fortiores. Qui soni fortiores, *s* et *v,* si pro parte tantum pertulerunt oppositionem consonarum hibernicam et servati sunt solummodo in statu duriore sed obliterati infectione, mirandum non erit, debiliores evanuisse ex omni radice hibernica. In britannica etiam *j* in initio vocum tantum servata.

H et S in vetustis nominibus gallicis. H: *H*ercynia silva Caes. et apud scriptores latinos post eundem, ut *H*ercuniates (nomen populi Pannoniae) apud Plin., sed *Ἀρκύνια ὄρη* ap. Aristot., et Orcynia apud scriptores graecos teste Caesare. *H*elvii, *H*elvetii Caes., sed Elvius, Elvorix in inscriptione Mediomatricensi (Grut. 12, 10. Stein. 996), Elvetius in inscr. helvet. (Orell. 480). Item apud Plinium 26, 7: *halus* quam Galli sic vocant,

Veneti cotoneam (herbam); sed 27, 6: *alum* nos vocamus, Graeci symphyton petraeum. Non radicalis in his procul dubio *h*, sed addita eodem modo ut in nominibus vetustis germanicis *H*ermi-nones, *H*ermunduri. Nec magis forsan in medio: Va*h*alis Caes. (attamen Vacalis, Vachalis aliis). Dra*h*onus (fluv.) Auson. Mos. 365. Le*h*erenno (deo) Inscr. ap. Orell. 2020. Ne*h*alenniae (deae) Orell. 2029. 30. 31. In inscriptionibus item frequens nomen compos. -ne*h*ae: Rumanehae, Maviatinehae matronae, ut videtur Gallorum deae. In nomine Euhages, nominato cum Bardis et Druidis apud Ammianum (15, 9) equidem non video *h*, sed nil nisi falso lectum *ΟΥΑΤΕΙΣ* graeci fontis (Strabonis, 4, 4), i. e. vates (hibern. vet. *fáith*). De *h* intromissa in dictis nominibus videsis sub spirantibus britannicis.

S gallica vel britannica singularis: *S*abis, *S*eduni, *S*enones Caes. *Σεσηρουεύς* (*S*asranius Inscript. britann. Orell. 2779) Plut. (ed. Reiske 10, 732). Bellove*s*us, *S*igove*s*us Liv. Ve*s*ontio, Ale*s*ia Caes. Ali*s*ontia Auson. Beli*s*ana (Minerva) Orell. 1969. Civi*s*-marus (compos. Civis-marus, p. 19) Liv. Carti*s*mandua (cf. Epo-manduodurum, Mandubii) Tacit. Rati*s*bona (cf. Vindobona, Bo-nonia) in chartis medii aevi. Juncta aliis consonis: Catu*sl*ogi (compos. -*sl*ogi p. 27) Plin. *Σμέρται* (pop. Britann.) Ptol. *Sm*er-tulitanus Inscript. Orell. 188. Ro*sm*erta (dea; compos. Ro-*sm*.) Inscript. Bratu*sp*antium (compos. Bratu-*sp*.) Caes. *Sp*arnacum (hod. Epernay) chart. med. aev. *St*anacum, *St*iriate (loc. Noric.) Itin. *Σιουκκία* (fluv. Brit.) Ptol. *Sc*aldis Caes. Plin. *Sc*arponna (ad Mosellam) Itin. In media voce: Ta*sg*etius, Morita*sg*us Caes. Ca*sp*ingium (ad Rhen. infer.) Itin. *Ἀνηρόεστος* (Gallor. rex) Polyb. Pi*st*illus Inscript. Orell. 2776. I*sc*a (opp. Brit.) Ptol. Itin. Mati*sc*o Caes. Isini*sc*a (loc. Vindelic.) Itin. Ma*ls*onis fil. Inscript. Grut. 763, 6. Mu*rs*a, Mu*rs*ella (Pannon. oppid.) Itin. *Καρσίγνα-τος* Polyb. (25, 4). Duplicata SS: Casses (dii) Inscr. Orell. 1979. Cassivellaunus Caes. Trecasses, Viducasses, Bodiocasses (populi gallici) Plin. Bajocasses Notit. provinc. Galliar. Vindonissa Itin. Salassi Liv. Revessio Itin.

Spirationis in vetusta lingua gallica sonus fortissimus, ad-mixta gutturali, amplius statuenda est X, cui ob scriptionem XS in inscriptionibus interdum obviam vindicanda videtur pronun-tiatio soni indici *ksch*, e. gr. in nomine cognito *Kschatrijas* (mi-

lites, militum ordo), unde *kschatrap, ξατράπης* Graecis et *σατράπης*, Satrapa. Huc autem pertinere sonum gallicum *x*, comprobat ejus mutatio in *s* in hibernica, in *h*, *ch* in britannica lingua. Exempla vetusta: Axona, Taximagulus, Uxellodunum Caes. Axuenna Itin. Anton. Venaxomodurum (Raet. oppid.) Notit. dignit. Uxacona (Brit.) Itin. Anton. *Οὔξελλον*, *Οὔξελλα* (oppida Brit.), *Οὐέξαλλα* (aestuar. Brit.), *Λέξας* (fluv. Brit.) Ptol. Lexovii Caes. Luxovio Inscr. Orell. 2024. Luxovium (monast. medii aevi, hod. Luxeuil). Pleumoxii Caes. Moxsius Inscript. Orell. 429. Rixsius Or. 4983. Dexsiva, Dexsivia (dea; *ϑέξιμον*, herbae nomen gallicum ap. Dioscor. leg. *δέξιμον?* cf. sanscr. *dakschin*, gr. *δεξιός*, lat. *dexter*, hibern. vet. *des*, brit. *deheu*) Orell. 1988. Brixia (Cenomanorum caput) Liv. Brixellum Tac. Itin. Chrixus (Bojorum rex) Sil. Ital. Senicco Senixsonis fil. Inscript. Murat. 1402, 5. In compositis: Exobnus, Exomnus (hibern. vet. *esomun*, cambr. *ehouyn* Mab. 2, 64, intrepidus?) Inscr. Stein. 68, 401. Excingilla Murat. 1621. Excincomarus Grut. 911, 2. In positione: Andoxponni fil. Inscr. Murat. 1204, 5. Medivixta Grut. 795, 8. Murat. 2073, 1. Abrextubogius Murat. 22, 5. Addo *Ταξγαίτιον* (Raet. loc.) Ptol. et Bonoxus (nomen figuli) Stein. cod. inscript. Danub. et Rheni 207, quae tamen nomina alibi occurrunt cum *s:* Tasgetius Caes., Bonosus ("origine Britannus, Galla matre") Vopisc. Firmus etc. cap. 14. De *h* radicali linguae gallicae vetustae cum liceat dubitare, duo gradus spirationis in ea videntur fuisse *s* et *x*.

J et V in nominibus gallicis vetustis. J in initio praesertim: Jura Caes. Juvavum Itin. Inscript. *ἰουπικέλλουσον* (juniperus Gallis), *ἰουμβαρούμ* (veratrum nigrum Gallis) Dioscor. 1, 103. 4, 16. Jovincilli fil. Inscr. Brix. Murat. 1353, 6. Jaso, Jassus (in vas. figlin.) Orell. 429. Verjugodumnus Inscr. Orell. 2062. Iumma Exobni fil. civ. Mediomatric. Atuns Iunnae fil. Stein. 68. Iantumarus Grut. 807, 5. 880, 4. In media voce: Bajocasses, Bajocassi Notit. provinc. Galliar. Auson. Bedajum Itin. Dejotarus Cic. Caes. Noreja Caes. Itin. Celeja, Matreja Itin. Sidonicia Inscr. Grut. 736, 2. Boius (nomen viri) Auct. ad Herenn. 4, 3. Boiodurum (nom. oppid.) Ptol. Itin. Boii, Boji (nomen gentis) Caes. Tac. Alternatio inter *j* et *gi* colligenda videtur e nominibus quibusdam vetustis: Q. Giamius Bellus et Communis Giami fil.

Inscr. Stein. 996, si confertur Iamillius Orell. 4983. Tolistoboji dicti Livio sunt -bogi Plinio, *-βόγιοι* graecis scriptoribus, cui nomini adjungo virorum nomina jam dicta Abrextubogius, Vercombogius, et apud Livium 38, 19 Combolomarus, si legendum Comboiomarus (cf. Bolodurum Tab. Peut. pro Boiodurum).

V: Vahalis, Velauni, Vellaunodunum, Veneti, Vercingetosix, Viridomarus, Viridovix, Vocontii, Volcae, Vosegus Caes. Vassus, vasallus in media latinitate. Vivisci Auson. etc. Avaricum Caes. Aventicum Tac. Avicantus Inscr. Orell. 2033. Andecavi, Andegavi Tac. Plin. Ravenna (cf. *Ῥαούιος*, Hibern. fluv., Ptol.) Plin. Clavenna Itin. Cavares (pop. gall.) Plin. *Καύαρος* (rex Gallor.) Polyb. Cavarinus, Cavarillus Caes. Livio (Apollini) Inscr. Bonn. Orell. 2021. Divico, Divitiacus Caes. Divona Auson. Noviodunum Caes. Noviomagus Itin. Juvavum Itin. In derivationibus: Litavicus Caes. Ausava Itin. Geneva Caes. Dexsivia (dea) Inscript. Gergovia, Lexovii Caes. Durocornovium Itin., aliisque pluribus (cf. sub derivatione). In positione: Hel*v*ii, Hel*v*etii, El*v*ius, El*v*etius, El*v*orix (p. 56). deo Ar*v*alo Inscript. Orell. 1510. 1511. Ar*v*erni, Ner*v*ii Caes.

De lingua vetusta hibernica dicentes consociamus sonos spirantes debiliores primum, *h* et *j*, dein fortiores, *s* et *v*, quia eandem viam sequuntur, illi omnino, hi partim pereundo.

H radicalis in voce hibernica non invenitur, et si in codicibus vetustis praeter combinationes *ph*, *th*, *ch* obvia est *h* solitaria, quod fit nonnisi in initio vocum, nil est nisi spiritus praemissus vocali inchoanti, ut in vetustis nominibus gallicis Hercynia, Helvii. Non radicalis nec necessaria haec *h* sine certa regula mox adest mox deest: *uile*, *huile* (omnis) Wb. fq. *éula* (sapiens) Wb., *heulas* (sapientia) Sg. 209[a]. *aui*, *háui* (nepotes) Sg. 28[a]. 30[b], et sic frequenter. Regularem usum, quo hodiernae dialecti, hibernica et gaelica, in hiatu post articuli formas *na* (gen. sing. fem., nom. dat. plur.) sive praepositiones terminatas vocalibus *h* praefigunt ante vocalem sequentis substantivi, nescit vetusta lingua. Est quidem e. gr. *inna hirise* (fidei) Sg. 209[b], sed etiam: *inna idbairte* (oblationis), *inna indochale* (gloriae), *inna anme* (animae), *na aecilse* (ecclesiae) Wb. 22[c]. 22[b]. 25[c]. 27[a]. *na accobra* (cupiditates) Wb. 20[c]. *la ataeu* (apud Atticos) Sg. 117[a]. *a oentu*

(ex unitate) Wb. 26[b]. *aalbain* (ex Albania) Marian. Scot. ap. Pertz. 7, 481.

J quoque, quae adfuit procul dubio aliquando, evanuit omnino e lingua hibernica, non solum e medio vel fine vocum, sed etiam ex initio, ubi adhuc servatur in lingua britannica, et ubi praecipue in hibernica servantur reliquae spirantes *s* et *v*. Exemplum clarum est vox *óc* (hodiern. *óg*, destituta *c*) obvia in derivatis *óclachdi* (gl. juvenilia) Wb. 30[b], *ócmil* (gl. tyro) Sg. 77[b], quae eadem est ac brit. *iouenc* (juvenis). In hac ergo voce hibernica vetusta *óc* jam periere *j* in initio, *v* in medio (si non malumus statuere diphthongum *au*; cf. AU brit.) et *n* ante tenuem (cf. *coic* = cinc, brit. *pimp*, quinque; p. 52), vocalesque residuae coaluere in productam *ó*. In aliis *j* incipiens cum sequentibus vocalibus transiit in *í* productam: *íc, ícc*, gen. *ícce* (salus, salutis), e quo *ícthe* (salvatus, sanatus) Wb. fq., ortum e *jacc*, cambr. hodiern. *iach* (sanus), unde subst. *iechyt* (sanitas) Mab. 1, 283, armor. *iechet* Buh. 46, 5, particip. armor. *iachet* (sanatus) Buh. 130, 2. 200, 3, ut cambr. vet. *iot* (gl. puls) gl. Ox. factum est hibern. *íth* (gl. puls) Sg. 70[a]. Subst. *aig* (gl. cristallus) Sg. 67[b] etiam est pro *jaig*, cambr. hodiern. *ia* (= *jag*, glacies), unde armor. adj. *yen* (= *ye-in*, *yagin*, glacialis, gelidus) Buh. 40, 5. 92, 42. 95, 15.

S in statu duro suo adhuc sat frequente majorem vim destructioni opposuit, quam reliquae spirantes. Qui status durus obtinet 1. in initio vocum deficiente causa infectionis. Solita scriptio hoc loco est simplex: *sen* (senex), *senm* (sonitus; cf. Senones) Wb. Sg. *suide, suidigud* (sessio, positio; cf. Sudeta = hibern. hod. *suidthe*, positus, in ordine, serie) Wb. Duplex tamen in combinatis *cosse, cossin* (adhuc, pro *co se, co sin*) Wb. 1[a]. 2[b]. *lasse* (apud hoc, cum; alias *lase*) Wb. fq.

2. In medio et fine vocum. *a*) In geminatione: *iress, airess*, gen. *irisse* (comp. *air-ess*, fides, instantia; cf. Suessiones, esseda) Wb. fq. *uisse* (justus) Wb. fq. *less* (commodum) Wb. 12[a]. *less* (gl. clunis) Sg. 67[a]. *mess* (judicium) Wb. 6[b]. 11[b]. *ness* (gl. mustella, mus longa) Sg. 36[a]. *indfiss* (scientia), *rofessursa* (scio; cf. goth. *vissa*) Wb. 5[c]. 9[a]. *sossad* (positio) Wb. 4[b]. *cissib* (cincinnis)

Wb. 28[b]. *airchissi, airchissecht* (adjuvat, auxilium) Wb. 4[c]. *coss*, plur. *cossa* (pes), Wb. 12[a]. *eross* (gl. puppis) Sg. 105[a]. Ob fortiorem semper *s* intactae pronuntiationem in his occurrit saepius et *s* simplex, e. gr. *ires, hires* Wb. fq. *sosad* Sg. 7[a] etc. Vocum harum aliquibus posse supponi vetustam gallicam *x*, innuunt partic. privat. *es*- (*escarit*, inimicus; alias *é*- ut *sé*- sex, e *ses*) = gallic. *ex*- in compositis, et adj. *dess, des* = *dex* (dexter; cf. nomen *Dexsiva*).

b) In positione. Scriptio duplex in posteriore loco non obvia mihi, ubi e. gr. *arsaide* (vetustus) Sg. 75[b]. *tursitnech* (gl. irriguus) Sg. 24[a], attamen in priore: *tesst* (testes) Wb. 14[a]. *cosscc* (institutio) Wb. 9[a].

c) Extra positionem: *α*) In radicibus productis quibusdam: *fass* (vanus; alias *fáas*) Wb. 13[b]. *dásact* (insania), *dássactig* (insani) Wb. 9[b]. 12[d]. *bés, bées, béss*, plur. *béssi, bessa* (mos, mores) Wb. fq. *rochéss* (passus est), *césad* (passio) Wb. fq., *céssad* Wb. 19[b]. *mís* (mensis), *cís* (census) cf. p. 52. *gúassacht* (periculum) Wb. 13[c]. *tuus* (initium) in formula *arthuus* (in initio, primum) Ml. 19[b]. 29[a], unde *tóisech* (princeps), *tosach*, *tossach* (initium) Wb. Sg. *β*) In signo praeteriti *s* (in plur. -*set* et -*isset*) et in terminationibus 1. et 3. pers. plur. -*mis*, -*tis* temporum secundariorum, et -*as*, -*es* formae relativae. *γ*) In pronomine 3. pers. sg. masc. suffixo praepositionibus cum accusativo: *less*, *leiss*, *fris*, *friss*, *triuss* (cf. pronom.). *δ*) In derivationibus -*as*, -*es*, -*is*, -*us*, gen. -*assa*, -*essa*, -*ussa*, et -*so*, -*ise*, -*isiu*, -*ius*, -*nise*, -*nisse* etc.

Interdum *s* nec radicis est nec derivationis, sed euphoniae causa adjecta, vel orta ex aliis consonis. Adjecta invenitur: 1) ante articuli formam *in* post verbi substantivi formam truncatam: *manip sin sill. si* (si non est haec syllaba) Sg. 25[b] marg. *condib sinonn persan* (ut sit eadem persona; pro *in sill.*, *innon*) Sg. 189[b]. 2) ante articuli formas *in*, *ind*, *an* (*a*), *naib* (dat. plur.), *na* (acc. pl.) et post praepp. *in*, *con*, *ren*, *iarn* (quae rejiciunt *n* ante *s*), *la*, *fri*, *tre*, ut fiant combinationes: *isin*, *resin*, *iarsin*, *cosan*, *cosa*, *cosna*, *tarsna*, *isnaib*, *forsnaib*, *isna*, *trisna*, *frisna* etc. Exempla in praepositionibus. Quaedam, e. gr. *for*, *fri*, *la*, etiam *s* ante pronomen relativum *an*, *n* adsciscunt (cf. pronom.).

Orta *s* ex aliis consonis, e gutturalibus *c*, *g* verborum in conjunctivo et praesente secundario praesertim, sed etiam in aliis

temporibus modisve: *arnatomnitis nád carad som iudeiu et nad duthrised anícc* (ne cogitarent quod non amaret ipse Judaeos et quod nollet eorum salutem; cf. *dofuthractar*, gl. volunt, Wb. 20[c], et subst. fq. *duthract, duthracht*, voluntas) Wb. 4[d]. *am. farcuimsitis* (gl. ut facta esse potuerint; verb. *forchomnucuir*, factum est, si non pertinet ad infra sequens *cumang*) Sg. 148[a]. *am. ni risinse* (ac si non venirem), *tised* (veniret; rad. *ric, rig, tic*, cf. verba anomala) Wb. 9[a]. 21[a]. 27[c]. *dondnindnisinse. dodnindnastise* (leg. *nastesi;* traderem, traderetis, Satanae) Wb. 9[b]. *mad condiuiti doindnasatar* (si cum simplicitate tribuuntur, dona; cf. verb. *doindnagar*, gl. tribuitur, Wb. 16[d], et subst. fq. *tindnacul*, tributio) Wb. 17[a]. *atdomindnastar* (gl. deducar illuc, in Hispaniam) Wb. 7[a]. *ciathiasusa martri* (gl. etsi immolor; i. e. etsi subeo martyrium; verb. *tiagu*) Wb. 23[c]. *ni imthesid cen imdéicsin* (gl. videte quomodo caute ambuletis; verb. *imthiagu*) Wb. 22[c]. *aracleisid* (gl. scutum fidei, in quo possitis tela nequissimi extingere; additur vox: *irchlige*) Wb. 22[d]. *ní do dechur uirt in esseirgu inso arbid immalle asseirset* (gl. unusquisque autem in suo ordine; i. e. non in differentiam ordinis in resurrectione hoc, dictum est, nam una resurgunt, mortui) Wb. 13[b]. *cindas inchoirp ineséirset* (gl. quali enim corpore veniunt? subst. *eseirge*) 13[c]. *bad nertad dúib inso asnéirsid* (gl. consolemini invicem in verbis istis; i. e. sit firmatio vobis hoc, quod resurgatis) Wb. 25[b]. *ceni escœrsitis. mani esersitis* (si non resurgerent) Ml. 15[c]. *dúus indaithirset* (gl. ut resipiscant; i. e. poenitentiam agant; *aithirge*, poenitentia) Wb. 30[b]. *ní taidirsed nech huann* (nemo misereretur nostri; subst. *taidirge*) Wb. 4[d]. *naich ṅdeirsed* (gl. qui se sciret non deserturum; i. e. quod non desereret; mox subst. *anephdeírge som*) Sg. 209[b]. *condéirsid a forcital sosceligthide* (gl. ne terreamini vento falsae doctrinae; i. e. ut deseratis doctrinam evangelicam) Wb. 25[d]. *ni dérsid forsóiri ar fognam* (gl. ne libertatem in occasionem carnis detis; i. e. ne relinquatis libertatem vestram ob servitutem) Wb. 20[b]. Perit *n* combinationis *ng: ni robe nech taratoissed* (non erat per quem juraret; verb. *tongad, dofongad*, Ml. 36[a]) Wb. 33[d]. *arafulsam ar fochidi* (ut toleremus tribulationes nostras; verb. *fulang*) Wb. 14[c]. *am. ni cuimsin* (ac si non possem; verb. *cumang*) Wb. 17[b]. *am. ni cuimsimmis adenum* (gl. quasi infirmi fuerimus; i. e. acsi non possemus facere)

Wb. 17[c]. In quibusdam locis *c* est excussa solummodo: *do imchomairsnechaib* (interrogativis; e deriv. *imchomairscsiu, -sen* ab *imchomarc,* interrogatio) Sg. 30[a]. *ni conairsoilset* (non aperuerunt; pro *conairsoilcset*) Ml. 31[b]. Rarior *s* e dentalibus: *tinfesti* (gl. flatilem; subst. *tinfed, tinfet,* flatus, aspiratio, Sg.) Sg. 17[b].

Infectione *s* perit in vetusta lingua. Recentior lingua, quae spirantem in statu primario profert ut *s* fortem, fere ut *ss,* pronuntiat quidem eandem infectam ut *h;* sed recentioris originis puto hanc *h,* ut *h* in hiatu inter articulum vel praepositionem et vocalem sequentis substantivi, de qua supra dictum (p. 59). Codices enim vetusti hibernici infectam *s,* ut *f,* in initio vocum aut notant puncto delente,* aut omnino omittunt. Punctum delens in solo codice Sg. adhibetur, omissio consonae in omnibus. Quod punctum etiam hodie adhibet orthographia hibernica, verum usu multo magis dilatato, non solum pro *s* et *f,* sed consonae cujuscumque infectae signum, dum gaelica pro eo *h* postponit consonae (scriptio in hoc opere etiam in vocibus recentioris hibernicae linguae adoptata). Exempla signi delentis in Sg.: *di ṡerc* (amore) 1[a]. *foṡodin* (hoc modo) 182[b]. 220[b]. *roṡechestar* (secutus est) 208[b]. *intṡamil* (imitatio, instar) 6[a]. 64[a]. *intṡliucht* (sensus, intellectus) 39[a]. 50[a]. *indṡrotha* (fluvii, gen.) 35[b]. *dálṡuidæ* (gl. forum) 59[a]. *comṡuidigthi* (composita) 222[b], et sic in locis quam plurimis. Omissa *s* infecta in Sg.: *intliucht, dindliucht, nintliuchta* (*intṡliucht*) 3[a]. 42[b]. 53[b]. 198[a]. 210[a]. *remuidigthe* (gl. praeposita; = *remṡuidigthe*) 3[b]. *díruidigud, díruidigthe* (derivatio, derivatus; pro *diṡruidigud* a *sruth,* rivus, pro quo in eodem loco bis male *dirṡuidigud*) 188[a]. Omissio in Wb.: *intliucht* 5[b]. 5[c]. 26[d]. 33[d]. *intamil, intamlitis, intamlid* (= *intṡamil;* 9[a]: *intsamlatar*) 5[a]. 5[b]. *indeirce* (amor), *indearc brathardе* (amor fraternus; = *indṡerc*) 25[a]. 33[d]. Minus accurata est scriptio, si nec punctatur *s* infecta, nec omittitur, quod interdum fit in codice Sg., frequenter in aliis codicibus.

In medio et fine vocum *s* solitaria infectioni obnoxia evanuit nullo vestigio relicto: *hiairn* (= *iairn,* genit.? hibern. hod. *iaran,*

* Signum hoc, quod in Sg. in usum grammaticalem transiit, in eodem codice saepe etiam est signum in vocibus latinis, literam falso scriptam esse delendam. Est hic modus communis codicum medii aevi.

gael. *iarunn*, ferrum; adj. *iarnach*) Incant. Sg. ex *ísarn*, quod obtinet in vetustis dialectis germanicis. *siur* (soror) in demin. *siurnat* (gl. sororcula) Sg. 46[b] e *sisur* (lat. *soror* pro *sosor*, sanscr. *swasri*). *giall* (gl. obses) Sg. 102[b], *gell* (gl. pignus) Ml. 27[a] conferendum cum germ. vet. *gisal* (obses). *gaide* (gl. pilatus: a pilo pilatus; i. e. pilo, hasta praeditus) Sg. 159[b] * est eadem vox cum vetusto gallico *Gaesati* (*Γαισάτοι* Polyb.), derivata scilicet *gaide, gai-the* e subst. *gai* orto e *gais*, quod obtinet etiam in lingua vetusta germanica, e. gr. in nominibus Gaisericus, Radagaisus. Debent addi num. *sé* (sex) pro *ses*, et terminationes quaedam grammaticales, e. gr. comparativi *u, iu* (lat. *-ior* cum *r* pro *s* ut in *soror*), secundae personae sing. praesentis *-e, -i* (*dene, gaibi*, lat. *-as, -es, -is*), forsan et ejusdem personae sing. et plur. praesentis secundarii *-tha, -the*, nec non quorundam casuum substantivorum.

---

* Vox et in alio loco obvia in Sg.: *sabindae* .ı. *gaide* (gl. Quiritis pro Quiris, Sabinus; post formas Tiburtis, Laurentis i. e. Laurentinus) 57[b]. Glossator pro interpretando nomine Quiritis in mente habuerit vocem hibernicam assonantem; est enim et hodie gael. *coir*, hasta. Apud O'Donov. p. 284: *crand gae cen iarn fair* (lignum hastae i. e. hastile sine ferro in eo), et p. 319: *in gai sea* (hastam hanc) e vetustis libris. Non bene ergo Polybius 2, 22: *διεπέμποντο (Βοιοὶ) πρὸς τοὺς κατὰ τὰς Ἄλπεις καὶ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν κατοικοῦντας Γαλάτας προσαγορευομένους δὲ διὰ τοῦ μισθοῦ στρατεύειν Γαισάτους· ἡ γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως.* A mercede enim proprie Gaesati omnino non denominati. Eadem vox etiam in nominibus virorum galaticis in Asia minore: *Γαιζατοδίαστος* Inscript. ap. Murat. 2, 643. *τοῦ Γαιζοτόριος* ap. Polyb. 25, 4, quod quidem rectius erit *Γαιζατόριγος*, gen. a *Γαιζατόριξ*, nomen significans *pilatum, armatum dominum*. Nec aliis graecis interpretationibus plane fides est habenda, e. gr. ei quae servatur e Clitophonte apud Plutarchum (ed. Reiske 10, 732. 733): *παρακεῖται αὐτῷ (Ἄραρι ποταμῷ) ὄρος, Λούγδουνος καλούμενον, μετωνομάσθη δὲ δι᾽ αἰτίαν τοιαύτην. Μώμορος καὶ Ἀτεπόμαρος, ὑπὸ Σεσηρονέως τῆς ἀρχῆς ἐκβληθέντες, εἰς τοῦτον κατὰ προσταγὴν τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες· τῶν δὲ θεμελίων ὀρυσσομένων αἰφνιδίως κόρακες ἐπιφανέντες καὶ διαπτερυξάμενοι τὰ πέριξ ἐπλήρωσαν τὰ δένδρα. Μώμορος δ᾽ οἰωνοσκοπίας ἔμπειρος ὑπάρχων τὴν πόλιν Λούγδουνον προσηγόρευσεν. λοῦγον γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσι· δοῦνον δὲ τὸν ἐξέχοντα· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν ιγ' Κτίσεων. Locum munitum* enim proprie significat vox celtica *dún* (p. 29. 30), non *eminentem locum* (legend. *τόπον ἐξέχοντα?*) vel *montem;* suntque etiam oppida quaedam eadem voce denominata non in monte sed in planitie sita, e. gr. Lupodunum, Camulodunum etc.

V sequitur quidem analogiam spirantis *s*, sed cum ei non sit eadem intensitas, nec vis resistendi, est multo minoris ambitus. E medio enim et fine vocum evanuit omnino et perstitit in solo initio in statu duro, in quo semper scribitur F. Quodsi unquam, hic quadrat denominatio status duri, quo ex *v* = *w* fit *f*, cujus pronuntiationem eandem ut latinae *f*, *ph* monstrant subst. *fellsube* (philosophia; *b* hic quoque leniter aspiranda extra positionem, totum fere ut *felsufe*) Wb., *ifurnn* (infernum) Wb. Sg., *tinfed*, *tinphed* (aspiratio) Sg. 6^a. 9^a. Probatur inde, oppositione consonarum hibernicarum inter sese, et partitione earum in pronuntiationem duram et mollem, sonum quarundam, sicut ex una parte in nimiam mollitiem transiit, ut omnino evanescerent, ita ex altera parte in nimiam duritièm protrusum esse. Exempla status duri in initio vocum: *fín*, *fínn* (vinum) Wb. Sg. *fin* (albus; cambr. *gwin*, e *find;* cf. Vindobona, Vindonissa) Sg. 35^b. *fini* (cognati; in Ml. 18^c: *fingalcha*, gl. parricidalia, arma; cf. vetust. nom. Veneti?) Wb. 28^a. *fír*, *fírian* (verus, justus), *fírinne* (justitia) Wb. fq. *fial* (velum, velamen) Wb. 15^a. *fiss* (scientia; cf. goth. *vissa*) Wb. fq. *fissith* (gl. catus) Sg. 52^a. *fissid* (gnarus, sciens), *anfissid* (ignarus) Wb. 26^d. 29^b. *fedb* (vidua) Wb. 28^d. *fid* (arbor; britann. *guiden* Vocab., cf. Viducasses) Sg. 53^a. *fích* (gl. pagus) Sg. 37^b. 53^a. *ó folt* (a caesarie; brit. *gualt*, capillus) Wb. 11^c. *fers* (versus) Sg. 59^b.* Combinatur etiam haec spirans in initio vocum cum liquidis *l* et *r*, ut in lingua slavica *wr*, *wl*, cum aliae linguae easdem ad sequentem consonam reponant: *flaith* (dominium; britann. vet. *gulat*, hod. *gwlad*, regio, ex quo adj. *guletic*, *gwledig*, potens; cf. slav. *wladiti*, sed germ. *waldan*) Wb. 9^d. *hífliid cr.* (gl. epulemur non in fermento veteri; i. e. in epulis Christi, nom. *fled*) Wb. 9^b. *ifledaib* (in epulis) Wb. 27^b. *fledaichthith*, *fledaichthidi* (gl. epulo, gl. epulones; cambr. hod. *gwledd*, epulae) Sg. 52^a. *flinchderce* (gl. lippus), *flinchaigim* (gl. lippio) Sg. 10^b. 24^a. *flinchidi* (gl. humectiora) Cr. 34^b. *inna flinchaide*

---

* Latinae *v* pronuntiationem ut *f* pro *w* in Germania, quae etiamnum in usu est, a monachis Scotis vel Hibernis, frequentibus in monasteriis Germaniae, initium sumsisse credibile est.

(gl. humidorum) Sg. 73[a]. *fliuchaidetu* (humiditas; cf. cambr. *gwlyp,* madidus, Mab. 2, 378, *rogulipias,* gl. olivavit, gl. Lxb., et forsan Sg. 145[a]: *folcaim,* gl. humecto, gl. lavo, cambr. *golchu,* lavare, et vetusta nomina gall. Volcae, Volcatius) Cr. 18[c]. *flesc* (linea, virga) Sg. 3[b]. 40[b]. *fri, frith* (praep., cambr. *gwrth,* utraque rediens in formam *wert,* lat. *versus*).

A communi regula discessit atque *v* originariam inchoantem in *u* productam mollivit vox *úrde* (viridis; cambr. *gwyrdd*): *húrda* (gl. viridarium) Sg. 35[b]. *húrdai* (gl. viridia) Ml. 18[b]. *hondúrdatu* (gl. virore) Ml. 15[b]. *Ch* pro *f* invenitur in Camarac.: *duun chanisin* (= *fanisin,* nobis ipsis) et in Ml. 18[a]: *cochotabosadsi* (gl. ut vos comminueret; in eodem 33[b]: *cofotabothad,* gl. ut terreret).

Si *f* hibernica inchoans regulis subest infectionis, tractatur eodem modo ut *s,* i. e. mortificatur puncto delente, vel omittitur. Signum delens et hic in codice Sg.: *derbḟogir* (gl. ipsae pronuntiationes) 3[b]. *do immḟolung ḟuit* (ad efficiendam longitudinem) 6[b]. *isindḟrecn̄dairc* (in praesenti) 166[a], atque in aliis multis locis. Omissio tam in Sg., quam in ceteris codicibus; in Sg.: *indeoger* (diphthongus; = *indeḟoger*) 18[a]. *toirn̄det* (significant; = *doḟoirn̄det* 72[b]) 25[b]; in Prisc. Cr.: *isindrecdairc* (idem quod supra allatum *isindḟrecn̄dairc*) 61[a], et in Wb.: *indectsa* (nunc, i. e. *indḟectso,* hoc momento, hac vice) 3[a]. *oinecht, oinect* (gl. semel; i. e. *oinḟecht,* una vice) 3[b]. *a orcital* (doctrina ejus; *aḟorcital*) 8[b]. *duthracht* (voluntas; = *doḟuthracht,* ut *doḟuthrisse,* volui, *doḟuthractar,* volunt, in Wb. 20[c]. 32[a]) fq. Attamen saepius et *f,* ut *s,* quamvis sit in statu infectionis, obliteranda ergo, nec puncto notatur nec omittitur in codicibus, sed manet, non pronuntianda, solummodo scriptione etymologica.

Nil retinuit in lingua hibernica *v* primitivam, non solum in fine vocum, ubi vix retinetur ab aliqua lingua (excepta slavica in frequente terminatione *-ow,* cujus *w* Slavis in eandem duritiem transiit, ut *v* Hibernis in initio), sed etiam in medio. Nusquam ejus exstat vestigium in vocibus, quae servant eandem in vetustis nominibus gallicis vel linguis affinibus. In varias vocales, plerumque productas, quae interdum et alternant cum aliis, absorbetur.

Exempla in *a: ola* (oleum; cambr. vet. *oleu* gl. Oxon. armor. *oleo* Buh. hod. *olew,* goth. *alêv*) in compositis *olachrann* (gl. oliva)

Wb. 5[b], *olachaill* (olivetum) Sg. Ml. *Leatha* (= *Letha*, Letavia, nomen britannicum terrae Armoricae, cambr. vet. *litau* in gl. Ox.) in Hymno ad Patric. ap. O'Con. distich. 5. 9.

In *ê: déad* (finis, unde adj. *dédenach*, finalis; e *dewed*, cambr. *diwedd*) Wb. Sg. *dia*, gen. *dée*, plur. *dé*, *déib* (deus; cf. Divodurum, Divona), unde adj. *diade* (divinus; cf. Divitiacus) Wb. Sg.

In *î: íar* (occidens) in formula adverbiali *aníar* (in, ab occidente) Wb. Cr., cui adnumeranda praep. *iarn* (post), adverb. *iarum* (postea), * siquidem recte confero nomina Ἰουέρνιοι (n. populi in angulo Hiberniae verso contra occidentem et meridiem), Ἰουερνίς (oppid. Hiberniae), et Ἰουερνία (nomen insulae) ap. Ptolem., quae Romani accommodaverint ad vocem suam *hibernus* i. e. hiemalis. Porro *lí*, *lii* (color, splendor; cambr. *lliw*; cf. Livius, livor) Wb. 12[b]. 15[a]. *clí* (sinister: *for laim chlí*, gl. a sinistris; cf. *laevus*) Cr. 19[c].

In *ô: noe* (navis, genit.): *sainécosc noe* (gl. celox; i. e. genus singulare navis), *inchruth noe* (gl. aplustre; i. e. apparatus navis) Sg. 69[a]. 132[b], ad quae conferendus locus in Adamnani vita S. Columbae ap. Boll. Jun. 2, 197: matris pater latine *filius navis* dici potest, scotica vero lingua *Macnave*. Si tamen legendum *mac naue* (*nau-e*), vox haec reduci poterit ad diphthongum *au* transeuntem in *ó*, ut et *clói* (gl. clavi) Sg. 189[a], atque adj. *óc* (cf. Jovincilli fil. Murat. 1353, 6, sed britann. vet. *iou* = *jau*). Hunc autem locum certo sibi vindicat subst. *bó* (bos, bovis) in compos. *bóchaill* (gl. bubulcus) Sg. 58[b], et deriv. *Bóinne*, gen. *na Bóinni* (ap. O'Donov. p. 318 e libro vetusto), nomine fluvii Hiberniae meridionalis, qui Ptolemaeo dicitur Βουουίνδα (i. e. *Burinda*). Si non legendum *boo*, forsan vestigium spirantis adhuc inveneris in scriptione *bou* in commemorata vita S. Columbae ap. Boll. Jun. 2, 216: monasterium quod latine Campulus bovis dicitur, scotice vero *Achad bou*.

---

* *Iar*, occidens, proprie significat regionem posticam. Opponitur enim *áir*, *air*, oriens (regio anterior), unde deriv. *airech* (primus, anterior), et subst. *airechas* (primatus). Celta denominat mundi regiones versus contra solem orientem; septentrio ei est sinistra, meridies dextra regio, oriens autem anterior regio, occidens posterior.

In *ú: tuus, tús* (principium) Ml., e quo derivata *toisech* (princeps, dux), comp. *tóisechu* (gl. prior), *toisigiu, tóisigem* (gl. primus), et *tosach, tossach* (initium) sat frequentia in Wb. et Sg., *tóisechaire* (gl. primas) Sg. 50[a], videtur ortum e *towis,* cum in privilegio ecclesiae Landavensis in libro Land. p. 113 scribatur *touyssogion* (principes; cambr. hodiern. *tywysogion*, sing. *tywysawg* e subst. *tywys,* ductus). Etiam adj. *nú* (novus: *fon mám nuu* .i. *isindfeni nui*, gl. sub jugo novo, Ml. 2[b]. *dóini nui,* homines novi, Wb. 22[a]), unde deriv. *núide, núiadnisse* (*:i comairbirt núidi*, in novo testamento, Wb. 3[c]. *indocbal núiednissi*, *rect núiadnissi,* gloria, lex novi temporis, Wb. 15[a]. *inúiethnissiu*, in novitate, novo tempore, Wb. 10[d]) ad formam *nov,* quam agnoscunt etiam latina et slavica lingua, reducendum, quae jam obtinet tam in vetustis nominibus Noviodunum (quatuor oppida hujus nominis ap. Caes.), Noviomagus, Novesium Itin., quam et posterioris aetatis Novesium Ammian. (18, 2), Novigentum (super Matronam, Bolland. Mai. 6, 804), atque etiam in armor. vetust. *nowid* (*Lis nowid*, i. e. Curia nova, bis in charta de a. 826, in Chart. Rhedon. 1, 14). Ex hac forma armor. recent. *newez,* cambr. *newydd* infecta *o* fuerint orta. Attamen concedenda vocalium assimilatio jam in vetustis Nivomagus (pro Nivimagus? in quo vix diversa vox statuenda) Auson., Nivisium (=Novesium Amm.) Sulpic. Alexand. ap. Gregor. Tur. 2, 9, villa Nivella, Nivialla, Nivigella ap. Bolland. (Jun. 2, 832. Jul. 3, 61. Sept. 5, 580; cf. Nuella Sept. 5, 601). Addendum certo subst. *clú* (gl. rumor; cf. slav. *slowo, slawa*) Sg. 46[b], unde deriv. *clúas: clúasa* (aures), *donaib clúasaib* (auribus) Sg. 3[a]. 50[a], cui bene respondet cambr. *clyw* (auditus) et verbi cambrici forma *clywet* (audire), dum hibernicum verbum idem significans varias anomalas formas induit. De aliis, e. gr. *súil* (oculus) Wb. 9[a]. 12[a]. 15[a]. 27[c], plur. *súili, súli* 19[d]. 25[c], et forsan quibusdam supra sub U producta enumeratis dubium est. Etiam inchoans *v* cum sequente vocali in hanc formulam *ú* absorpta est in adj. *úrde* (viridis), jam commemorato.

Omnino porro etiam evanuit *v* post *s* inchoantem, si vocibus hibernicis *si* (vos), *sant* (cupiditas), *siur* (soror) supponendae sunt formae vetustiores *svi* (cambr. *chwi*), *svant* (cambr. *chwant*), *sviur, svisur* (cambr. *chwaer,* sanscr. *swasri,* germ. *swestar,* sed slav. *sestra*).

Mediae.

B D G. In vetustis nominibus gallicis vel britannicis. Singulares: *B*agacum Itin. Ga*b*ali, Atre*b*ates Caes. Co*b*nertus (compos. Cob-n.) Inscript. *D*ivico, *D*ivitiacus Caes. Se*d*uni Caes. Boa*d*icea Tacit. A*d*cantuannus (compos. Ad-c.) Caes. Vo*d*goriacum (loc. Belg.; compos. Vod-g.?) Itin. *G*eneva Caes. Li*g*er, Se*g*onax, Se*g*ontiaci, Se*g*usiani Caes. Lu*g*dunum (compos. Lug-d.) Tacit. Itin. Junctae consonis aliis: *Bl*avutum (oppid. Gall. occident.), *Bl*aboriciacum (opp. Norici), *Bl*estium (opp. Brit.) Itin. *Br*igantium Itin. *Br*igantes (pop. Brit.) Tacit. *Br*ogitarus Cicer. Ante*br*ogius, Allo*br*oges Caes. *Dr*appes Caes. *Gl*annoventa, Ambo*gl*anna (oppida Brit.) Notit. dign. Boduo*gn*atus Caes. *Gr*aioceli, *Gr*udii Caes. A*lb*a Vopisc. To*lb*iacum Tacit. A*mb*iani, A*mb*iorix, A*mb*arri Caes. Ca*mb*odunum Itin. A*rb*eja (Britann. opp.) Notit. dign. Ve*rb*eja (dea) Inscript. Orell. 2061. So*rb*iodunum (oppid. Brit.) Itin. Me*ld*ae Caes. Ge*ld*uba Plin. Tacit. A*nd*es Caes. A*nd*ematunum, A*nd*ecamulum Itin. Vi*nd*onissa Itin. A*rd*uenna Caes. O*rd*ovices Tacit. Ga*lg*acus Tacit. Be*lg*ae Caes. Li*ng*ones, Ci*ng*etorix Caes. O*rg*etorix, Ge*rg*ovia Caes. Ta*sg*etius, Morita*sg*us Caes. A*bd*ucillus (pro Abudicillus? cf. Abudius Tacit., Abudiacum Itin.) Caes. *Ῥοβόγδιοι* (pop. Hibern.) Ptol. Duplices; BB: Abbo (in vas. figl.) Inscr. Abbatus Sil. Ital. (4, 239; sed lectio incerta, cum et legatur at Batus, Acatus etc.). DD: Addua (fluv.; sed Aduatuci Caes.) Tac. Plin. Meddic (figuli nomen) Stein. cod. inscript. Danub. et Rheni 207. 219. 224. Meddignatius (sed Medivixta Grut. 795, 8) Inscr. Orell. 2064. Coddacatus Inscr. Vesont. Orell. 2064. Lineola ducta per utramque *d* in inscript.: Meddicius, Teddiatius, Belliceddni, Meddugnatus (Annal. Bonn. 2, 86). GG: Setuboggius Esuggii fil. (sed Vercombogi fil. Grut. 758, 11. Abrextubogius Murat. 22, 5. Adbogius Stein. 440) Inscript. Ambian. Orell. 2062. Flaniggo Inscript. Brix. Orell. 2543.

Mediarum hibernicarum s t a t u s d u r u s in vetustis codicibus significatur quidem saepius, praesertim in codice Sg., more solito, scribendo scilicet dupliciter eas, frequenter tamen etiam ob duriorem pronuntiationem scribendo tenues pro mediis, quod fit semper

fere in Wb., ita ut occurrant BB = P, DD = T, GG = C. Interdum nec haec nec illa status duri significatio obtinet, sed manent nudae originariae *b, d, g*.

Est autem status durus mediarum 1. in initio vocum extra causam infectionis. Scriptio in hoc loco nuda originaria esse solet; e. gr. *bennach* (gl. cornutus; cf. Benacus?) Sg. 60[a]. *dia* (deus; cf. Divodurum), *dún* (arx; cf. -dunum) Wb. Sg. *gen* (os; cf. Geneva) Wb. Obvia tamen scriptio duplex sive durior post pronomen possess. 3. pers. sing. feminin.: *a ggním feisne* (ejus, fem., ipsius actio) Sg. 199[a]. Post particulas *ro, ni* coalescentes cum verbo substantivo, et post praepp. *for, id* etc. in compositione, e. gr. *robbói, robbu, robbe, robbatar, nibbu, nibbe* Sg. fq. *robbia* (erit) Wb. 13[d]. *ropo* (fuit, = *robbo*), *roptar, nipo,* solita scriptio in Wb. *forbbart* (gl. abolitio) Sg. 52[a]. *idpart* (oblatio; *edbart* alias, = *idbbart*) Wb. fq. *forggnuis* (forma, figura) Sg. 76[b]. 216[b]. *etarcne* (cognitio, = *etarggne*) Wb.

2. In medio et fine vocum, *a*) in geminatione. Quamvis in nominibus gallicis vetustis quibusdam supra allatis obvia est geminatio mediarum, vix obtinet in hibernicis; forsan in *obbad* (gl. recusatio) Sg. 90[a].

b) In positione. Frequentiores hic scriptiones supra memoratae exponantur pro quaque media singulariter.

B, BB, P: *deirbbæ, indeirbbæ, inderbbe* (*aimsire,* temporis certi, incerti, gen. adj. *derb*) Sg. 66[b]. *nomérpimm* (committo me) Wb. 6[c]. *roerpad* (commissum est) Wb. 10[d]. 18[d]. 31[a]. *comarpi* (cohaeredes; = *arbb, erbb,* cf. *roerbad, comarbus* Wb. 4[c]. 10[d]) Wb. 19[c]. *burpe* (stultitia; = *burbbe,* cf. *burbe* Wb. 8[a]. 17[a]) Wb. 5[c]. 17[c]. 19[b]. adj. *borp: dangiid borp* (gl. stultus fiat) Wb. 8[d]. *a galatu burpu* (gl. o insensati Galatiae!) Wb. 19[b]. Notatur *b* dura etiam in priore loco: *abbgitir* (alphabetum; hibern. hod. *aibgidir*) Sg. 21[a]. 23[b]. Cr. 33[a]. *apgitri, apgitrib* (gl. elementa, elementis mundi) Wb. 19[d]. *gibbne* (gl. cirrus) Prisc. Cr. 63[b].

D, DD, T: *arddu* (altior; compar. adj. *ardd*) Sg. 161[b]. *ardda* (gl. sublimia) Cr. 18[b]. *artu* (= *arddu,* altitudo; cf. Arduenna) Incant. Sg. *ordd,* gen. *uirdd* (ordo) Sg. fq. *ord* Sg. 159[b]. *ort* (ordinatio, missio) Wb. fq. *cert* (= *cerdd,* gl. aerarius, qui idola aere faciebat; i. e. faber, lat. *cerdo,* lat. med. specialiter coriarius ap. Cangium) Wb. 28[a]. 30[d]. *cerddchae* (gl. officina) Sg. 51[a].

Eadem vox in pluribus compositis; in verb.: *isin oena focerddar* (gl. in id ipsum desolvuntur) Sg. 7[a], subst. *etarcert* (interpretatio) Wb. Sg. *incoceirt* (gl. emendationem) Ml. 2[a]. *na sacardd* (sacerdotum; mox *sacart*) Sg. 54[a]. *melltach* (gratus; = *melddach*, Wb. 4[c]. *meldach*, cf. Meldi) Wb. 9[d]. *claindde* (gen. a *cland*, liber, proles) Wb. 28[b]. *arcoimddim* (gl. causor) Sg. 59[a]. *cumddubartaig* (gl. ancipitis; alias *cumtubart*) Sg. 104[a].

G, GG, C: *do omalgg* (gl. mulxi) Sg. 23[b]. *condelgg* (comparatio) Sg. 42[a]. 45[a]. *hi condeulgg* (in comparatione), *conrodelgg* (comparavit), *condelggaddar* (comparantur) Sg. 25[b]. 39[a]. 40[a]. Est etiam in Sg. 41[b]. 42[a]. 43[a] *condelg, condelgatar* et 3[b] *hi coindeilc. bolc mergach* (gl. uter conrugatus; cf. *bulga* ap. Festum, supra p. 17; post *mergach* mox subst. *merc*, ad quae et pertinet cambr. vet. *mergidhaham*, gl. evanesco, gl. Oxon.) Ml. *huathecmungg* (gl. eventu) Sg. 28[a]. *foirggae* (gl. Thetis) Sg. 124[a]. * *borcc, borggde* (gl. cirta, cirtensis; i. e. burgum, burgensis, ob hebr. cirta, urbs) Sg. 57[a]. *frigargg* (glossa hibernica e codice Horatii Bernensi ap. Orell. in edit. Horatii secunda, Turici 1843, praef. p. I; cf. *rogarg* Incant. Sg.). *toisc* (necessarius, necessitas) Wb. 12[b]. 31[d], unde adj. *tascide: istascide* (gl. necessarium) Ml. 20[a]. *aní rupu thascide* (gl. quae congrua sunt visa; = *toisgg, tasggide;* cf. subst. *tasgid*, victus, Wb. 29[a], et nomina gallica vetusta Tasgetius, Moritasgus Caes.) Prisc. Cr. 1[a]. Conferenda ideo et vox *orcus* (qui occidit) Wb. 28[a], obvia in pluribus derivatis et compositis, e. gr. *orcun* (occisio) Wb. 4[b]. *oircnid* (orcisor) Sg. 12[b]. 13[a]. *frithorcon* (offensio; *frithorgon* in Camarac.) Wb. 16[c]. 18[a]. Ml. 22[d] cum cambr. vet. *orgiat* (gl. caesar; i. e. qui caedit) gl. Oxon. et vetusto nomine *Org*etorix; ut subst. *ferc* (ira), adj. *fercach* (iratus) Ml. 22[c]. 22[d] cum cambr. vet. *guerg* (gl. efficax) gl. Oxon., et nomine gallico *Verg*obretus. In dictis exemplis *p, t, c* pro *bb, dd, gg* scribuntur; vice versa *bb, dd* occurrunt, procul dubio negligenter, pro *p, t* in locis quibusdam, de quibus infra sub tenuibus.

---

* Obvium etiam in sententia poëtica margini adscripta in Sg. p. 112 *faircæ* cum puncto delente sub *c*, cui supra scriptae sunt *gg*. Porro Sg. 67[b]: *foirræ* (gl. tithis) negligentius. Certa inde forma *foirge*, de cujus etymologia p. 13.

c) Extra positionem in vocibus quibusdam *bb* obvia: *obbad* (gl. recusatio; gael. *obadh*) Sg. 90[a]. *caebb* (gl. jecur) Sg. 6[b].

In infectione mediarum scriptio simplex esse solet, e. gr. *claideb* (gladius) Wb. Sg., *teg*, gen. *tige* (domus) Wb. Ob aspiratam tamen infectarum mediarum pronuntiationem frequenter et scriptio earundem aspirata occurrit, ita quidem ut pro *b* infecta inveniatur *f* vel *ph*, *th* pro *d*, et *ch* pro *g* infecta. Hodierna scriptio gaelica est *bh*, *dh*, *gh*, hibernica *b*, *d*, *g* cum punctis; pronuntiatio autem multo mollior quam aspirata.

Obnoxiae infectioni et scriptioni dictae aspiratae sunt mediae 1. in initio vocum, si adest causa infectionis. Inde pro pronomine possess. *barn*, *bar* (vester) etiam scriptio *farn*, *far*, e. gr. in uno loco: *do farforcitlidib et do barnanamchairtib* (praeceptoribus vestris) Wb. 14[a]. *arbarseirc* (amore vestri) Wb. 19[d]. *difarfoirbthetu* Wb. 23[d]. Eadem scriptio alternans: *ba* (sive) Wb. 23[b], alias *fa*. *oc imbresun* (in impugnatione) Wb. 30[b]. *imfresna cach* (oppugnat quivis), *imfresnat* (oppugnant) Wb. 30[c]. 31[b]. *donaibhí immafresnat* (gl. inficientibus) Ml. 20[d].

2. In medio vel fine vocum; *a*) extra positionem. Ob scriptionem aspiratam in his locis frequentiorem exempla cujusque mediae separatim.

F, PH = B in statu infectionis. Futuri signum *b* fit *f*: *labrafammar* (loquemur) Wb. 12[c]. *nonsamlafammar* (comparabimus nos) Wb. 17[b]. *dofuircifea* (inveniet) 25[b]. *sóirfa*, *sóirfed* (salvabit) 11[a]. 32[d]. *noibfea* (sanctificabit) 13[b]. *íccfe* (salvabis) 10[a]. *tucfa* (intelliget) 12[d]. *leícfidir* (sinetur) 6[b]. Scribitur tamen etiam *predchibid* (praedicabit) ibid. 26[a]. *ditróscibea* (gl.judicabit te) 1[d]. *samlibidsi* (aemulabimini) 21[c]. *daucbaidsi* (intelligetis) 21[c]. *dalugub* (ignoscam), *dílgibther* (ignoscetur) Wb. 14[d]. 32[a]. 33[a]. In terminantibus *-ub*, *-ibther* nusquam scriptio *-uf*, *-ifther* obvia, quamvis fuerit haec pronuntiatio; positio autem nec in *-ibther* (ex *-ibither*) nec in *sóirfa* etc. statuenda, quia vocales ante terminationes excussae sunt. Particula privativa *neb-* in Sg. saepius scribitur *neph-*, et *cammaib* (etiam) Wb. 3[d] est quoque *cammaif* Wb. 10[b], et *camaiph* Sg. 9[a]. 21[a]. 198[a]. 209[b].

TH = D in statu infectionis.* Verbum *edo* scribitur *ithim*

* Est infectio aliqua mediae *d* sat vetusta in terra continente, si scilicet

(gl. mando, is) Sg. 146^{b}, ut et inde derivata et composita *comithi* (gl. comessationes) Wb. 20^{b}, *ithemair* (plur., voraces) Wb. 31^{b}. Subst. *buaid* (victoria) Wb. fq. est scriptum *buaith* Wb. 11^{a}. Poterunt adnumerari et *flaith* (dominium, regnum), *flaithemnacht* (gloria) Wb., si adducuntur slav. *wladiti*, germ. *waldan*, quamvis sit cambr. hod. *gwlad* e vet. *gulat*, ex quo adj. *guletic*, eodemque modo *arriuth* (gl. adorior; i. e. accurro, incurro) Prisc. Cr. 57^{a}. *rethit* (currunt), *rethess* (qui currit) Wb. 11^{a}. 24^{a}. *dindriuth* (de cursu) Wb. 20^{b}. *innarrith* (gl. in nostro curriculo; cf. Sg. 24^{a} *dériad*, gl. bigae) Sg. 108^{b}, si conferuntur gallica vetusta Eporedia, Eporedici Plin., Eporedorix Caes., Rhodanus, rheda, quamvis cambr. hodiern. sit *rhed* e vetust. *ret* (de qua brit. *t* pro *d* videsis p. 13 et 46). Vice versa est etiam *d* = *th*, i. e. invenitur *d*, ubi esse deberet *th*, infectio tenuis *t*; exempla infra, cum dicetur de tenuibus.

CH = G infectae. Subst. *teg* (domus; brit. *ti* = *tig*) scribitur *tech* Wb. 15^{c}. 33^{c}, e quo derivatum putandum erit adj. *coitchen* (communis; = *cotechen*) Sg. fq. *isaichti* (gl. metuendus; = *isaigthi*, Wb. *agathar*, timet) Sg. 33^{b}. *traichthechdae* (gl. pedester; *traigthech* 50^{b}. 38^{b}) Sg. 54^{b}. Etiam excussae *g* infectae exemplum, sed unicum, esse videtur *sái* (gl. paenula; cf. lat. *sagum* et nomen gall. vet. Tecto*sagi*) Wb. 30^{d}.

b) In positione, contra communem regulam. Sunt exempla quae secundo loco positionis infectionem exhibent, quaedam saltem, forsan negligentia orta, in Wb. e. gr. *taschide* (necessarius), *taschidetu* (necessitas), *toschith*, *toschid* (necessarius victus) 10^{a}. 10^{d}. 23^{b}, cum contra scriptiones jam supra citatae *toisc*, *tasgid* in aliis locis codicis Wb., *tascide* in Ml. et Prisc. Cr. ad regulam *tasgg* (cf. Moritasgus, Tasgetius Caes.) reducant. Hodie quoque sunt gael. *dearbh* (certus), *marbh* (mortuus), *dealbh* (imago) etc., cum tamen exstet in Sg. *derbb*. In vocibus autem *apthin* (*imfolngi apthin*, gl. causa perditionis, = *abbdin*) Wb. 23^{c}, *aipthi*

sequitur *i*: Abuzacum Itin. Anton. pro Abu*d*iacum Tab. Peut., Scanza ap. Jornand. pro Scan*d*ia; adeo in initio: zaconus pro *d*iaconus, Inscr. Orell. 2620. Cf. ital. *mezzo* e *medius*, *pranzo* e *prandium*. Utrum etiam in nom. gall. Re*ds*omarus Inscr. Grut. 806, 11 *ds* = z, an = *dd* in supradictis gallicis vetustis?

(gl. veneficia; i. e. rixationes) Wb. 20[b], *ipthach* (gl. maledicus; *ibdach* in Incant. Sg.) Wb. 9[b] statuenda excussio vocalis derivationis, si conferuntur nomina gall. vet. Abudius Tac., unde Abudiacum (Vindelic. opp.) Itin., *Ἔβουδα* (ins. Brit.) Ptol. et Abducillus (Allobrox, ap. Caes. B. Civ. 3, 59), Abducien. Toceti fil. (Inscr. ap. Orell. 2049), atque e Wb. *secn̄dapid* (gl. gubernationes, principes) 12[b], *secn̄dapthib* (gl. actoribus: sub curatoribus et actoribus) 19[d].*

In mediis vetustae linguae hibernicae jam prima conspiciuntur initia infectionis, quae in recentiore lingua atque in britannica multo latius progreditur, infectionis nasalis scilicet. Sunt mediae duae, *b* et *d*, quae in medio et fine vocum a praecedente liquida *n* (*m* ante *b*) alterantur et mutantur in *n* (*b* in *m*). Excipitur *g*, quae cum nasali manet *ng*, *ngg*, et ipsae quoque combinationes NN, MM (negligentius interdum scriptae simpliciter N, M) infectae alternant in vetustioribus codicibus cum primitivis ND, MB. Exempla: nomen fluvii Hiberniae meridionalis hibern. vet. *Bóinne* (cf. p. 67) apud Ptolemaeum est *Βουουίνδα*, i. e. Buvinda, Bovinda, et insulae ipsius Hiberniae nomen hibernicum in codicibus modo *Erend* modo *Erenn*.** Adj. *fin* (= *finn*, albus:

* Pertinere huc videntur nomina: Eptiacum in pago Wabarinse, in chart. a. 776, ap. Vales., Eptadius (Gallus, civis Augustodunensis, sec. 6), Bolland. August. 4, 778. Abudiacum quoque locus Vindeliciae Eptaticum dicitur in Vita S. Tozzonis, Boll. Jan. 2, 56, et in Vita B. Herluccae auctore Paulo Bernried. (sec. 12), Boll. April. 2, 553: in ripa Lici fluminis locus magnae antiquitatis qui vocatur *Eptaticus*. Hodie *Epfach* cum reliquiis romanae vetustatis.

** *Fir nerend*, *fir erend* (viri Hiberniae), *co tír nerend* (ad terram Hib.) ap. O'Donov. p. 217. 235. 359 e codicibus servatis in Hibernia, libro Lecan. et alio dicto "Leabhar Breac". In inscriptione vetusta circa a. 1123 apud eund. p. 234: *rig erend* (rex H.). Sed *érenn* jam apud Marianum Scotum: *bennach érenn* (benedic Hiberniam), Pertz. 7, 481. Deficit flexio ubique. Sunt tamen haec omnia recentiora nostris e terra continenti, in quibus non insulae quidem nomen invenio, sed subst. *érrend* in glossa marginali codicis Wb.: *indá érrend* (ad voces textus: stigmata Jesu; i. e. duo signa, vulnera) 20[d]. A qua voce videtur non diversum nomen insulae, et compositum cum particula intensiva *ér-*. Vocalis radicis sat mutabilis est, excutitur e. gr. in verbo compos. *dofoirn̄de*, *dofoirn̄det*, *toirn̄det* (significat, -ant; = *do-fo-rinde*) Sg. fq. et est *a* in subst. *torand* (significatio; = *do-fo-rand*) Sg. 198[a]. Simplex *rind*, gen. *renda* Sg. 73[a] est signum, praesertim coeleste, constellatio, plur. *inna rind*, *na rind* Cr. 18[b]. Ml. 2[a]. *inna rinn* (gl. astra) Ml. . .; quaeritur an non

dindluibfin .ı. *luibderc*, gl. de rosa, Sg. 35[b]) scribitur *find* in nomine proprio hibernico *Fiacc Find* ap. O'Donovan. (Gramm. p. 437 e vetusto codice in Hibernia asservato; cf. gall. vet. in nominibus *Vind*obona, Vindonissa, Vindomagus), ut adj. hod. hibern. et gael. *cruinn* (rotundus) est adhuc *cruind* in Sg. 49[b]. 66[a]. et Ml. 18[b]. Praep. *im, imm, imme* (circa) in Wb. et Sg. passim obvia, separatim et in compositis, servat etiam combinationem originariam *mb* (in gallicis vetustis: Ambigatus Liv. *Ἀμβιδϱαυοί*, *Ἀμβιλικοί* Ptol. Ambarri, ambacti Caes.; cf. p. 7) in quibusdam locis codicis Wb.: *imbráti* (cogitationes; sed 1[d]: *imrádat imráti*, cogitant cogitationes) 31[b]. *gním et briathar et imbrádud* (gl. occulta cordis manifesta fiunt; i. e. actio et verbum et cogitatio) 12[d]. *isar farnimbrádudsi* (gl. sollicitudinem quam pro vobis habemus) 16[b]. *lasse gabas immbi* (gl. cum mortale induerit immortalitatem; i. e. cum sumserit circa se) 13[d]. Adj. *imde* (multus, abundans): *imda* (gl. opulentus) Sg. 125[a]. *cit imdi far forcitlidi* (gl. si decem milia paedagogorum habeatis; i. e. quamvis sint multi praeceptores vestri) Wb. 9[a]. *ifochidib imdib* (gl. in tribulatione multa) Wb. 24[c]. *corop imdu de duún* (gl. ut gratia abundet; i. e. ut sit abundantior nobis; compar.) Wb. 3[a] est pro *imbde, imbide, imbithe* (cf. gall. vet. Ambitui Plin.), cum radix *imb* (= *ambi*; cf. gall. vet. Ambiorix, Ambiani Caes.) adhuc exstet in deriv. subst. *imbed* (gl. ops, copia) Sg. 125[a]. *rommúnus imbed dom* (gl. scio abundare) Wb. 24[b]. Adj. *camm*, *cam* (curvus; cf. Cambodunum Ptol. Itin. Cambolectri Plin. *Μοϱικάμβη εἴσχυσις* Ptol. Cambete Itin. Camba fluv.): *honaib crichaib cammaib* (gl. obliquis sulcis) Ml. 2[a], et in compositis: *camderc* (gl. strabo; i. e. curve prospiciens; cf. *fliuchdercc*, gl. lippus, Sg.) Sg. 63[a]. 70[b]. 93[b]. *camthuisil* (casus obliqui) Sg. 197[a]. 209[a].

In vetusta lingua hibernica infectio dicta proprie nil est, nisi assimilatio mediarum *d* et *b* ad praecedentes liquidas *n* et *m*. Fit enim et assimilatio ad liquidam *l* in subst. *uall* (superbia) Wb. 10[b]. 15[d], *indhuall* (gl. elatio) Ml. 28[a], unde *huallaig* (gl. elati) Ml. 34[c], *na hualcha* (gl. superba) Ml. 31[c], *ualligim* (gl. abrogo;

---

etiam significaverit insulam (quasi signum maris?). *Rachraind*, nomen insulae cujusdam, e codice dicto "Leabhar Breac" apud O'Donov. p. 155. Et inde statuenda compositio *ér-rend*, pro *iar-rend* (insula occidentis; cf. p. 67)?

i. e. arrogo, arrogans sum) Sg. 22^a, pro *ualb*, ut docet genit. *uáilbe: bés uáilbe* (mos arrogantiae) Wb. 14^c. *uáilbe et utmaille* (gl. juvenilia desideria fuge; i. e. arrogantiae et inquietudinis) Wb. 30^b. Vere autem oritur hujus assimilationis dilatata consuetudine infectio nasalis in recentiore lingua hibernica. Non enim in medio tantum vel fine vocum assimilationes *nn*, *mm* (*m*) semper obtinent, sed etiam in initio omnes tres mediae, *b*, *d* adeoque *g*, post pronomina et particulas terminatas litera *n* (*m* ante *b*), de quibus supra dictum est in liquidis (p. 53 seq.), omittuntur in pronuntiatione, quamvis adhuc scribantur, i. e. assimilantur vel obscurantur, ut dicunt grammatici hibernici, unde ab eis eclipsis nomen datum est. Tam de hac eclipsi, quam equidem dixerim nasalem, quam de altera destituente, infra in capite de infectione consonarum in initio vocum.

Tenues.

P T C. In nominibus gallicis et britannicis. Singulares: *P*arisii, *P*etrocorii, *P*ictones Caes. E*p*ona Juven. E*p*oredia Plin. Lu*p*odunum Auson. Sa*p*audia Ammian. Mena*p*ii Caes. Rutu*p*iae Itin. *T*urones, *T*eu*t*oma*t*us Caes. Ἄτις (Bojorum rex), Αὐτάριτος (Gallorum dux) Polyb. Ru*t*eni, Lu*t*e*t*ia Caes. Li*t*ana Liv. Neme*t*es, Vene*t*i, Cale*t*es Caes. *C*arausius Eutrop. *C*arantonus Auson. O*c*elum, Vo*c*io, Vo*c*ates Caes. Li*c*ates Plin. Λικίας Ptol. Ni*c*er Vopisc. Raura*c*i, Rauri*c*i Caes. Plin. Ebora*c*um, Julia*c*um, Magontia*c*um Itin. Junctae: *Pl*eumoxii Caes. *Pr*onaea Auson. *Tr*everi Caes. *Cl*avenna, *Cl*arenna Itin. *Cr*itognatus Caes. *Cr*upellarii Tacit. Bratu*sp*antium (compos. Bratu-sp.) Caes. *St*anacum (Noric.) Itin. *Sc*aldis Caes. Plin. A*lp*es fq. Ca*rp*entoracte Plin. Ca*sp*ingium Itin. Ando*xp*onni fil. Inscript. Murat. 1204, 5. Ce*lt*ae, Ce*lt*illus Caes. Ca*nt*ium, Na*nt*uates, Ce*nt*rones Caes. Ὀρτιάγων (Galatar. rex) Polyb. Ne*rt*omarus, Esune*rt*us Inscript. Ca*st*icus Caes. Medivi*xt*a, Abre*xt*ubogius Inscriptt. Moenica*pt*us Liv. Cara*ct*acus Tacit. Ve*ct*is Plin. Vo*lc*ae, Vo*lc*atius, Cativo*lc*us Caes. Jovi*nc*illus, Pervi*nc*us Inscriptt. μάρκα, τριμαρκισία Paus. Ma*rc*omagus Itin. Conde*rc*um (opp. Brit.) Notit. dign. Ca*rc*aso Caes. Aule*rc*i, Cadu*rc*i Caes. I*sc*a Itin. Li*sc*us, Ro*sc*illus Caes.

Taurisci, Scordisci Liv. Plin. Duplices; PP: Luppo, Peppo, Inscr. vasor. figl., Drappes Caes. TT: Atto Inscr. (Act. Palat. 1, 33), Vettius Inscr. (Orell. 4295. Stein. 996), Solovettius Liv. CC: Acco (Senonum princeps), Iccius (Remus) Caes. Nicco Inscr. (Act. Pal. 1, 33), Becco Mocconis fil., Utilia Veccati f., Cracca Livonis f. Inscr. (Orell. 4901).

In lingua hibernica vetusta tenuium status primarius obtinens 1. in initio vocum, si non adest causa infectionis, in codicibus non alio scribitur modo quam simplici: *patnide* (gl. leporinus) Sg. 37^b. *tol* (voluntas), *tar* (trans) Wb. Sg. *cath* (pugna), *cairim* (amo) Wb. Notandum, tenuem *p* in lingua hibernica esse multo minoris ambitus, quam in aliis linguis, etiam in cambrica; partim enim periit, partim in tenuem *c* transiit, e. gr. in vocibus: *athir* (= pater), *lán*, *línad* (plenus, pleo), hodiern. *iasg* (= cambr. *pisc*, piscis), *cia*, *ce*, *cid* (cambr. *pa*, *pe*, *pui*, pronom. interrog. quis, quae, quid), *cethir* (quatuor; = cambr. vet. *petuar*), *coic* (quinque; cambr. *pimp*), *cenn* (caput; = brit. *penn*, cf. Alpes Penninae), *cland* (proles; = cambr. *plant*), *crann* (arbor; cambr. *pren*), rad. verb. *cren* (emere; cambr. *prenu*), *fliuchide* (madidus; cambr. *gwlyp*), *necht* (gl. neptis) Sg. 67^b, *secht* (septem), *sechtmaine* (septimana), *cách* (cambr. vet. *paup*, quivis), *mac* (filius; cambr. vet. *map*) etc. Ideo in sequentibus solummodo de *t* et *c* fere sermo est.

2. In medio et fine vocum servantur tenues intactae: *a)* in geminatione: *upp* (interjectio, gl. ei, hei) Sg. 120^b. *att* (gl. suber) Sg. 61^b. *crottichther* (gl. citharizatur; cf. chrotta Britanna, Venant. Fortun. 7, 8) Wb. 12^c. *peccad* (peccatum) Wb. fq. *macc* (filius) Wb. fq. *bacc* (gl. ligo) Sg. 52^a. 62^b. *cnocc* (gl. gibber, gl. ulcus) Sg. 22^a. 23^b. Prisc. Cr. 9^a. *scbocc* (gl. capus) Sg. 105^b. Occurrit et scriptio simplex: *cnocach* (gl. gibberosus) Sg. 22^a. *crot* (gl. cithara; vox scripta post *buinne*, gl. tibia) Wb. 13^a, et mox in eodem loco dat. (*croit: angaibther isindbuinniu l. croit* (gl. quod canitur; i. e. tibia vel crotta). *mac* (filius) Wb. Sg. Est mixtio procul dubio interdum harum vocum, et earum, quae sequuntur sub *d*.

b) In positione, in qua frequenter status durus notatur duplici scriptione (praesertim in Wb., qui pro duplicandis mediis

tenues simplices scribere solet): *corpp* (corpus) Wb. 3[d]. *rectto* (legis) Wb. 1[d]. 4[d]. *ni écen dobimchomartt* (gl. obedistis ex corde, in eam formam doctrinae) Wb. 3[b]. *censectti* (sine aemulatione) Wb. 5[d]. *tecttaire* (gl. dispensator) 8[d]. *cumactte* (potestates; ter in eodem loco ita scriptum) 6[a]. *olcc, ulcc* (malus) Wb. fq. *sercc, desercc* (amor), gen. *desercce* Wb. fq. *fliuchdercc* (gl. lippus) Sg. 24[a]. *airdircc, irdircc* (latus, dilatatus) Wb. 1[a]. 7[c]. *anaithescc* (responsum) 9[d]. *leiscc* (gl. pigri) 31[b]. *nebleiscc* (gl. non pigri; cf. Liscus Caes.) 5[d]. *mescc* (ebrius) 28[b]. *tairmescc* (perturbatio) 10[b]. *coscc* (institutio) 5[a]. 5[b]. *cosscc* 9[a]. Exempla scriptionis simplicis: *alpai* (Alpes: cf. nom. pr. hibern. *Alpin, Elpin* in Annal. Tigern. ap. O'Conn. 2, 216. 253) Sg. 217[b]. *heirp* (gl. capra, gl. dama) Sg. 48[a]. 61[a]. *saltlae* (gl. calx) Sg. 50[a]. *molt* (gl. vervex) Sg. 68[b]. *cinteir* (gl. calcar) Sg. 50[a]. *muntar, montar* (familia) Wb. fq. *santach* (cupidus) Wb. 28[b]. *sant* (cupiditas, avaritia) Wb. 20[b]. 31[b]. *art* (gael. *artan,* lapillus; cf. Artalbinnum, Artobriga Itin. et in Vita S. Domitiani abbatis apud Segusianos, Boll. Jul. 1, 53: usque ad petram quae *Artemia* dicitur) in nominibus virorum vetustis *Artgal, Artbran* in Annal. Tigern. ap. O'Conn. 2, 221. 228, *Artur* ibid. p. 160. *nert* (virtus, valor; in nominibus gallicis compositis Nerto- et -nertus) Wb. fq. *gort* (gl. seges) Sg. 66[b]. *certle* (gl. glomus) Sg. 70[b]. *olc* (malus) Wb. fq. *folcaim* (gl. humecto, gl. lavo; cf. Volcae, Volcatius Caes.) Sg. 145[a]. *marcach* (gl. equester) Sg. 50[a]. *lorc* (gl. trames) Sg. 66[b]. *torc* (gl. aper) Sg. 37[b]. *rosc* (oculus) Wb. 21[b]. *cosc* (institutio) Wb. fq.

Utramque positionis literam duriore pronuntiatione prolatam indicat mira scriptio supra allata *cosscc,* atque *tesst* (testis) Wb. 14[a]. Excipitur tamen positio *ct,* quae frequenter quidem hoc modo scripta occurrit, e. gr. in vocibus: *octe* (angustia; cf. Octodurum Caes.) Wb. 16[a]. *rect* (lex), *infectso, indectsa* (nunc) Wb. fq. *oinect* (semel) Wb. 3[b]. *oct* (octo) Sg. 166[a]. *luct* (agmen, pars; cf. Lucterius Caes.) Wb. 12[b]. 14[b]. *deact* (deitas) Wb. interdum, ut *dóinect* (humanitas) Wb. 15[a]; frequentius tamen infecta litera priori fit *cht* in substantivis e. gr. derivatis in *-acht, -echt,* passim obviis, ut et in radice ipsa: *ochte* (angustia) Wb. 16[a]. *snechti* (gl. nives) Sg. 8[a]. *ocht* (octo) Cr. *recht* (lex) Wb. fq. *lucht* (pars) Wb. 16[c]. In Vita S. Declani episc. hibern. ap. Boll. Jul. 5, 597: mare *Ycht* quod dividit Galliam et Britanniam. Eodem modo

cht orta e *pt* in supra allatis *necht* (neptis), *secht* (septem), *secht-maine* (septimana).

c) Extra positionem servantur tenues in statu duro, si *n* ante easdem excussa est (cf. p. 53; fuerant ergo ab origine in positione): *etar* (= inter), *cétne* (primus; cambr. *kentaf*) Wb. Sg. fq. *cét* (centum) fq. *sét* (via; cambr. vet. *hint*) Wb. 24^d. *do déit* (gl. ad dentem) Sg. 67^b. *cóic* (= quinque), *coica*, *coicat* (quinquaginta) Sg. Cr. *óc* (juvenis; = cambr. *iouenc*) Wb. Sg. Frequentissima *t* non infecta in derivationibus nominum *-at*, *-et*, *-it*, *-ate*, *-ite*, *-thatu*, *-thetu*, quibus supponendae sunt vetustiores *-ant*, *-ent*, *-ante* etc., quibusque possunt adnumerari, si ex *-anc*, *-inc* (cf. arinca, frumenti genus gallicum, Plin.), *unc* sunt ortae, *-ac*, *-acc*, *-icc*, *-ucc*. Exempla: *dúnattae* (= *dúnate*, gl. castrensis) Sg. 57^a. *fichet* (= viginti) Cr. *foisite* (confessio), *foirbthetu* (firmitas) Wb. *derucc* (gl. glans; e *derunc*, *dervinca?*) Sg. 113^b. Passim item *t* obvia in terminationibus 3. pers. plur. activi et passivi *-at*, *-et*, *-itis*, *-atar*, *-etar*, *-itir*, quibus respondent in lingua britannica adhuc, ut in ceteris affinibus, *-ant*, *-ent*, *-antur* etc.; affigiturque adeo amissa vocali in *-te*, *-tis*, *-tar*, *-tir*, post vocalem radicis brevem et consonam simplicem praecipue: *berte* (qui ferunt) Wb. 9^c. *asbertis* (dicebant) Wb. 4^c. 25^b. *no gaibtis* (sumebant) Ml. 2^b. *bertar* (feruntur) Wb. fq. *etirscartar* (separantur) Sg. 73^b. Etiam post vocalem productam: *scríbtir* (scribuntur), *adrímter* (adnumerantur), cum tamen et inveniantur *dénatar*, *légatar* (cf. p. 35 et verb. passiv.).

d) Servatur status primarius tenuium extra positionem in vocibus quibusdam, plerumque post productam vocalem: *dítiu* (gl. teges, gl. velare) Sg. 50^b. 55^b. *létenach* (gl. audax) Sg. 50^b. *séuti* (pretiosa) Wb. 23^d. *ét* (zelus), *rét*, *réta*, *rétu* (res) Wb. fq. *tét* (gl. fidis) Sg. 46^b. *fiacail* (dens) Incant. Sg. *fiaclaich* (gl. dentatam) Sg. 49^a. *liac*, *liacc* (lapis) Wb. 4^d. Sg. 22^a. 65^a. *léic*, *léicci* (sine, sinit) Wb. fq. *sléic* (gl. lodix) Sg. 69^a. *ic*, *icc*, gen. *icce* (salus; ex *jac*, p. 60) Wb. fq. *décu*, *déccu* (video) Wb. fq. *deac* (= *déc*, numerus X postpositus aliis, cum solitarius sit *deich*) Cr. *bréic* (acc., dolum, fraudem) Wb. 27^b. *brecairecht* (gl. astutia) Wb. 15^b. *trócaire* (misericordia) Wb. 4^c. 5^c. 15^b. *bóc* (gl. osculum) Sg. 46^a. In quibusdam harum vocum forsan *n* excussa statuenda; in aliis geminatio: *cretem*, gen. *cretme*, *creitme* (fides)

Wb. fq. *do crettim* Wb. 1^b, *crettes* (qui credit) 2^b, *rochretti* (credidit) 5^a. *téte* (luxuria) Wb. 20^b, *téit* (luxuriosae; cf. Teteus, Tettacus, Sylvanus Tettacus in Inscriptt.) Wb. 29^a. *mac, macc* (filius) fq. *bec, becc* (parvus, cambr. *bichan*) fq. *ocus, accus* (vicinus) Pr. Cr. 59^b. Wb. 23^b. *acus, ocus* (et; cambr. *a* = *ach*) fq. *aicmae* (genus) Sg. 34^b, *aicned* (natura; cambr. *ach*, genus, generatio, *c* = *cc* vice versa infecta) Wb. Sg. Ex eadem radice *aicsendaid* (gl. causidicus; *aicsiu*, causa) Sg. 74^b, pro qua *cs* in aliis obtinet *x*: *foxlid* (ablativus) Sg. fq., *forróxul* (gl. tulit) Wb. 27^a. *dixnigur* (appareo, sum; subst. *déicsiu*, visio, et *décu*, video) fq. Propriae sunt voces *pupall* (gl. tentorium; = *papilio* Lamprid., cambr. *pabell* e *papell*, unde hispan. *pabellon*, gall. hodiern. *pavillon*) Sg. 50^a. *mocoll* (gl. subtel) Sg. 63^a. *crocenn* (gl. tergus; i. e. receptaculum) Sg. 95^a. 111^b. *cucann*, *cucan* (gl. pistrinum, gl. cocina, gl. culina, gl. penus) Sg. 49^b. 51^b. 68^a. 107^b, quarum una vel altera peregrina? Non tanguntur certe tenues in vocibus peregrinis receptis, e. gr. *oipred* (opus, operatio) Wb. 1^b. Sg. 190^a. *papa* (papa, pontifex) Cr. 40^a. *popul* (populus) Wb. 33^a. *etal* (Italia) Wb. Sg. *notire* (notarius) Wb. 27^d. *sacart* (sacerdos) Wb. Sg. *loc, locc, luc, lucc* (locus) Wb. Sg.

Non admiscendae his tenues, quae in medio vocum e duabus consonis coalescunt, e. gr. in *epil* pro *etbil, atbil* in Sg.: *ciatbela indalanái ni epil alaill* (si perit unum non perit et alterum) 30^a. *ni epil* (non perit; cf. Wb. 4^d *atbelmis*, perissemus) Wb. 30^a. Eodem modo *epiur, epur, epert* (dico, dicere; cf. *asbiur*) Wb. fq., et *apélugud* (adulatio) Sg. 45^b pro *atpelugud* vel *asbélugud*: *apelugud ho belugud ho belaib* 7 *fomraid hi cridiu* (gl. tales amicitiae, falsae; i. e. adulatio loquendo labiis et falsitas in corde) Ml. 31^a. *doopir* (privat; = *do-odbir*) Sg. 221^a. *diuparthe* (privatus) Sg. 28^b. De tenui *t* in formulis *atom-, atob-, cotom-, cotob-, fritom-* etc. orta ex *dd*, *nd*, *thd* etc. vide sub infixione pronominum. Etiam *c* ex *thg*, *dg* in subst. adj. *écne* (sapientia, sapiens) Wb. 7^c. 8^a. 8^b. 26^d pro *aithgne* (gl. notum), ut *ætgnithi* (gl. intellecta) Wb. 1^b.

e) Manet intactum pronomen 2. pers. sing. T infixum et suffixum, personale: *notail* (te alit) Wb. 5^b. *notbeir* (fert te) Wb. 6^c. *duit* (tibi), *uait* (a te), *lat* (apud te) etc. Wb.; et possessivum: *ditgnímaib* (de factis tuis) Wb. 31^c, quod tamen excipitur

in initio: *ni tussu thóenur* (non tu solus; i. e. tua solitudo) Wb. 5ª.

P, T, C saepius pro mediis status duri i. e. pro *bb, dd, gg* adhiberi, supradictum est (p. 70); vice versa codex Sg. duplicationem mediarum ponit pro tenuibus originariis, praesertim DD pro T: *díddith* (gl. velax; cf. supra *dítiu*) 60ᵇ. *inis maddoc* (insula Matoci; in gloss. marg.) 194ª. *meirddrech loc* (gl. fornix; Wb. *mertrech*, meretrix) 113ª. *hilddai* (plurales) 71ᵇ. *dáldde* (gl. forensis) 57ª. *coldde* (gl. colurnus) 33ᵇ. 35ᵇ. *geinddae* (gl. genitalis) 64ª. *randdatu* (partitio; de terminatione *-te, -tatu* etc. post *l, n* vide mox infra) 27ª; atque plurimum in terminationibus verborum in *-addar, -eddar, -ddar, -dde, -ddis*, pro *-atar -etar, -tar, -te, -tis* (exempla videsis in verbo). Scriptio BB pro P in nomine proprio viri *Coirbbre* (in gloss. marg.: *meisse* 7 *choirbbre*, i. e. ego et C.) Sg. 194ª, = *Coirpre, Carpire* (term. *-ire, -re* ut in *rectire, notire* etc.) i. e. Carpentarius, si conferimus vocem gallicae originis *carpentum*. Recentius idem nomen est *Cairbre* e subst. *cairb*, currus, pro quo et *carbad* = *carpant, carpent* (cf. nom. gall. hod. *Charpentier*, germ. *Wagner*).

Infectione tenues transeunt in aspirationem, quae simplice modo addita post easdem H significatur, ita ut P, T, C infectae fiant PH, TH, CH. Quae scriptio et hodie obtinet in lingua gaelica; hibernica autem et hic, ut alias semper, signum infectionis punctum superadditum assumsit (cf. p. 63 et 72) Quod punctum aspirationis signum procul dubio prodiit e vetusto ejusdem signo, dimidio scilicet literae H priore, quod in scriptura minore etiam in codicibus hibernicis vetustis interdum superaddita invenitur tenui aspirandae, e. gr. in Sg. 188ª: *tri digbail fa tormach* (= *fa thormach*, cum signo supra *t*), in cod. Neoburg.: *cris natrac mucris natair* (= *cris nathrach muchris nathair*, cum iisdem signis supra utramque *t* et *c*). Pronuntatio recentioris linguae aspirata solita est, *ph* = *φ*, *ch* = *χ*, excepta *th*, quae ut *h* profertur, hibernice et gaelice. In vetusta tamen et hanc fuisse *ϑ*, affinemque sono *s*, indicat ejus commutatio cum hoc, ut fit saepius in codicibus cambricis, in uno saltem loco codicis Ml. 18ª: *cochotabosadsi*, cum sit 33ᵇ: *cofotabothad* (cf. p. 66).

Inficiuntur autem tenues 1. in initio vocum in constructione sermonis (secundum regulas infra dicendas): *onphapha* (a papa)

Cr. 40[a]. *inphreceptori* (praeceptores) Wb. 5[a]. *ón chetni phersin* (a prima persona) Sg. 191[a]. *rophroidech* (praedicavit) Wb. 5[a]. 10[c]. *mo thol cholnide* (voluntas mea carnalis), *hó thoil cholno* (voluntate carnis; *tol, colinn*) Wb. 3[c]. 20[c].

2. In medio et fine vocum. *a)* Extra positionem secundum generalem regulam.

TH = T infectae: *athir* (pater), *máthir* (mater), *bráthir* (frater) fq. *cethir* (= quatuor) Sg. Cr. *lethan* (latus; cf. Litana Liv.) Wb. 16[a]. *irroithinchi* (gl. in hilaritate) Wb. 5[d]. *roithnech* (gl. serenus; = *roithinech,* cf. Ruteni) Ml. 33[a]. *breth,* gen. *brithe* (judicium; cf. Vergobretus Caes.) Wb. fq. *bith, betho* (mundus), *bith-* (sensum augens; cf. Bituriges) fq. *loth,* gen. *loithe* (palus, coenum; cf. Lutetia) Sg. 34[a]. 127[a]. *cath* (pugna; cf. Caturiges, Catuslogi Plin.) Wb. 9[a]. 22[d]. 23[d]. *fonchath* (gl. sub Marte) Sg. 44[a]. *do chathugud* (ad pugnandum) Wb. 22[d]. *roth* (rota) Ml. 18[b]. *gáth* (sapiens; cf. Ambigatus Liv.) Wb. fq. *gnáth* (consuetus; cf. Boduognatus, Critognatus Caes.) Wb. Sg. *sciath* (scutum) Sg. 49[b]. Ml. 22[c]. Addenda *th* infecta interna passim obvia in flexionibus verborum et derivationibus *-athar, -ithir, -ithe, -ithi* etc., respondentibus latinis *-atur, -itur, -atus, -itus,* etc., et in fine porro in derivationibus substantivorum *-ath, -eth, -ith, -uth* (lat. *-at, -ut* e. gr. in *peccatum, aetatis, virtutis*), ut in terminationibus verbi passivi *-ath, -eth* (lat. *-atus, -itus*). In medio scriptio *th* quamvis sit communis, rariora tamen sunt ejus exempla in fine, ut *peccath* (peccatum) Wb. 9[c]. *dligeth* (lex) Sg. 2[b]. *toschith* (victus) Wb. 10[d]. *diltuth* (scandalum) Wb. 6[c]. *érbrath* (dictum est) Sg. 220[a]. *roslogeth* (gl. absorbta est, mors) Wb. 13[d]. Solita enim in hoc loco est scriptio *d,* cujus mox infra sequentur exempla.

Exempla quaedam vocum, quae in medio infectam *th* excutiunt, ut *dál* (forum) pro *dathl, én* (avis) pro *ethn, cenél* (genus) pro *cenethl,* jam supra memorata sunt (p. 20 et 23).

CH = C infectae: *sechem, sechemmar, sechitir* (sequimur etc.) Wb. fq. *crochad* (crucifixio), *croch,* gen. *cruche* (crux) Wb. fq. *mertrech, meirddrech* (meretrix) Wb. Sg. E vita S. Congalli abbatis hibern. ap. Boll. Mai. 2, 584: hominis mater *Luch* vocabatur quod sonat latine mus (cambr. hod. *logod* e vet. *locot,* idem significans). Addenda et hic *ch* infecta interna in derivationibus

-*achas*, -*echas*, -*echaire*, -*echide* etc.: *airechas* (primatus) Wb. 1^d. 3^d. Sg. 174^a. *tóisechaire* (gl. primas) Sg. 50^a; et frequentissima finiens in derivationibus -*ach*, -*ech*, -*uch*, quibus respondent gallicae vetustae -*ac*, -*ec*, -*ic*, -*uc* in nominibus Rauraci, Raurici Plin. Inscr., Turecum Inscr., Avaricum Caes., Aventicum Tac., Aduatuci Caes. De terminatione -*ach* pro *ách*, eadem quae est in nominibus gallicis derivatis -*âcum*, -*iâcum*, atque in cambricis derivatis -*auc* (= *âc*) videsis p. 20.

CH e P transgressa: *fliuch*, *fliuchide* (humidus, madidus, cf. p. 65; cambr. *gwlyp*: *kynwlypet*, aeque madidus, Mab. 2, 378, *rogulipias*, gl. olivavit, gl. Lxb.) Sg. Cr. *ech* (equus; in deriv. *echaire*, gl. mulio, et compos. *echlas*: *inechlas múldae*, gl. mulionicam paenulam; cf. Epona, Eporedia, Eporedici, nomina gallica) Sg. 33^b. 62^b. *nech* (pron., britann. *nep*) fq. *sech* (praep., cambr. vet. *hep*) fq. *cách* (quivis; cambr. vet. *paup*) fq.

In flexionibus verborum et derivationibus duarum vel plurium syllabarum si excutitur vocalis incipiens (cf. p. 34), *th* et *ch* internas etiam infectas associari consonis terminalibus radicis, nec effici positionem regula est.

Exempla TH accedentis, in flexionibus verborum: *adrimther* (adnumeratur) Camarac. *carthar* (amatur) Sg. 193^b. *asberthar* (dicitur) Wb. fq. *berrthar* (gl. tondeatur) Wb. 11^c. *gaibther* (sumitur) Wb. 12^c. *scríbthar* (scribitur) Sg. 28^a. *legthar* (legitur) Wb. 9^b. *tucthar* (intelligitur) Wb. 12^c. *crochthe* (crucifixus) Wb. 29^d. *ærsoilcthe* (apertus) Sg. 147^c. In derivationibus: *eperthith* (gl. lelex; i. e. locutor) Prisc. Cr. 48^a. *indilegthith* (gl. exterminator) Cr. 43^b. *fledaichthith* (gl. epulo) Sg. 52^a. *pectha*, *pecthe* (plur. a *peccad*) Wb. fq. *foirbthe*, *foirbthetu* (firmus, firmitas) Wb. Quibus addo nomen viri *Carthachus* (cambr. vet. *Caratauc*, gall. vet. *Caratacus* Inscr.) Boll. Aug. 1, 343.

Exempla CH accedentis: *cenélcha* (generalia, sing. *cenélach*) Sg. 3^a. *sualchi*, *dualchi* (benefacta, malefacta; sing. *sualig*, *sualich*, *dualich*) Wb. fq. *ishitilchaib ardaib* .i. *isnaib telchaib* (gl. in excelsis) Ml. 14^a. *tailchube* (gl. crater), *indælchubi* (gl. cadi) Sg. 95^b. 180^a. *salchuach* (gl. salinator) Sg. 100^b. *dedencha* (finalia) Wb. 30^d. *inmedónchaib* (gl. pro intestinis) Sg. 111^a. *inmedónchu* (interior) Sg. 39^a. 40^a. *diairchinchib* (de primariis; *airchinnech*) Wb. 7^b. *sinnchenae* (gl. vulpecula) Sg. 47^a. *senchas*,

gen. *senchasso* (lex) Wb. 20ª. 30ᶜ, plur. *senchassa*, *senchaissi* (statuta, antiquitates) Wb. 28ᶜ. 31ᵇ, dat. *senchassib*, *senchassaib* Wb. 30ᵈ. 31ᵇ. *ainches* (gl. fiscina) Sg. 37ᵇ. *tenchor* (gl. forceps) Sg. 70ª. *centarcha* (gl. citima) Cr. 36ª. *centarchu* (citerior; *centarach*) Sg. 39ª. 72ª. *dorche* (obscuritas, obscurus) Sg. 165ª. 183ᵇ. Ml. 30ᵇ. *curchas* (gl. arundo) Sg. 52ᵇ. *cáirchuide* (gl. ovinus) Sg. 37ᵇ. *do hireschaib*, *hireschu* (fidelibus, fideles) Wb. 3ª. 4ᵇ. *frissna diltadchu* (gl. adversum negatores) Ml. 20ª. *fodordchu* (gl. susurratores) Wb. 1ᶜ. *cerddchae* (gl. officina) Sg. 51ᵇ. *cumachtchu* (gl. potior) Sg. 39ᵇ.

Excipiuntur ab hac regula solae tres consonae L, N et S finientes radicem augendam, quae a ceteris eo differunt, quod respuunt infectam TH post se et positione junctae servant statum primarium T terminationum, scilicet -*tar*, -*ter*, -*tith* etc.: *réltar* (manifestatur) Wb. 12ᵈ. *rélto* (manifestationis; pro *rélatho*) Wb. 12ᵈ. *adcomaltar* (conjungitur) Sg. 148ᵇ. *accomallte* (gl. socius; i. e. junctus) Wb. 5ᵇ. *dalta* (gl. curialis) Sg. 55ᵇ. *remdedólte* (gl. antelucanus) Sg. 36ª. *boltigetar* (odorem faciunt; *bolad*, odor) Wb. 14ᵈ. *denti* (faciendum) Wb. fq. *forcanti* (intimandum, praecipiendum) Cr. 33ᶜ. *digente* (faceretis) Wb. 9ᵈ. *múntith* (gl. eruditor) Wb. 1ᵈ. *ingrentid* (persecutor) Wb. 18ᵈ. *rufeste* (sciretis) Wb. 9ᵈ. *césto* (passionis; *césad*) Wb. Sg. fq. *béste* (moralis), *béstatu* (moralitas) Wb. 12ᵈ. *nephchostae* (gl. apes) Sg. 102ᵇ. *glanchosta* (gl. merops) Prisc. Cr. 48ª. *lámostae* (gl. manulatus) Sg. 60ª.

b) In positione, contra communem regulam, an possit statui infectio tenuium aliquarum vocum (cf. *taschidetu* p. 73 pro *tasgg.*), incertum est. In vocibus enim, quarum etymologia obscura est: *úrphaisiu* (cancer, morbus), *do úrfuisin* (gl. ad cancer Sg. 100ª. *corthón* (: *lester chorthón bís ocedpartaib dodeib*, gl. effutilis) Sg. 56ᵇ. *mílchumae* (gl. cimex) Sg. 69ᵇ. *inna coilchomæ* (gl. intestinorum) Sg. 49ᵇ, supponi poterit etiam sive derivatio sive compositio.

Exemplis supra expositis (p. 73) manifestum est, saepius TH locum tenere D inficiendae in codicibus vetustis; plura multo alia contra exempla demonstrant, inverso modo D et G (quae sunt pronuntiandae certo cum aspiratione) locum tenere pro TH et CH infectis e T et C.

D = TH interdum in radice: *mádramil* (maternus; = *máthr.*) Wb. 13. *gnád* (= *gnáth*, consuetus) Wb. 8^d. *maid* (bonus) Wb. 1^c. 1^d. 2^a. *bidbéo* (semper vivus, immortalis; alias *bith-*) Wb. 3^b. *aidgne* (= *aithgne*, cognitio) Wb. 1^c. Multo frequentior est in flexionibus verbi deponentis *-adar, -edar,* et verbi passivi *-idir, -fidir: moladar* (laudat) Wb. 17^b. *comalnadar* (implet) Wb. 15^b. 29^a. *midedar* (cogitat) Sg. 63^a. *predchidir* (praedicatur) Wb. 14^d. *fírfidir* (verum fiet) Wb. 13^d. *iccfidir* (salvabitur) Wb. 25^a, pro quibus in aliis locis occurrunt *-athar, -ethar, -ither, -fither.* In verbi deponentis *-igur* tamen tertia persona solummodo in usum venisse cum *d* *-igedar, -igidir,* exempla docent sat frequentia (sub verbo). Frequentissima autem est *d* pro *th* in fine terminationum, e. gr. in flexionibus praeteriti passivi *-ad, -ed,* quae in plur. fiunt *-atha, -etha* (cf. verbum), atque in derivationibus substantivorum *-ad, -ed, -ud,* e quibus prodit *th* accedente flexione: *comalnad* (impletio) Wb. fq., gen. *comalnatha. dliged* (lex), plur. *dligetha* Sg. fq. *dilgud* (remissio), gen. *dilgotho, dílgutha* Wb. 2^c. 18^b. *crochad* (crucifixio), gen. *crochtho* Wb. 8^a. *peccad* (peccatum), gen. *pectho* Wb. fq. *foilsigud* (manifestatio) Wb. 3^a. 12^d, gen. *foilsichtho* 12^d. *incholnigud* (incarnatio), gen. *incholnichtho, incholnigthea* Wb. 4^d. 27^d. Manere autem *d* solet etiam in medio, ubi alias praevalet scriptio *th*, in derivationibus substantivorum *-id, -lid, -nid, -thid,* si flexione augentur, in *-idetu* atque frequentissima *-ide* adjectivorum: *forcitlid* (praeceptor), plur. *forcitlidi* Wb. fq. *aitribthid* (incola; conf. supra scriptionis *-thith* exempla) Sg. 57^b, plur. *aitrebthidi* 32^b. *timthirthidi* (servi, plur.) Wb. 8^c. *fognamthidi* (ministri) Wb. 8^c. *foglimthidi* (discipuli) Wb. 13^a. *ailidetu* (alternitas) Sg. 38^a. 60^b. *cétnidetu* (primitivitas) Sg. 188^a. Adjectiva: *forbuide* (gl. intensivus; cf. *foirbthe, foirbthetu* Wb.) Sg. 221^b. *stóride* (corporalis), *colnide* (carnalis), *rechtide* (legalis) Wb. fq. etc. Cujus derivationis vocali inchoante excussa, manet *-de* cum *d* etiam post duas consonas, adeoque post *l, n,* nunquam tamen post *s* (post quas *t* obtinet non infecta secundum regulam): *torcde* (aprinus), *ilde* (pluralis), *conde* (caninus) Sg. Plura alia exempla sub derivatione.

G = CH in radice: *doig* (verisimilis; alias *doich*, comp. *dochu*) Wb. 5^d. Frequentior est in derivatione *-ech* aucta, e. gr.

-*egas: airegas* (primatus) Wb. 7[b]. 12[b]; in comp. et superlat. -*egu*, -*igiu*, -*igem: tóisegu* (prior; *tóisech*) Wb. 18[d]. *toisigiu* Sg. 153[b]. 189[b]. *tóisigem* (gl. primus) Sg. 42[a]. *dligthigiu* (rationabilior; *dligtech*) Sg. 22[a], cum sint in aliis locis: *airechas* (principatus) Wb. Sg. *tóisechu* (gl. prior) Sg. 42[a]. *tairismechu* (fortior) Wb. 28[b]. *inna mindechu* (gl. tenuiores) Ml. 26[b]. 27[d]. In combinatione porro GD pro CHTH: *airegde* (praestans; *aireg-de, airech-the*, cf. *airech, airechas*) Wb. 4[c], comp. *airegdu* (praestantior) Wb. 1[c]. 18[d]. 25[b]. *irnigde* (oratio) Wb. fq., cum sint adhuc *mindchichthiu* (gl. tenuior; e *mindchich-the*) Ml. 19[d]. *irnichthe* (oratio) Wb. 17[a]. In terminationibus tamen -*igud*, -*ugud*, gen. *igtho* vel *ichtho*, non *ch* originaria, sed potius *g* ante *th* transiens interdum in *ch* statuenda est (cf. derivationem). Praecipuam sedem et haec *g* pro *ch* sumsit in fine vocum, in flexionibus derivationum -*ach*, -*ech* substantivorum et adjectivorum: *itossug* (in initio; nom. *tossach*, et dat. *itossuch* 14[c]. 19[b]) Wb. 17[a]. *isinteglugsin* (in hac familia) Wb. 21[a]. *óis teglig* (gen., aetas familiae, i. e. ii qui familiae sunt, familiares; nom. *teglach*, ut *tenlach, catlach* etc. compos. cum -*lach* fungente ut derivatio) Wb. 7[b]. *in ellug* (in unione) Wb. fq. Accus. sing. et nom. plur. substantivi *cathir* (civitas), gen. *cathrach*, scribitur in Sg. et Ml. *cathraig* (vide sub declinatione). Adjectivorum derivatorum in -*ach*, -*ech* pluralis eodem modo est sat frequenter -*ig: cumachtig* (potentes) Wb. 14[c]. *dúthrachtig* (volentes, promti) Wb. 23[b]. *dássactig* (stulti) 12[d]. *hiressig, amhiressig* (fideles, inf.) 12[d]. 19[b]. *eolig* (sapientes; Sg. *eolach*) Wb. 14[d]. 26[b]. 31[d]. *airig* (primi; sg. *airech*) Wb. 25[b]. *toirsig* (tristes; sing. *toirsech*) Wb. 27[c]. Sed etiam -*ich: dasachtaich* (gl. insensati) Wb. 19[b]. *iressich* (fideles) 24[c]. *éolich* (sapientes) 15[b]. *toirsich* (tristes) 26[d]. *fíachaich* (debentes) 7[a]. *buidich* (grati) 7[a]. 29[b]. *tairismich* (constantes), *cretmich* (credentes; -*mech*) 5[d]. 10[a]. Non aliter in sing. genit. masc. dat. et accus. fem.: *toirthich* (frugiferae, arboris) Wb. 5[b], *toirthig* Ml. 15[b]. *isindepistil tóisich, isindedenich* (in prima epistola, in ultima) Wb. 14[d]. *ónd rainn dídenig* (a parte posteriore) Prisc. Cr. 62[b]. *cumddubartaig* (gl. ancipiti, terminant genitivo) Sg. 104[a]. *fíaclaich* (gl. dentatam) Sg. 49[a]. *forbartaig* (gl. exoletam, virginem) Sg. 173[a]. *frisintitacht tóisig* (ad adventum primum) Wb. 25[d].

Alia infectio tenuium in lingua vetusta hibernica nondum

exstat. Tenuium infectio nasalis in quibusdam vocibus cambricis tantum occurrit; a lingua hibernica, tam vetere quam recente, aliena est, in qua scilicet destrui solet liquida nasalis ante tenues, tam in medio vocum quam in fine, siquidem vox sequens a tenui inchoat, in pronominibus et particulis quibusdam (p. 52 sqq.).

Infectio destituens tenuium est recentioris solummodo linguae hibernicae, ut britannicae, qua scilicet tenues P, T, C debilitantur in medias B, D, G. Infectio haec destituens, de qua hic et in sequente capite dicendum ad comparationem faciendam cum infectione destituente britannica, praesertim cambrica, infra sequente, obtinet in lingua hibernica recentiore et gaelica in majore parte earum vocum, quae statum durum tenuium retinent in vetusta lingua. Quod fit:

1. In initio vocum post pronomina et particulas, quae *n* finientem respuunt ante tenues, a quibus inchoant sequentes voces. Plura de hac infectione, vel eclipsi, si utimur denominatione grammaticorum hibernicorum, destituente infra in sequente capite.

2. In medio et fine vocum. *a*) In positione, in combinationibus scilicet *rp, sp, st, sc,* et cum majore quidem aliquid ambitu in lingua gaelica, quam hibernica: hibern. gael. *carbad* (= carpentum; vet. hibern. *carpat* in Glossar. Corm. ap. O'Don. p. 151, quam tamen vocem ex eodem loco idem scribit *carbat* p. 259). hibern. *easbog,* gael. *easbuig* (episcopus; vet. *epscop*). gael. *Criosd* (Christus; hibern. vet. *críst*), hibern. hodiern. *Criost,* sed *criosdaidh* (christianus). *éisdeacht* (auditus; vet. *étsecht*). hibern. gael. *iasg* (piscis). Obtinet tamen etiam *corp* (corpus), *corpardhe* (corporalis). Tam gaelice quam hibernice etiam in initio vocum *sg* in usu est, e. gr. *sgaradh* (separari; vet. hibern. *scarad*), *sgéal* (nuntius; vetust. *scél*), *sgríobhaim* (scribo; vet. *scríbim*), sed magis *sp*, e. gr. *spiorad* (spiritus), quam *sb,* quae tamen ut et *sd* in initio interdum occurrit. Combinatio *cht* gaelice semper fere, hibernice rarius est *chd:* hibern. *reacht,* gael. *reachd* (lex), hibern. *seacht,* gael. *seachd* (septem), hibern. *daoineacht,* gael. *daoineachd* (populatio); attamen etiam hibernice: *achd* (sed), *uchd* (pectus), *umhlachd* (humilitas). Combinationes *lt, lc, rt, rc, nt* persistunt non solum hibernice, sed etiam gaelice: *alt* (artus), *olc* (malus),

sgailc (ictus), *neart* (virtus), *marc* (equus), *seirc* (amor), hibern. *muinter*, gael. *muinnter* (familia), hibern. *sant*, gael. *sannt* (avaritia).

b) Extra positionem consueta est destitutio, sive excidit *n* ante tenues sive non excidit: *eadar* (vet. *etar*, inter), *ceud* (vet. *cét*, centum), *deud* (= *dét*, dens), *óg* (juvenis), *cúig* (quinque); *pubull*, *puball* (tentorium; vet. *pupall*), *pobull* (populus), *abgidir* (vet. *apgitir*, alphabetum), *caibidil* (capitulum), *creideamh* (vet. *cretem*, fides), *agus* (et; vet. *acus*, *ocus*), *mogul* (vet. *mocoll*, gl. subtel), *sagart* (sacerdos), *leig*, *leigid* (permittere; vet. *léic*), *deug* (decem), *póg* (osculum; vet. *bóc*), *seabhag* (falco; vet. *sebocc*). Eodem modo in derivationibus *-ad*, *-ed* etc.: *carbad* (= carpentum), *airgiod* (= argentum), *fichead* (vet. *fichet*, viginti), atque in flexionibus verborum *-ad*, *-id*, *-adar* (vet. *-at*, *-it*, *-atar*). Destituitur *t* pronominis suffixi personalis et infixi possessivi, hibernice et gaelice: *agad* (apud te), *asad* (e te), *ionnad*, *annad* (in te), *umad* (circa te), *fúd*, *fodhad* (sub te) etc.; *ód láimh* (a manu tua; vet. *ótláim*), *read láimh* (ante manum tuam). Sed contra: *leat* (apud te), *uait* (a te), *diot* (de te), *duit* (ad te), *riot*, *riut*, (ante te) etc.; *do téadan* (ad faciem tuam), *do tfáighe* (ad prophetam tuum; *t* ante vocales et *f*). Excipiuntur et voces quaedam, sive ob geminationem tenuium sive ob vocalem productam: *mac* (filius), *cnoc*, *cnocán* (collis, colliculus), *leac* (lapis), *íoc* (salvare, sanare), *fiacail* (dens) etc.

Aspiratae.

Φ Θ X. Liceat singularibus signis designare, ergo e graeca lingua petitis, cum in ceteris linguis non sit pro quacumque aspirata etiam singulare signum et non compositum. In vetustis nominibus gallicis indubia est aspirata labialis *Φ*, F (PH); incipiens: *F*ocunates (pop. raeticus) Plin. 3, 20. Arria *F*adilla, Julia *F*adilla (mater et soror Antonini Pii, generis Nemausensis) Capitolin. Antonin. P. c. 1. In chartis et libris medii aevi: villa *F*ornolus, dipl. a. 632 ap. Mabill. dipl. p. 464. villa quae dicitur *F*elgerias, dipl. a. 998 ap. Mabill. p. 579. pagus *F*alminensis (al. Falmenna, hodie Famène, regio ad Arduennam sil-

vam) Boll. Sept. 1, 700. ecclesia *F*asleia, Boll. Octob. 1, 295. Combinatio FL: *Fl*aniggo Inscript. Brix. Orell. 2543. FR: *Φρουδις* (fluv. Belg.) Ptol. *Fr*egus (Raetus) Inscr. Orell. 484. *Fr*icus, nomen figuli in vasis figlinis. Juliae Mursae Roa*fr*iti feminae (cf. nomina virorum cambrica vetusta compos. *Milfrit, Guorfrit* in libro Landav.) Inscript. Ratisbon. ap. Gruter. 527, 2. *Fr*ontasia *Fr*ontonis fil. (-asia ut in aliis nominibus gallicis Mercasia, Ocrasia) Inscr. Grut. 741, 4. *Fr*onto Cosonis fil. Inscript. Juvav. Grut. 872, 2. In media voce: Pompeji Magni primum ludi ostenderunt chama, quem Galli *rufium* vocabant, effigie lupi, pardorum maculis (ita ed. Sillig., al. *chaum* pro *chama, raphium* pro *rufium*) Plin. 8, 19. *Ῥουφιάνα* (nomen loci a parte sinistra Rheni superioris, inter nomina indubie celtica Borbetomagus, Noviomagus, Argentoratum) Ptol. 2, 8. *Ῥουφῖνος Κελτὸς τὸ γένος* Zosim. 4, 51. Sau*f*ellus Trogus Tacit. Annal. 11, 35. Matronis Au*f*aniabus, Au*f*anis Inscript. Noviomag. et Lugdun. Orell. 2079. 2106. Au*f*ustius Catuso Inscript. Orell. 273.

Non certum est, si occurrunt hinc inde, atque omnino infitiandum de gallicis aspiratis praeter *f*, de gallica scilicet aspirata dentali et gutturali. *Θ*, TH falsa procul dubio in his nominibus: *Βαθανάτιος* (dux Gallorum) ap. Athenaeum 6, 5, in diversis codicibus scriptum etiam *Βατάνατος* et *Ἀθανάτιος*, secundum nomen populi *Adanates* in vet. inscr. ap. Orell. 626 rectius erit *Adanatius*. *Ambacthius*, nomen viri in inscr. ap. Orell. 2774, est idem quod in alia ap. Stein. 877 rectius scribitur *Ambactus*, nomen item viri (cf. *ambacti* Gallorum ap. Caes.). Inscriptio porro ap. Orell. 3582: Virdomárus *Th*artontis f. domo Biturix, eadem quae occurrit ap. Murator. 870; verumtamen hic legitur *Tr*arontis pro Thartontis. Rio*th*imus (Britonum rex) ap. Jornandem c. 45 est pro Riotimus, vel potius Riotamus (nom. viri propr. cambr. vet. *Riatam, Riataf* Lib. Land. 176. 177, armor. adeo etiam *Riatham* e cod. S. Vedast. ap. D. Mor. 211, cum tamen sint in Rhed. *Woratam, Conatam* 1, 22. 34; cf. et Cunotamus Orell. 2779), ut in media latinitate alternant spata et spatha (cf. Cangium). Fidem non magnam habeo nominibus herbarum gallicis apud Dioscoridem, nisi ex lingua celtica ipsa comprobentur incorrupta. Corruptum autem est procul dubio *ταρβηλοδάθιον* (gr. *ἀρνόγλωσσον*, lat. plantago minor) 2, 152. De eadem herba le-

gitur apud L. Apulejum Madaurensem (Medici antiqui. Venet. 1547. p. 211[a]): arnoglosson, arnion . ., cynoglosson . . . Galli Tardos, Lotios. . . . Romani plantaginem latam, alii plantaginem majorem. Nomen Tardos, Lotios = tardoslotios etiam hic corruptum; ex utroque tamen combinato poterit erui *Ταρβοταβάτιον*, i. e. lingua tauri Gallis, quae aliis dicebatur lingua agni, lingua canis, e hibern. vet. *tarb*, cambr. *tarw* (taurus) et cambr. *tafawd* (lingua; = vet. *tabât*). Inde nec auctoritatem habebunt pro vindicanda ϑ Gallorum nomina herbarum residua duo ap. Diosc.: *ϑῶνα* (gr. *χελιδόνιον*, lat. fabium) 2, 211. *ϑέξιμον* (gr. *ἀριστολοχία*; cf. p. 58).

In tanta nominum gallicorum copia apud Caesarem, Plinium aliosque scriptores atque in Itinerariis romanis ut nusquam apparet aspirata dentalis non invenitur ita gutturalis *X*, CH. Apud Gregorium Turonensem demum obvia sunt nomina quaedam armorica in quibus *ch* non infitiandum est: *Ch*anao, *Ch*onomorus, *Ch*onober, Britannorum comites, 4, 4. 20; Waro*ch*us Macliavi filius, 5, 16. 27. 9, 18. Sed non difficile perspicere in his *ch* obtinere pro *c*, si conferimus nomina virorum britannica *Keneu* (i. e. Catulus) Mab. 2, 236, *Morcenou* Lib. Land. 136, *Junkeneu* Rhed. ap. D. Mor. 357, atque composita cum *cun-*, *con-* *Cunotamus*, *Conomaclus*, *Maglocunus* (infra sub U britann.). Warochus item est nomen armor. *Weroc*, *Gueroc* Rhed. ap. D. Mor. 331, obvium etiam in nomine frequente regionis armoricae *Broweroc*, quae dicitur *patria Gueroci* Rhed. ap. D. Mor. 339, derivatum ut plurima in *-ôc* (cambr. vet. *auc*, = vet. gall. *-âc*). Sic res nec aliter se habebit in paucis nominibus quibusdam alibi obviis: *Χιομάρα* (uxor Ortiagontis Galatarum regis; a quo nomine non diversum fuerit nomen viri Civismarus ap. Liv.) * Polyb. 22, 21. Chrixus (Bojorum dux; in quo equidem nil aliud video quam adj. cambr. *crych*, crispus, cf. *ch* = x sub spirantibus britannicis) Sil. Ital. 4, 248.

---

* Nomina peregrina apud graecos scriptores minus accurate procul dubio reddita leguntur, quam apud latinos, sive ab auctoribus ipsis male percepta et ori graeco magis accomodata, sive a librariis depravata. Sufficient gallica quaedam nomina ab iis corrupta: *Οὐεργέντοριξ* (= Vercingetorix Caes., cujus formam genuinam comprobat nomen *Cingeto*rix Caes., sine particula *ver* praemissa) ap. Plut., *Λουκοτεκία* (= Lutetia; cf. p. 18) ap. Ptol., *Ἴσομβρες* (= Insubres) ap. Polyb.

Ἀκιχώριος (Gallorum dux) Pausan. 10, 19. Fenochea Inscript. Nannet. Orell. 4459.

De destructione classis pristinae aspiratarum in linguis confinibus germanicae a parte utraque, in lingua slavica scilicet et celtica, supra dictum est (p. 43 sqq.); plena inde hujus classis copia ea, quae animadvertitur in linguis, quae servarunt originariam consonarum distributionem, in graeca et pro majore parte etiam latina, in his observari non potest. Nesciunt dialecti prussicae (lithuanica, lettica, proprie prussica) aspiratas omnino. Lingua slavica et celtica ignorant quidem easdem quoque pro majore parte, attamen unam saltem sibi utraque quasi magis gratam reservavit.

Slavica retinuit sibi *ch*, aspiratam gutturalem. In gutturalibus enim haec lingua, neglectis plurimum ceteris, labialibus et dentalibus, omnem fere suam infectionis vim varietatemque explicuit, quamcumque resolvens adeo in duas infectas, *g* in *z* et *zh* (1. *znaju* = *gnosco*, *zima* = hibern. *gaim*, hiems, *zemia* = humus, * *mlzu* = mulgeo, *az* = ego; 2. *zhena* = *γυνή*, *lezhati* = germ. *ligan*, *lozhe* = hibern. vet. *lige*); *k* in *s* et *cz* (1. *serdce* = cor, cordis, hibern. vet. *cride*, *sluch* = hibern. *cluas*, auditus, *desjat* = *δέκα*; ** 2. *czetyre* = lit. *keturas*, hibern. vet. *cethir*, lat. *quatuor*, *lieczìti*, mederi, *lieczka*, curatio, a *ljek*, medicus); *ch* in *s* et *sz* (1. *Czech*, plur. *Czesi*, *gluch*, surdus, plur. *glusii*, *nesoch*, *nesochom*, tuli, tulimus, *nesoste*, tulistis; 2. *nesosza*, tulerunt, *such*, siccus, *susziti*, siccare). Accedit *szcz* orta e positione gutturalium (*moszczi* e *mogti*, *mozhti*, posse; *noszcz*, nox, = *noct*; *dszczer*, filia = lit. *duktis*; *plaszcz*, pallium, = boh. *plachta*). Infectione gutturalium mira varietas sibilantium est orta, quae interdum solummodo in alias classes transgrediuntur (*zhiw* e *giw* = hibern. *biu*, vivus; e *woditi* fit *wozhdju*, duco, e *chotjeti choszczu*, volo, sibilo praemisso ante dentales *d*, *t*).

---

* H, CH originaria fit *g* slavice, quae manet solummodo ante vocales sonosque non inficientes: *gost* = *hostis*, *gard*, *grad* = *χόρτος*.

** Variatio hujus inferioris infectionis gradus est *c* (= *ts*) in derivationibus et flexionibus praesertim: *Morawec* = Moravicus, *po rjecje* (ad fluvium) e nom. *rjeka*, e quo deriv. *rjeczka* = *rjekika* cum infectione superioris gradus.

Quidni in tanta gutturalium exuberantia etiam aspiratam ordinis gutturalis servare potuisset? Aspirata haec *ch* in inferiore sua infectione *s* juncta est tenui *k*, cujus infectio inferior item est *s*. Aspiratam slavicam in pluribus certe vocibus ortam esse transgressione e gradu tenuium pristino eodem modo ut orta est *h* in gothica lingua, negari non poterit; e. gr. *chljeb*, panis, goth. *hlaibs* (radix originaria *klaif?*), *chwila* (germ. *hwila, weile*). In lithuanica lingua hujus transpositionis slavicae experte respondet *k* sive orta ex ea *sz, ss: chren* (armoracia), lit. *krenas; chlm*, lit. *kalnas*, lett. *kalns*, lat. *collis; chrom* = lat. *claudus*, lett. *klibs*, lit. *szlubbas*, britann. *clof*, goth. *halt* (slav. *r* ut in *srebro*, germ. *silber*); *griech* (peccatum), lit. pruss. *grik; blocha*, lit. *blussa*, lat. *pulex* (= *-ec*), germ. *floch; werch* (summitas), lit. *wirsza*. E contrario ut slavica aspirata infectione transit in *s*, vice versa aspirata interdum etiam ex *s* progressa putanda erit, e. gr. in vocibus *chrib, chrebet* (dorsum, jugum), hibern. vet. *sliab* (mons); *pjech* (pes, quae forma supponenda e *pjesz*, pedes, *pjechota*, pedites), hibern. *cos, coss* (hibern. *c* = *p*); *m'ch, mech, moch* (muscus), germ. *mos, moos; sluch* (auditus, fama), hibern. vet. *clúas;* in terminationibus praeteriti verborum *-ach, -achom, -achu, -och, -ochom* etc., quae respondent hibernicis et britannicis *-as, -asam* etc. potius, quam graecis in *-ηκα*, atque in terminatione locativi pluralis *-ach, -jach, -ech, -jech*, quae procul dubio eadem est ac indica *-asu, -su*.

E dictis quid ergo statuemus? Slavicam aspiratam partim quidem prodiisse e tenui gutturali, partim ex *s;* sed quidni partim etiam, pro parte forsan majore, residuam esse ex primigenia aspirata (ut in *chmel* = *humulus*), quae amissa transgressu in mediam *g* (e. gr. *gost, grad* etc. refecerit recipiendis novis advenis? E ceteris aspiratis neglectis, si non sunt destructae, voces quoque in hanc aspiratam inprimis adamatam transpositas esse, bene concedetur.

Quae quidem transpositio in lingua latina, quae non ut lingua graeca omnes tres aspiratas aequali amore tractavit, sed etiam unam, *f* scilicet, praetulit ceterasque neglexit, aperta est. Voces e. gr. *fera, ferveo, fores* ex aspirata dentali transpositae deprehenduntur, si conferuntur graecae *θὴρ, θέρω, θύρα*. Vox gr. *οὖθαρ* latine facta est *uber*, *d* in media voce transgressa in eun-

dem gradum mutarum, mediarum scilicet, in quem transiit in germanica *uder* (*d* = *b* = *ϑ*). Aspirata dentalis inde in lingua latina fere omnis destructa est; quae enim occurrunt *th*, sunt graecae originis. Mansit tamen aspirata gutturalis, quamvis et haec ipsa debilitata in *h*: *hiems* = *χεῖμα*, *hortus* = *χόρτος*, *vehere*, *vehi* = *ὀχεῖν*, *ὀχεῖσθαι*.

Haec de aspiratis slavicis et latinis praemittenda videbantur, ut haberemus in eis exemplaria pro celticis. Est etiam celticis linguis unica aspirata praevalens, quae apparet in habitu originariae, scilicet non orta infectione, non eadem quidem ut in slavica (*chw* combinatio britannica ignota est hibernicae et nil nisi variata *s*), sed F, nonnunquam etiam aeque difficilis definitu, ac slavica *ch*. Num *h* in vetustis nonnullis nominibus gallicis in medio praesertim obvia (p. 57) forsan residua sit ex aspirata gutturali eo modo ut *h* latina, comprobari non potest, deficiente certo auxilio e recentiore lingua, cum britannica exstet quidem *h*, sed orta, ut saltem e plurimis exemplis patet, ex originaria *s*. Obvia est *f* in vocibus britannicis, ut in vetustis etiam hodie, non solum in initio, sed etiam in medio et fine: *fun* (ligatura; jam in glosssis Oxon. *funiou*, gl. vittae), *fol*, *foll* (stultus, gall. hodiern. *fou*, *fol*, *folle*), *fur* (prudens; utraque vox etiam in Vocab. et Buh.), *falm* (cambr. hod. *gwynt falm*, turbo, ventus vehemens; cf. Falmenna, Falminensis pagus), *forest* (silva; quae silva dicta est *forestella* ab antiquo, dipl. a. 691, Miraei opp. p. 1126; vox ut hodie jam antiquitus etiam apud Germanos audita: *foreste* dominicum, i. e. silva regia, in leg. Langobardor. 1, 22. 7), *coffr*, *cofawr* (cista, arca; med. lat. *cofferum*, *coferum*, *cofrum*, *cofrus*, *cophrus*, *cophinus*, *cophinellus* in diplom. inde a sec. 12 ap. Cangium; gall. hodiern. *coffre*, vox item ad Germanos transgressa), *cof* (venter; *coff* Buh. 12, 18). Hae voces e lexicis linguae cambricae; alia exempla e libris vetustioribus, cambrica, cornica, armorica, infra sub F britannica. Quarum vocum si conferimus aliquas cum vocibus affinium linguarum, e. gr. *fun* cum lat. *funis* (pro *fudnis* = germ. *band*); *fa* (= *fab*) et lat. *faba*, *fo* (= *fog*) et lat. *fugere*, graec. *φεύγειν*, *froen* (nasus, nares) et graec. *ῥὶν* (cum producta *ι* = *χρὶν*, *φρὶν*, ut *ῥῆξις* = *fractio*), *frwyn* et lat. *frenum*, *frau* (torrens), *frwd* (*frot* Vocab., *ffrwt* Mab., rivus) et lat. *flumen* (*fluo* = gr. *ῥύω*), *fraeth* (eloquens) et gr. *ῥήτωρ*,

frowyll et lat. *flagellum*, *grefiat* (notarius; lat. med. *grafarius*, gall. hod. *greffier*), *gref* (liber, lat. med. *grafia*, scriptura) in cod. Lichfeld. et libro Landav. (sub F britann.) et gr. *γράφειν*, dubium non erit, primigeniam aspiratam labialem, quamvis transierit in quibusdam vocibus in mediam, e. gr. in *ber*, *brat*, *bris* etc. (p. 44), mansisse intactam in aliis. In omnibus tamen vocibus, in quibus occurrit, *f* affirmare originariare nimium esset, cum et supponi possit transpositio ex aliis aspiratis vel et diversa origo, ut in lat. *f* et slav. *ch*.

Patet e dictis inter linguam celticam et slavicam concordantia ea, quod unica, quamvis diversa, in utraque servata est aspirata, inter celticam et latinam ea, quod *f* valorem unicum obtinuit in illa, in hac prae ceteris maximum. Haec de aspiratis linguae celticae generaliter.

In lingua vetusta hibernica, de qua nunc specialiter dicendum, ne unius quidem aspiratae celticae *f* idem adhuc est ambitus, qui servatur in britannica. Nam in pluribus supradictarum vocum inchoantium ab *f* pro ea est hibernice *s*: *seib* (gl. faba) Sg. 73[a]. *srón* (gl. nasus; cambr. *froen*) Sg. 95[b]. *sruth*, gen. *srotha*, *srotho* (cambr. vet. *frut*, flumen, rivus) Wb. 32[c]. Sg. 35[b]. *srogell* (gl. flagrum; cambr. *frowyll* = flagellum) Sg. 48[b], gen. *srogill* Wb. 17[d]. Eodem modo hibern. gael. *srían* (= cambr. *frwyn*, lat. *frenum*). In *f* autem transire hibernice originariam *v* incipientem, jam supradictum est (p. 65). In media voce aspiratam transgressam in mediam, ut alibi, proderet verb. gael. *grabhal* (sculpere), si esset ejusdem originis cum allatis cambr. *gref*, *grefiat*. Quaeritur inde, utrum omnino lingua hibernica careat aspirata *f* originaria, modo eodem ut lithuanica caret aspirata *ch* slavica, an etiam in ea adsint exempla originariae *f*? Videtur affirmandum hoc, adesse exempla ejusmodi, sed multo pauciora, jam ob transgressum in *s*, quam in britannica, in qua ipsa non magnus est numerus earum vocum indigenarum ob partem haud parvam peregrinam (cf. sub aspiratis brit.). Do exempla quaedam, in quibus *f* originaria non affirmari quidem, ob obscuram tamen originem suspicari licebit: *fáilte* (gaudium; cf. germ. *blith*, *blidh*, mitis, lat. *laetus* = *flaetus?*) Wb. fq. *faling* (pallium, tunica; hibern. gael. *fallaing*, *falluing*, cambr. *faling*) apud Girald. Cambr. in topographia Hiberniae 3, 10:

gens ista, hibernica, vice palliorum *phalingis* laneis (al. *falangis* nigris) utitur. Forsan et gael. hod. *fochann*, *fochunn* (frumentum, seges; cf. nom. vetust. Focunates?). In medio vocum quaeritur annon sit orta e *b* (cf. p. 72): *brefe* (gl. anus; = *cuairt*, circus), *bréfean* (gl. anulus) Sg. 59[b]. *affamenad, afamenad, afameinn* (optare, optat) Sg. 148[a]. 207[b]. In vita S. Endei Hiberni ap. Boll. Mart. 3, 271: campus qui in hibernico *Magh-liffe* vocatur. De voce hibern. vet. *úrphaisiu*, *úrfuisiu* (gl. cancer, morbus) Sg. cf. p. 84. Addo voces e peregrinis linguis transsumtas: *felsub* (philosophus), *fellsube* (philosophia), *ifurnn* (infernum) Wb. Sg. An etiam transsumtae hibern. gael. *fonn*, gen. *fuinn* (fundus, terra, regio), *forc* (furca; cambr. *forch*)?

In lingua cambrica aspirata *f* ut *ch* combinationis *chw* infectionis expers est; in hibernica omnis *f* uno et eodem modo tractatur: *cuir t'fallaing iomat* (pone pallium tuum circa te) O'Don. p. 309.

II. Soni britannici.

A. Vocales.

Constituta regula sonorum celticorum ex hibernica vetustate vel gallica, eam inde levius tangere vel in memoriam revocare sufficiet, sed oportebit modo amplius comprobare e britannica dialectorum varietate exemplis tam cambricis quam cornicis et armoricis leges expositas, modo exponere peculiaria sonorum britannicorum. Ita hic in parte de vocalibus, ut mox in consonis et deinceps. Quantitatis vocalium, productarum scilicet, notatio in codicibus britannicis in usu non est; statuenda eadem ergo est comparatione. Infectio vocalium britannicarum est eadem, et vix minoris ambitus quam hibernicarum.

Vocales breves.

A correpta intacta mansit in plurimis vocibus britannicis.

Cambrica exempla: *car* (amicus, cognatus) Mab. 2, 226. 231. *cared* (amor; hibern. vet. *carad;* in vetustis nominibus gallicis

frequens radix *car*) gl. Oxon. *guas, gwas* (puer, servus; cf. *vassus, vasallus, vassallus* apud scriptores medii aevi) gl. Oxon. Mab. *ma* (= *mag,* locus): *Ma Mouric* (Mauricomagus, locus Mauricii) L. Land. 197, frequens praesertim in compositis *-ma, -fa. kat* (pugna; hibern. vet. *cath,* in gallicis nominibus vetustis *catu*) Mab. 2, 381. 389. *rannam* (gl. partior), *lammam* (gl. salio), *carr* (gl. vehiculum; *carrus* apud Caesarem Gallorum currus, unde *carrata, carrada,* i. e. quantum carrus capit, in libris medii aevi) gl. Oxon. *cam* (= *camb,* curvus; cf. Cambodunum, Moricambe) fq. Nomen Taranis, Gallorum dei apud Lucanum, hodie quoque intactum superest in voce cambrica *taran* (tonitru).

Cornicae Vocab.: *tal* (frons), *glan* (ripa), *bras* (grossus), *cam* (strabo), *garan* (grus), *taran* (tonitru), *mab aflauar* (infans), *gauar* (capra). E Pass.: *gwan* (debilis) 166, 4. *mab, mam* (filius, mater) fq. *garm* (clamor) 4, 2. 207, 4.

Armorica: *car* (amicus) Buh. 192, 8; verb. *caret* (amare) frequens ibidem. *mat* (bonus) Buh. fq. *cam* (curvus) Buh. 174, 8. 194, 18 etc.

Addo nomina vetusta propria virorum cambrica et armorica sat frequentia, derivata vel composita e vocibus dictis *car, guas, mat, cat.* Cambrica e libro Land.: *Caratauc* (= *Caratacus* Inscript. Grut. 902, 5. *Karadawc* Mab. 2, 379. 3, 271) 71. 155. 205. 248. 262. *Atgar* 138. 149. *Concar* 180. *Juncar* 149. *Guassauc* 264. *Guasfuith* 263. *Gwasduin* 267. *Conguas* 165. *Melguas* 174. *Drutguas* 265. *Matauc, Matoc* 73. 194. *Matgueith* 267. *Catell* (cf. Catullus nom. gallic. in inscript. p. 6) 213. 230. *Catleu* 130. 135. *Catgen* 136. 140. *Catguare* 140. *Catguaret, Catguoret* 188. 195. 205. *Catgucaun, Catguocaun* 111. 126. *Catgueithen* 174. *Guencat* 137. 141. *Dincat* 194. Armorica e Chartul. Rhedon.: *Karmonoc* 1, 11. *Haelcar* 1, 5. *Hencar* 1, 15. 21. *Jarncar* 1, 21. *Lowencar* 1, 8. *Jodicar* 1, 39. *Wethencar, Guethengar* 1, 2. 3. 2, 13. *Comaltcar* 1, 44. 2, 30. *Wasbidoe* M. 304. *Penwas* 1, 53. *Matwor* 1, 41. *Matfred* 1, 20. *Matwethen* 2, 15. *Matwidoe, Matvedoi* M. 305. 315. 340. *Catoc, Katoc* 1, 53. *Catbud* M. 302. *Catwodu* 1, 20. *Catlowen, Catlon* 1, 1. 3. 20. 23. 2, 27. *Catloiant, Catloient* 1, 8. 2, 16. 24. *Catwallon* 2, 18. *Catwethen* 1, 5. *Catworet* 1, 1. 2, 16. *Maelcat* 1, 32. M. 304. *Worocat* M. 275.

Infectione, quae fit et britannice a sequente *i* vel *e* orta ex *i*, *a* correpta mutatur in E. Vocalis inficiens et hic, ut in lingua hibernica, saepius decidit vel coaluit cum vocali radicis.

Cambrice: *eu* in frequentibus nominibus propriis virorum derivatis vel compositis ex *avi* (cf. Avicantus in Inscript. Nemaus. Orell. 2033).* *eunt* (gl. aequus; *eunhinsic*, justus, in Vocab. = *eunthintic*, qui aequa, justa via procedit) gl. Oxon. ex *avent* (cf. Dea Aventia Inscr. Orell. 368. 369. 370, unde Aventicum, nomen oppidi). *peri* (infin. verbi *param*, *paraf*, efficio, unde nomen Parisii, Parisi, efficaces, strenui) Mab. fq. *enw* (nomen; hibern. vet. *ainm*) Mab. 1, 235. *cledyf* (gladius; hibern. vet. *claideb*) Mab. fq. Porrigitur infectio in *a* correptam duarum syllabarum antecedentium: *eterinn* (volucris; ex *atar* collect., *adar* Mab.), *lemenic* (gl. salax, e verb. *lammam*, gl. salio) gl. Oxon. *Brecheniauc* Lib. Land. 227 = regio *Brachani* (hod. Brecknok) ibid. 210. *kedernyt* (securitas adj. *kadarn*, firmus) Mab. 1, 249. *menegi* (monstrare, dicere, e rad. *manag*) Mab. fq. Duco huc et locum in Mab. 2, 212: *medyr vab methredyd auetrei* (Jaculans filius Jaculatoris qui jaculabatur), cujus tribus vocibus subjacet formula *meteri* = *matari* (*mataris*, telum vel missile gallicum, ap. Liv. 7, 24; *mataris* transalpina, Auct. ad Herenn., *matara* Caes.; cf. nomina vetusta Mediomatrici, Matreja, Matrona).

Vocalis inficiens radicem intrans cum vocali infecta saepius efficit combinationem EI: *keis* (quaestio, expeditio, aggressus) Mab. 2, 372, unde verb. *keissaw* (quaerere, = *kassiaw*; cf. Cassivellaunus et nom. compos. -casses p. 57) Mab. fq. *breich*

---

* Nomen adhuc obvium in Chart. Rhedon.: *Eucant* Mor. 307, in quo et alia cum eadem voce composita *Eubodu* M. 328. *Eudon* 1, 20. 2, 21. *Eumonoc* 2, 22. *Euhoiarn* 1, 4. 8. 2, 13. Item cambrica in Libro Land.: *Eudem* 181. *Eutut* 264. *Eutigirn* 133. 136. 235, et sine infectione: *Oudem* 176. *Oudocui*, *Oudochui* 147. 212. Derivatum inde nomen vulgatissimum *Owen*, *Owein*, *Ywein* (= Avinus), cujus formae in L. Land. *Euguen* 196. *Eugein* 213. *Iguein* 231. *Yugein* 229. 230. *Yuein* 226. *Ouein* 214. 236. *Auguinn* 236, et in Chartul. Rhed.: *Ewen* 1, 5. 32. *Ewon* 1, 5. 6. Mor. 293 et *Owen* in compos. *Riowen* 1, 6. *Haelowen* M. 305. Significat nomen virum impigrum, diligentem, vigilantem; est enim *egui* (inter nomina alphabeti Nemnivi) in Buh. cum partic. privativa *dieguy* (indiligentia, pigritia) 72, 1, et verb. deriv. *euezhat* (vigilare) 90, 12. De scriptione *gu*, *ug*, *ugu* = *w* videsis sub V.

(= brachium) Mab. 1, 258. *yspeit* (= spatium) Leg. 2. 10. 9. Mab. 1, 248. *Breichaul* (nom. propr. viri) L. Land. 217, quod nomen est ibid. 208. 254 *Brechiaul. Brecheinauc* (regio Brachani) L. Land. 258, *Brecheinoc* apud Girald. Cambrens. *march uab meirchawn* (= *merchiawn:* Marcus fil. Marciani) Mab. 2, 380. Obtinet etiam per pleonasmum eadem combinatio cum vocali inficiente: *guodeimisauch* (sustulistis; cf. hibern. vet. *forodamassa,* sustuli, *fodamtis,* sufferebant, Ml. 22[d]. 34[d]) gl. Oxon. *Brecheiniauc* (regio Brach.) L. Land. 138. *meibion, gweision* (filii, pueri; pro *meibon, gweison,* vel *mebion, gwesion*) Mab. fq.

Cornica *a* infecta e Vocab.: *brech* (brachium), *enef* (anima), *renniat* (divisor); in duabus subsequentibus syllabis: *guirleueriat, gouleueriat* (veridicus, falsidicus; e *lauar,* hibern. vet. *labar*). E Pass.: *eneff* (anima) 106, 1. 4. *leverell* (loqui), *leverys* (locutus est) fq. Est notanda *e* cornica infecta ex *a* nutans interdum in *i*(*y*) ante *i* sequentis flexionis: *henwys* (nominatus; subst. *hanow,* nomen) Pass. 208, 1, *hynwys* ibid. 214, 1. 217, 1. 4. *rynnys* (divisus; cf. *rannam, renniat* supra) 190, 1.

Armoricae infectionis exempla e Buh.: *brech* (brachium) 168, 8. *Devvy, Devy, Deuy* (David) fq. *clezef* (gladius) 90, 10. *cleffet* (morbus; adj. *claff*) 8, 20. 168, 10. 198, 6. *meruell* (mori; adj. *maru*) 40, 7. *eneff* (= anima) 62, 8. *reson* (= ratio) fq. Duarum *a* subsequentium infectio: *leuerez* (dicis) 56, 9. *leueret* (dicite; cf. *da lauaret,* ad dicendum, 126, 7) 22, 12. 140, 12. Combinatio *ei* nec cornice nec armorice obtinet, ut cambrice; proprium autem linguae armoricae est, quod *e* infecta sequenti *i* flexionum sive derivationum constanter assimilatur: *compizrien* (compatres) 98, 21. *ysily* (membra; sg. *esel,* hibern. vet. *asil,* gl. artus, Sg. 68[a]) 196, 2. 204, 8. *guillif, guillit* (possum, potestis; = *gellif, gallif*) 44, 12. 19. 194, 20. *quiri* (amas; = *ceri, cari*) 178, 8. *quiffif, quifi* (capio, invenio, -is; inf. *caffout*) 64, 1. 88, 20. 206, 1. *na millic* (ne maledic; = *maldic, mallic*) 70, 3. *liuiris* (dixi) 122, 16.

Invenitur etiam in cambricis quibusdam vocibus *a* assimilata sequenti *o*, eo fere modo ut in hibernicis fit *au, o* ante *u* (p. 7. 8); e. gr. in *montol* (gl. trutina; hod. *mantawl,* plur. *mantolion;* cf. Petromantalum Itin.) gl. Oxon., *morthol, myrthwl* (malleus; = *martul, martellus,* gall. hod. *marteau*) gl. Oxon. Mab

3, 89. Notanda porro scriptio *-oeth, -uith, -uid* e combinatione *act,* quae alias fit *-aeth: kyfoeth, kyuoeth* (potestas; hibern. vet. *cumact, cumacht*) Mab. 1, 11. 19, unde adj. *kyuoethawc* (potens) Mab. 1, 16. Eodem modo cornice: *chefuidoc* (= hibern. *cumachtach*), *galluidoc* (potens; = *gallactâc*) Vocab. Confero et subst. *oin* (cambr. hod. *oen* = agnus, excussa *g*) Vocab.

Deest interdum britannice infectio in vocibus, in quibus obtinet hibernice, e. gr. in praep. *am,* jam obvia in cambr. vet. *amlais* (gl. demissus; i. e. circumsolutus, circumjacens) gl. Oxon., quae est vet. hibern. *imme, im* (vet. gall. *ambi*); in part. insep. *at-,* hibern. *aith-, id-, ed-,* obvia in subst. *aperth* (gl. victima), plur. *aperthou* (gl. munera) gl. Oxon., pro *atberth,* hibern. vet. *idpart, edbart* (victima, oblatio). Item in subst. *cams* (alba; hibern. vet. *caimmse* Sg. 23[b], *camisia* in scriptis medii aevi) Vocab., *camse* Mab. 2, 218. Quibus omnibus conferenda, de quibus et infra, *mor* (mare, hibern. *muir*), *oll, ol* (omnis, hibern. *uile*) in tribus dialectis. Contra et adest infectio in vocibus, in quibus causa percipi non potest: *etem* (filum; cambr. hod. *edau*) gl. Oxon., e quo plur. sine infectione *adaued* Mab. 2, 241. 374. 383. *lleidr, lleidyr* (latro; contra corn. *lader* Vocab. Pass. 192, 1. 193, 1), e quo verb. *lettratta, latratta* (latrocinari) Mab. 3, 156. 157. 158. *dreic* (draco), plur. *dreigeu* Mab. 3, 301. 302. Item in derivatione *-eit* (hod. *-aid*) substantivorum, e. gr. *carreyt* (quantum carrus capit) Leg. 2, 1. 34, quae vox in latine scriptis est *carrata.* Addo armor. *perz* (pars) Buh. 36, 4.

E cambrica: *nef* (coelum; hibern. *nem*) fq. *creman* (gl. baxus; cf. Cremona?) gl. Oxon. *hen* (senex) fq. *mefyl* (dedecus; hibern. *mebul*) Mab. fq. *ebol* (pullus, equus juvenis; = *epol, epaul* deriv. ex *ep,* quod exstat in vetustis nominibus gallicis Epona, Eporedia etc.; hibern. vet. *ech*) Leg. *penn, pen* (caput; cf. jugum Penninum, deus Penninus Liv.; hibern. *cenn, cen*) fq. *delw* (imago; hibern. vet. *delb*) Mab. 1, 15. *guerg* (gl. efficax; cf. Vergobretus Caes.) gl. Oxon. *nerth* (vis, valor; cf. Cobnertus Inscr., hibern. *nert*) fq.

Cornica: *nef* (coelum), *les* (herba; cf. gall. vet. Lesura, p. 11), *pen* (caput), *redegua* (cursus) Vocab. E Pass.: *nef, neff,* (coelum) 4, 1. 7, 2. *ger* (verbum) 83, 3. 92, 3. 247, 3. *resus*

(cucurrit; = *retas*) 219, 2. 221, 2. *nerth* (vis, valor) fq. *gwerthe* (vendere; cf. cambr. *gwerthuawr*, magni pretii, Mab.) 38, 4.

Armorica: *guelet* (videre) Buh. fq. *bled* (lupus) in nomine viri deriv. *Bledic* (cf. nomina virorum cambrica *Bledud* L. Land. 195. *Bledris* 176. *Bledbui* 190. *Bledgur* 214. 233. 246 et hibern. vet. *bled*, gl. pistrix, gl. bellua marina, Sg. 15[b]) Chart. Rhed. 1, 2. *ret* (cursus) Buh. 138, 8. *ret*, *rez* (necessarius) Buh. fq. *nerz* (vis) Buh. 194, 11. 196, 1. 5.

Infectio hujus vocalis posset videri *i*, accedente derivatione, in pluribus vocibus cambricis: *hinham* (gl. patricius; i. e. senator, germ. ältester, ab *hen*) gl. Oxon. *linn liuan*, stagnum *Liuan* (Cambriae lacus; cf. Lemannus lacus Caes., *Λεμαννόνιος κόλπος* Ptol. Brit.) Nenn. p. 75. 76, *pull lyfann*, *pull lifan* L. Land. 219. *Nimet*, *Dimet* (nomina virorum propria; cf. *Neuet*, n. pr. viri, Mab. 2, 243. Nemetacum, Belgiae locus, Tab. Peut., e nomine proprio, ut Avitacum, Juliacum etc., et nomina populorum Nemetes, Demetae) Chron. cambr. ed. in praef. ad edit. Leg. H., ut in compositis: *Gernivet*, *Gurniuet*, *Eidnivet* in Libr. Land. 195. 202. 263. *Dyuet* (Demetia) Mab. 2, 240. 242. 3, 189. *Guined* (regio Cambriae Venedotia) Nenn. p. 53. *Gwyned* Mab. 2, 391. 3, 189. *guirgiriam* (gl. hinnio; cf. *guerg*) gl. Oxon. Etiam in radices monosyllabas intrat haec *i*: *tig* (domus; cambr. hod. *ty*, armor. *ti*) in compos. *boutig* (gl. stabulum; hibern. vet. *teg*, gen. *tige*), unde hibern. *tigerne* (dominus), cambr. vetust. *tigirn* in nom. propr. *Eutigirn*, *Eutegirn*, *Eutigern* Lib. Land. 133. 136. 235 (*Edern*, *Edyrn* Mab. 2, 19. 23). Est tamen inter *e* et *i* alternatio non solum in vetustis nominibus gallicis, sed etiam in vocibus recentioris linguae. Sequente *e* syllabae derivantis obtinet etiam *e* in radice in nominibus vetustis: Nemetes, -nemetum, Demetae (apud Ptol. bene *Αὐγουστονέμετον*, sed minus bene *Νέμητες* et male *Δημῆται*), Veneti, Belenus (Apollo), Bregetion (locus ad Danubium infra Carnuntum, ap. Ptol. Itin. Ammian.). Ante alias vocales derivationis est quidem et *e*, ut in nominibus Lemannus, Nemavia, Nemausus, sed etiam *i*: Cunobilin, Cunobiline (Cunobilinus rex Camulodunensis, *Κυνοβέλλινος* Dioni) in monetis britannicis vetustis ap. Camden. *Βιλινουντία* (Apollinaris herba) Dioscor. 4, 69. Tigurinus pagus Caes. Litana silva Liv., -litanes in nominibus virorum gallicis. Confer

et nomen Vergilius, Virgilius (p. 14). In libro Land. saepius obvium est nomen viri modo *Eli* modo *Ili* scriptum, nomenque item cambricum *Beli* Libr. Land. 209. 215. 230. Mab. 2, 26. 3, 297 armorice est *Bili* Chart. Rhed. 1, 7, obvium et saepius in compositis. Est subst. *llet* (latitudo) Mab. 3, 301, sed adj. *llydan* (latus) Mab. fq., ut et in hodierna lingua *lled* et *llyd* (latitudo), *lledanu* (dilatare) et *llydan* (latus); verb. *lemhaam* (gl. arguo) gl. Oxon. est hodiern. *llymau* (acuere). Ideo et consocio subst. *breenhin, breeninn, brennhin, brennin* (rex; = *breennin, breentin,* derivat. *-entin* e *bre* = *breg*) Privil. eccles. Land. in libr. Land. p. 113 cum adj. *bry* (altus, sublimis; = *brig*), e quo subst. *bryn, brynn* (sublimitas, collis; = *briinn, briginn?*) Mab. 1, 30. 2, 372, atque confero cum supra memorato nomine Bregetion (alia lectio in Itin. Anton. Bregention) vocem vetustam *briga* in compositis Artobriga (collis lapidosus, germ. steinbühel?), Litanobriga (latus collis?), Brigobanne in Itin. et nomina Brigantium (a quo lacus Brigantinus), Brigantes (pop. britann., collium habitatores?).*

In hodierna lingua cambrica prodit interdum *ei, ai,* quasi infectione, ex *e,* si confertur ex. gr. subst. *caib* (ligo), plur. *ceibiau,* (= gael. *ceaba*), cum vet. *cep* (gl. fossarium) gl. Oxon., subst. verb. *eistedd* (sessio, sedere) cum vet. *estid* (gl. sedile) gl. Oxon., subst. *sain,* plur. *seiniau* (sonus), verb. *seiniaw* (sonare) cum hibern. vet. *sen, senn* (sonare) radice verbali, e qua subst. *senm* (sonus). Quod idem fit adeo et in *e* orta defectione ex *u, o* in subst. *dail, deilion* (folia) e vet. *delen* (Vocab.), si confertur hibern. gael. *duille.* Initia hujus scriptionis in voce *bleid* pro *bled* obvia in nominibus propriis virorum: *Bleidud* in codice Lichf. in append. libr. Landav. p. 273, atque in libro Land. ipso: *Bleideu* 147. *Cinbleidiou* 188. *Arthbleid* 236. Addo adj. *reit* (necessarius) Mab. fq. et terminationem *-meint* e. gr. in *twrneimeint* Mab. fq., *-ment* in formis latinis *turneimentum, torneamentum* et gallicis recent. *tornoyment, tornoiement* ap. Cang.

---

* Ut sanscr. *maha* = lat. *magnus,* graec. μέγας, μεγάλου, germ. *mikil,* num cum hoc nostro *breg, brig* conferendum nomen obscurum indicum dei *Brahman* (deriv. e *brah*)? In hac gradatione vocalium *a, e, i* utrum *e* vetustior an *i?* Ab adj. hodiern. *bry* discernendum subst. hod. *bri* (auctoritas), quod etiam ut adj. fungitur in cambr. vet. *guobri* (gl. gravis, i. e. auctoritate praeditus) gl. Oxon., quod scilicet est = *bríg* cum producta *i,* hibern. vet. *bríg* (p. 26).

Cornice inter *e* et *i* fit alternatio tum praesertim, cum sequitur *i* flexionis. Ita quidem in Pass.: *gwerthys* (venditus) 36, 2, sed *gwyrthys* (vendat) 51, 2, ut *yrghys* (mandavit), *yrghy* (mandat) Pass. 28, 1. 72, 1. 201, 4 ab *ergh* (cambr. *erchi*): *why a ergh* (jubetis) 170, 1. Occurrit tamen etiam in monosyllabis eadem alternatio: *me a gris, ni a gris* (credo, credimus) 63, 2. 197, 3, juxta *cresyn* (credimus) 258, 4. *rys* (necessarius; = armor. *ret*) 121, 4, quae vox etiam in eodem libro frequenter scripta occurrit *reys* cum *ey* = *ei* pro *i* vel *e*.

Armorica dialectus, quae primitivam *i* in *e* destituere solet, *e* originariam in *i* transeuntem agnoscit solummodo sequente in proxima syllaba *i* flexionis: *pidiff, pidif* (petere; in aliis formis *pet, pedaf*) Buh. 44, 11. 52, 8. *cridif* (credere) 106, 4. 142, 21. *guiluit* (vocate; inf. *gueluet* 156, 26 = *giluit, geluet*) 168, 12. Tam stricte tamen nec haec regula observatur in vetustioribus libris, e. gr. nominibus propriis chartularii Rhedonensis. In quo e. gr. est quidem *Bili* pro cambr. *Beli, Rivilin* (= Rigobilinus, an Rigomilinus?) 1, 19. 2, 21, sed etiam *Rivelin* 1, 24. *Rivelen* 1, 27. *Riwelen* (cf. Belenus) 1, 10. 2, 21. Vox *nemet* semper *e* exhibet in syllaba posteriore, *i* in priore in uno nomine viri compos. *Vidnimet* in chart. Rhedon. Mor. 330, sed alias ubique *e*: *Canemet* (lege *Catnemet*) in chart. Rhed. Mor. 341, ut in chart. Kemperleg. *Nemet* (silva) Mor. 368. *Cadnemet, Kadnemedus* M. 389. 513. Adest et scriptio *ei* orta ex *e* in Buh.: *bleiz* (lupus) 30, 19. *sacrileig* (sacrilegium) 40, 20. *ampeig* (impeditio, impedimentum) 78, 5. 144, 12.

Sunt britannicae mutationes hujus vocalis in alias.

1. In *a*: cambr. corn. armor. *tan* (ignis) gl. Oxon. Pass. 211, 1. Buh. 174, 5; sed hibern. vet. *tene,* gen. *tened* Sg. (cf. Tenedon, nomen loci gall. in Itin.); cambr. *bannawc* (cornutus) Mab. 2, 222, hibern. vet. *bennach* (cf. Benacus?) Sg. Vox cambr. armor. *guallaun, guallon* in frequentibus nominibus virorum compositis, e. gr. in Mab. 3, 297 *Casswallawn,* in libr. Land. *Riguallaun, Riuallaun* 138. 143. 146. 249. *Judguallaun, Judguallon* 143. 157. 168. 205. *Catguallaun* 251, in Chartul. Rhedon. *Wallon* 1, 4. 20. *Riwallon* 1, 36. *Roinwallon, Roenwallon* 1, 1. 14. 2, 16. *Roiantwallon* 1, 19. *Maenwallon* 1, 3. 19. 20. *Judwallon* 1, 25. *Tutwallon* Mor. 275. *Catwallon* 2, 18. 2, 5. 20,

est *vellaun* in nominibus vetustis gallicis Vellaunodunum, Cassivellaunus apud Caesarem. Apud Gregorium Turonensem vice versa nomina armorica vetusta scribuntur Chanao, Warochus (cf. p. 90), quae in chartis armoricis apparent cum *e: Keneu, Weroc.*

2. In *o:* cambr. vet. *nom* (gl. templa memphitica; i. e. templum; hodiern. adj. *nwf*, sacer) gl. Oxon. conferendum cum hibern. vet. *nemed* (gl. sacellum) Sg. Nomen propr. viri cambr. *Nemniuus* (cf. alphabetum Nemnivi in append.) gl. Oxon., armor. *Nemenoius* in chart. cod. Rhed. (a. 1101) Mor. 506, *Nemenoi* in chart. S. Mich. ap. Mor. 381, est *Nominoe* in chart. Rhed. (a. 833. 834) 1, 4. 5. 7.

3. Alternationis inter *e* et *á*, ut in hibern. vet. *breth* et *bráth* (judicium; cf. p. 13), exemplum cambr. hodiern. *rhed* (cursus) cum suis derivatis, et *rhawd* (via, cursus), *rhawden* (vestigium pedis). Hibernico *bráth* respondet et cambr. *braut* (judicium) Leg. praef., corn. *braes* (= brât) Pass. 259, 2.

I correpta cambrica: *rit* (gl. vadum) gl. Oxon. *ryt* (id.; cf. Augustoritum, Galliae oppid. Itin.) Mab. 1, 35. *byt* (mundus; hibern. *bith*, cf. Bituriges) Mab. fq. *ynys* (insula; hibern. *inis*) Mab. fq. Scriptio *y* pro *i* correpta, in recentioribus libris et hodie usitata, in vetustis glossis cambricis nondum obvia est, in cod. Leg. A autem atque in Mab. jam frequentissima. Inde ab hac scriptione *y* pro *i* interdum et *u* irrepsit pro eadem correpta, e. gr. in num. *pump* (quinque) Mab. fq. pro vetustiore *pimp*, adj. *buw* (vivus; = *byw*) Mab. 1, 22. De *u* pro *i* producta dicetur infra in Î et IU.

Correptam *i* prae ceteris linguis celticis servavit cambrica, ut optime patet e nom. propr. *Litau* (gl. Latium) gl. Oxon., hodie quoque *Llydaw* (Britannia armorica), ut in vetusto nomine gallico *Litavicus* ap. Caes., cum hibernice sit *Letha, Leatha* (p. 67), et *Letavia* jam in vitis Sanctorum vetustis. Ex adj. *litan: carn litan* (acervus lapidum latus), *rit litan* (vadum latum), *ford litan* (via lata) L. Land. 219. 247, hodie etiam masc. *llydan*, ut in vetustis nominibus gallicis *Litana* silva Liv., Litanobriga Itin., *Κογκολίτανος* (Gallor. rex) Polyb., Convictolitanes Caes., Smertulitanes Inscr. Orell. 188, cum hibernice sit *lethan*. Ita etiam in derivationibus in hodierna adhuc lingua: *cleddyf* (gladius; hi-

bern. vet. *claideb*), *newydd* (novus). Ad solum genus femininum discernendum *e* deficiens ex *i* in adjectivis cambricis regula est: *bechan* (parva) e masc. *bichan*, *melen* (flava) e masc. *melyn*. Praeter hanc regulam *e* pro *y* nonnisi in Leg. invenitur interdum.

Cornice contra pro *i* vel *y*, quarum scriptio promiscua est in Vocab. et Pass., licet proferre *e* etiam in una eademque voce. Ita quidem in Vocab.: *ti* (domus), *milin* (fulvus, flavus), *guiden* (arbor), *prit* (hora), *spirit* (spiritus), *rid* (vadum), *bis* (digitus), *guyn* (albus), *bleu yn pen* (capillus in capite), sed etiam *bes*, *bessus* (digiti, cambr. *bys*, *byssedd*), *menit* (mons; cambr. *mynydd*), *det* (dies; cambr. *dydd*), *chefuidoc* (omnipotens; cambr. *cyfoethawc*), *chefals* (artus; cambr. compos. *cyf-*). Voces alternantes vocales *y* (rarior pro ea *i*, e. gr. *y*, *i*, ei, ipsi, *yn*, *in* praep.) et *e* in Pass.: *bys* (mundus) fq., *bes* 120, 1. *hys* (longitudo) 201, 1, *hes* 109, 4. *prys* (tempus) fq., *pres* 20, 3. *dyth* (dies) 10, 3. 229, 2, *deth* 259, 2. *fyth* (facies) 244, 2, *feth* 200, 3. 216, 3. *fyth* (fides) 155, 4, *feth* 49, 4. *kyns* (antea) 194, 2, *kens* 254, 2. *gwythe* (servare) 125, 2, *gwethe* 127, 2. *scyntyll*, *skyntyll* (sapiens) 134, 1. 216, 1, *skentyll* 8, 1. Ita porro et: *kenyver* (tam numerosus, tot) 208, 2, *never* (numerus) 228, 4, *nevera* (numerare) 183, 3. *gweskis* (vestitus) 64, 2. *meneth* (mons) 16, 1. 53, 2. *beghan* (parvus) 53, 3. *leden* (latus) 237, 2, *les* (latitudo) 29, 3. 178, 2. Fit interdum etiam ex utraque vocali combinatio *ey*: *heys* (longitudo) 178, 1. 233, 4. *seygh* (siccus) 170, 4.

Armorica dialectus vetustior retinere adhuc *i* originariam solet, ut patet e nn. propr. *Lis-Ranac* (curia R.) in chart. Rhed. 2, 26, *Lis-nowid* (curia nova; cambr. *llys newyd*) ibid. 1, 14. 42. 2, 28, *Inisan* (n. pr. viri) ibid. Mor. 433 atque e nominibus propriis virorum compositis cum *guin*, *guid*, *biu*, *bidoe* in eodem chartulario obviis. In his tamen saepius jam obtinet scriptio *guen*, *beu*, *bedoi*. Recentior autem lingua, quae in flexionibus praesertim et derivationibus quibusdam (e. gr. *-ic*) servat *i*, et ante has non solum retinet originariam *i*, sed etiam vocales *a*, *e*, *ê*, *o* assimilat (cf. sub hisce vocalibus), in radice atque derivationibus quibusdam praefert *e* pro *i*. Ita quidem hodie quoque *bihan* (parvus; cambr. *bychan*), *ti* (domus; cambr. *ty*); multo frequentiora tamen exempla deficientis *i* omnino in *e*, e. gr. e Buh.: *les* (aula, curia; cambr. *llys*) 146, 12. 208, 11. *guen* (masc., albus;

cambr. *gwyn*) 18, 1. *guez* (arbor; cambr. *gwydd*) 94, 14. *dez* (dies) 30, 11. *ed* (frumentum; = *et*, cambr. *yd*) 204, 18. *bet* (mundus; cambr. *byd*) 2, 2. *guent* (ventus; cambr. *gwynt*) in compos. *coruent* (turbo, i. e. ventus pygmaei) 94, 1. *hent* (via; cambr. *hynt*) 94, 1. 58, 8. *men*, *menaf*, *mennaf* (cogito; cambr. *mynnaf*) fq. *nezaff* (neo, nere; cambr. *nyddu*) 168, 17. *quent*, *quentaff* (antea, primus; cambr. *kynt*, *kyntaf*) 8, 3. 20, 17. *querchat* (quaerere; cambr. *kyrchu*) 138, 7. 208, 2. *enes* (insula; cambr. *ynys*) 6, 22. 16, 1. 3. 80, 11. *speret* (spiritus) fq. *desq* (disce) 26, 21. *desquebl* (discipulus) 118, 6. Eodem modo in derivationibus: *clezef* (gladius), *nevez* (novus). Pro hac *e* orta ex *i* obtinet, ut pro originaria *e*, et scriptio *ei* extra positionem: *deiz* (dies) 190, 10. *feiz* (fides) fq. *breiz* (Britannia) fq. *heizes* (cervi; cambr. *hyddod*) 30, 19. Confero his nomen mensurae *tisa*, obvium in charta wizenburgensi a. 713 (Traditt. wizenburg. n. 244), e quo ortae eodem modo formae *tesa*, *teisa* in chartis a. 1202. 1250. 1265. 1270 ap. Cangium, et *ei* versa in *oi*, *toisa*, *toisia* in chart. a. 1250. 1267 ap. eundem, unde gall. hodiern. *toise*. Eademque via gall. hod. *foi* (= *feiz*) e *fides*, *Loire* e *Liger*, *Leger*, *croire* e *credere*, excussis *d* et *g*. In positione manet *e*, e. gr. in *chercher* (ital. *cercare*, armor. *querchat*, cambr. *kyrchu*). Servatur autem omnino *i* ab *i* sequente flexionis vel derivationis: *diziou* (dies) 150, 12. *minif* (cogito) 90, 23. *disquiblion* (discipuli) 118, 22. *disquif* (discere) 108, 23. *na fizi* (ne fidas) 206, 4. *fizianc* (confidentia) 64, 12.

Alternantis *i* cum aliis vocalibus vix sunt exempla; cum *o* forsan: *boghan* (gl. parvus) Vocab. 10[a], cambr. *bichan*, *bychan*, armor. *bihan*, et *Roton* nomen armoricum monasterii Rhedonensis in chartis vetustis, cujus significatio *vadum* (*rit*) proditur in ipsius monasterii scriptis e sec. XI (Courson, Hist. des peuples Bretons 1, 326, not. 3). An alternatio, ut inter *e* et *á*, etiam inter *i* et *í* statuenda sit, e. gr. subst. *bri* (auctoritas; = *brîg*) cum adj. *bry* (altus, sublimis, = *brig*, cf. p. 101) conferri possit, non discepto.

O correpta intacta. Cambrica: *ouyn* (timor; hibern. vet. *omun*, cf. Ex-omnus Inscr.?) Mab. 2, 241. *gof* (faber, cf. hibern. gael. *gobhan*, faber, et nomen viri gallicum Gobanitio ap. Caes.).

bro (terra, regio; = *brog*, cf. Brogitarus Cic., Allobroges Caes.) Mab. fq. *coc* (gl. coquus) gl. Oxon. *llong* (navis; hibern. gael. *long*) Mab. 3, 264. 265. 300.

Cornica: *gof* (faber), *gofail* (officina), *popei* (pistrinum), *kog* (coquus), *corn* (cornu) Vocab. *louan*, *lovan*, *loven* (funis; hibern. vet. *loman*) Vocab. Pass. 105, 4. 181, 1. 3. *nowyth* (novus) Pass. 107, 4. 109, 4. 252, 1. *monas* (ire) Pass. fq.

Armorica: *bro* (regio), *mont* (= *monet*, ire) Buh. fq. *broch* in n. pr. *Brochan*, *Brocan* (ut in cambr. compos. *Brochmail* Lib. Land. 149. 150. 151. *Brochuail* 133. *Brocmail* 124. 136; *broch*, taxo vel melus, Vocab. cf. Brocomagus) Chart. Rhed. 1, 17.

Infectae *o* correptae, ut infectae *a*, scriptio solita britannica est E.

Cambrica exempla: *newyd* (novus; e *nowid*) fq. *kyfnewit* (concambium, commercium), *kyfnewityaw* (cambiare; in gl. Oxon. *nouitiou*, gl. nundinae, sine infectione) Mab. 3, 192. 193. *kegin* (coquina, culina) Mab. 1, 2. Et haec vocalis infecta, ut *a*, accedente vocali inficiente, efficit combinationem EI: *meichat*, *meichiat* (= *mochiat*, custos suum, a *moch*, sus; cf. *Winmochiat*, n. pr. viri armoricum in chart. Rhed. 1, 17) Mab. 2, 198. *Gereint* (n. propr. viri; cf. Gerontius Ammian. 14, 5) Mab. fq. Alia infectionis forma posset videri *y* = *i* in vocibus pluribus, e. gr. in particulis *ry* (verbali), *ym-* (reciproca; *ro*, *om-* in glossis Luxemb.: *roluncas*, *roricseti*, *omcobloent*) fq., in derivatis: *tywi* (fluv. Cambriae, *Τόβιος* Ptol.) Mab. 2, 244. *bydin* (turma; *bodin* gl. Lxb.) Mab. 1, 30. *tywyssawc* (princeps; *touyssauc* Lib. Land. p. 113) Mab. 2, 380. *llynghes*, *llyghes* (classis; a *llong*, navis) Mab. 3, 264. 300, unde nom. propr. viri *Lyggessauc* (i. e. Classicus) L. Land. 140. *llywychedic* (pellucidus; cf. *diguolouichetic* gl. Oxon.) Mab. fq. *kaer vyrdin*, *kaer vyrddin* (hod. Caermarthen; = *Myrdin* = Moridunum? Mab. 3, 271. 272.* *finnaun*, *fynnawn* (fontana) Lib. Land. Mab. fq. Sed potius est mutata haec *y* ex *o* secundum analogiam mutatae *y* ex *u* correpta, vel ut *e* ex *i* deficiens et vix infectionis nomine significanda.

---

* Ibidem falsa interpretatio: *o achaws ynteu gwneuthur y gaer o vyrd o wyr y gelwit kaer vyrdin* (propterea quod constructum oppidum a myriade [*myrd*] virorum, dictum est Caer Myrdin).

Cornica *o* infecta: *peber* (pistor; cf. *popei*, pistrinum), *clechti* (cloccarium, *e cloch*, clocca), *berri* (pinguedo, ab adj. *bor*, pinguis), *cherniat* (cornicen, a *corn*), *estren* (ostreum) Vocab. E Pass.: *newyth* (novus) 233, 2. *telly* (perforare; subst. *toll*, foramen, 178, 2. 180, 2) 159, 3. 178, 4. *kellys* (perditus, amissus; rad. *koll*) 153, 4. *terry* (frangere; rad. *torr*) 35, 2. 229, 3. *kewsel* (loqui; alibi *cows*) 83, 4. *previs*, *prefis* (probatus) 85, 2. 88, 3. Assimilatur interdum *e* ante *y* flexionis: *tylly* (foramina; sing. *toll*) Pass. 231, 4.

Armorica exempla infectae *o*: *newed*, *neued*, *neuez*, *neues* (novus) in nominibus propriis: *Trefnewed* (novus vicus), *Plueu-Negued* (plebs nova) in chartul. Landev. ap. Mor. 345. 379. *Ploe-newes*, *Ploenevez* in chartul. Coriosopit. ap. Mor. 377. 378, e vetustiore *nowid*, quod obtinet adhuc in chartul. Rhedon.: *Lisnowid* 1, 14. 42. 2, 28. Mor. 265. salina *Scamnowid* Mor. 302. In Buh.: *chemet* (manete; verb. *chom*) 58, 2. 112, 16. *reif* (dare; aliae formae *roet*, datus, *roy*, dat, e rad. *rod*) fq. *quell* (perdit; e *coll*) 172, 3. Quae *e* ut alias ante *i* flexionis fit *i*: *chimy*, *chimiff* (morari) 54, 10. 118, 5. Alia forma infectionis et hic posset videri *eu*, nisi obvia esset praesertim in vocibus peregrinis, in Buh.: *meulet* (laudatus; hibern. vet. *molad*, laus) 108, 9. 130, 13. *feunten* (fontana), plur. *feuntenyou* 190, 20. 23. 192, 3. *euffrou* (opera) 102, 24. *sceurt* (= *sört*: *a pep sceurt*, quocumque modo, 30, 3) 40, 6. 8.

Ex allatis vocibus cambricis, cornicis, armoricis *nouitiou*, *nowyth*, *nowid*, (Win)*mochiat* patet, recentiorem demum linguam, tam cambricam quam cornicam et armoricam, analogiam vocalis *a* secutam, *o* correptam infectioni exposuisse. Sunt tamen etiam in hac voces ejus expertes, quamvis adsit causa infectionis: *mor* (hibern. *muir*) fq. *oll* (omnis, hibern. *uile*) fq. *godineb* (fornicatio, cf. hibern. *goithimm*). Item armorice et cornice in Buh. et Pass.: *ol*, *oll*, *hol* (omnis) fq. *mor armoric* (mare armoricum) Buh. 148, 21.

U britannica correpta est in vocibus, in quibus non orta ex *o* producta vel *oe* diphthongo. Alia non est *u*, cum *u* producta jam in vetustioribus glossis facta sit *i*.

Exempla cambrica: *du* (niger; hibern. *dub*) Mab. fq. *suh*,

such (vomer) gl. Oxon. Leg. 2. 1. 4. *hucc* (sus) Leg. 1. 36. 8. *tuscois* (gl. tuscus) gl. Oxon. *rump* (gl. ungulus), *sumpl* (gl. stimulus) gl. Oxon. In codice rubro, ut *y* pro *i*, successit etiam *v* pro vetustiore *u* (exempla sequentia secundum imitationem codicis additam editioni): *hvn, gvr, vrth, yn gvniav, avneuthum, mvy, bryt, lvyt, golvython, llavr, mavr, porthavr, effravc, marchavc, idav, attav, ymdidanvr, oedvn, kyskvn, gellvch, goganevch;* etiam in combinationibus *gu, chu: gvell, gvedy, gvylltineb, chvitheu, chvemeib.* In eodem tamen jam adest *w: awneuthum, oirvrwyn, gvenhwyuar, diffeithwch, gwell, chwitheu.* Quae *w* pro correpta *u* communis est in recentioribus codicibus, et in hodiernis librorum editionibus, e. gr. codicis rubri ipsius. Residua etiam interdum *u* in quibusdam, e. gr. *du, eur, teulu, aoruc, arthur*; de *u* scripta pro *y* = *i* in aliis jam supra dictum est (p. 103).

Cornica: *rusc* (cortex), *cuske* (dormire), *cuscadur* (dormitor) Vocab. Frequens *u* etiam in Pass.: *a guskas* (dormivit) 243, 1. *na guskens* (ne dormirent) 241, 3. *gureck, gurek* (mulier) 84, 3. 122, 2. 157, 3; sed jam obvia est et *w: gwrek* 66, 3, magisque in usu *ow* quam *ou* scriptio diphthongi.

Armorica solita scriptio est *ou* (legenda *u*): *bout* (esse), *caffout* (sumere) Buh. Voces hodiernae linguae: *iourch* (capreolus), *koulm* (columba), *askourn* (os). Scribunt tamen quidam et *u: du* (niger), *ru* (ruber).

Infectio propria per vocalem inficientem ut non conspici potest in *i* transeunte in *e*, inveniri etiam non debet in *u* transgressa in *o: holeused* (gl. canoris; compos. *ho-*, = gall. vet. *su-*, p. 17), *tona* (gl. mortalem; hibern. vet. *duine*, homo) gl. Lxb. et alia mox sequentia. Accedit autem ad hanc amplius alia defectio in *y* (*e*) in quacumque dialecto britannica.

Cambrica *u, w* deficit 1. in *o*, ut *i* in *e*, ad discernendum genus femininum a masculino in adjectivis, e. gr. *cron* (rotunda), a masc. *crwn* (rotundus; hibern. vet. *cruind*). Cf. sub flexione.

2. In *y* frequenter, accedentibus flexionibus vel derivationibus: *pyllawc* (lacunosus, paluster) Mab. 2, 372 e subst. *pull* (fossa, lacuna) L. Land. fq., hod. *pwll. Tyfhei, Typhei, Tyfei* (n. propr. viri) L. Land. 109. 120. 123, *tyfwys, tyvwys* (crevit) Mab. 2, 232. 233 e subst. adj. *twf* (vigor, vigorosus), compos. *hydwf* (qui bene crevit, formosus) Mab. 2, 383. *byryei* (jaciebat)

Mab. 2, 247 e verb. *bwrw* (jacere, fundere) Mab. 2, 246. Ita et hodie e *swch* (vomer) plur. *sychod*, e *swmwl* (stimulus) plur. *symylau*, e subst. *cwn* (altitudo, summitas) verb. *cynu* (surgere), *erchynu* (elevare, exaltare), *erchyniad* (elevatio). Quae vox *cun*, servata in nominibus vetustis Cunobilinus in monetis britann. ap. Camdenum, Cunotamus Inscr. Orell. 2779, Cunetion (loc. Britann., cf. Conetodunus Caes.?) Itin. Anton., Hercuniates (pop. Pannon.) Plin., Maglocunus Gild. epist. (Nennius et Gildas, recens. Stevenson, ed. San-Marte, p. 161), jam apud veteres est etiam *cyn* in nominibus *Ἀρκύνια ὄρη* Aristot., Hercynia silva Caes., Cynobellinus Sueton. Calig. 44, *Κυνοβέλλινος* Dio Cass. ed. Reim. p. 957. 959.

Etiam in monosyllabas voces et derivationes intravit *y*: *dyn* (homo) fq. partic. insep. *hy*- (bene; hibern. vet. *su*-, *so*-). *ouyn* (timor; hibern. vet. *omun*) Mab. 2, 241. *mefyl* (dedecus; hibern. vet. *mebul*) Mab. fq. In vetustioribus scriptis pro *y* invenitur modo *e* modo *i*: *helabar* (hodiern. *hylafar*, eloquens, hibern. vet. *sulbair*) gl. Oxon. Notissimum nomen legislatoris *Hywel* (comp. *Hy-wel* a *gwelet*, videre; i. e. conspicuus, sive etiam perspicax, sagax?) in libro Landav. legitur non solum *Huwel* 237. 238. *Houel* 203. 209. 217 (cf. *Howel* Mab. 2, 30), sed etiam *Hiugel* (*ug* = *w*) 226. 246. 248. *Hiuel* 219. 230. 238 et *Heuel* 176. Notandum hic etiam subst. collect. *deil* (folia) Mab. 2, 375, cum nota singularitatis *dalen* (folium) Mab. 1, 8, pro quo rectius corn. *delen* in Vocab., e vetust. *dula* (*πεμπέδουλα* = quinquefolium, gallicum nomen herbae ap. Dioscor.; hibern. gael. *duille*).

C o r n i c a exempla deficientis *u* 1. in *o*: *coske* (dormire) Pass. 51, 1. 55, 3. 2. in *y*: *hyblyth* (placens, commodus; compos. *hy*-, cambr. *hyblydd*) Pass. 131, 3, cui addenda, ob alternantes *y* et *e*, subst. *delen* (folium) Vocab., *den* (homo) Vocab. 7ª. Pass. fq.

A r m o r i c a *u* deficiens in *o* jam obvia est in vetustis nominibus virorum: *Chonomoris*, *Chonober* ap. Gregor. Turon. 4, 4. 20. *Conatam* in Chartular. Rhedon. 1, 34. 2, 27. *Conwoion* ibid. 1, 1. *Conomaglus* ap. Bolland. Mart. 1, 258, juxta quae cum primitiva *u* adhuc occurrunt: *Cunwoion* Chart. Rhed. Mor. 268. *Cunmailus* ib. 1, 25. *Cunmarch* 1, 33. Frequentior item scriptio particulae inseparabilis *ho*- in vetustis nominibus armoricis: *Ho*-

wori Chart. Rhed. 1, 9. 39. *Hocunan* 1, 15. 2, 20. *Hocunnan* 2, 26. *Hoel, Houel* Chart. Kemperl. Mor. 431. 432. In *e* vel *i* deficit demum in recentioribus libris, e. gr. in Buh. in partic. *he-* (bene), *re* (nimis; hibern. *su-, so-, ru-, ro-*), in subst. *den* (homo) fq. *lech* (locus; hibern. *lucc, loc*) fq., plur. *lichou* 182, 7. Nomen vetustum gallicum *Sucarus,* de quo jam dictum (p. 17), est vox *hocar, hucar* in nominibus virorum chartularii Rhedonensis compositis: *Euhocar* Mor. 267. *Anahocar* 1, 21. *Worhocar* 2, 31. *Branhucar* 1, 17, scilicet adj. *hegar* (benignus, comis, amicabilis; compos. *he-car,* cambr. *hygar* Mab. 1, 259) in Buh. 20, 19. 50, 20, in quo libro etiam frequens est forma *hegarat,* ut sunt nomina quoque virorum in Rhed. *Hocart* 1, 29. *Euhocart* 1, 42.

Vocales longae.

Â producta non manet britannice, sed varias transformationes subit.

Cambrice fit AU scriptione vetustiore, AW recentiore et hodierna, in radice vel derivatione in fine non aucta: *didaul* (gl. expers; hibern. vet. *dál,* pars) gl. Oxon. *llawn* (plenus; hibern. *lán*) Mab. 1, 16. *laur, llawr* (solum; hibern. gael. *lár,* fundus, solum) gl. Oxon. Mab. 1, 2. 14. 24. *maur, mawr* (magnus, hibern. *már*) L. Land. Mab. fq. *claur, clawr* (tabula; hibern. gael. *clár*) Leg. 1. 2. 3. Mab. 1, 292. *kaus, caws* (caseus) Leg. 1. 36. 12. Mab. 2, 373. *paup* (quivis; hibern. *cách*) gl. Oxon. *brawt* (frater; hibern. vet. *bráthir*) Mab. 1, 37. *braut* (judicium; hibern. *bráth*) Leg. praef. *gnawt* (forma, habitus; hibern. *gnáth,* mos, consuetudo) Mab. 1, 28. 29. Frequentes sunt derivationes *-aul, -aun, -aur, -aut,* ortae ex *-âl* etc., praesertim autem *-auc, -aŵc* e vetusta *-âc* (cf. p. 18): *budicaul* (victoriosus) gl. Oxon. *cristawn* (Christianus) Mab. 1, 262. 266. *porthawr* (portarius) Mab. 1, 1. 2, 6. *brachaut* (mulsum, melicertum) gl. Oxon. *tauaut* (lingua) Leg. 1. 11. 18. *plumauc* (pulvinar; med. lat. plumacus, plumacium) gl. Oxon. *marchauc, marchawc* (eques) gl. Oxon. Mab. fq. *Cair Ebrauc* (Eborâcum), *Cair Caratauc* (oppidum Carataci) Nenn. p. 80.

Accedentibus autem sive flexionis sive derivationis terminationibus *au* fit Ô: *o cloriou* (gl. tabellis, sing. *claur*) gl. Oxon. *polyon* (sing. *pawl*, palus, Mab. 2, 248) Mab. 2, 64. *y uorwyn glotuoraf* (puella famosissima; *clot-maur*) Mab. 2, 28. *lloneit* (plenitudo) Mab. 1, 27. *bodi* (mergere, mergi; cf. hibern. vet. *bádud*, naufragium, Wb.) Mab. 2, 246. *hestoriou* (sextarii; sg. *hestaur*) gl. Oxon. *ebolyon* (pulli; *ebawl*) Mab. 3, 30. *aylodeu* (connexiones; sing. *aylaut*), *guyrodeu* (liquores; *guyraut*) Leg. 1. 5. 5; 9. 19. *hebogeu* (accipitres), *hebogyt* (falconarius; sing. *hebauc*, accipiter) Leg. 1. 10. 1; 7; 8. *marchogyon* (equites; *marchawc*) Mab. fq.

Haec quidem regula est. Obvia tamen *o* cambrice etiam non sequentibus terminationibus interdum, tam in radice, e. gr. in adj. *mor* in libro Landav. in frequentibus virorum nominibus compos., ut *Morleu*, *Morcant*, *Conmor*, *Catmor* etc. (in vetust. gall. *-marus*, p. 19), pronom. *paup* et *pop* (quivis) Leg. praef., quam praesertim in derivatione *-auc*, pro qua non solum *-oc*, sed etiam *-uc* in nominibus libri Landav.: *Matauc* 73, *Matoc* (cf. *inis maddoc*, insula Matauci, Matoci, in Sg., supra p. 81) 194, *Matuc* 136, *Guinoc* 135, *Guenoc* 177, *Guinuc* 195, *Guallauc* 254, *Gualluc* 198. Immo in glossis Luxemb. vetustis nec *-auc* nec *-aul* in fine, sed *-oc*, *-ol*: *euonoc* (gl. spumaticus), *diprim euonoc* (gl. essum afroniosus). *golbinoc* (gl. rostratam). *catol* (gl. avelloso). *ascrunol* (gl. ossilem). *cobrouol* (gl. verbialia).

Cornica dialectus adeo majorem varietatem exhibet proferendae *â*. Leguntur quidem cum *au* in Vocab. *lau* juxta *lof* (manus), *braud* juxta *broder* (frater), *caus* juxta *cos* (caseus), *maur* (magnus) cum suprascripta *o* i. e. *mor*, sed dominatur *o* pro *au* in eodem, e. gr. in his vocibus: *lor* (pavimentum, solum). *dof* (gener; cambr. vet. *dauu*). *snod* (vitta), *snoden* (filum; hibern. vet. *snáthe*). *caltor* (cacabus; cambr. hod. *callawr*). *diot* (potus; cambr. *diawt*). *gur priot* (gl. sponsus; cambr. *priawt*). *tauot* (lingua; cambr. *tafawt*), et praesertim in derivatis in *-auc*: *plufoc* (pulvinar), *chuillioc* (augur), *gouhoc* (mendax), *teithioc* (vernaculus), *vuludoc* (dives), *bochodoc* (inops), *chefuidoc* (omnipotens), *galluidoc* (potens) etc. Rariora exempla prolatae *ê* pro *â* in eodem Vocab.: *funten* (gl. fons; i. e. fontâna), *soler* (gl. solarium), *peber* (pistor; cf. armorica subst. in *-er*). Sed haec

ê pro *â* fere in regulam abit in Pass., sive solitaria *ê* sive cum vocalibus *a*, *o*, *u*, *y*.

EA, EO, EU, EY cornica = *â* e Pass.: *mear* (magnus) 5, 1. 8, 3. 14, 4. 35, 4. 54, 1. 60, 2 etc. *lear* (solum) 8, 4. *clear* (clârus) 252, 2. *fynteon* (fontâna) 224, 2. *leun* (plenus) 186, 3. *leuff, leuff* (manus) 180, 1. 182, 1. *leyff, leyf* (id.) 46, 4. 219, 3.

E cornica = *â* e Pass.: *len* (plenus) 3, 3. 75, 4. *ler* (solum) 211, 1. *leff* (manus) 136, 4. 178, 1. *peb* (quivis) 7, 4. 33, 3. 77, 1. *bres* (judicium; cambr. *brawt*, hibern. vet. *bráth*) 32, 2. 98, 2. *braes* (id.) 259, 2. *fynten* (fontana) 224, 4. Deriv. *-ek* = *âc* in subst. *marek*, *marrek* (miles; = cambr. *marchawc*, cf. *morogeth*, equitare) Pass. 190, 2. 285, 1.

Sunt tamen adhuc residuae *a*, *o* et *u* pro *â* in Pass.: *leas* (multus; cambr. vet. *liaus*) 62, 4. 73, 3. 107, 4. 189, 4. *luas* (id.) 204, 3. 210, 3. *mar*, *mur* (magnus, multus) 29, 1. 85, 1. 88, 4. 156, 1. *pub* (omnis) cum subst.: *pub or*, *pub tra*, *pub tu* etc. (omni hora, omnis res, omne latus) 24, 1. 54, 3. 163, 2. *morogeth* (equitare; cambr. *marchogaeth*) 28, 4.

Armorica pronuntiatio vetustior hujus vocalis fuit etiam *ô* procul dubio, ut patet e nominibus virorum armoricis: *Chonomoris* (= Cunimarus) Greg. Tur. 4, 4. *Conmorin* Chart. Rhed. 1, 12. *Ermor*, *Hermorus* ibid. 1, 5. 6. *Morman* 1, 2. 7. 37. *Morwethen* 1, 5. *Mormoet* ibid. M. 296, in quibus potius adj. *môr* = *maur* statuendum, quam subst. *mor* (mare). Sunt enim et derivationes *-or* etc., *-oc*, pro qua interdum et *-uc* occurrit, pro *-aur* *-auc*: *Kenetlor* (e *kenetel*, genus) Chart. Rhed. 1, 5. *Warochus* Greg. Turon., *Weroc* in Chart. Rhed. fq. *Kenmarhoc*, *Breselmarhoc*, *Hedremarhoc* ibid. M. 307. 328. 339. *Hedremarchuc* ibid. 1, 2. *Kenmarchuc* Chart. Kemperleg. M. 367. *Karaduc* (= cambr. vet. *Caratauc*, gall. vet. Caratacus Inscr.) ibid. M. 432, atque in pluribus aliis.

Recentior autem lingua armorica pro *â* modo EU (cf. supra *eu* e correpta *o*, p. 107) exhibet, frequentius vero E.

EU armorica = *â* e Buh.: *leun* (plenus; cambr. *llawn*) fq. *meur* (magnus) in adv. *meurbet* (valde; i. e. magna res) 16, 15. 54, 21. *peuch* (pax, pâcis) 66, 11. 80, 5. *ma breuder* (fratres mei!) 202, 9. *feunteun* (fontâna) 100, 15. 102, 2. 106, 27.

E armorica = *â* e Buh.: *quer* (cârus) 14, 5. *scler* (clârus) fq. *pep* (quivis; = cambr. *paup*) fq. In derivationibus: *santel* (sanctus; = *-aul?*) fq. *christen* (Christianus; cambr. *cristawn*) 132, 22. *cristenez* (Christianitas) 182, 10. *feunten* (fontâna), plur. *feuntenyou* 190, 20. 23. 192, 3. *sarmoner* (sermonarius, orator) 48, 9. 54, 15. *flatrer* (adulator) 68, 5. *soliter* (solitarius) 28, 12. *priet* (sponsus; cambr. *priawt, priotas*) 126, 8. 13. *pechet* (peccatum; cambr. *pechawt*) fq. *baelec* (presbyter; cambr. *balawg*) 176, 5. *lealtet* (legalitas) 68, 10. *trindet* (trinitas) 72, 13. 98, 3. *vueldet* (humilitas; cambr. *-dawt*) 84, 14.

Est etiam infectio cambrica hujus vocalis, scripta EW: *llewni* (implere; *llawn*, plenus) Mab. 1, 16. *cewri* (gigantes; sing. *cawr*) Mab. 1, 264. Immo cornica et armorica pronuntiatio omnis infectione nimis extensa orta videtur, cum vox *diner* (denarius; *er* = *ari*, ut in jam dictis vocibus), obvia in Buh., scripta sit *dinair* (gl. numus) in Vocab., et jam *dinaer* in chartul. Rhed. in n. pr. viri *Dinaeron* 1, 4. *Dinaerou* 1, 17. Cf. et *madaelez* (bonitas) Buh. 86, 14.

Ê producta vix servata est britannice. Cambrica solummodo exempla quaedam se offerunt exhibentia eam in forma originaria: *llech* (lapis; hibern. vet. *liac, liacc* = lêc) Mab. fq. *hedwch* (pax; hibern. vet. *síd*, alternante *ê* et *í*) Mab. 3, 304. *Cunueon* L. Land. 142. *Conueon* (nom. viri, quod armorice semper est *Conwoion*) ibid. 133. 146. *gware* (ludus; in gl. Oxon. *guaroi*) Mab. 2, 246, obvium etiam in nominibus virorum compositis in L. Land.: *Conguare* 133. 174. 176. *Gurguare* 155. *Catguare* 140 (quae sunt alias *-guarui, -guaroi*: *Conguarui* 115. 180. *Gurguarui* 157. *Elguarui* 181, ut nomen feminae *Dinguoaroy* ap. Nennium p. 73). Item in terminatione aliorum nominum: *Guordoce* 155. *Oudoceus* 109. *Loudoce* 142 (cum in aliis sit *-docui*: *Guordocui* 72. 74. *Guordocoi* 115. *Oudocui* 147). *Lourone* 169 (*Louronui* 175).

Regula est, *ê* cambrice fieri OI, UI, WY: *troi, trui, trwy* (per, praep., hibern. *tre, tri*, vocali ut alias breviata) fq. *pui* (gl. quid? hibern. *cia*) gl. Oxon. *coilou* (gl. auspicia), *etncoilhaam* (gl. auspicio) gl. Oxon. *loinou* (gl. frutices; cambr. hod. *llwyn*, fruticetum, gael. *lian*, pratum) gl. Oxon. *fruinn, fruyn, ffrwyn*

(frenum; hibern. *srian*) gl. Oxon. Leg. 1. 5. 5. Mab. 1, 10. 26. *awyr* (aer; hibern. vet. *aér* Wb.) Mab. 1, 7. 13. *kuyr*, *kwyr* (cera) Leg. 1. 17. 7. Mab. 1, 16. *bluydyn*, *blwydyn* (annus; hibern. vet. *bliadan*) Leg. Mab. fq. *luit*, *llwyt* (fuscus; hibern. *liath*) L. Land. Mab. *cluit* (crates: *dor cluit*, porta viminea; hibern. *cliath*, p. 21) Lib. Land. 148. *kanuyllyt* (candelarius) Leg. 1. 1. 1. *postoloin* (= postilena, med. lat. tegmen equi) gl. Oxon. *cadwyn* (catena) Mab. 1, 8. *eccluis*, *eglwys* (ecclesia) Lib. Land. 231. Mab. 1, 267.

Cornica scriptio UI occurrit in Vocab.: *plui* (= plebs). *chuillioc* (gl. augur), *cuillioges* (gl. phitonissa; cf. hibern. vet. *cél*, gl. augurium, Sg.). *ruif* (rêmus), *ruifadur* (remex, nauta). *muin* (gracilis; cambr. *mwyn*). *scuid* (scapula), *scuidlien* (superhumerale). *ruid* (rête). *les luit* (gl. marrubium; cambr. *llwyt*). *buit* (esca). *cluit* (gl. clita; i. e. clêta, p. 21), *cluit diuuron* (gl. pectus). *profuit* (propheta). Rarior OI: *coir* (cêra). *cloireg* (clêricus). *moroin* (puella). *guenoinreiat* (veneficus), vel sola O: *eglos* (ecclesia). In Pass. adhuc OY: *doyn* (facere) 111, 3. *poys* (gravis, ponderosus; cambr. *pwys*) 10, 2. 61, 2. 122, 1. 237, 2. *boys* (cibus; cambr. *bwyt*) 10, 4. 42, 1; sed etiam, excussa *i*, sive O sive U: *cothe* (cadere; cambr. hod. *cwyddaw*) 170, 1. 184, 3. *y cothas* (cecidit) fq. *scoth* (humerus; cambr. hod. *ysgwydd* = *scêd*) 162, 3. 205, 3. *eglos* (ecclesia) 13, 4. *arluth* (dominus; in Vocab. *arluit*, fem. *arludes*, cambr. hod. *arglwydd*) fq. *profusy* (prophetae) 73, 3. Existimanda etiam producta *é* in terminationibus formarum *caradow* (amandus, amabilis; cambr. *caradwy*) Pass. 45, 4. 159, 3. 193, 3. 218, 3, *casadow* (putridus, abominandus) 159, 1. 170, 4.

Armorica vetustior solutio hujus vocalis est OI, OE, rarius UI, e. gr. in nominibus propriis chartularii Rhedonensis: *Ploilan*, in charta a. 862 (= *plebs Laan*, *Lan* in aliis chartis 1, 50. 51) 1, 23. villa quae nuncupatur *Loencetenoc* (a. 871) 1, 44. ecclesia quae dicitur *Coretloen Cras* (a. 847; cambr. *loin*, *llwyn*) 1, 47. *Moeni*, *Haelmoini* (nn. pr. virorum; cf. cambr. *kymmwynas*, benevolentia, Mab. 2, 12 et adj. *mwyn*, mitis, placidus, benevolus) 1, 29. 2, 30. *Hoiarscoit*, *Hoiarnscoet* (n. pr. viri i. e. scutum ferreum; hibern. vet. *sciath* Sg., cambr. hodiern. *ysgwyd*, scutum) 1, 35. 45. Mor. 296. *Harscuit* Mor. 406.

Harscuet in chartul. Kemperl. Mor. 456, quod nomen porro in aliis et recentioribus chartis magis corruptum occurrit: *Arscot, Arscodius* Mor. 351. 470. *Hascodius, Ascutus, Ascutius* Mor. 381. 457. 471. Item in terminationibus *-oi, -oe* (cambr. *-oi, -ui* alternans cum *e*) *-inoi, -inoe, -itoe* (cf. cambr. hodiern. *caradwy,* amandus) in frequentibus nominibus virorum: *Suloe, Erispoe, Riskipoe, Nominoe, Benitoe, Portitoe* in chart. Rhedon.

Recentioris linguae armoricae scriptio est OE, interdum OUE (leg. *ue*), et OA.

OE (OUE) armorica = *ê* in Buh.: *ploe* (= plêb; plebs, vicus) 158, 12. 198, 2, plur. *ploueou* 54, 17. *ploeys* (plebani, homines in vicis habitantes) 144, 9. *doen* (facere; hibern. vet. *dénom,* cambr. *dwyn*) fq. *coezet* (qui cecidit) 4, 16. 168, 6. *roedou* (retia; sing. *roed* = rête) 32, 14.

OA armor. = *ê* in Buh.: *moan* (debilis; cambr. *mwyn*, tener) 10, 9. 32, 10. 42, 19. *doan* (facere) 50, 7. *coar* (cambr. *kwyr* = cêra) 96, 16. *boas* (consuetudo; hibern. vet. *bés?*) 120, 3. 124, 6. 142, 19. *cloarec* (clericus) 112, 13. 118, 2. *scoacc* (humerus) 72, 10. *bloaz* (annus; hibern. vet. *bliadan*, cambr. *blwyddyn*) 2, 9. 4, 21. *bloazuez* (anni spatium) 204, 21.

Î producta britannica solet manere intacta.

Cambrica: *guin* (vinum; hibern. vet. *fín*) gl. Oxon. *hir* (longus; hibern. vet. *sír,* hibern. gael. *síor*) gl. Oxon. Mab. *tir* (terra; hibern. vet. *tír, tiir*) Leg. fq. et hodie. *ri* (vetust. gall. *rîg,* hibern. *ríg,* p. 25) in nominibus virorum compositis in priore loco et posteriore in Libr. Land.: *Riataf* 176. *Riuallaun, Riguallaun* 138 etc. (cf. hibern. *Rigbardan* Ann. Tigern. ap. O'Conor 2, 308). *Bledri* 236. *Rotri* 174. 182. *Clotri* 168. 169. *Judri* in cod. Lichfeld. *bri* (cambr. hod. *bri* auctoritas; hibern. vet. *bríg*) in adj. *guobri* (gl. gravis), comp. *guobriach* (gl. sapientior) gl. Oxon., simplex et compositum in nominibus virorum in Lib. Land. *Brii* 190. *Briavail, Briauail* 135. 137. 140. *Briguan* 209. *Ilbri* 194. In nomine vetusto cambrico *Eltguhebrie,* obvio in cod. Lichfeld., in append. L. Land. p. 273, equidem video idem adjectivum, legendo scilicet *Eltguebrie, Eltguobri.* Scriptio recentior productae *i* est *i*, correptae autem *y*. Ergo et hodiern. adj. *brith* (variegatus) concordat cum vet. Brîto (Auson. epigr. 109—114).

Obvia tamen est in vocibus cambricis praesertim recentioris linguae, interdum et vetustae, EI pro *í*: *Cair Lundein* (Londinium) Nenn. p. 80. adj. *breith* (supra *brith*) in compos. plur. *bronnbreithet* (pectore variegatae, cicadae) gl. Oxon., hodie *braith*, in compos. *breithwyn* (varius, variegatus albo colore). Pro *covînus*, nomine vetusto vehiculi gallici (p. 24), cambr. hodiern. *cywain* (vehere), *cyweiniad* (vectio); pro *tiis* (gl. staptum) gl. Oxon. hodiern. *tais*, compos. *teisban* (tapetum); pro *guillihim* (= *guilliim*, *-îm*, forceps) gl. Oxon. hodie *gwellaif*. Addo porro *guyraf* (foenum) Vocab., et *gueirclaud* (pratum) L. Land. 204. 231, *gweirglod*, *gweirglawd* Mab. 1, 240. 243. 253, hodiern. *gweirglawdd*, compos. ut *gweirdir* (foeni terra), *gweirdy* (foeni domus) e *gwair*, plur. *gweiriau* (foenum, gramen).

Cornica *í* e Vocab.: *guin* (vinum), *guinbren* (vitis), *guin fellet* (gl. acetum). *guir* (verus), *guirion* (verax; hibern. vet. *fír*, *fírian*). *hir* (longus). *tir* (terra). *scriuit*, *scriuen* (scriptura). Pro *í* obvia *y* in Pass.: *gwyn* (vinum) 45, 1. *gwyr* (verus) 50, 4. 100, 4, atque adeo *e* (= cambr. *ei*, *ai?*): *screfys* (scriptus) fq., *screfe* (scribere) 187, 1.

Armorica exempla: *ri* et *bri* jam dictae voces in nominibus compositis vel derivatis virorum in chartul. Rhedon.: *Rianau* 1, 55. *Riowen* 1, 6. Mor. 268. *Riwalt* 1, 5. 6. 30. *Riwallon* 1, 36. *Riwalatrus*, *Riwalart* 1, 14. 2, 15. *Riworet* 1, 27 etc. *Brient* 2, 16. Mor. 293. *Wobrian* 1, 38. *Driwobri* 1, 7. 9. 2, 14. *Drewobri*, *Drehwobri* 1, 38. 2, 15. 30. *Haelwobri* 1, 9. *Maenwobri* 2, 15. *Catwobri* 1, 9. 2, 31. *Rethwobri* Mor. 265. 266. *Breselwobri* 2, 31. Etiam in Buh. *i* in usu est et rarior *y*: *lin* (linum) 168, 18. *hir* (longus) 12, 23. 154, 17. *guir* (verus) fq. *tir* (terra) 6, 25. 114, 5. *ysel* (demissus, non altus; hibern. vet. *ísil*) 100, 8. 206, 17.

Notandae hoc loco alternantes *í* et *é*, non solum in vocibus britannicis et hibernicis, sed etiam in iisdem britannicis. Pro *í* britannica *é* hibernica: vocis *covinus*, cambr. *cywein*, pars posterior est hibern. vet. *fén* (gl. plostrum, plaustrum; = *vîn*, *vên*, conferendum cum germ. *vagns*, e rad. *vehere*, ut *mâr* cum lat. *magnus*) Sg. 21[a]. cambr. *gweir*, *gwair* (gramen) hibern. vet. *fér*, gen. *feiuir* (gramen) Sg. 68[b]. cambr. *diu* (deus; pro quo et in pluribus locis, ut *tyr* pro *tir*, est *dyuu*, *dyu*, *dyhu*) in Leg., *dioer*

(scit deus) ibid. 2. 6. 2, e quo prodiit *duhu*, *duo* in Leg. 1. 14. 5; 2. 6. 2, *duw* in Mab. semper, est hibernice *dia*, *dé* (= dê; cf. p. 25) eodem modo, ut cambr. *diu* (dies): *diu nodolyc*, *dihu pasc* (dies nativitatis, dies paschatis) Leg. 2. 6. 40, vel *duw*: *duw nadolic neu duw pasc* Mab. 1, 4. *duw gwener* (dies Veneris; cf. et Mab. 1, 22: *buw*, vivus) Mab. 1, 287 est hibern. vet. *dia* (dies), *unde fridé* (interdiu). In britannicis alternatio: *bruit* (gl. varius; = brêt) Vocab. 8[b] pro *brith*; *duy* (deus) Voc. 7[a], armor. *doe* Buh. fq., e quo adj. *duyuaul* (divinus; = dêvâl) in Leg. 1. 14. 5, pro *diu*; *ruy* (rex) Voc. 7[b], cui respondent armor. vet. *roiant* (= rêgant; cf. hodiern. armor. *ruantelez*, regnum) et *roen* in nominibus virorum compositis, *roen* (rex) Buh. fq., pro *ri* (= gall. vet. rîg); armor. *paradoes* Buh. 16, 4. 64, 1. 146, 13 pro *paradis* ibid. 160, 12. cambr. hodiern. *olwyn* pro *olin* (gl. rota) gl. Oxon. Addo nomen fluvii Cambriae *uisc*, *wysc* (hod. Uske) L. Land. Mab. fq., quod a Romanis auditum est *Isca*, et subst. *gwelleu* (forceps; = *-êu*, *-êm?*) Mab. 2, 204. 225. 242 pro *guillihim*, *gwellaif* supra allato.

Pro *é* britannica *í* hibernica: cambr. hodiern. *hedd* (pax; cf. *hedwch*, pax, Mab. 3, 304) hibern. vet. *síd*; pro adj. cambr. *mwyn*, armor. *moan*, hibern. gael. *mín*. In britannicis vocibus alternatio: *blithen* (annus; cf. armor. *bloaz*, plur. *blizien* Buh. 4, 5) Vocab. 8[b] pro *blwyddyn* (= blêd.); armor. term. *-is*, *-ys* in Buh.: *bedis* (mundani, habitantes mundi; e *bet*) 160, 11. 192, 21. *ploeys* (plebani, homines in vico habitantes) 144, 9, pro cambr. vet. *-ois*, hodiern. *-wys*, e. gr. in *tuscois* (gl. Tuscus) gl. Oxon. *Lloegrwys* (Loegriae habitatores, Loegrenses).

De his aliisque quibusdam vocibus, in quibus alternant vocales productae *i*, *e* et *a*, videsis sub Î hibernica (p. 25); ad quas addo hoc loco subst. *ruif* (rêmus) Vocab., cambr. hodiern. *rhwyf*, cui respondet hibern. vet. *rám* Sg. 36[a].

Ô productae britannicae servatae vix unum vel alterum exemplum exstat, e. gr. forsan: *o* (praep., a, ab, hibern. *ó*, *ua*) fq. *impoc* (osculum), *poccuil* (basium; hibern. vet. *bóc*, gl. osculum, Sg., hodiern. *póg*) Vocab. 7[b].

Profertur enim Û pro *ó*, tam cambrice, quam cornice et armorice.

Cambrica exempla: *uch* (supra), *uchel* (altus; hibern. vet. *uas*, *uasal*) fq. *tru* (miser; hibern. vet. *tróg*) gl. Oxon. *bud* (gl. bradium; hibern. vet. *boid*, gl. bradium [sic], destinatum persequor, Wb. 24[a], alias *buáid*, cf. p. 27) gloss. Luxemb. *bud* (victoria, fortuna) Mab. 2, 216, obvium in nom. pr. virorum compos. et deriv. in Lib. Land.: *Budgualan* 156. *Gurbud* 153. *Catuud* (= *Catbud*) 191. *Budic* (*Bodicus* cum *o* adhuc ap. Gregor. Turonens. 5, 16) 123. *Budat* 209, unde adj. *budicaul* (gl. victor) gl. Oxon., *budugawl* (victoriosus, felix) Mab. 2, 213. *tut* (populus; hibern. vet. *tuath*) in nom. pr. item compos. et deriv.; in cod. Lichfeld.: *tutri*, *tutbulc* (Lib. Land. *Tutbulch* 231. 253) Append. L. Land. p. 271. *tutnred* (= *tutnerd*, *Tutnerth* L. Land. fq.) ibid. p. 273.; in Libr. Land.: *Tutmab* 191. 218. *Tutleu* 254. *Eutut* 264. *Margetud* 118. 259. *Tutuc* 120. Hodierna hujus vocalis scriptio eadem est ut vetusta, differtque haec *u* recentior ab *w*, quae est pro *u* correpta.

Cornica e Vocab.: *luulistri* (gl. classis; i. e. naves agminis, cambr. *llu*, hibern. vet. *sluag*). *grud* (maxilla; hibern. vet. *gruad* Sg.). *huchot* (sursum; = *uchot*). E Pass.: *lu* (agmen) 163, 3. *tru* (miser) 246, 2. *tus* (populus; = *tut*), *ugh*, *ughell* (supra, altus; = *uch*) fq.

Armorica: *bud* (victoria) et *tut* (populus) item in nom. virorum chartul. Rhedon.: *Budworet* 1, 14. 25. 27. 2, 28. *Budhoiarn* Mor. 297. *Catbud* Mor. 302. *Budic* Mor. 332. 333. *Wrbudic* 1, 21. *Loiesbudic* Mor. 328. *Anbudiat* 2, 21. *Tutwal* 1, 5. *Tutwallon* Mor. 275. *Tutworet* Mor. 273. 293. E Buh.: *tru* (miser) 72, 10. 90, 6. *truez* (miseria) 182, 14. *trugarez* (misericordia; hibern. vet. *trócaire*) 106, 2. 194, 5. *tut* (populus), *vhel* (altus) fq.

Num hujus vocalis infectio quaerenda in subst. *teilyngdawt* (dignitas) Mab. 3, 298, ex adj. *teilwng* (dignus), et conferendum hibern. vet. *tualang* (aptus)?

Û producta originaria britannica item in alium sonum transiit, scilicet in Î.

Cambrica exempla: *rin* (mysterium; hibern. vet. *rún*, *ruun*) in adj. compos. *ringuedaulion* (gl. arcana) gl. Oxon. deriv. e subst. *rhinwed* (mysterium, virtus arcana) Mab. fq. *din* (castellum, oppidum, hibern. vet. *dún*, *-dunum* in nominibus gallicis

p. 29. 30) in nominibus locorum praecedens more cambrico: *castellum Dinducil id est Cair Duicil* Lib. Land. 217. *Din Birrion* ibid. 201. *Dintywi* (locus ad Tobium Cambriae fluvium) Mab. 2, 244. 245, unde derivat. *dinas* (oppidum) Mab. 1, 16, quae voces et hodie scribuntur *din, dinas. glin* (genu; hibern. vet. *glún*) Mab. 2, 18. 19. 51. 380. Ut pro *í* etiam pro hac vocali producta in hodierna lingua servata est *i*, cum pro *i* correpta sit *y*.

Cornica: *chil* (gl. cervix; = *cil,* hibern. vet. *cúl,* tergum), *penclin* (gl. genu; *pen glin?*) Vocab. Ut pro *í* etiam hic *y*, quacum alternat *ey*, occurrit in Pass.: *dewlyn* (genua) 58, 1. 137, 1. *dewleyn* 54, 4. *war ben gleyn* (super genua) 56, 2.

Armoricum exemplum e Buh.: *glin* (genu) 96, 12. 98, 2. 180, 5.

Diphthongi.

AI in britannicis dialectis easdem variationes subit, ut in hibernica lingua, alternans cum AE, cornice et armorice etiam nutans in OI et OE.

Cambrica exempla: *hail* (largus) in n. propr. virorum *Conhail, Judhail* Lib. Land. 137. 149. *haelaf* (largissimus) Mab. 1, 17. *gaem* (hiems): *in ir gaem* (hieme, ἐν τῷ χειμῶνι; hibern. vet. *gaim, gaimred* Wb.) cod. Lich. in Append. Libr. Land. p. 272. *hair* (gl. clades; = *air*, hod. *aer*, proelium) gl. Oxon., *air, aer* in nominibus virorum compositis Libri Landav.: *Aircol* 111. 118. 205. *Aircon* 70. *Aerthirn* 142. *mair* (gl. praepositus) gl. Oxon. (in duobus locis), item in privileg. eccles. Landav. *mair* L. Land. p. 113, sed *maer* (major domus, villicus) Mab. 2, 224. 239. *maer kernyw adyfneint* (praepositus, gubernator Cornubiae et Domnoniae) Mab. 2, 209. *di guairet* (deorsum) Lib. Land. fq. *y waeret* Mab. 2, 211. *dair, dayr* (terra) Privil. eccl. Land. in libr. Land. p. 113. *guayu, guaeu, gwaew* (lancea; hod. *gwaew*) Leg. 1. 35. 11; 40. 3. Mab. 1, 8. 10. *guayd, guaet, gwaet* (sanguis; hod. *gwaed*) Leg. 1. 18. 6. Mab. 1, 17.

Voces in liquidas finientes post diphthongum *a* inserere amant; est ita pro *gaim, gaem: gayaf* Leg. 1. 12. 10. Mab. 2, 215. *kynnhaeaf* (autumnus; = *kynt-gaeaf,* germ. vorwinter) Mab. 3, 154; pro *dair: daiar, daear* Leg. 2. 6. 27; 11. 34. *dayar*

(hod. *daear*) Mab. 1, 8. Derivationi accensenda *a* in subst. *hayarn* (ferrum, hod. *haiarn*, *haearn*; cf. germ. *isarn*) Mab. 1, 7. 2, 220. 221. *haearn* Mab. 2, 219, quamvis ibidem 2, 222 sit *heyrn*.

Cornice etiam adhuc *ai* et *ae* obtinet in vocibus Vocabularii: *hail* (largus), *mair* (praepositus), *hucheluair* (vicecomes), *maer buit* (dispensator). In *oe*, *oi* tamen ibidem nutant aliae: *doer* (terra), *hoern* (ferrum: *geuel hoern*, gl. munctorium, *padel hoern*, gl. sartago), *goyf* (hiems), jamque in *e* vox *gueret* (humus; cambr. *guairet*, *gwaeret*, solum). Quae *oi* et praesertim *e* in usum venit in Pass.: *gwoys*, *goys* (sanguis; cambr. *gwaet*) 10, 3. 45, 2. *gew* (hasta; = *gwaew*) 217, 3. 218, 3. *men* (lapis; cambr. *maen*) 237, 1. Ob immissam *a* subst. *dair*, *doer* (terra) ibidem est *doar* 152, 2. 221, 3.

Armorica *ai* obvia quidem in nominibus vetustis propriis, e. gr. in chart. Rhedon. *Hailgugar* 1, 2. *Mainworon* 1, 1; solita tamen scriptio est *ae*: *Haeloc* 1, 5. *Haelin* 1, 8. 44. *Haelcar*, *Haelwobri*, *Haeldetwid*, *Detwidhael*, *Nodethael*, *Sulhael* etc. *Maenwili*, *Maenworon*, *Maenwobri*, *Maenworet* et alia fq. in chart. Rhedon. *Aerviu* chart. Rhed. 1, 11. *Haerveu* chart. Landev. Mor. 348. 467. In Buh. etiam obtinet *ae*, pro qua tamen scribitur saepius *e*: *hael*, *hel* (bonus, placidus, salvus) fq. *men* (lapis; cambr. *maen*) 42, 8. 96, 9. *laes*, *laesen*, *lesen* (lex) 20, 13. 26, 20. 150, 9.

Nihilominus etiam *oe* et *oi* exhibent chartularia armorica in nominibus propriis, e. gr. chart. Landev. *Loeswethen* (cf. n. pr. *llaesgymyn*, *llaeskenym*, *llaesgeuyn* Mab. 2, 6. 201. 243) Mor. 379, et chart. Kemperleg. *Loescant* Mor. 456. *Guerloesius*, *Gorloesius*, *Gurloesius* Mor. 366. 367. 368. Chartularium Rhedonense in his post diphthongum, quam scribit *oi*, inserit *e* plerumque, vel etiam aliam vocalem: *Loiesic* 1, 52. *Loiesoc* 2, 14. 17. *Loiasou* 2, 19. *Loiesworet*, *Loiesweten* 2, 20. 28. *Loiesbudic* Mor. 228. *Loieiscar* (leg. *Loiascar?*) Mor. 329. *Gorloios* Mor. 515. Scriptio *oi* etiam in voce *hoiarn* (ferrum) frequentissima in nominibus propriis ejusdem chartularii: *Hoiarn* 1, 7. 37. *Hoiernin* 1, 26. *Hoiarnscoit* 1, 45. *Loieshoiarn* 1, 2. *Haelhoiarn* 1, 5. 16. *Rishoiarn* 1, 8. 2, 16. *Cathoiarn* 1, 8. etc. In recentioribus tamen chartis: *Haiarn* (a. 1037) chart. Kemperleg. Mor. 374.

Haiarn, Haiarnus (a. 1026. 1050) chart. Rhed. Mor. 356. 357. Ob formam illam vetustiorem erit *Treb Moiaroc* (a. 834) in chart. Rhed. 1, 4 idem quod *vicus Mairoc, Maeroc* (v. Maeroci; deriv. e supra allata voce *mair, maer*);* eidemque formae bene jungitur recentior *oa* (= *oia*) in vocibus e Buh.: *doar* (terra) 140, 4. *douar* 46, 16. 86, 7. *gouaff* (hiems) 154, 4.

In vocibus quibusdam diphthongus *ai, ae* orta est excussione consonarum. In cambricis: *mail, mael* (e *magil, magel*) in nominibus compositis *Mailcun* (= Maglocunus Gild. epist. p. 161) L. Land. 111. *Mailbrigit* 230. *Mailseru, Mailsereu* 208. 221. *Melguas* (i. e. Maelguas) 174. *Maelwys* Mab. 2, 205. *Arthmail* L. Land. 213. *Brocmail, Brochmail* 124. 149. 150. *Brochuail* 133. *Fernuail* 149. 167 (cf. Taximagulus Caes.);** forsan et *air, aer* (proelium) ex *ager* (cf. p. 20). Porro: *maes* (campus, = *mages;* cf. hibern. *mag*) Mab. 1, 3. *saeth* (= sagitta) Mab. 1, 3. *kaer* (castrum, oppidum; cf. hibern. vet. *cathir*) fq.

In cornicis: *maister* (magister) Vocab. Cum *e* pro *ai, ae* in Pass.: *mester* (magister) 60, 4. *mes* (campus) in formulis *the ves, yn ves* (foras, i. e. in campum) fq. *el* (angelus) 13, 2, pro quo *eyll* 254, 3. 255, 1.

In armoricis vocibus: *mail, mael* in nominibus propriis chartularii Rhedonensis: *Maeloc* Mor. 307. *Mailon* Mor. 264. *Gurmahilon* (= *-mailon*) Mor. 339. *Wrmaelon* Mor. 307. *Maeltiern* 1, 14. 2, 28. *Maelcat* 1, 32. *Arthmael* 1, 5. 2, 2. 23. *Cunmailus* (= Conomaglus Bolland. Mart. 1, 258) 1, 25. In Buh.: *ael, el* (angelus) fq. *mester* (= *maester*, magister) fq. *kaer* (oppidum) 182, 12. 200, 11. 188, 1. 19. *ker* 42, 1. 148, 11. Item in voce

---

* Si non eadem pronuntiandi formula, assimilatio tamen ad vocem latinam *major* statuenda erit in Inscript. ap. Orell.: Major Magiati fil. 1987, atque in notissima denominatione *major domus*. Eadem vox formae cambricae adhuc propior gall. hodiern. *maire;* sed angl. *mayor*, germ. *meier*, *mayer*.

** Supponenda voci significatio *puer*, *juvenis*, *servus* (cf. goth. *magus*, *magula*, filius, puer, et hibern. vet. *mug* p. 17). Exstat adhuc *mael* (miles gregarius) in poëmate armorico ap. Villemarqué, Barzaz-Breiz, 4. edit. 1, 86: *penn-lu am mael* (dux agminis pro milite). Ita et frequens subst. brit. *guas* (puer) in media latinitate est *vassus, vasallus*, i. e. ambactus, servus, ut cornic. *floh* (gl. puer), plur. *flechet* (gl. liberi) Vocab., *flehys, fleghys* (liberi) Pass., est armor. *floch* (puer serviens; gall. hod. page).

laes, *lesen* (lex), si confertur hibern. gael. *lagh*, pro qua est et forma *leasen* 20, 13, quacum conferri poterint scriptiones nominis proprii in chart. Rhed. *Liosic* 1, 49. 52. 2, 24. *Liosoc* 2, 25. 27 pro supra allatis *Loiesic*, *Loiesoc*. Non aliter frequens adj. armor. *kaer* (formosus, pulcher; cambr. vet. *cadr*, gl. decorus, gl. Lxb.).

Infectae hujus diphthongi invenitur scriptio EI: *Meilic* (n. pr. viri, *mael*) Lib. Land. 153. 154. 170. *Heilyn* (= *Haelin* chart. Rhed.) Mab. 2, 372. *meini* (lapides; *maen*) Mab. 1, 259. *meirri* (praepositi; *maer*) Leg. 2, 11. 25. In Vocab.: *heirnior* (ferrarius), in Pass. *meyn* (lapides) fq.

AU britannice bis variata, in OU scilicet et EU, in recentiore lingua ad sonum originarium rediit.

Cambricae variationes. *Ou* = *au* in libris vetustioribus, e. gr. in glossis Oxoniensibus in terminatione substantivorum *-ou* (hod. *-au*) numeri pluralis, cujus exempla infra sub nomine. In radice: *dou* (duo; hod. *dau*) gl. Oxon. *lou* (lumen) in compos. *louber* (hodie *lleufer*, splendor) gl. Ox., unde compos. et derivat. *diguolouichetic* (gl. proditus; i. e. dilucidatus, ad lucem datus) gl. Oxon., servata, ut videtur, diphthongo, ut in subst. plur. *nouitiou* (gl. nundinae) ibid., *touyssogion* (principes) Lib. Landav. p. 113. Attamen alternatio concedenda inter *au*, *ou* et *aw*, *ew* (cf. p. 97), atque adhuc hodierna lingua modo servat diphthongum, modo *w* eruit e posteriori vocali: *iau* et *ieuanc* (juvenis); sed *newid* (concambium), *llywychedig* (pellucidus), *tywysawg* (princeps). Voces *lou*, *iou*, aliaeque ut *ou*, *our*, *gnou*, *cenou* obviae in nominibus cambricis personarum libri Landavensis: *Oudem* 176. *Oudocui* 147. *Gurou*, *Guorou* 163. 165. *Riou* 200. *Ourdilat* (fem., i. e. auro vestita) 259. *Loumarch* 212. *Loubui* 71. *Loubran* 135. *Loubrit* 201. *Loudoc*, *Loudoce* 142. 227. *Jouaf* 207. 250. *Joubiu* 161. 163. *Gnouan* 171. *Ellgnou*, *Elgnou* 192. 193. *Gueithgnou* 137. *Judnou* 70. 74. 165. *Morcenou* 136. Addo nomina *Lourone* 169. *Louronui* 175. *Mouric* fq. *Poul* 218.

EU cambrica ex *ou* = *au* orta est jam in vetustioribus libris infectione, in voce e. gr. *eu* in nominibus compositis: *Eudem* (= *Oudem* supra) Lib. Land. 181. *Eutigirn* etc., in adj. *eunt*

(gl. aequus; cf. gallica *avi-*, *avent* supra p. 97) gl. Oxon., in nomine poëtae vetusti *Aneurin*, ut in nominibus virorum libri Land. *Leui* 160. 221. *Conleui* 207. *Legui* 226, pro quo scriptio *Leu* (cf. *Lleuelys, Lleulys, Lleulis* Mab. 3, 297. 298. 300) in compositis: *Leumarch* (supra *Loumarch*) 208. *Leubrit* (= *Loubrit*) 200. *Leuhaiarn* 153. *Marchleu* 193. *Tutleu* 254. *Catleu* 130. 135.

In recentioribus autem codicibus cambricis, e. gr. Leg. A et Mab., EU scriptio solita est pro vetusta *ou* et recente *au* etiam extra causam infectionis, ut in terminatione pluralis *-eu* frequentissima (exempla videsis infra in nomine). Ita et in radice: *deu* (duo) Leg. praef. *lleuuer* (= *louber*, lumen) Mab. 2, 18. *heul* (sol; hod. *haul*) Mab. 1, 27. *eur* (aurum) Leg 1. 2. 3. Mab. fq.

Etiam post hanc diphthongum ut post *ae*, in vocibus praesertim, quae terminantur liquidis, vocalis inseritur, scilicet *e*, qua antecedens *u* solvi solet in *w*: *llawen* (hilaris, gratus), *llewenyd* (gaudium; cf. gall. vet. *laun* in nominibus Catalauni, Coblaunon Inscr.) Mab. fq. *llawer* (multus, multitudo; hibern. vet. *laur*, *lour*, satis, *loure*, sufficientia) Mab. fq. Forsan et *poues* (quies) gl. Oxon., si conferuntur nomina vetusta Pausinnus, Pausinna in Inscr. helvet. ap. Orell. 5066, Possenna (fem. hibernica) Boll. Febr. 2, 53. Notandum tamen, pro vocibus *laun* et *vellaun* obviis jam in nominibus gallicis vetustis in cambricis libri Landavensis non obtinere *lowen* (ut in armoricis), sed non solum *lon*, *guallon* et *lan*, *guallan*, sed adeo servari *laun*, *guallaun*: *Sciblon* 71. *Sciplan* 217. *Catlan* 231. *Gratlaun* 244. 227. *Euilaun* 230. *Judguallon, Judgualon* 143. 167. *Cyngualan, Cingualan* 136. *Budgualan* 156. *Judguallaun* 157. 168. *Riuallaun* fq. etc. In Mab. 3, 297: *Casswallawn* (= Cassivellaunus Caes.).

Cornicae. OU adhuc regula est, e. gr. in Vocab.: *golou* (lux), *iouenc, youonc* (juvenis, juvencus), *gouhoc* (mendax), *goulleueriat* (falsidicus), *brou* (mola), *grou* (arena), *gouthan* (tinea). Sic etiam in terminationibus grammaticalibus: *tivulgou* (tenebrae), *ancou* (mors), *dehoules* (abrotanum, herba; *dehou*, dexter). Et in Pass.: *houl* (sol) 152, 2. 211, 1. 226, 4. *pous* (tunica) 190, 3. *Ethou* (Judaeus) 152, 1. *hethou* (hodie) 157, 4. *kentrou* (clavi) 160, 1, in quo tamen libro est frequentior scriptio OW: *golow* (lumen) 64, 3. *gow* (falsus) fq. *owr* (aurum) 16, 1. *pows* (tunica) 51, 2. 161, 2. *crows* (crux; differunt tamen vocales in cambr.

croes, pes, peis, graean) fq. *dyghow* (dexter) fq. *ankow* (mors) 174, 4. 234, 2, et sic in terminatione numeri pluralis *-ow*.

Interdum obvia EU extra causam infectionis in Vocab.: *peus gruec* (gl. toral), *heuul* (sol), *fosaneu* (gl. calcias), *eskidieu* (sotulares). In Pass. EW infectione orta est ex *ow*: *ef a dewlys towl* (consilium cepit), *y doul ef o tewlys* (consilium ejus statutum est) 15, 3. 214, 3. *crewsys* (cruxifixus) 189, 3.

Insertae vocalis post diphthongum exempla cornica: *lowen, louene, lowenek* (laetus) Pass. 71, 4. 115, 2. 244, 4. *powesough* (quiescite), *powessens* (quiescebant) ibid. 61, 2. 254, 1. Addendum adj. *lower* (multus) Pass. 210, 1, a quo differt scriptione *loar* (sat, sufficiens) 51, 4.

Armoricae variationes. Originaria forma AU elucet adhuc e nomine *Chanao* (cf. cambr. vet. *Morcenou* in lib. Land., et subst. *keneu*, catulus, animal juvencum, Mab. 2, 210. 225. 226. 235. 236) apud Gregor. Turon. 4, 4. In nominibus chartulariorum pro *au* est OU: *Joumonoc* Chart. Rhed. 1, 10. 2, 21. *Jouwoion* ibid. Mor. 265. *Guriou, Bluchiou, Druniou* in chart. Kemperleg. Mor. 441. 464. *Gurgnou* chart. Rhed. Mor. 340. *Haelnou* 1, 4. *Budnou, Arthnou* ibid. Mor. 272. 307. *Loudinoc, Loutenoc* 1, 39. 41. 43. *Louran* ibid. Mor. 339.

Infecta diphthongus et armorice est EU, ut patet e nominibus compositis cum voce *eu*: *Eudon, Eucant* etc. (cf. 97). Tam non infectae autem quam infectae vocalis posterior fit *w* propter sequentem vocalem: *Lowi* (cambr. *Lewi, Legui*) chart. Rhed. 2, 15. *Ewen* ibid. 1, 5. 32.

Insertio vocalis ante liquidam finientem atque solutio item diphthongi ob sequentem vocalem obtinet in voce *lowen* (= *loun, laun*) in compositis vel derivatis nominibus Chartularii Rhed.: *Lowenan* Mor. 304. *Lowinid* 1, 42. *Lowencar* 1, 8. *Winlowen* 1, 16. *Judlowen* 2, 16. *Drelowen* 2, 21. 23. *Trehlowen* 1, 5. 6. *Catlowen* 1, 20. 23. 2, 27. *Argantlowen* 1, 37. Est enim pro eadem voce, ut cambr. *guallon* pro vetust. *vellaun*, et scriptio *lon*: *Catlon* (= *Catlowen*, pugna gaudens) 1, 1. 13. *Argantlon* (= *Argantlowen*, argento gaudens) 1, 36. *Aithlon* 1, 2. *Urblon* 1, 21. *Gradlon* Mor. 265. *Prostlon* Mor. 329.

In recentiore lingua, jam in Vita Sanctae Nonnae, rediit AU, in illo libro semper scripta AOU: *daou* (duo) fq. *gaou* (falsus;

cf. *gouleueriat, gouhoc* Vocab.) fq. *laouen* (laetus) 98, 4. *laouenhat* (gaudere) 44, 19. 76, 18. *saouzan* (cura) 38, 21. 50, 22. *caoudet* (internum) 56, 2. Frequentius tamen diphthongus deficit in U, scriptione recentiore, quae in Gallia in usum venit, OU (bene distinguenda a supra memorata *ou* vetustiore cambrica, cornica, armorica); e. gr. in terminatione plur. *-ou* frequentissima. Alia exempla e Buh.: *dou* (duo) fq. *gou* (falsus) 4, 16. *goulou* (lux; lege *gulu*, cambr. hod. *golau*) 184, 7. 192, 4. *louarn* (vulpes) 32, 8. *louen* (laetus) fq. *louenhat* (gaudere) 28, 22. *poues* (quies) 172, 13. *souzan* (cura) fq. *coudet* (internum) 62, 6. 72, 15. Scriptio *au* obvia in eodem libro est pro *o*, e. gr. in frequente voce *auber* (operari); in aliis orta e mollita *l*: *autrou* (dominus; *altrou*, nutritius, Vocab., cambr. *alltraw*) fq. *psaulter* (psalterium; gall. hod. *psautier*) 26, 21.

In tribus dialectis britannicis diphthongus interdum orta est excussa consona: cambr. vet. *iou* (gl. jugum) gl. Oxon. cornic. *pow* (= pagus, regio) Pass. fq. armor. vet. *pou* in nomine pagi *Poutrecoet* (p. trans silvam) in chart. Rhedon. Pro cambr. *dwfr* (aqua; = dubr, duber) obviae formae cornicae *dour, dowr, dower* in Vocab. et Pass.

OE in vocibus britannicis maxime usitatis transgressa invenitur in Û.

In cambricis: *culed* (gl. macies; hibern. vet. *cóil*, gl. macer, Sg., cambr. hod. *cul*) gl. Oxon. *un* (unus; hibern. vet. *óen*) fq. *tu* (latus; hibern. vet. *tóib*) Mab. fq.

In cornicis: *cul* (macer) Vocab. *un* (unus) Pass. fq. *tu* (latus) Pass. 105, 3. 163, 2. 207, 2.

In armoricis: *un* (unus) fq. *tu* (latus) Buh. 72, 10.*

Deprehenditur tamen etiam adhuc OE, alternans cum OI, in pluribus vocibus cambricis, non solum in vetustiore, sed etiam in hodierna lingua: *hoedel, hoedyl* (vita) Mab. 2, 218. 3, 267. 268, obvium etiam in nominibus virorum compositis in libr. Landav.: *Rihoithil, Rioidil* 141. 143. *Guorhoidil* 180. *Loegria* (cf.

---

* Ita et latinae voces quaedam *u* ex *oe* proferunt, e. gr. *unus* e vetusto *oenus*, *punicus* e *poenicus* (gr. *Φοῖνιξ, Φοινικικός*), aliae servarunt diphthongum.

Loygare, rex Hibern., Nenn. p. 64) Galfred. Monum. fq. *tir lloegyr* (terra Loegria, terra a Saxonibus et Anglis occupata, Anglia) Mab. 2, 36. 3, 145. *lloeger* Mab. 2, 372. *lloygyr* 3, 157. *hoel* (clavus) Mab. 1, 15. *croen*, *kroen* (pellis) Mab. 1, 9. 13. *gloew*, *gloyw* (splendens) Mab. 2, 10. 36. 389. 3, 152, in nomine *tref gloyuid* (vicus Gl.) in Libr. Land. 237. *í ois oisoud* (in secula seculorum) Cod. Lichfeld. in append. ad libr. Landav. p. 271. *oet* (aetas) Leg. Mab. fq. *coit* (silva: *cat coit Celidon*, id est, bellum in silva Celidonis) Nenn. p. 68, *koet* Leg. 1. 6. 10, quae voces et in hodierna lingua scribuntur *hoedyl*, *lloegyr*, *hoel*, *croen*, *gloew*, *oes*, *oed*, *coed*. Quamvis occurrant in Vocab. *huis* (seculum), *cuit* (silva), ut *coat* in Buh. 30, 16. 38, 22, et in Leg. *cruyn* (pellis) 1. 7. 22, nutantia in seriem *oi*, *ui* (= *ê*), nunquam vice versa ea series nutat in hanc nostram *oe*, et separandae sunt hae voces a suprememoratis (p. 113. 114), quibus convenit *ui*, *wy*. Quaeritur solummodo, an non haec *oe* eodem modo ut *ae*, *au* in vocibus quibusdam supraallatis orta sit excussis consonis, praesertim *g*; quod quidem apertum est in subst. *oin* (agnus) Vocab., cambr. hod. *oen*, armor. hod. *oan*.

Cornica OI, OE: *croin* (pellis), *croinoc* (rubeta), *toim* (calida), *oir* (frigida, aqua) Vocab. *oys* (aetas) Pass. 10, 1. 135, 4. *y grohen* (cutis ejus; *crohen*, *croen*) Pass. 135, 2.

Armorica OE in adj. *gloeu* in nom. pr. compos. *Witengloeu* in chart. Rhed. 1, 29. Ex Buh. *oe* ortae excussa consona exemplum est *soez* (moeror, cura), *soezet* (moerori deditus) fq., cujus forma plena *sebezaff* (angi) obvia ibidem 4, 13. Solet tamen in eodem libro *oe* et *oa* tenere locum originariae *ê* (p. 115), indeque mixtae duae series cambricae *wy* (= *ê*) et *oe*.

IU servata quidem est in dialectis britannicis, frequentius tamen, ut jam in vetustis nominibus gallicis Teutates, Teutobodiaci etc., facta est EU.

Cambrica IU, scriptione recentiore IW, YW: *biu* (vivus) in nominibus propriis libri Landav.: *Biuhearn* 166. 169. 175. *Byuci* 267. *Joubiu* 163. *Conuiu* 169. *Judbiu* 175. 177. In Mab. *byw*, ut in nom. pr. *Ruduyw* 2, 245, atque et hodie *byw* etiam ante consonas: *bywdel* (existentia), *bywfyth* (immortalis; inversum hibern. vet. *bithbeo*). Respondent ergo substantivo hib. vet.

feugud (gl. marcor) Sg. 100[b] etiam hodiernae voces cambr. *gwyw* (languidus), *gwywaw* (languescere), *gwywder* (languor, marcor). Vocalem *i* productam indicant hodiern. *gwiw* (dignus, aptus, *gwiw* Mab. 1, 16. 2, 199), *lliw* (color; cf. Lîvius), diphthongum tamen hibern. vet. *fíu* (dignus), gael. *fiù*, rejecto in secundam vocalem accentu (p. 42). Mixtas in his vocales breves et longas docet hodiern. *dyw* (dies; cf. *hetheu*, hodie, in Vocab., cambr. hod. *heddyw*), *duw* in Mab. ut *buw* (vivus) et *duw* (deus; = dîv, cf. p. 117).

Cambrica EU, recentius scripta EW: nomina propria virorum in libr. Land. *Teudur* 158. 227. 228 etc. *Teudric, Teudiric* 111. 130. 133. *Teudus* 177. 227. 236. 259. 265. *Teudos* in Chronic. cambr. in praef. ad edit. Leg. reducenda sunt ad adj. *tew* (firmus, efficax) Mab. 3, 302, in compositis, ut videtur, augens significationem: *cadarndew* (*catmarch*, equus pugnae fortissimus) Mab. 2, 40. *byrgoet pendew*, (silva spissa) Mab. 2, 38, et hodie *tew* (pinguis, densus), unde subst. *tewder* (spissitas: *yn tewder y daryan*, in medium scuti, idem quod 2, 65: *yghedernit y daryan*) Mab. 2, 37. 49, atque hodierna subst. et adj. *tewder, tewdra* (pinguitas, densitas), *tewdws* (densus, intensivus). In quibus ergo *-dur, -der, -dus, -dws* cum sint derivantia et destituta dentali pro *-ter, -tus* (ob scriptionem hodiernam *d*, non *dd*) etc., inde etiam vetustum *teut, teu-t* in nominibus gallicis Teutomatus Caes., Teutobodiaci Plin., Teutones (nomen germanicum, ut videtur, sed ore gallico transformatum), Teutates Luc. etymologiam inveniet. Alia quaedam exempla: *bleu* in plur. *ableuou* (gl. jubis) gl. Lxb. et in compos. *bleuporthetic* (gl. laniger; i. e. criniger) gl. Oxon., quae vox est in Mab. *blew* (crines) 1, 27. 29, ut adhuc hodie. *gleu* in nominibus propriis virorum *Gleu, Ellgleu* in libr. Land. 171. 195. *Glewlwyt* in Mab. 2, 6. 243, hodiern. adj. *glew* (fortis, penetrans, strenuus).

Cornica IU e Vocab.: *liu* (color), *liuor* (pictor), *biu* (vita), *biu en lagat* (gl. pupilla). E Pass.: *lyw* (color, splendor, gloria) 68, 3. 226, 4. *gyw* (dignus, aptus, cambr. *gwiw*) 68, 4. 129, 2. 226, 2.

Cornica EU: *reu* (gelu; hibern. vet. *réud*, gl. gelu, Sg.), *bleu yn pen* (capillus), *bleu en lagat* (palpebrae) Vocab. In Pass. vox *biu* (vivus, vivere) huc transgressa invenitur: *tus veu* (gens

viva, homines fortes) 64, 2. *bewe* (vivere) 204, 1. 207, 2. *a veughe* (vivit) 72, 2. *bewnas*, *bewnans* (vita) 12, 2. 73, 2. 103, 1. 241, 1.

Armorica IU obtinet etiam adhuc in voce *guiu*, *wiu* (cambr. *gwiw*, hibern. vet. *fíu*) obvia in nominibus virorum armoricis chart. Rhedon.: *Wiuhamal* Mor. 266. *in domo Viwhamaeli* Mor. 271. *Wiuhoiarn* Mor. 273. *Viwhoiarnus* Mor. 265. *Wiomarch, Viuhomarch* Mor. 275. 293. *Guihomarch* (= *gwio-m.*, *guiu-m.*, a. 1029) in chart. Kemperleg. Mor. 366. 456. *Arthwiu* in Rhed. 2, 31. *Tanetwiu* 1, 6, aliisque. Forsan et in subst. *liufre* (= gall. hod. *livrée;* compos., ut videtur, e *liu*, color, ut *hunfre*, somnium, Buh. 30, 10 ex *hun*, somnus) Buh. 104, 7. Adj. *biu* in sequentem seriem transiit.

Armorica EU, pro qua et EO: *beo* (vivus) Buh. 2, 11. 32, 11. 96, 20. 184, 11, in nominibus compositis armoricis: *Aellifeu* chart. Rhedon. 1, 7. *Arthueu* 1, 3. 41. *Uhelveu*, *Colveu* chart. Kemperleg. Mor. 456. 513, forsan adhuc *biu* in aliis, *Arthuiu* chart. Rhed. 1, 7. 20. *Aerviu, Rinviu* ibid. 1, 11, nisi in his est potius supra dictum *wiu, gwiw.* Verb. *beuaf* (vivam) in Buh. 28, 15. 44, 7. *gleu* in nominibus virorum: *Gleu* chart. Kemperl. Mor. 432. *Gleudanet, Gleucunnan* ibid. Mor. 431. 456. *Gleumin* chart. Rhed. 1, 6. *Gleudalan*, *Gleuchourant*, *Gleuhoiarn* ibid. Mor. 307. 342. Pertinet huc hodiern. *lew*, *leu*, *leo* (= *leuga,* gall. hodiern. *lieue*).

B. Consonae.

Consonae britannicae vetustioris dialecti optime docent, infectionem eam, qua consonas hibernicas in duas series, seriem duram et mollem, dispesci supra demonstratum est, esse recentioris originis, neque exstitisse in prisca lingua celtica. Est quidem et infectio consonarum britannicarum, quae fit e. gr. aspirando eas quae sunt alias tenues, sed multo minus late patet, quam infectio hibernica, ne tenuium quidem classem semper arripiens, medias vix tangens, multo minus liquidas et spirantes. Atque si obvia est infectio aspirata tenuis britannicae, facta deprehenditur lege, quae directe opposita est hibernicae, scilicet in positione

cum liquidis quibusdam (praesertim *r*, interdum *l*, raro *n*), atque extra positionem in vocibus eis, in quibus servatur hibernice status originarius consonae. Contra ubi inficit hibernica lingua extra positionem, britannice servatur status primarius. Praeter tenuium hanc jam regularem infectionem aspiratam linguae britannicae dialecti veteres, tam cambrica quam armorica, exhibent solummodo initia infectionis destituentis et nasalis.

Recentior lingua trium dialectorum (inde a codicibus Leg., Mab., Vocab. et Buh.) magis magisque ampliorem ambitum sibi paravit infectionis destituentis (p. 48), quae non solum amplectitur tenues, ut in hibernica recentiore et gaelica (p. 87), sed etiam medias et liquidas, solas aspiratas et spirantes intactas relinquens. Exempla ergo consonarum britannicarum, ut hibernicarum, status tam primitivi quam infecti sequentur secundum classes.

Liquidae.

L M N R. In vetustissimis britannice scriptis nulla etiam tum animadvertitur liquidarum infectio, neque alia nisi haec ipsa simplex forma.

Cambricae voces: *ladam* (gl. caedo), *laur* (gl. solum), *loinou* (gl. frutices), *rit* (gl. vadum), *montol* (gl. trutina) in glossis Oxoniensibus.

Armoricae: *Laloc*, *Lowenan*, *Haelmonoc*, *Resmonoc*, *Riskipoe*, *Rietoc*, *Rianau* etc. inter nomina propria chartularii Rhedonensis.

Nulla etiam in M, quae infectione recentioris linguae adeo in alium sonum transit, variatio, ut probant exempla sat frequentia.

Cambrica M intacta in initio vocis: *hin map* (ut filius) gl. Oxon.; in compositis: *digatma* (gl. area), *digatmaou* (gl. circi), *guaroimaou* (gl. theatra), *guordiminnaus* (gl. invitus; *di-m.*), *henmam* (avia) gl. Oxon. In medio vocum extra positionem: *emedou* (gl. aera), *guodeimisauch* (sustulistis), *dometic* (domitus), *creman* (gl. baxus), *plumauc* (pulvinar), *nimer* (numerus) gl. Oxon. *Nimet*, *Dimet*, *Dumn*, *Gurdumn* (nomina virorum) Chron. cambr. in praef. ad ed. Leg.; in positione: *celmed* (gl. efficax), *armel*

(gl. armella) gl. Oxon. In fine vocum: *in ir ham* (aestate), *in ir gaem* (hieme) in cod. Lichfeld. in Append. libr. Landav. p. 272. *nom* (gl. templa), *cemecid* (gl. sartum; compos. *cem-e.*) gl. Oxon. In derivationibus substantivorum: *achmonou* (gl. inguina), *etem* (gl. instita), *nedim* (gl. ascia) gl. Oxon.; in terminationibus denique *-am* superlativi (*hinham* gl. Oxon.) atque verbi *-am, -iam, -aam.*

Armorica M intacta regulariter in nominibus propriis chartularii Rhedonensis: *Roencomal* 1, 7. *Worcomet* 1, 42. *Wiuhamal* Mor. 266. *Leuhemel* fq. *Nemet* (cf. p. 102). *Nominoe* fq. *Morman* 1, 2. 7. 37. *Mormoet* Mor. 296. *Catman* Mor. 300. *Woratam* 1, 22. *Conatam* 1, 34. *Critcanam* 1, 22. Residua adeo adhuc in quibusdam vocibus in Buh.: *armory* (Armorica), *mor armoric* (mare armoricum) 48, 18. 148, 21. *demetri* (Demetia) 30, 1. 34, 4. *nam, anam* (menda, macula; cambr. vet. *anam*, gl. menda, gl. Oxon.) 72, 16. 104, 6. *dinam* (sine macula; in aliis locis *dianaff*) 72, 17.

Liquidae geminatae in vetustioribus codicibus cambricis scribuntur plerumque more solito: *guillihim* (gl. forceps), *bahell* (gl. securis), *guopell* (gl. sudaris), *epill* (gl. clavus), *lammam* (gl. salio), *cemmein* (viae), *emmeni* (butyrum), *rannam* (gl. partior), *ennian* (gl. incudo), *corsenn* (gl. arundo), *elinn* (gl. novacula), *carr* (gl. vehiculum), *barr* (gl. colomaticus), *serr* (gl. voscera) in glossis Oxon. Observantur tamen in iisdem glossis jam initia scriptionis *h* duplicantis: *lemhaam* (gl. arguo), *guorimhetic* (gl. argutus), *etncoilhaam* (gl. auspicio; cf. *chuillioc*, augur, Vocab.), atque etiam scriptionis simplicis ibidem: *bael* (= *bahell*), *guapel* (= *guopell*), *armel* (armella) 2. Oxon. *lemenic* (salax; e *lammam*), *am* in compos. *amlais* in cod. 1. Oxon.

In recentiore demum lingua infectione destituente, quae magis magisque increscit, oppositio inter liquidas oritur similis hibernicae oppositioni liquidarum, quamvis sit originis prorsus diversae. Sunt enim inde ab ea liquidae sive originariae, scilicet non destitutae, sive destitutae.

Cambrica scriptio liquidarum, quod illa oppositione, ut videtur, non destitutae in fortiorem pronuntiationem protrusae sunt acsi essent geminatae, communiter, sive sint primitivae, sive geminatae liquidae, est una eademque (excepta forsan *n*, cujus in hodierna saltem scriptione nusquam est differentia); de-

stitutarum autem scriptio est simplex, *l*, *n*, *r*, excepta *m*, quae infectione destituente fit *u*, *v* vel *f*.

Ad designandam liquidam *l* non destitutam est usitata in codicibus, e. gr. in Mab., et hodie quoque residua scriptio geminata *ll;* pro liquida *r* non destituta autem *rh* usitata hodie, nondum in codicibus. In his tamen addita *h* etiam post alias liquidas geminationem significat, jam in cod. 1. Oxon. in quibusdam exemplis, quae supra allata sunt, frequentius in aliis: *iarlhes* (alias *iarlles*, comitissa) in inscriptione codicis rubri incipientis. *amherawdyr* (= *ammer.*, e lat. imperator) Mab. fq. *licat arganhell* (mox *l. argannel*, fons Argantelli?), *pull penhic* (mox *p. pennic*, lacus P.) libr. Land. 164. 165. *Saranhon* (n. pr. viri, in aliis *-annon: Youannon*, *Riannon* Mab. 2, 222. 3, 144. *Waranton*, *Caranton*, *Treanton* in chart. Rhed.) Mab. 2, 206. *minheu* (alias *minneu*, ego), *kyuanhed* (in aliis locis *kyfanned*, regio habitata), *kerenhyd* (in aliis locis *kerennyd*, amor) Mab. fq. Pro liquida *m* originaria, quia eadem destituta fit *u*, *f*, sufficit scriptio simplex *m*, quae etiam semper fere in usu est pro geminatione ejusdem; idemque usus scriptionis simplicis minus accurate interdum transiit in alias liquidas, ut in *-el* (pro *-ell*, in supra dictis exemplis), *car* (= *carr*, carrus) Leg., *rhan* (pars) hodie pro *rhann*.

Cornice liquidae internae geminandae significantur, ut cambrice, etiam addita *h: lanherch* (saltus; *llannerch* Mab. fq.) Vocab. *gelhas* (ivit; alibi *gallas*) Pass. 246, 2. *a vynha* (qui vult; al. *mynn*) 139, 1. Sufficit et *m* simplex semper, e. gr. in adj. *cam* (curvus) Vocab., in particula reflexiva frequente *om-* in Pass. Veruntamen nusquam invenio eam scriptionem, ne *rh* vel *lh* quidem, ad significandam liquidam primitivam inchoantem.

Armorici codices item statum primarium liquidarum nulla propria scriptione distinguunt, nec duplicata, nec per *h*. Contra *h* addita interdum destitutas liquidas significare videtur, e. gr. in nom. pr. chart. Rhedon.: *Wrmhaelon* (*Gurmaelon* in Kemperl. Mor. 465) 2, 25. *Wrmhowen*, *Guormhowen* 1, 7. 2, 13, cum ibidem 1, 19 sit *Worwohen* (si saltem recte impressum). *Maelhoc* (*Maeloc* Mor. 307) 2, 13. *Hetrhewedoe* (alibi *Hetre-*, *Hedre-*) Mor. 307. Ita et in Buh.: *santelhaff* (sanctissimus) 48, 11. *falhe* (cf. gall. hod. *faille* cum *l* molli; est tamen etiam 154, 12 *falle*) 164, 12. 172, 5. *louenhat*, *laouenhat* (gaudere) 28, 22.

44, 19. 141, 4. *furhaff* (sapientissimus) 182, 23. *carhe* (amet) 164, 14. 158, 10. 11. 15, cum *h* etiam obvia sit post consonas indubie destitutas: *euezhat* (vigilare) 90, 12. *neuezhat* (renovare; *neuez* = cambr. hod. *newydd*) 14, 2. Veruntamen notandum de *nh* quod alternat cum *nn*: *enhaf* (in eo) Buh. 86, 10. 154, 22. *bedenhaff* (ad eum) 184, 1, cum sit *ennaff* (in eo) 166, 19. *ordrenhet* (ordinare) 142, 9 ab *ordren* (ordinatio) 78, 17, cum terminatio *-en* aucta in aliis fiat *nn*: *pedennou* (orationes) 108, 12 a sing. *peden* 124, 8. *offerennou* (oblationes) 130, 23 a sing. *oferen* 26, 21. In qua quidem *nh, nn*, ut in illa *lh, ll*, videre liquidam destitutam ideo difficile est, quia liquidae geminatae et armorice scribuntur more solito. Excipitur a geminatione *m*, pro qua scilicet etiam geminanda sufficit simplex *m*, e. gr. in adj. *cam* (curvus; = camm, camb) Buh. 174, 8. 194, 18, cum proprie simplex destitui soleat in alium sonum.

Status primarius cambricus, ut destitutus, in codicibus animadvertitur in solis fere liquidis *l* et *m*; *n* enim nec hodie distinguitur, et *rh* vix nota codici alicui, quamvis fuerit et in his pronuntiationis analogia cum ante dictis. Deprehenditur autem status primarius: 1. In initio vocum, si non adest causa infectionis destituentis: *lle* (locus) Mab. fq. *llann* (ecclesia) Mab. 1, 6. *llech* (lapis) Mab. 1, 8. *llew* (leo) 1, 20. *chwe meib* (sex filii), *ameibon* (et filii) Mab. 1, 235. 236. *y marchawc* (eques) Mab. 1, 239.

2. In mediis vel extremis vocibus. *a*) In geminatione: *pell*, *pellach* (remotus, remotior) Mab. fq. *mam* (= mamma, mater) Mab. fq. *am* (circa; = amm, amb) fq. *cam* (curvus, injustus; = camm, camb) Leg. Mab. Hodie *llamu* (salire), *llemeinig* (vagans; cambr. vet. *lammam*, *lemenic*), *llymau* (acuere; cf. supra dictum vet. *lemhaam*). *b*) In positionis priori loco invenitur *ll*: *allt* (collis) Lib. Land. 219. Mab. 2, 220. *gwallt* (caesaries) Mab. 1, 17. 251. *gwellt* (stramen) Mab. 2, 374. *gwillt* (ferus) Mab. 1, 6. *hollt* (fissura) Mab. 1, 30. *swllt* (pecunia) Mab. 2, 34. *cysswllt* (junctio) Mab. 1, 14, ut et *m*: *amser* (tempus) fq. *cams*, *camse* (alba) Vocab. Mab. *pimp*, *pump* (quinque) gl. Ox. Mab. *kwymp* (casus) Mab. 1, 261. In posteriori loco *m* destituitur; *ll* autem obvia in voce *iarll* (comes) atque derivatis *iarlles* (comitissa), *iarllaeth* (comitatus) Mab. fq. *c*) Liquida *m* intacta manet

in pronominibus quibusdam, in pronomine personali 1. pers. plur. suffixo praepositionibus, e. gr. *attam, ydym* (ad nos, nobis), atque in personali et in possessivo 1. pers. sing. infixo, e. gr. *amkarcharu* (incarcerare me), *ymgwyd* (in praesentia mea). Exempla alia sub pronomine.

C o r n i c e et a r m o r i c e solius liquidae *m* status durus et infectus scriptione est distinctus. Status durus e. gr. 1. in initio vocum extra causam infectionis: corn. *in del ma* (hoc modo), *an den ma* (hic vir) Pass. 48, 1. 99, 2. armor. *tost dan mor* (prope mare) Buh. 148, 21. *en bet man* (in hoc mundo) ibid. 4, 15. *an bro man* (haec regio) 6, 5.

2. In media voce vel in fine: *a*) In geminatione: corn. *kemeres* (sumsit) Pass. 70, 1. armor. *quemeret* (sumere; cambr. *cymert*, = *cym-bert*) Buh. 18, 15. 188, 3. corn. armor. *cam* (curvus), *mam* (mater). *b*) In positionis priori loco: corn. armor. *amser* (tempus) fq.; in terminationibus verborum armor. *-imp*, *-omp*, ut in pronomine person. 1. pers. plur. suffixo armor. *-omp*. In posteriore loco positionis in subst. corn. *garm* (clamor) Pass. 207, 4, quod et hodie obtinet armorice. *c*) In pronomine pers. et possess. 1. pers. sing. infixo: corn. *wy am wyleyth* (vos me videtis) Pass. 93, 4. *am scudell* (e lance mea) ib. 43, 3. armor. *nem guelo* (non videbit me) Buh. 44, 6. *em calon* (in corde meo) ib. 4, 11.

I n f e c t i o n i s d e s t i t u e n t i s c a m b r i c a exempla liquidarum. 1. In initio vocum, si adest causa infectionis (regulae in sequente capite): *o lawer* (multo magis) Mab. 1, 7. *ar lys arthur* (ad aulam Arthuri) Mab. 1, 1. *kynon uab klydno* (C. filius Cl.; *mab*). *minneu a vynnaf* (ego volo; *mynnaf*) Mab. 1, 2. *yn vam* (ut mater; *mam*) ibid. 1, 236. *helua* (locus venationis), *pebyllua* (locus tentoriorum; *-ma* in gloss. Oxon.) Mab. 2, 7. 3, 272. *llawuorynyon* (puellae manu operantes; *morwyn*) ibid. 1, 1. Pro *u* vel *v* scribitur hodie *f*: *Christ fab Dafydd fab Abraham.*

2. In medio et fine vocum *l*, *n* et *r* sequebantur communiter procul dubio regulam liquidae *m*, in qua maxime animadvertitur destitutio. Cujus destitutionis liquidae *m* exempla jam in glossis Oxoniensibus inveniuntur, post productam *a* (cambr. *au*) scilicet in vocibus *dauu* (cambr. hod. *dawf*, gener) 1. Oxon. et *lau* (manus; hibern. vet. *lám*) in compos. *laubael* (gl. secularia; cf.

lauhir, longimanus: *Catgocaun lauhir,* nomen et cognomen viri, in chron. cambr. in praef. ad ed. Leg.) 2. Ox. cum alias maneat *m*. Aeque frequens fere hic est scriptio *f*, ut *u* vel *v* in codicibus. Destituitur autem *m* in medio vel fine vocum, in positionis loco posteriore: *arueu* (arma) Leg. Mab. fq. Extra positionem: *ofyn, ouyn* (timor; hibern. vet. *omun*) Mab. 2, 197. 2, 375. *euyd* (aes; *emed* gl. Oxon.) Mab. 3, 300. *nyfer* (numerus; cambr. vet. *nimer*) Mab. fq. *diodef* (tolerare), *diodevueynt*, *diodeiueint* (patientia; cambr. vet. *guodeimisauch,* sustulistis, hodiern. *goddef, dyoddef,* cf. hibern. vet. *fodam*) Mab. fq. *nef* (coelum, hibern. vet. *nem*) fq. *haf* (aestas; cambr. vet. *ham*), *gayaf* (hiems; cambr. vet. *gaem*) Leg. Mab. *guelleu* (forceps; cambr. vet. *guillihim*) Mab. 2, 204. *cyv-*, *cyu-*, *cyf-* in compositis (= lat. *com-*; cambr. vet. *cem-* in *cemecid*) fq. In terminatione verborum *-af, -iaf, -aaf,* atque superlativi *-af*, e. gr. *ieuhaf* (natu minimus; cambr. vet. *-am*).

In libro Landavensi, conscripto seculo duodecimo ineunte e vetustioribus libris, modo servata est *m,* modo transscripta in infectionem, in nominibus e. gr. hisce propriis virorum: *Arthmail* 213. *Brochmail* 149. 150. 151 et *Brochuail* 133. *Fernuail* 149. 167. *Lumarch* 141 et *Luuarch* 143. *Lyuarchhen* 138. *Cimeilliauc* 225. 227. 246. *Cimelliauc*, *Cimeiliauc* 240. 252 et *Ciueilliauc* fq. *Gurcimanu* 233. 235 et *Morciuanu* 193. 194. 198. *Domnguaret* (cf. Dumnacus, Dumnorix Caes., Veriugodumnus Orell. 2062; hibern. vet. *domun*, mundus, cambr. *dwvyn,* profundus, Mab. 2, 41) 199 et *Dofngarth* (= hibern. *Domangart* Tigern. ap. O'Con. 2, 136. 160) 160. *Duun, Conduun* (cf. *Dumn, Gurdumn* nomina virorum in chronic. cambr. in praef. Leg.) 182. 228. *Emrdil* 150 et *Efrdil* 253. *Riatam* 177. *Conatam* 228 et *Riataf* 176. *Selim* 265. 267 et *Selif* 257. 260. 262. Ita et in textu cambrico: *cymreith* et *cyfreith* (lex, privilegium) in Privil. eccles. Land. p. 113. *poguisma*, *pouisma* (locus quietis) 249 et *pouisua* 149.

Addo vocum aliquarum supra allatarum, quae in vetusta lingua adhuc exhibent *m,* formas hodiernae linguae: *celfydd* (versutus; vet. *celmed*), *dofedig* (domitus; vet. *dometic*), *crefyn* (fibula, ansa; vet. *creman*), *nwf* (sacellum; vet. *nom*), *achfen* (inguen; vet. *achmon*), *anaf* (macula; vet. *anam*), *edaf* (filum; vet. *etem*).

In quibusdam vocibus destitutio, ut videtur, mollior etiam hodie exstat: *edau* (filum, pro *edaf*), *neuad* (aula; *neuat* Leg. fq., *niuet* in compos. *camniuet*, gl. iris, Vocab.; hibern. vet. *nemed*), *enw* (nomen; *enw* Mab. 1, 235, hibern. vet. *ainm*), *cwrw* (cerevisia, cf. mox *coruf*, *coref* Vocab.). In subst. hodiern. *llaw* (manus), *lau* jam in gl. 2. Oxon., *m* destitutione omnino periisse putanda, ut pereunt etiam interdum *b* et *d*, semper *g* (cf. dicta de mediis).

Cornice liquidarum infectio item in sola *m* notata invenitur, quae eadem scilicet fit *v*, *u* vel *f*, *ff*. Infectionis exempla in initio vocis, si adest causa inficiens: *mar vear* (tam magnus), *yn fas* (bene; *mear*, *mas*) Pass. 8, 3. 64, 3. *pan vynnas* (cum voluit), *may fynnas* (ut vellet; *mynnas*) 3, 4. 4, 3. *setva* (sedes; compos. *set-ma*) 13, 4. *moruil* (cetus), *guitfil* (fera; *mil*, animal) Vocab. In mediis vel extremis vocibus, in positione: *arvow* (arma) 64, 2. 74, 1. 170, 3. *palf* (= palma) Vocab. *coruf*, *coref* (gl. cervisia, gl. celea, pro *corf*, ut *baref* Vocab. pro *barf*; cf. *κόρμα* Athen. 4, 13. *κοῦρμι σκευαζόμενον ἐκ τῆς κριθῆς*, Dioscor. 2, 110. *curmen* ap. Cangium e glossar. latino-graec. et Ulpiano) Vocab. 10[a]. Extra positionem infectae *m* exempla e Vocab.: *louan* (gl. funis l. funiculus, hibern. vet. *loman* Wb.), *tivulgou* (tenebrae, hibern. vet. *temel*), *pluuen* (penna; = pluma), *plufoc* (pulvinar; cambr. vet. *plumauc*), *enef* (anima), *haf* (aestas), *goyf* (hiems). E Pass.: *lovan*, *loven* (funis) 105, 4. 181, 3. *never*, *nevera* (numerus, numerare) 183, 3. 228, 4. *enevow* (animae) 17, 4. *gothevell*, *gothaf*, *gothaff* (tolerare, tolerat; rad. *dam*) fq. *leyf*, *leff* (manus), *nef*, *neff* (coelum) fq. Obvia etiam major emollitio in *w* in positione et extra: *tewolgow* (tenebrae) 79, 4. 209, 3. *own* (timor; hib. *omun*) 53, 4. 57, 2. 68, 3. *ownek* (timidus) 77, 2. *down* (profundus) 66, 4. *cows* (loqui; armor. *coms*) fq. *henwys* (nominatus), 208, 1, cujus subst. *hanow*, *anow* (nomen) fq. Perditae *m* exempla: *lau* (manus; juxta *lof*) Vocab., *le* Pass. 157, 1. *-a* (= *-am*) terminatio superlativi in Pass.

In vetusta lingua armorica obtinuisse statum liquidarum primigenium adhuc intactum, ut in vetusta cambrica, colligi potest ex *m* communiter intacta in nominibus propriis (p. 130). Animadvertuntur tamen et hic initia quaedam infectae *m*, quae legitur scripta *mh*, *w* vel *v*, e. gr. in nominibus *Wrmhaelon*,

Wrmhowen, *Worwowen* jam dictis (p. 131), ut in aliis quibusdam: *Maelcowal* 1, 54. *Cowalcar* 2, 19. *Cowellic* (= supra dict. cambr. *Ciueilliauc*, *Cimelliauc*)* 1, 45, pro quibus in aliis locis *Comalcar* 2, 15. 30. *Comaltcar* 1, 44. 2, 30. *Comalton* 1, 25. *Roencomal* 1, 7. *Morvannus* (in chart. a. 1089; = *Morman*, supra) 2, 6. *ecclesia Selefiac* (chart. a. 871; cf. nomen viri in libro Land. *Selif* 257. 260. 262. *Selim* 265. 267) 1, 52. In vita sanctae Nonnae (Buh.) contra infecta *m* jam regula est, scripta *v*, *u*, *f*, *ff*, contra quam in paucis solummodo *m* servata invenitur (p. 130). Infecta *m* in initio vocis, si adest causa infectionis, in Buh.: *guerch voan* (virgo humilis; adj. *moan*) 42, 19. *diualicc* (sine malitia) 70, 5. *Moruan* (= *Morman*, n. pr.) 150, 21. 168, 12. *Morvan* 168, 11. In medio vel fine: *oun* (timor) 162, 6. *vuel* (humilis) 76, 15. 100, 6. *vueldet* (humilitas) 84, 14. *niuer* (numerus) 18, 5. *gouzaf*, *gouzaff*, *gouzafen*, *gouzaffen* (tolerare, -arem) 40, 5. 94, 8. 154, 28. 206, 9. *daffny* (damnare) 172, 15. *dafnet*, *daffnet* (damnatus) 66, 5. 162, 6. *haff* (aestas) 40, 3. 96, 27. *haff ha gouaff* (aestate et hieme) 154, 4. *enef*, *eneff* (anima) 62, 8. 142, 13. Hic quoque destitutio mollior, vel omnino excussio liquidae in vocibus: *hanu* (nomen) 60, 3. 102, 4. *don* (profundus) 4, 11. 30, 4. 50, 16. In terminatione hodierna superlativi -*a*, quae in Buh. est adhuc -*aff*.

Liquidae N sunt variationes quaedam propriae britannicae, concordantes cum hibernicis in quibusdam, e. gr. cum excutitur in fine vel ante *s* et *f*.

In cambricis codicibus vetustioribus deest liquida interdum praepositionis *in*: *hí hestaur* (in sextario) gl. Oxon. *ilau elcu* (in manu E.). *í ois oisoud* (in seculum seculorum) Cod. Lichf. in Append. libr. Land. p. 271. Nesciunt codices recentiores hanc formam; *n* autem originariam finientem numeralia VII—X produnt iidem et adhuc hodierna lingua infectione nasali sequentium mediarum (cf. numeralia). Exempla cambrica *n* evanescentis ante

---

* Composita et derivata *Com-ellic*, *Comeltic*, *Comaltic*, et *Cim-eilliauc*, *Cem-elliauc*, *Comeltiauc*, *Comaltiauc*. Hibern. vet. verb. *comaltar* (jungitur) Sg., *accomallte* (gl. socius) Wb.; subst. brit. *chefals* (artus) Vocab., cambr. hod. *kyfall* (junctus). Ergo *Comaltic*, *Comaltiauc* junctus, i. e. amicitia, amicus? *Comaltcar*, qui amat jungi, affabilis?

s et *f*: *mis, mys* (mensis; hibern. vet. *mís*) Leg. 1. 16. 18. Mab. 1, 25. *doguomisur.* (leg. *-misuram,* emensuro) gl. Ox. *muis, mwys* (= mensa) Vocab. Mab. 2, 223. *Clemuis* (Clemens, n. pr.) L. Land. 155. Ideo et originitus non diversa fuerit a lat. *-ensis* terminatio cambr. *-ois, -wys* in derivatis e nominibus propriis: *tuscois* (gl. tuscus, = tuscensis) gl. Oxon., ut adhuc hodie *Monwys* (Monensis), *Lloegrwys* (Loegrensis). Porro: *vfern* (infernum; hibern. vet. *ifurnn*) Leg. 2. 6. 27, *uffern* Mab. 2, 224. 247.

Cornice servatur quidem *n* praepositionis *in, yn*, sunt tamen liquidae oppressae ante *s* et *f* exempla: *cusul* (consilium), *cusulioder* (consiliarius) Vocab. In Pass.: *cussyl* (consilium) 116, 2. *thy gusylye* (ad ei consulendum) 119, 2. *yfforn, yffarn* (infernum) 66, 4. 106, 3. 212, 1.

Armorice saepius est *e* pro *en* (in): *e martir* (in martyrio) Buh. 50, 1. *e berr amser* (brevi tempore) ibid. 96, 1. *e bro breton, e bro bretonet* (in terra Britannia, Britannorum) ibid. 44, 16. 84, 20. 88, 18. *e gou* (in errorem) 4, 16. Deest et liquida in fine vocis *fri* (nasus; in Vocab. *fruc,* naris, videtur legendum *frui,* cambr. *ffroen*) Buh. 106, 12. Excutitur item ante *s* et *f*: *musur* (mensura) Buh. 68, 9. *cusul* (consilium) 6, 4. *coffes* (confessio), *coffessat* (confessionem facere) 42, 2. 132, 18. *iffam* (infamis) 174, 3.

Notandae hoc loco variae scriptiones cambricae liquidae *n* tam radicis quam particularum *an* (privativae), *cyn-* (con-), *yn* (praep., in), et pronom. possess. *myn* (meus), praesertim ante medias et tenues labiales et gutturales.

Ante labiales et *m* liquida *n* assimilando fit *m*: *hyt ym mor Iwerdon* (usque ad mare hibernicum) Mab. 3, 271. *vym merch* (filia mea) Mab. 1, 291. *ymys* (in digitum; = *ym bys, ymmys*) Mab. 2, 216. *mympenn* (caput meum), *ympenn* (in capite, margine) Mab. 1, 3. 9.

Scriptio *g* pro *n* ante *g* iam obvia in libro Landav.: *loggeu* (naves; *llongeu* Mab.), *Lyggessauc* (n. pr.) 113. 140. In recentioribus codicibus quoque pro *ng* obtinet *gg* vel *ngg*, cum *n* finalis particulae jungitur incipienti *g*: *yggwyd arthur* (in praesentia A.) Mab. 1, 241. *vyggwreic* (uxor mea) Mab. 1, 274. *yggladoed* (in terris) Mab. 3, 272. *hyt yggwauan yggwarthaf arwystli* (usque ad Gw. in superiore regione A.) Mab. 2, 371. *yggwaelawt,*

yng gwaelawt (in valle) Mab. 2, 202. 210. *vynggwely* (lectus meus) Mab. 1, 290. In radice pro *ng* etiam *gh*, *ngh* obvia: *ryghyll* (apparitor; suprascribitur *rhingyll*) Leg. 1. 35. 1. *penpighon, pennpingon* (n. pr. viri) Mab. 2, 6. 243. *llyghes*, *llynghes* (classis; deriv. e *llong*) Mab. 3, 300. *ellyghwys*, *ellynghawd* (formae verbi *gellwng*, mittere) Mab. 1, 289. 294. Pro combinatione liquidae cum tenui gutturali, pro *nc*, *nk* occurrunt *gh*, *ngh*, *gk*, *ngk*: *kaghellaur* (cancellarius) Leg. fq. *cyghellaur* L. Land. p. 113. *agheu*, *angheu* (mors; *ancou* Vocab.) Mab. 1, 33. 2, 237, unde adj. *angheuawl*, *angheuach* (mortalis, tetrior) ibid. 1, 13. 2, 202. *kyieuanghet* (aeque juvenis; e *ieuanc*) Mab. 2, 391. *myghyghor* (consilium meum; *kyghor* = *kyn-cor*) Mab. 1, 286. *aghyngor* (dementia), *agkyghorus* (demens) Mab. 2, 54. 55. *ygkarchar* (in carcere) Mab. 1, 291. *myn vygcret*, *vygkret* (per fidem meam; *kret*) Mab. 1, 240. 241. 250. *vygcryuangheu* (ungulae meae) Mab. 2, 233. *yngkernyw* (in Cornubia) Mab. 2, 202.

Spirantes.

H S J V. Occurrunt in libris britannicis vetustioribus in forma *h*, *s*, *i*, *gu* vel *u*, expertes alicujus variationis amplius vel infectionis, manentque etiam intactae in lingua recentiore omnes spirantes, excepta *gu*, *gw*, quae regulam sequitur mediae *g*. Duabus proprie spirantibus prioribus *h* et *s* adnumeranda est *ch* britannica, quoad scilicet est ejusdem originis et affinitatis. Quae *ch* quod alternat cum *h*, quia utraque progressa modo ex *s*, modo ex *x*, ut plures voces demonstrant, quibus respondent vetusta nomina gallica vel voces affinium linguarum, multum adjuvat id, quod jam supra dictum est (p. 58), in lingua vetusta gallica fuisse duos spirationis gradus *s* et *x* pro *h* (*ch*) et *s* recentioris formationis.*

* Sunt proprie *s* et *h* unius ejusdemque gradus alternantes formae, cum linguarum affinium aliqua si non profert *s* in voce, cui hic sonus convenit, pronuntiat *h* pro ea. Essent duo spirationis gradus, si in linguis occidentalibus vetustis jam adfuissent soni *s* et *sch*; cujus posterioris locum cum obtinuisse videatur *x*, duo gradus statuendi, inferior *s* vel *h*, et superior *x*. In lingua latina et germanica, quae servant originariam *s* nescientes *h* pro ea, est *h* destituta ex aspirata gutturali *ch*, e. gr. in lat. *hortus* = *chortus*, germ. *hund* = *chund* = *canis*.

H primitivae nec gallicae vetustae nec britannicae, cambricae, cornicae vel armoricae, certa exstare exempla, jam dictum est (p. 56 seq. et 93). Vox *hos* (gl. ocrea) Vocab., *hosan, hossan,* plur. *hossaneu* (braccae) Mab. 2, 382, 3, 149, med. lat. *hosa, hossa* ap. Cangium, vix celticae originis est, sed potius germanicae. Longe porro abest, ut sit radicalis ea *h,* quae ut in codicibus hibernicis (p. 59) etiam in codicibus britannicis non solum in initio vocum vocalibus praefigitur, sed etiam in medio intromittitur inter duas vocales.

Cambrica exempla: *ha* (= *a,* interjectio), *hac* (= *ac,* et), *hin* (= *in,* hod. *yn,* ut), *hair* (= *air,* hod. *aer,* strages), -*aham* (pro -*aam* in verbis denominativis), *bahell* (ibidem et *bael,* securis), *guillihim* (pro *guilliim, guillîm,* hod. *gwellaif,* forceps), *delehid* (sera), *diglniuhit* (elique), *gurehic* (hodie *gwraig,* mulier) in glossis Oxoniensibus. *eltguhebrie* (n. pr. viri; = *eltguebrie, eltguobri*) in cod. Lichfeld. *ieuhaf* (natu minimus) Leg. 2. 1. 3. *y deyhei* (veniebat) Mab. 2, 208.

Cornica: *euhic* (cerva; plur. *euichet, ewiged* Leg. Mab.), *gouhoc* (mendax; = *gouoc*) Vocab. *ha, hag* (et) Pass. fq. *crohen* (cutis; = *croen*) Pass. 135, 2.

Armorica exempla e chartulariis: *Haerveu* Landev. Mor. 348. 467. *Haervi* Rhedon. 2, 21 (= *Aerviu* Rhed. 1, 11); e Buh.: *ha, hac, hoz, hon, hol* (= *ol, oll*), particulae et pronomina frequenter obvia. *hel* (= *el, ael,* angelus) 112, 18. *buhez* (vita; alias *buez*) 12, 7. 48, 10. *buhan* (cito; hod. *buan*) 12, 9. 34, 16. *maz vihet* (ut sitis) 16, 10. *ez rahen* (facerem) 2, 5.

Idem usus praemittendi spiritus *h* non radicalis obtinet procul dubio jam in vetustis nominibus gallicis *Helvii, Helvetii, Hercynia* silva (cf. p. 56 seq.). Ejusdem ergo et intromittendi usum, ut in modo dictis vocibus britannicis, suspicari etiam licebit in nominibus item gallicis: *Vahalis* (= vaal, wâl? cf. cambr. hod. *gwawl,* lumen, radiatio, item vallum) Caes. *Drahonus* (fluvius in regionibus Mosellanis; cf. *dreis,* vepres, *drain,* spina, in Vocab., cambr. hod. *draen,* cum nota singularitatis -*in,* -*en* e *dra,* * ergo

---

* In quo non supponenda vetustior *g,* ut in *tra, traet, troet* (pes; hib. vet. *traigid,* pes, *traigthech,* gl. pedester, Sg.); est enim et hibern. vet. *driss* (gl. vepres) Sg. 47[a], pro *draiss, dress,* infecta *a* = *dreis* Vocab.

Draonus, fluvius spinosus, vepretis consitus?) Auson. Mosell., ut in nominibus obviis in inscriptionibus compositis -*nehae* (cf. hodiern. *nwy*, spiritus, vivacitas, = nê). *Vertraha* in Gratii Cynegetico minus accurate redditum pro *vertraga, vertragus* aliorum scriptorum (cf. G britannicam).

S ergo spirationis celticae dux et princeps est. Nota inter *s* et *h* affinitas et alternatio in linguis indeuropaeis, quarum e. gr. persica *h* profert jam ab antiquissimis temporibus in vocibus in quibus *s* invenitur in indica, ut in nomine sanscrito *Sindhu*, fluvii et regionis, quod Persis est *Hindu*, nomen fluvii primitus, dein et regionis et incolarum, atque e persico ore ad Graecos et Romanos transgressum *Indus, Indi*. Itemque latina lingua exhibet *s* pro graeca aspiratione. Sunt adeo in una eademque lingua ejusmodi alternationis in una voce exempla, e. gr. in graeca in *σῦς, συΐδιον, συηνός* atque *ὗς, ὕαινα*, in germanica in *salt* (sal) et *hala* (nomine oppidorum, in quibus sal coquitur), in cambrica in *sil* et *hil* (semen, progenies, productio; hibern. vet. *síl*). Sed sunt rarissima ejusmodi exempla, et quaeque lingua duarum spirantium sibi sive hanc solummodo adoptavit sive illam communiter. Quaeri tamen potest amplius, annon, relicta ea regula, sit aliqua lingua, quae utramque spirantem adoptaverit? Ac sane est, britannica nostra ipsa, posterior aetate Romanorum, quae eas voces, quibus convenit *s* in aliquibus, ut in proxima hibernica, in gallica, latina, indica, in aliis *h*, ut in persica, graeca, in duo agmina separavit, et *s* uni, alteri *h* attribuit, id est, *s* primitivam linguae celticae, quae *h* radicalem nesciebat, servavit in uno agmine, in altero mutavit in *h*. En horum duorum agminum exempla.

Cambrica *s* extra positionem. 1. In initio vocum. Exempla quaedam radicum aliunde notarum: *seith* (hibern. vet. *secht*, septem) Leg. Mab. *saethu* (= sagittare) Mab. fq. E lexico cambrico: *sae* (pannus laneus, armor. hod. *saé*, tunica, hibern. vet. *sái*, gl. paenula, tunica, lacerna, Wb. 30[d]), *sain*, pl. *seiniau* (= sonus), *seiniaw* (sonare; vet. hibern. rad. verb. *senn*, unde subst. *senm*, sonitus), *sedd* (= sedes), *seddu* (sedere; germ. *sitan*; cf. hibern. vet. *suide*), *serch* (amor, hibern. vet. *serc*).

2. In medio et fine vocum quae exstant *s* simplices, sunt

ejus generis ut hibernicae supradictae (p. 60 sq., *a* et *c*), sive proprie geminatae, sive si simplices a primordio, fortius prolatae, quam ob causam frequentior est etiam harum geminata scriptio: *guas* (puer, servus; cf. *vassus, vasallus*) gl. Oxon., plur. *gweision, gweisson,* unde verb. *gwassanaethu* (ministrare) Mab. fq. *assen* (asinus), plur. *assennoed* Mab. 2, 391. *nessaf* (proximus; hibern. *nesa, nessa,* propior) Mab. 1, 5. *ynys* (insula), plur. *ynyssed* Mab. 2, 391. *bis* (digitus) gl. Oxon. Posse in quibusdam etiam supponi vetustiorem *x*, monet subst. *lisiu, lissiu* (= lixivium) gl. Oxon. In terminationibus grammaticis *s* servatur communiter, e. gr. in formis praeteriti *-as, -is, -wys, -sam, -asam, -assam* etc., in derivationibus *-as, -es* (*iarlles*, comitissa), *-ois, wys* etc.

In positione in media vel exeunte voce servatur *s*, tam in loco posteriore, e. gr. in *corsenn* (gl. arundo) gl. Oxon., quam praesertim in anteriore in combinatione cum tenuibus: *pispaur* (tibicen), *estid* (sedile), *rascl* (gl. sartum) in glossis Oxon.

In initio vocum combinata *s* cum tenuibus in vetusta solummodo lingua obtinet: *strouis* (gl. stravit) gl. Lxb. *scirenn* (stella) gl. Oxon. Liber Landavensis, ut semper, et hic inter vetustiores et recentiores linguae formas nutat: *fraxinus stilifat* 234. *strat hafren* (vallis Sabrinae; cf. *Strat-Cletenses, Stræcledvealas,* apud scriptores anglicos, i. e. habitantes vallem Clotae) 219. *strat haner, strat elei* (valles H., E., fluvior.) 170. 194. *Sciblon, Sciplan* (n. pr. viri) 71. 217; sed etiam: *iniaun dir ispidatenn* (directo usque ad rosam caninam; cambr. hod. *yspyddaden,* germ. hagedorn) 192. *diuinid istrathafren* (sursum in vallem Sabrinae), *ecclesia Istrathafren* 165. 166. *Ystrathafren* 219. Recentior enim lingua cambrica (jam inde a codd. Leg. et Mab.) dictas combinationes incipientes non tulit, sed vocalem *e, i, y* praeposuit: *yspeit* (spatium) Mab. 1, 248. *esparduneu, ysparduneu* (calcaria, germ. *sporn*) Leg. 1. 12. 8. Mab. 1, 13. *estauell, ystauell* (cubiculum) Leg. 1. 9. 25. Mab. fq. *ystabyl* (stabulum) Mab. 2, 8. *estarn, ystarn* (ephippium) Leg. 1. 32. 3. Mab. 1, 4. *ystrat* (planities, vallis aperta, dilatata: *ystrat megys dyffrynn mawr,* planities ut magnae vallis) Mab. 1, 7. *ystrat yw, ystrat tywi* (vallis Y., T., fluvior.) Mab. 2, 245. 3, 36. 189. *escoleycyon* (scolastici) Leg. praef. *yscar* (separatio; hibern. vet. *scarad*) Mab. 2, 244. *yscawl,* plur. *ysgolyon* (scala)

Mab. 3, 273. *yscwyd, ysgwyd* (humerus) Mab. 2, 234. 235. *esgit* (calceus), plur. *esgidyeu, yskydyeu* Mab. 3, 149. 153. Muta excussa videtur in cambr. hodiern. *seren*, *ser*, *syr* (stella, stellae) cum in glossis Oxon. sit *scirenn*.

Combinationes cum liquidis et *w* eodem modo tractari solent: *yslipanwr* (politor) Mab. 2, 228. *ysleipanu*, *yslipanu* (polire, acuere; germ. *schleifen*) Mab. 2, 12. 229. *ysnoden* (vitta; hibern. vet. *snáthe* Sg.) Mab. 1, 3 et hodie. hodiern. *ysmwg*, *ysmwcan* (vapor; angl. *smoke*). *yswein* (eques juvenis, servus, scand. *swein*, famulus), plur. *ysweinieit* Mab. 1, 4. 2, 51. In his tamen *s* sive periit saepius, e. gr. in *llu* (agmen, exercitus; hibern. vet. *sluag*), *mwg* (vapor, fumus), *noden* (filum), sive in alium sonum transiit, ut semper fere in *sw* (cf. mox HW, CHW). Combinatio *sr*, sat frequens in lingua hibernica, ignota videtur cambricae (vocabula pauca hodierna inchoantia ab *ysr*- videntur composita *ys-r*.), quae in pluribus vocibus pro ea *fr* exhibet (p. 94).

Sat vetusta sunt exempla praemissae vocalis *e* vel *i* ante dictas combinationes incipientes etiam apud latine vel romanice scribentes: *scripsi ego Perteradus sup istipulationem isponsionemque interposita*. Chart. a. 746 ap. Murat. Antiqq. Ital. med. aevi 6, 412. *istrica* (= strica, striga) in cod. Mutin. leg. Langobard. ap. Murat. tom. 1, p. 1, p. 31. Recentiora quaedam exempla e Cangio: *espatla*, *espalla*, *espaula* (= spalla, armus aut membrum ferarum vel porcorum, quod vasalli dominis saepius praestare tenebantur) Chart. a. 1150. 1225. *eschevini* (scabini) 1204. *estugium* (gall. *estuy*, *étui*, theca) 1231. *escuerius* (*écuyer*, scutifer) a. 1234.

Cornica et armorica *s* servata in iisdem positionibus, ut cambrica. In initio vocum, cornica: *sach* (saccus), *sair* (artifex, faber; hibern. *sáir*, ars, in compos. *sáirdénmidacht*, gl. artificium, Sg.), *sicher* (siccitas; cambr. hodiern. *sychder*, verb. *sychu*, siccare), *sinsiat* (gl. tenax; pro *sinthiat*, *senthiat*, hibern. vet. *sant*, avaritia) Vocab. *seth* (sagittare) Pass. 223, 1. *seygh* (siccus) ib. 170, 40. Armorica: *sechet* (siccatus) Buh. 168, 8. *sebezaff* (stupere, turbari), *soezet* (turbatus) 4, 9. 13. *so* (est) fq. In medio et fine, cornica: *asen* (asinus), *esel* (membrum, hibern. vet. *asil*, gl. artus, Sg.), *isot* (deorsum; cf. hibern. vet. *ísil*, inferior), *nesheuin* (= *nessemin*, gl. propinquus), *cussin* (osculum;

cambr. hod. *cus, cusan*), *cassec* (equa; cambr. hod. *caseg*), *airos* (puppis; hibern. vet. *eross* Sg. 105[a]), *bis* (digitus), *les* (herba; cf. *Lesura*, fluv. Auson., mons Sidon.) in Vocab.; e Pass.: *asen* (asinus) 27, 3. *esely* (membra) 184, 4. 235, 1. 3, terminatio verb. *-as, -es, -ys,* derivatio *-es.* Armorica: *goas* (puer, servus), *guasoniez* (servitium) Buh. 6, 2. 50, 7. 54, 26. *enesen* (insula) 6, 22. *guerches* (virgo) 18, 16. *guelas* (vidit) 88, 23. In fine interdum scriptio *z* obvia (ut etiam hodie, e. gr. *azen*, asinus, *braz*, magnus) pro *s* in eodem libro: *santez Nonn* (sancta Nonna; *santes* 46, 2) in titulo. *guerchez* (virgo) 92, 19. *ez breiniz* (putrefactus est; = *-is*) 12, 18. In positione, cornica: *ors* (ursus), *lester* (vas; hibern. vet. *lester*), *troster* (trabs; hibern. vet. *trost* Sg. 70[a]), *losc* (ustulatio; hibern. vet. *loscad*, urere, comburere), *pisc* (piscis) Vocab. *gustle* (spondere) Pass. 249, 4. *dysky* (discere, docere) 80, 3. Armorica: *gousper* (vespera) Buh. 52, 1. *guestlas* (spopondit) 158, 12. 14. *lestrat* (navigare) 14, 12. *guisquaff* (= *gwiscaf*, vestire) 24, 17. *disquif* (discere) 108, 23. *desq* (disce) 26, 21. *clasq* (quaerere) 32, 13. 184, 10.

A consuetudine autem cambrica, praemittendi vocales *e, i* ante combinationes *sl, sn, sp, st, sc* inchoantes, discordat dialectus ut cornica ita etiam armorica, et haec quidem non solum vetustior, sed etiam recentior et hodierna.

Cornica exempla e Vocab.: *snod* (vitta), *spauen mor* (gl. equor), *steren* (stella), *steuel* (triclinium), *stefenic* (palatum), *strifor* (contentiosus), *sceuens* (pulmo), *scinen* (inauris), *scorren* (ramus), *scouarn* (auris), *scod* (umbra), *scuid* (scapula). E Pass.: *spern* (spinae) 133, 1. 165, 2. *steyr* (stellae) 211, 1. *strek* (radius, flumen sanguinis), *strekis* (plagae) 219, 1. 227, 2. *stryff* (contentio), *strevye* (altercari) 73, 4. 148, 3. *struth* (statim) 254, 4. *scyle* (causa, argumentum) 116, 3. 142, 4. *scony* (negare) 174, 3. 4. *scowern* (auris) 71, 2. 3. 81, 2. *scoth* (humerus) 162, 3. 205, 3. *scryrya* (interpretari) 201, 3.

Nomina propria vetusta armorica e chart. Rhed.: *Spiluc* (chart. a. 834) 1, 2. *Sprewi*, *Sperevi* Mor. 315 (chart. a. 860). 293. 328. *Stodken* Mor. 297. *Stumou* Mor. 300. *Schiriou* Mor. 302. Exempla e Buh.: *span* (quies) 4, 22. *speret* (spiritus) fq. *splet* (modus) 56, 13. *ster, steret* (stella, stellae) fq. *stat* (status) fq. *stroton* (potentia) 88, 21. *scoacc* (humerus; *scuid* Vocab.) 172,

10. In paucis, ut videtur, e gallica romanica transsumtis invenitur praemissa *e*: *estonaff*, *estonet* (*étonner*, *étonné*) 4, 11. 82, 19. 206, 3. *esper* (spes) 18, 3. 200, 15. Hodiernae voces: *sparf* (flabellum), *striv* (contentio), *skourr* (ramus).

H britannicae mutatae ex *s* primitiva celtica exemplum praeclarum est nomen fluvii *Habren* ap. Nennium (p. 75), *Hafren*, frequenter obvium in libro Landavensi, apud Giraldum Cambrensem et in codice rubro, quod Romanorum aetate adhuc est *Sabrina*. Alia quaedam ejusmodi: *haloin*, *halein* (sal) Vocab., cambr. hodiern. *halen* = hibern. vet. *salann*, e *sal*, quod etiam obtinet in vetusto nomine gallico *Salusa* („fons non dulcibus sed salsioribus, quam marinae sint, aquis defluens") Mel. 2, 5, cui addo nomen loci *Saliso*, *Saletio* (in sinistra Rheni superioris ripa) apud Ammianum et in Tab. Peut. Particula inseparabilis cambr. vet. *hu-*, *ho-*, *he-*, cambr. hodiern. *hy-*, armor. *he-*, hibern. vet. *su-*, *so-*, quae etiam est *su-* in nominibus gallicis *Suessiones*, *Suanetes*, *Sucarus* aliisque (p. 17).

Cambrica exempla, in quibus *s* aliarum linguarum, praesertim hibernicae, respondet; 1. in initio vocum: *huil* (hod. *hwyl*, hibern. vet. *seol*, *sóol* Sg., germ. *segel*, velum), *hen* (senex) e quo superl. *hinham* (gl. patricius), *hir* (longus; hibern. vet. *sír*), *hep* (sine, praep.; = hibern. vet. *sech*), *helghati* (gl. venare, imperat.; hibern. vet. *selg*; cf. nomen pop. Brit. *Σελγοοῦαι*, ut nunc recte legitur in editione Wilbergiana), *hint* (via; hod. *hynt*, hibern. vet. *sét*, goth. *sinths*) in compos. et derivat. *doguohintiliat* (gl. inceduus), *hestaur* (sextarius, *hestawr* Mab. 2, 223) jam in glossis vetustis nostris Oxoniensibus. In Mab.: *heul* (hodie *haul*, = *sol*, goth. *sáuil*) 1, 27. 2, 208. *hun* (= somnus) 2, 374. *heu* (serere), *yd hewyt* (satum est; cf. praet. act. lat. *sevi*) 2, 221. 222. *hedwch* (pax; hibern. vet. *síd*) 3, 305. In Leg. 1. 10. 7: *hebauc* (falco; hibern. vet. *sebocc*, gl. capus, Sg.). Addo pronomina *yr-hwn*, *hwnn*, *yr- hon* (hic, haec; hibern. *in-so*), *hun*, *hunan*, *ehunan* (ipse; hibern. vet. *fesine*) fq. Plurima alia in lexicis.

2. In medio et fine vocum: *ehawc* (= *esox*) Mab. 2, 233. 234. *traha* (audax, strenuus; hibern. vet. *tresa*, *tressa* (fortior,

audacior [cf. comparat.] Wb. 25[b]. Ml. 19[d], gr. *θρασύς*. cambr. hodiern. subst. *traha,* arrogantia, exaltatio, unde adj. *trahaawg, trahaawl)* in compos. *didraha* (animo carens, timidus) Mab. 1, 236. 3, 24. Non tamen amavit, ut videtur, hoc loco lingua cambrica spirantem, excutiens eam interdum vel transponens, e. gr. in *chwior* (pro *chwihor* = hibern. *siur* e *sisur*, *suisur,* sanscr. *swasri*, cf. p. 64. 68), *haearn* (pro *aeharn*, gael. *iarn* ex *isarn,* germ. vet. *isarn*). Minus etiam obtinere potest *h* in fine, ubi, si non decidit, facta est *ch* (cf. formas num. *chwe, chwech,* sex), e. gr. in terminatione comparativi *-ach,* armor. *-och,* quae jam in glossa Oxon. *guobriach* (sapientior) adest, cum hibern. vet. *-u, -iu* sit pro *-us, -ius* (cf. p. 64 et infra formas comparationis).

In initio etiam vocum eodem modo condensata est spirans in combinatione CHW solitae scriptionis in Mab., atque hodiernae, cui combinationi respondet scilicet SW aliarum linguarum. Exempla e Mab.: *chwi* (vos; = *swi*, hibern. vet. *si*, cf. sanscr. *was*, lat. *vos*) fq. *chwe*, *chwech* (sex) fq. *chwior, chwaer* (soror) 1, 248. 275. *chwys* (sudor; germ. vet. *sweit*, *swit*) 2, 18. 52. *chwechach* (dulcior; cambr. hod. *chweg*, dulcis, cf. sanscr. *swâdus,* angl. *sweet*) 2, 223. *chwannocket* (ambitio, desiderium; hodiern. *chwant,* desiderium, hibern. vet. *sant,* pro *suant?*) 2, 375. *chwerthin* (risus) 1, 29. 289. 2, 377. Propria ejusdem soni significatio est in glossis Luxemb. in adj. *couuantolion* (gl. andrivenereis; i. e. cupidi, libidinosi, cambr. hod. *chwantolion*), si non legendum *chuuantolion*. Quaeritur, annon in quibusdam combinatio orta sit e simplice *s*, e. gr. in numerali *chwech*, in quo nulla lingua exhibet *sw,* in subst. *chwant,* hibern. vet. *sant* (cf. Santones Caes.).*

C o r n i c a exempla *h* inchoantis et mediae, e Vocab.: *hir* (longus), *heligen* (= salix), *helhvur* (venator), *helhiat* (persecutor), *eunhinsic* (justus), *camhinsic* (injustus; e subst. *hins, hint,* via), *ehoc* (esucius l. salmo). E Pass.: *helhye* (venari, si ita legendum pro miro *folleyn*) 21, 3, *holye* (sequi) fq. Deficit spirans

---

* Contra linguae regulam *chw* obtinet pro *gw*, *w* in voce *gware* (ludus; *guaroi* gl. Oxon.): *achwaryy di . . . gwaryaf* (an ludes? ludam), *gware dy chware, gware dy whare* (lude ludum tuum) Mab. 2, 383. 384. 387. *ny chwaryei weisson* (non ludebant pueri) Mab. 1, 242.

etiam in media voce *viur* (leg. *hviur,* soror) in Vocab., et in fine in terminatione comparativi *-a*, *-e* in Pass., ut in num. *whe* (= cambr. *chwech*) Borde ap. Uncle Jan Treenoodle (Specimens of cornish provincial dialect. Lond. 1846, p. 85).

Armorica: *hir* (longus), *hirder* (longitudo) Buh. 12, 17. 23. *hun* (somnus), *hunfre* (somnium) ibid. 4, 18. 30, 10. *hep* (sine) fq. *hent* (via) fq. Pronomina *he*, *hont* (hic), *hunan* (ipse).

In media voce elidi solet spirans: *eog*, *eaug* (salmo), *choar* (soror). Forma subst. *haearn*, *haiarn* (ferrum) etiam armorice transposita *hoiarn, haiarn* (p. 120). In fine condensatio, ut cambrice, in numerali *chwech,* in terminatione comparativi *-och.*

Pro CHW cambrica obvia est cornica HV in Vocab.: *hvigeren* (socer), *hviger* (socrus; cambr. hod. *chwegrwn*, *chwegyr* = *swecer*, lat. *socer*, goth. *svaihra*, *svaihro*, gr. ἑκυρός, ἑκυρά), *hvilen* (scarabaeus; cambr. *chwilen*), *hvannen* (pulex; cambr. *chwanen*), *hvirnores* (crabro; cambr. *chwyrnores*), *hverthin* (risus; cambr. *chwerthin*). In eodem et legitur *viur* (soror) pro *hviur*. Inversis autem literis WH in usum venit inde a Pass.: *why* (vos) fq. *whek* (dulcis) 47, 2. 66, 2. *whans* (desiderium) 1, 2. 222, 1. *whane* (perforare) 218, 2. Simplex W in statu infectionis ibidem: *rag y wane* (ad eum perforandum) 217, 4. *the werthin* (ad ridendum) 222, 1. Apud Borde (sec. 16) adhuc *why* (vos), *whe* (sex).

Armorica scriptio eadem invenitur jam in vetustis virorum nominibus chartularii Rhedon.: *Wrhwant*, *Wrwant*, *Gurwant* 1, 49. 51. 53. *Riwhant* 2, 17. HU, HO in Buh.: *huy* (vos) fq. *huec* (dulcis) 38, 9. 180, 1. *hoant* (desiderium) 24, 21. 76, 12. *hoantec* (desiderans) 14, 3. 108, 2. Num eadem vox *coant* (bellus, gratus, acceptus) 36, 11. 40, 3. *dicoant* (abominatus) 70, 15? In his legendum *cho, chu, chw,* patet e scriptione *h* pro *ch* etiam in aliis: *gourhemen* (mandatum; alias *gourchemen*) 12, 11. *guelhy* (lavare; 104, 15 *guelchi*) 106, 26. Hodie scribitur *c'h*, *c'hou*: *c'houi* (vos), *c'houech* (sex), *c'houék* (dulcis), *c'houenn* (pulices; collect.).

H, CH in pluribus vocibus britannicis e primitiva *s* prodiisse, patet e dictis exemplis; easdem etiam e vetustiore *x*, obvia adhuc in nominibus gallicis, progressas alia quaedam

demonstrant. H et hic in media voce obtinet regulariter, CH in fine.

Cambrica exempla. H = *x* in medio: *dehou, deheu* (dexter, meridionalis; cf. Dexsiva dea Inscript., lat. *dexter*, gr. *δεξιός*, sanscr. *dakschin*, hibern. vet. *des, dess*): *ar parth dehou* (ad latus dexterum, meridionale) Lib. Land. 216. *llaw deheu* (dextera manus) Mab. 1, 275. *ehouyn, ehofyn* (expers timoris, intrepidus, compos. ex *ofyn* = hibern. *omun* et *eh*- = hibern. *és*-, *é*-, *ex*- in gallicis nominibus Exomnus, Excingillus etc.): *yn ehouyn* (intrepide) Mab. 3, 153. *kynehofnet* (aeque intrepidus) Mab. 2, 379. *ehouyndra* (intrepiditas) Mab. 3, 153. Quaeritur, num cum cambr. adj. *uchel* (altus; hibern. vet. *uasal*) combinari possint nomina vetusta Uxellodunum (oppid. gall.) Caes., *Οὔξελλον, Οὔξελλα* (oppida Britann.) Ptol.? *

CH = *x* in fine: *chwech* (in compositis *chwe;* = lat. *sex*, gr. *ἕξ*, germ. *saihs*, hibern. vet. *sé* = *ses* = *sex*, ut *és*- et *é*- = gall. vet. *ex*-) Mab. *crych* (crispus; cf. Chrixus, leg. Crixus, rex Bojorum, ap. Sil. Ital.) in comp. *penngrych* fq. in Mab. Addo voces terminatas a *ch* hodiernae linguae, quae eandem mediam etiam retinent in auctis et derivatis: *ych* (bos; sanscr. *uxan*, germ. *oxo, ohso*), plur. *ychain* (*ychen: rytychen*, Oxenaford, vadum boum, nomen cambricum civitatis Oxoniae in Mab. 3, 303), *llech* (locus absconditus), *llechu* (speculari), *llechiad* (speculator; cf. Lexovii Caes.), *llwch* (stagnatio; cf. *Λόξας*, Brit. fluv., Ptol., Luxovium, Galliae loc.), adj. *gwych, gwech* (laetus, hilaris; cf. *Οὐέξαλλα*, Brit. opp. Ptol.), *brych, brech* (nigellus, variegatus), *brychell* (salmo fario, piscis; cf. Brixia, Brixellum).

Cornica exempla: *dehoules* (gl. aprotanum, herba; cf. *θέξιμον*, aristolochia Gallis, ap. Dioscor. 3, 6, leg. *δέξιμον, δέξιβον*?), *huchot* (sursum) Vocab. In Pass.: *dyghow* (dexter), *ugh, ughell* (supra, altus) fq.

---

* An nomina Grajoceli, Ocelum Caes., *Ὄκέλον ἄκρον* (Oceli promontorium, Britanniae) Ptol.? Cum his tamen magis concordare videtur hodiern. cambr. subst. adj. *ogyl* (vigor, vigorosus). Concedendum autem, etiam hibernice alternare *ch* = *c* cum *s*, sive sit progressa ex *x*, sive primitiva, in vocibus *echtar* (extra, = *ectar*, cambr. *eythyr*), *echtarde* (externus; *es* = *ex*) Sg. *ochtar* (pars superior; *ós, uasal*), *ichtar* (pars inferior; *ís, ísil*, cambr. *isel*) Cr. 33c.

Armorica ejusmodi vox *ohen* (boves): provincia quae lingua Britonum *Pennohen* dicitur, latino vero eloquio caput boum interpretatur. Vita S. Pauli episc. Leonens. apud Armoricos, Boll. Mart. 2, 112. Porro *uhel* (altus), *chwech* (sex) fq.

J integra servata est in initio vocum britannicarum, nec alicui variationi subjecta. Scribitur in codicibus *i*, ut adhuc hodie, rarius *y*.

Cambrica: *iou* (jugum; hod. *iau*), *iob* (Jupiter), *iot* (pulsum) gl. Oxon. Ita et in codice Lichfeld. in margine (in Append. libr. Land. secundum imitationem) † *iudoni* (i. e. signum Judonis). In libro Landavensi ipso nomina propria virorum composita vel derivata a vocibus *iou, iud,* vel *jou, jud,* ut impressum est in editione: *Jouaf* 207. 250. *Joubui* 166. 205. *Joude* 254. *Judic* 141. 143. 148. *Judnerth* 176. *Judnoe* 167. *Judhail* 149. *Judguallaun* 157. *Judcant* 203. Scriptio codicis elucet e *uidon* (leg. *iudon, Judon*) 161. *Eliud* 138. 142. 196. In Mab.: *iarll ieuanc* (comes juvenis) 2, 20. 21. *iarlles, iarllaeth* (comitissa, comitatus) fq. *ieuhaf* (natu minimus) 1, 235. *iat* (facies) 2, 18. In medio *j* vix exstat; in fine forsan in terminatione *-ei* obvia in nominibus propriis virorum libri Landav.: *(Lann)gemei* 130. *Guidei, Guodei, Guoidei* 70. 71. 73. 217. *Tyfhei, Typhei, Tyfei* 109. 120. 123.

Cornica e Vocab.: *ieu* (jugum), *iein* (frigus), *iach* (sanus), *aniach* (infirmus), *yar* (gallina), *yeugen* (feruncus), *yorch* (caprea), *kytiorch* (capreolus), *iouenc, youonc* (juvenis). E Pass.: *yonk* (juvenis) 175, 3. 254, 3. Ibidem 207, 4 typis expressum *eyn* (frigidus) debebit legi *yen*.

Armorica e Buh.: *iechet* (sanitas) 46, 5. *iachet* (sanatus; impressa *jechet, jachet;* sed quamvis sint in imitatione primae paginae codicis *ioaeus, iust,* impressa sunt etiam *joaeus, just*) 130, 2. 200, 3. *yen* (frigidus) 40, 5. 95, 15. 92, 24. *youl* (voluntas): *hep youl* (invitus), *gant youl* (bono animo, libenter) 46, 13. 128, 1. 134, 6. Hodiernae voces: *iach* (sanus), *ien* (frigidus), *iar* (gallina), *iaouank* (juvenis).

V in dialectis britannicis mediam gutturalem *g* sibi praefigens formam induit GU in vetustiore, GW in recentiore scriptione.

Cambrica dialectus vetustior, quae nescit destitutionem in initio et medio vocum eandemque in fine solummodo interdum admittit (e. gr. in *m* et *g*), ubicumque est locus huic sono sive in initio sive in medio, dictam formam exhibet.

GU in initio vocum: *guarai* (scena), *guaroiou* (theatra), *guaroimaou* (theatra), *guas* (servus), *gueli* (cubile), *guerg* (efficax), *guin* (vinum), *guiannuin* (ver), *guillihim* (forceps), *guorimhetic* (argutus), *guoguith* (victus), *guobri* (sapiens), *guordiminnaul* (invitus) in glossis Oxoniensibus. In nominibus propriis libri Landavensis: *Gueir* 265. *Guern* 154. *Guerngen* 203. *Guernabui* 72. *Guernonoe* 205. *Guidoc* (*Guidauc* cod. Lichf.) 136. *Guidgen* 124. *Guinan* 140. 150. *Guinoc, Guenoc* 135. 177. *Guinnonui, Guennonoe* 170. 182. *Guallonir* 136. 141 etc. Post praepositionem, quae in recentiore lingua efficit destitutionem: *o guiannuin* (vere) in glossis Oxon.

GU inchoans voces, sed in medio ob compositionem: *clutgued* (strues), *enguedou* (exta), *ringuedaulion* (arcana), *doguohintiliat* (incedens), *diguolouichetic* (proditus), *diguormechis* (testatus est), *taguelguiliat* (silicernus, i. e. qui silens cernit) in iisdem glossis. Eodem modo in plurimis nominibus propriis obviis in vetustioribus codicibus: *Catguocaun, Catgualart, Tutgual, Brithguein, Gloitguin, Amguoloyt* in chronic. cambr. ed. in praef. ad Leg. p. IV. V. *Saturnguid* in cod. Lichfeld. *Auallguid, Helicguid* (i. e. malus, salix arbor) Lib. Land. 190. 217. *Matgueith* (i. e. bonum opus) 267. *Judguallaun* 157. *Catguistil* 157 etc. In medio vocum non compositarum: *egui* (diligentia? cf. p. 97, not.), *taguel* (silens), *petguar* (quatuor), *petguared* (quarta, fem.) in glossis Oxon. In libro Landav.: *eguic, ilgui, mingui* (nomina fluvior.) 69. 150. 152, in quo pro *gu* occurrit et inverse *ug* et pleonastice *ugu: Hiugel* (= *Higuel* nomen legislatoris, in chron. cambr. in praef. ad Leg.) 226. 246. *crucou leugirn* (nomen villae, paullo ante: *crucou leuirn* = *lewirn,* vulpium) 251. *Eugein, Yugein* (alias *Yuein, Ouein*) 213. 229, quod idem nomen est *Euguen* 196, *Auguinn* 236. *mynugui* (fluv., alias *mingui, mynui* = *Mynwi*) 187. Quae media *gu* in codice Leg. A., in quo regulariter destitutio jam obtinet, residua adhuc interdum reperitur: *a deguysso* (et eliget; alibi *teuuyssauc,* hod. *tywyssawg,* dux, e verb. *tywysaw,* ducere), *dyguedaf* (ultimus; alibi *dyue-*

daf), *neguyt* (recens; al. *neuuyt*) 1. 11. 11; 17; 2. 1. 66. Nutant tamen inter *gu* et *u* jam glossae vetustae Luxemburgenses: *doguorennam* (gl. profundo) et *douohinnom* (leg. *douorinnom*, gl. austum, i. e. haustus), *douolouse* (gl. depromis). *torguisi* (gl. fido) et *toruisiolion* (gl. fidis).

In fine autem vocum teneri non potuit *gu*, ne *v* quidem, sed soluta est in *u* in terminationibus praesertim *-au* et *-iu* vetustioris scriptionis, *-aw* et *-yw* recentioris saepius obviis. AU: *litau* (gl. Latium; i. e. Letavia) gl. Oxon. *llydaw* (Armorica) Mab. 2, 30. 206. 245. *Minau* insula in Vita S. Gildae (Nenn. p. 119). *Anau* (hodie *anaw*, harmonia, in nominibus propriis libri Landav.: *Anauoc* 156. *Anaugen* 194. *Anauued* fem. 123) aliaque ibidem nomina in *-iau*: *Eliau* 217. *Leliau* 153. *Teliau, Teiliau* fq. *Pepiau, Peipiau* 69. 72. In his *au* nec diphthongus *au* est, cujus vetustior scriptio semper *ou* vel *eu* (e. gr. *Chanao*, i. e. *Canau*, apud Gregor. Tur. 4, 4, *Morcenou* in libro Land. 136, subst. *keneu* Mab.), nec *a* producta, sed *av* soluta, cujus *v* restituitur accedente terminatione: *Lletewic*, *Lledewic* (*Glythmyr*, *Glythvyr* L.; = Litavicus Caes., e Letavia oriundus, quod esset glossis Oxon. *liteguic*) Mab. 2, 238. 239. 242. *Macliavus* Gregor. Turon. 5, 16. *Juniavus* Boll. Jul. 6, 584 (= *Magliau*, *Maeliau*, *Juniau* ut supra dicta in *-iau*). Addo imper. *taw* (tace!) Mab. 2, 39, verbi *tewi* (tacere; cf. supra *taguel*, hodiern. *tawel*, silens) Mab. 2, 37. 224, et num. *nau* (novem) Leg., hod. *naw* e *nav*, *navan* (sanscr. *navan*). Terminatio -IU: *lisiu*, *lissiu* (= lixivium) gl. Oxon. *Cerniu* nomen villae et regionis: *Lann Cerniu* Lib. Landav. 69. 156. 157. *Cornubium* id est *Lancerniu* ibid. 182. Cornugallia quae postea dicta est *Cerniu Budic* ibid. 124. *Cernyw*, *Kernyw* (Cornubia, rectius *Cornivia*) Mab. 2 fq. *Mynyw* (n. propr. loci) Mab. 2, 242.

In recentiore lingua cambrica, inde a codice rubro, GW sequitur regulam mediae *g*, quae manet in statu primitivo, non destituto, solummodo in initio vocum, cum non adest causa infectionis destituentis. Exempla e Mab.: *ae gwallt*, *y gwallt hitheu* (caesaries ejus, feminae) 1, 17. 251. *yn gwassanaethu* (ministrans) fq. *lliw gwerthuawr* (color pretiosus) 1, 15. *sef y gwelei* (ipse videbat) 1, 14. *anniueileit gwyllt* (animalia fera) 1, 6. *kyfodi aoru-*

gum agwisgaw (surgere coepi et vestiri) 1, 6. *dim gwynnaf* (res maxime alba) 1, 4.

Inter exempla hucusque allata deest combinatio GUU, GWU, non obvia scilicet, vix in vocibus *gulan* (lana) gl. Oxon., *gwlat* (regio), *gwlyp* (madidus), quae potius ad combinationem gallicam vetustam *vl* redeunt, quam ad formam *vu* (cf. p. 65). Combinatio GUO, GWO in vetustioribus libris adhuc obtinet, e gr. in partic. *guo* (hibern. *fo*), *guor* (hibern. *for*) in vocibus *guobri*, *doguohintiliat*, *diguolouichetic*, *diguormechis* inter glossas Oxon., transit autem jam in GO, GU in subst. *gubennid* (gl. pulvinar; i. e. quod sub capite) inter easdem glossas, in nom. pr. *Catgocaun* in chron. cambr. ed. in praef. Leg. p. V (ibidem et *Catgollaun*, *Catgolaun* pro *Catguallaun*, quod tamen vix alibi), praesertim in recentiore lingua non solum in particulis *go*, *gor*, sed et alias, e. gr. in verbo *golchi* (lavare), *golchuries* (lotrix, e *gwolchi*, si conferuntur hibern. *folcaim*, et vetusta nomina Volcatius, Volcae; cf. p. 66) Leg. fq. Quae abolitio spirantis *w*, vel potius solutio in *o* et *u*, etiam intrat in combinationem GWE in vocibus praesertim multum usitatis, e. gr. *gwr* (vir; = *gur*, cf. *gurehic*, femina, in gl. Oxon., hod. *gwraig*, e *gwer*, hibern. *fer*), *gurth*, *gwrth* (praep.; = *vert*, lat. *versus*). Particula augmentativa gallica *ver*, in nominibus Vercingetorix, Vernemetum, aliisque obvia, in hodiernis compositis est *gwer-*, *gwr-* et *gor-*, ut jam in nomine regis Britannorum tempore invasionis Saxonum, qui in chronico quodam dicitur *Vertigernus*, in codicibus Gildasii et Nennii *Guerthigernus*, *Guorthigernus*, *Gurthigernus* (*tigern*, hod. *teyrn*, dominus). Obvia in libro Landavensi plurima nomina virorum composita *Guor-*, *Gur-*.

Cornicae voces ab eadem spirante inchoantes extra statum infectionis prae se ferunt GU vel GW: *guan* (debilis), *guar* (collum), *guernen* (alnus), *guistel* (obses), *guisc* (vestimentum) in Vocab.; in Pass.: *gwan* (debilis) 53, 2. *gwesper* (vespera) 230, 1. *gwyn* (albus) 114, 1. *gwyls* (ferus) 206, 3. Quae tamen utraque scriptio non solum cum sequente *o* vel *u*, sed cum omnibus vocalibus potest transformari in GO, GU: *gols* (caesaries; cambr. *gwallt*) Vocab. *goyn* (vagina; cambr. *gwain*) Pass. 72, 1. *goys* (sanguis; cambr. *gwaet*) 45, 2. 58, 4. *guthyll* (facere; = *gwethyll*) 15, 4. 155, 4. *gustle* (spondere; cf. *guistel* supra) 249, 4. *gothevell* (to-

lerare; *guo-*) fq., adeoque *w* sine vestigio evanescit in vocibus *gew* (hasta; cambr. *gwaew*) 217. 218. 221. *gyw* (dignus; cambr. *gwiw*) 68, 4. 226, 2. Terminationis *-au* exemplum in Vocab., cui plur. formatur in *-ou*, *-eu*, est *genau* (os; cf. Geneva Caes.), quae tamen vox in Pass. 106, 1. 2 *gannow* (cambr. *genou ir pant*, os vallis, Lib. Land. 231) scribitur, terminata ut substantiva numeri pluralis. Et terminationis *-iu* idem nomen *Cornubium* locorum cambricorum, sed in orthographia cornica, notarii ut videtur cornici sec. 14: *Iscorney*, *Vghcorney* (Cornivium inferius, superius) Leg. et Consuet. Wall. in Registr. Caernarv. p. 153. 154. 202.

In armoricis scriptis vetustioribus neque in initio vocum neque in medio *gu* pro regula est, sed *w* (in codicibus procul dubio *uu*, ab editoribus transscripta *W*, *w*, *Vu*, *vu*): *Warochus* apud Gregor. Turon. 5, 16, et nomina frequentissima in chartulario Rhedonensi: *Wasbidoe* Mor. 304. *Penwas* 1, 53. *Wesilloc* Mor. 331. *Wiuhamal* Mor. 266. *Wiuhoiarn* Mor. 273. *Tanetwiu* 1, 6. *Winan* 1, 29. *Wincon* 1, 10. 2, 21. *Winlowen* 1, 16. *Wincalon* 1, 18. 2, 23. *Botwen* 1, 23. *Wallon* 1, 4. 20. *Riwallon* 1, 36. *Catwallon* 2, 18. 2, 20. *Roinwallon*, *Roiantwallon* 1, 1. 4. *Weroc* Mor. 331. *Wetenoc* 1, 20. 38. *Wetenmonoc* Mor. 268. *Winweten* 1, 11. *Pascweten* 1, 10. *Matwethen* 2, 15. *Catwethen* 1, 5. 2, 17. *Woletec* 1, 5. 6. 22. *Worethoiarn* 1, 35. 44. *Sulworet* 1, 5. *Catworet* 1, 4. 29. *Woionan* 1, 9. *Sulwoion* 1, 41. *Conwoion* 1, 1. *Wocon* 1, 29. *Rinwocon* 1, 21. *Judwocon* 1, 46. *Jarnwocon* 1, 30. 2, 23. etc.; *enepwert* (dotatio) 1, 49, ut in media voce ipsa *nowid* (novus), *owen* (nom. pr.; cf. p. 97, not.). In recentioribus adhuc etiam, in chart. Nannet. a. 1123 ap. Dom Mor. 1, 548: *Wenmened* id est montem candidum. Quamvis rarius, hinc inde tamen scriptio *gu* occurrit etiam in chart. Rhedon.: *Gueroc* (filius Alani ducis, qui ante dicitur *Weroc*, a. 888) Mor. 332. *Gueten* 2, 17. *Guethenoc* 2, 13. *Guethencar*, *Guethengar* 1, 2. 2, 13. *Guincalon*, *Guencalon* (a. 833) 1, 5. 6. *Guoletec* 2, 16. *Guoretan* 2, 16. In media voce: *Ritguoret* 2, 20. *Reitgualart* Mor. 340. *Iarnguallon* Mor. 340. *Guidgual*, *Tutgualus* Mor. 341. *Tutgual* (a. 1089) 2, 6. In aliis chartulariis ap. Dom Mor., in Kemperleg.: *Dungual* 374. *Pritgual* 432. *Clutgual* 465. *Tanguethen* 373; in Landevenec.: *Guethencar* 338. *Catguallon* 338.

enepguerth (dotatio) ap. Cours. 1, p. 424. *Plueu negued* (nova parochia) Mor. 379.

Solutio spirantis finientis vocem eadem ut cambrica colligi debet e voce *anau* frequente in nominibus compositis: *Anaumonoc* Mor. 331. *Anauhoiarn* 1, 48. 2, 31. *Anauweten* Mor. 331. *Anauworet* 1, 25. *Anaubechan* 1, 35. *Anaugen* 1, 43. 2, 14. *Rianau* 1, 15. *Dreanau* Mor. 265. *Doitanau* Mor. 267. *Balanau* Mor. 307. Simplex *Anau* 1, 48. Mor. 272.

In recentiore lingua armorica regula cambrica obtinet, in initio scilicet vocum extra infectionem GO, GU in Buh., GW in hodierna scriptione. Exempla e Buh.: *goall* (malum, error; hod. *gwall*) fq. *goas* (puer, servus), *goasoniez* (servitium) 6, 2. 54, 26. *goalen* (virga; hod. *gwalen*) 50, 3. 188, 14. *goez* (coram; cambr. *gwyd*, hibern. *fiad*) 124, 14. *goestlas* (spopondit; hod. *gwestl*, votum) 158, 14. *guelet* (videre) fq. *guell*, *guellaf* (melius, optimus; hod. *gwell*, *gwella*) fq. *guerches* (virgo; hod. *gwerch*) 18, 16. 22, 7. *guin* (vinum; hod. *gwin*) 70, 10. *guir*, *guirion* (verus, justus), *guirionez* (justitia; hod. *gwir*, *gwirionez*) fq. *guisquaff* (vestire; hod. *gwiska*) 26, 19. Residua et in medio interdum scriptio non destituta: *dieguy* (indiligentia) 72, 1. *eguit* (propter; alias *euit*) 12, 10. 34, 2. *Rigoal*, *Rigoall* (n. pr. viri) 162, 13. 15. 16. 166, 4. Terminatio -*yw* cambrica armorice hodie est -*eo*, e. gr. in nomine regionis Britanniae gallicae *Kerneo* (Cornubia).

Est etiam combinationis GWO eadem tractatio, ut cambrica. Obtinet quidem adhuc intacta in adj. *guobri*, *wobri* in nominibus compositis chartularii Rhedonensis, ut *Haelwobri* 1, 9. *Catwobri* 1, 9. 2, 31. *Breselwobri* 2, 31, etc., fit tamen jam *gu* in aliis: *Gulugan* 1, 2. *Gulchuenn* in Kemperl. ap. Mor. 431. 432. Particulae *gwer*, *wer* non obvia forma, sed tacta vocali per spirantem *uuor*, *guor*, *gor*, *gur*, *uur* in nominibus frequentissimis ita compositis. Exempla quaedam e chart. Rhedonensi: *Guorgomet*, *Worcomet* 1, 8. 42. *Wrcomet* Mor. 265. *Guorwelet* 2, 14. *Guorweten* 2, 17. *Worlowen*, *Wrlowen* 2, 23. 26. *Wrmaelon*, *Gurmahilon* Mor. 307. 339. *Vurwal*, *Vurcondelu*, *Vurvidoe* (in cod. procul dubio *uur*-) Mor. 275. 309. *Gurvili* 1, 8. *Wrbili* 1, 14. 19. 39. 40. *Gurwant*, *Wrwant*, *Wrhwant* 1, 49. 51. 53. *Gurgnou* Mor. 340. *Gurdiernus* (= Vertigernus) Mor. 416. *Gorloios* Mor. 515.

E chartul. Coriosop. et Kemperl. ap. Mor.: *Gorhezre* 378. *Gurserch* 456.

In recentiore armorica, inde a Buh. ut adhuc hodie, scriptiones *gou, gour* (= *gu, gur*) obviae pro *gwo, gwe, gwi, gwor, gwer: gouzaf, gouzaff* (tolerare; = hibern. vet. *fodam*) Buh. fq. *goude* (post, postea; cambr. vet. *guetig*, hodiern. *gwedy*) fq. *gousper* (vespera) Buh. 52, 1. *gouzout* (scire; cambr. *gwyd*) fq. *gourchemen, gourhemen* (mandatum; simpl. *quemen*) fq.

Spirantem eodem modo ut a britannice loquentibus esse tractatam a romanice loquentibus vel scribentibus, exempla docent jam sat vetusta, e. gr. *Gwodan* pro *Wodan:* Wodan adjecta littera Gwodan dixerunt. Paul. Diac. 1, 9, et, ni fallor, *Gulfila* pro *Wulfila* in vetustis scriptis. E quibus formulis gallica lingua hodierna tam *gu* (ante *e, i*) quam *g* (ante *a*) retinuit, utramque tamen pronuncians ut *g*, non solum in vocibus germanicis receptis sed etiam in latinis: *guerre* (bellum; *gwerra, werra*), *guérite* (med. lat. *guarida, guarita*, germ. *warte*, specula), *guée* (= *vadum, guadum*), *guise* (modus; germ. *weise*), *gaîne* (e *guaine*, cambr. hod. *gwain*, med. lat. *guainarius*, = vagina, vaginarius), *gâter* (med. lat. *guastare* pro vastare). In aliis latinis deest *g: verité* (veritas), *vin* (vinum).

Infectione destituente recentioris linguae *gu, gw* excussa *g* fit *u, uu, w*.

Cambrice. 1. In initio vocum; *a*) in constructione, si adest causa infectionis: *yr weirglod, yr weirglawd* (ad pratum; *gweirgl.*) Mab. 1, 240. 242. *a weleist* (vidisti; *gweleist*) Mab. 1, 2. *b*) In compositis in initio secundae vocis: *Huwel, Howel, Heuuel, Hiuel, Hywel* (vet. *Higuel*, p. 149), scriptio nominis recentior et hodierna. *rinwedeu* (arcana; hod. *rhinwedd* compos. ut alia: *bronwedd*, prominentia, *tarwedd*, fermentatio; cf. vet. *ringuedaulion*) Mab. 1, 271. *unwisc* (una veste indutus; *gwisc*) Mab. 1, 250. E particulis *gwo* et *gwor*, quae fiunt *go* et *gor*, excussa *g* solummodo manet *o* et *or* in compositis recentioris et hodiernae linguae: *dyodeueint* (patientia; *dy-o-d.*, quod esset in vetusta lingua *do-guo-d.*) Mab., hodiern. *dyorfod* (victoria; *dy-or-f.*, quod esset vet. *do-guor-b.*).

2. In media voce: *tawel* (silens; vet. *taguel*), *petuuar, pedwar* (vet. *petguar*, quatuor), *ewin* (unguis), *newyd, newydd* (no-

vus) in Leg. Mab. et hodie. In fine vocum spirans jam a vetusta lingua destituta est et emollita (p. 150).

Cornice. In initio in constructione vel compositione: *rag y worthye* (ad eum venerandum; cf. *rag gorthye*, ad ven., 228, 2) Pass. 29, 2. *the wethyll, the wethell, the wuthyll* (ad faciendum; supra *guthyll*) 21, 2. 151, 4. 159, 2. *a wovynnys* (interrogavit; *govynny*, interrogare) 67, 1. *a wothevy* (tolerat; *gothevell*) 54, 1. *a worthebys* (respondit) 43, 1. 67, 3. 4, ita ut redeat *w* e formis *go, gorth. tebell was* (malus puer; *gwas*) 38, 3. *finweth* (finis; armor. *finuez*) 212, 4. In medio: *euuin* (unguis) Vocab. *nowyth, newyth* (novus) Pass. fq. *peswar* (quatuor) Pass. 190, 2. 241, 4.

Armorica exempla e Vita S. Nonnae, in qua exempla quaedam obviae servatae *gu* etiam in media voce, alia ejusdem destitutae in *uo* (= *uu, w*), *u: Riuoall* (supra *Rigoall, Rigoal* = *Riwall*) 150, 20. *dezuez* (dies), *finuez* (finis; compos. cum *guez*, cambr. hod. *gwedd*) 102, 18. 104, 5. *diuisquaff* (vestibus exuere; *guiscaff*) 10, 19. *euezhat* (vigilare) 90, 12. *neuez* (novus) fq. Hodierna scriptio *w* in initio, *v* in medio: *ar wirionez* (veritas; *ar* artic.), *nevez* (novus). E particulis *gwo, gwor* transeuntibus armorice in *gou, gour,* excussa *g* in compositione residua et hic *ou, our: diouganet* (praescriptus, praedictus; cambr. hod. *dyogan* = *do-guo-c.*) Bu. fq. *diouguel* (securus; cambr. *diogel* = *di-guo-c.*) 178, 4.

Mediae.

B D G. Formae primitivae in britannica lingua, ut sunt in alia quacumque, servatae in libris vetustis. Prius tamen alterationi obnoxiae mediae britannicae quam alia classis.

Cambricae mediae vetustioris dialecti inchoantes: *bis* (digitus), *buch* (vacca), *betel* (bulla), *bichan* (parvus); *di* (de), *do* (ad), *dur* (durus), *dihel* (deses); *gen* (obex), *gruiam* (suo) gl. Oxon. Quod intermediae in iisdem glossis sint jam alteratae earumque scriptio aspirata ob voces *mergidhaham* (evanesco), *helghati* (venare), infitiandum erit, et *h* in his, ut in *hinham* (patricius; hod. *hynaf*), quamquam posita post consonas, adnumeranda exemplis *h* superfluae supra allatis (p. 139). Nam dum

tenuibus apposita aspirationem regulariter significat *h*, in vetustissimis glossis ut adhuc hodie, nusquam alias apparet subjuncta mediis. Putandae ergo mediae expertes aspirationis in lingua cambrica, vetere et recente. Sunt autem in vetere lingua mediae, ut ceterae consonae, expertes etiam infectionis destituentis generaliter, ut patebit e sequentibus exemplis.

B cambrica intacta in initio vocum: *nom ir bleuporthetic buch* (gl. lanigerae templa juvencae) gl. Oxon. B intacta inchoans secundam vocem compositi: *laubael* (gl. secularia), *louber* (splendor), *morbran* (mergus), *guobri, guobriach* (sapiens, sapientior), *bronnbreithet* (*etinet*, volucres variegatae pectore) in glossis iisdem. *Colbiu* (n. pr. viri) in cod. Lichfeld. In libro Landavensi adhuc nomina composita cum *biu* (vivus), *bri* (auctoritas), *bran* (corvus), *bresel* (bellum), hausta procul dubio e vetustiore codice: *Joubiu* 163. *Judbiu* 175. 177. *Merchbiu* 154. *Edilbiu* 160. *Ilbri* 194. *Morbran* 191. 263. *Cinbran* 148. 264. *Cunbran* 142. *Conbran* fq. *Columpbran* 138. *Cenbresel* 221. *Conbresel*, *Combresel* 191. 202. *Cilbresel* 213. In medio et fine: *helabar* (eloquens), *gebel* (dolabra) in gl. Oxon. *trebou* (gl. turmae) gl. Lxb. *dir aballen* (ad malum; cf. Aballone, loc. Gall., in Itin. Ant.) Lib. Land. 164. *carn cabal* (cumulus lapidum Cabali, canis Arthuri) Nenn., secundum imitationem codicis sec. 10 in Mab. 2, 359. *camdubr* (n. fluv., i. e. curva aqua) cod. Lichf. in Append. lib. Land. p. 273. * *gilb* (foratorium) gl. Oxon.

D intacta in initio: *pa diu* (quid?). In initio secundae vocis compositi: *didaul* (expers), *guodeimisauch* (sustulistis), *guordiminnaul* (invitus). In medio et fine: *ladam* (caedo), *credam* (vado), *ringuedaulion* (arcana), *onguedou* (exta), *emedou* (aera), *edil* (tenuis), *nedim* (ascia), *grudou* (maxillae), *budicaul* (victoriosus), *med* (sicera), *bronnced* (bullo), *clutgued* (strues), *culed* (macies), *cared* (amor), *criched* (ruga), *celmed* (efficax), *estid* (sedile), *cemecid* (lapidaria), *gubennid* (pulvinar), *notuid* (acus). Omnia inter glossas Oxonienses.

---

* Vox in nominibus fluviorum et alibi obvia: flumen *Vernodubrum* (in Gallia Narbon.) Plin. 3, 4; *Dubra* (in Germania merid., hod. Tauber) Geogr. Ravenn. 4, 24. Etiam hibern.: fluvius *Dobur* Artbranani usque in hodiernum nominatus diem. Adamnani Vita S. Columbae, ap. Boll. Jun. 2, 207.

G servata in initio secundae vocis compositi: *digatma* (area, circus) gl. Oxon. *Urbgen* (nom. pr. viri; cf. Urbigenus pagus Caes. Inscript. Orell. 403 et Camulogenus Caes.) Nenn. p. 72. 73. *Sulgen, Signou* (nom. pr. virorum) in cod. Lichf. p. 273, ut alia plurima in libro Land.: *Anaugen* 194. *Morgen* 254. *Guidgen* 124. 141. *Catgen* 136. 140. *Guerngen* 203. 206. *Elgnou, Ellgnou* 192. 193. *Gueithgnou* (cf. *Gnouan* 171) 137. In media voce: *Regin* (n. propr. viri; cf. Reginum Itin.) Chron. cambr. vet. in praef. ad Leg. p. V. *Eutigirn* (n. pr. viri; cf. Tigurini) Libr. Land. 133. 136. 235. *Eutegirn* 136. *Maglocunus* (n. propr.; cf. Taximagulus Caes.) Gild. epist. (Nenn. p. 161). *torcigel* (gl. ventris lora), *mergidhaham* (evanesco), *guirgiriam* (hinnio), *orgiat* (caesar, qui caedit) in glossis Oxon. *Margetut, Margetud* (n. viri) Chron. cambr. Lib. Land. 118. 259. In fine: *guetig* (postea) cod. Lichf. app. lib. Land. p. 271. *boutig* (stabulum), *guerg* (efficax) gl. Oxon. *dou rig Habren,* id est duo reges Sabrinae, Nenn. p. 75.

Servatae ergo tres mediae cambricae in vetustioribus libris communiter. Jam in his tamen initia infectionis, ut in liquida *m* post *á* in vocibus *dauu, lau* (p. 131), licet etiam animadvertere in *b* et maxime *g* post vocales productas in fine praesertim: *iacou* (Jacôb) Cod. Lichf. app. L. Land. p. 272. *guobri, guobriach* (gravis, gravior, sapientior; simplex *Brii,* n. pr. viri, in libr. Land. 190, hibern. vet. *brig,* valor, p. 26), *tru* (miser; hibern. vet. *tróg*) in gloss. Oxon. *ri* in nominibus compositis e. gr. *Judri* Cod. Lichf. *Clotri* Lib. Land. (= rîg, cf. p. 25. 115). Post brevem vocalem tamen *g* destituta jam in iisdem glossis in voce *ma* in compositis *guaroima, digatma* (= *mag;* cf. p. 5, not.). In codice Lichfeldensi (Append. libr. Land. p. 271, 1 et 2) obvium nomen viri *Gelhi* et *Gelhig.* Transsumta e latino, ut videtur: *iou* (= jugum), *corruui* (gl. corrigium, i. e. corrigia; *carrei* Mab. 2, 374, hod. *carai*) in gl. Oxon.

Armoricae mediae dialecti vetustae intactae in initio e. gr. nominum obviorum in chartulariis: *Bili* Rhed. 1, 7. *Bran* 1, 10. 19. *Bresel* Kemperl. Mor. 465. *Breselan* Rhed. 1, 24. *Datlin* Rhed. 2, 21. *Diles* ib. Mor. 271. 515. *Gleu* Kemperl. Mor. 432. *Gleudalan* Rhed. Mor. 307. *Gradlon* Mor. 265. In medio in nominibus vetustioribus: *Vidimaclus* (lege -magl.) Gregor. Tur.

9, 18. *Macliavus* (lege *Magliavus*, ut invenitur etiam in Greg. Tur. Histor. Francor. epitom. 77) Greg. Tur. 4, 4. 5, 16. 27. *Maglus Conomagli* filius in Vita S. Winwaloei ap. Boll. Mart. 1, 258. 15. *Catmaglus* ibid. 259. 13 (cf. p. 6. 121, not.). In fine in vocibus quibusdam *treb* (vicus), *nowid* (novus), in chartulariis vetustis: *Trebmoetcar* (chart. a. 834), *Treb Querman* (a. 865), *Trebetwal* (a. 829), *Trebhinoi* (a. 854; cum nominibus virorum) in chart. Rhed. 1, 4. 24. 42. 45. *Lis nowid* (a. 826) ib. 1, 14.

Haec tamen chartularia armorica infectionis jam majorem ambitum monstrant, quam glossae vetustae cambricae. Inveniuntur in eis quidem intactae interdum mediae, e. gr. in initio vocis secundae compositi: *Wobrian* Rhed. 1, 38. *Maenwobri* 2, 15. *Wrbili, Worbili* 1, 14. 19. 41. 2, 28. *Urbili* 1, 36. 41. *Arbidoe* Mor. 331. *Wasbidoe* Mor. 304. *Grenbidoe* 1, 54. *Eubodu* Mor. 328. *Tribodu* 2, 13. *Hobrit* Mor. 275. *Wenbrit* 1, 19. *Anaugen* 1, 43. 2, 14. *Wrgen* 1, 24. *Dergen*, *Dorgen* Mor. 332. 2, 26. *Ritgen* Mor. 273. *Festgen, Festgent* Mor. 293. 296. *Hoiargen* 1, 35. *Gurgnou* Mor. 340; saepissime tamen etiam infectae: *Gurvili, Wrwili* 1, 8. 40. *Maenwili, Maenvili* 1, 9. 39. *Haelvili* 2, 14. 16. *Ratuili, Ratwili* 1, 1. 3. 2, 16. *Aellifeu* 1, 7. *Aerviu* 1, 11. *Colveu* (*beu, biu*) Kemperl. Mor. 513. *Arvidoe* Rhed. Mor. 307. *Vurvidoe* Mor. 309. *Matwidoe*, *Matvedoi*, *Matuetdoi* M. 305. 340. *Catwodu* 1, 20. *Catuodus* Kemperl. Mor. 360. *Guenwreth*, *Guenvret* (fem., conjux Salomonis principis, chart. a. 869) 1, 50. *Derien, Dorien* 1, 2. 2, 26. *Derian* Mor. 339. *Urbien* (cf. cambr. *Urbgen* supra et *Urblon* Rhed. 1, 21. 47; = *Uryen* Mab. 2, 212) 2, 21. Mor. 304. *Festien* Mor. 300. *Ritient* Mor. 330. *Pritien, Pritient* Mor. 294. 307. *Haelnou* 1, 4. *Budnou* Mor. 272. *Arthnou* Mor. 307. *Cadnou* Landev. Mor. 338.

Infectae mediae in medio vocum: *Courantgen* (cf. hibern. vet. *cobir*, adjuvat, Wb., et Caburus Caes.?) Rhed. fq. *Kobbrantgen* Mor. 297. *Courantmonoc* Mor. 267. *Gleuchourant* Mor. 307. *Maelcat* (cf. supra *Catmaglus*) 1, 32. *Cunmailus* (= *Conomaglus* supra) 1, 25. *Arthmael* 1, 5. 2, 23. *Mailon*, *Maeloc* Mor. 264. 307. *Tiernan* (hibern. vet. *tigerna*, dominus) 1, 31. *Tiarnan* 1, 20. 2, 27. *Maeltiern* 1, 14. 2, 28.

In fine vocum, ubi servantur interdum intactae post vocales breves, e. gr. in supra dictis *treb, nowid*, in iisdem chartulariis

armoricis destituuntur mediae, ut in glossis cambricis, post vocales productas praesertim: *Jacu* (= Jacôb) Rhed. 1, 29. *ploi* (= plebs; in nomine *Ploilan*, in chart. a. 862, *plebs Lan, Laan* in aliis chartis) 1, 23. *pou* (pagus; in nomine *Poutrecoet* in chart. a. 833, "pagus trans silvam" 1, 50) 1, 5. *ri* et *bri, wobri* (= *rîg, brîg*) in nominibus compositis supra dictis (p. 116). Post breves tamen etiam destituitur *g*, e. gr. in voce *bro* (terra; cf. Brogitarus Cic., Allobroges Caes.) obvia in compositis nominibus bonorum vel pagorum: *Bronantcar* (a. 833) Rhed. 1, 8. pagus *Broweroc* (a. 832 "patria Gueroci" Mor. 339) 1, 20. *Bronaril* (a. 867) 1, 22. Porro *b* in chart. Landev. in nominibus vicorum: *Tref Wilermeam, Tref Harthoc* (= *treb*) ap. Cours. 1, 423 et, ut videtur, etiam in chart. Rhed. in nominibus compos. *Worgou, Riworgou* 2, 14. *Worgouan* (cf. *(Ran)gof* ibid. 2, 26; cambr. *gof*, faber, et nom. gall. Gobanitio Caes.) 2, 19.

In recentiore demum lingua britannica, tam cambrica, quam cornica et armorica, infectio destituens mediarum omnino perfecta est et latius patet quam in aliis consonis. Status primitivus in initio solummodo vocum tenetur, si non adest causa infectionis, vix in medio vel fine, excepta forsan *g* in combinatione *ng*. Hac autem infectione mutatur B in eosdem sonos, ut *m*, in *f, u* vel *v*, in positione interdum in *w*. D infecta cambrice scribitur *dd*, cornice *th*, armorice *z*. G destitutione in media voce in positione fit interdum *i, y*, communiter autem omnino omittitur, vel mortificatur, in quocumque loco. Quam obliterationem interdum et duae aliae mediae, *b* et *d*, patiuntur in medio et fine vocum.

B cambrica destituta in initio vocum, si adest causa infectionis (regulae infra), ubi scriptio solita in codicibus est *u: ir urenynes* (reginae, dat.; *brenynes*) Leg. *y uaraf* (barbam ejus) Mab. 1, 7. 18. In initio secundae vocis compositi: *anuonhedigeid* (ignobilis; *bonnedig*, nobilis) Mab. 1, 260. In nominibus propriis compositis *-biu, -bud, -bran, -brit* etc. jam liber Landavensis nutat interdum in recentiorem scriptionem: *Conuiu* 169. *Catuud* 191. *Conuran* 69. 73. 158. (cf. *Moruran* Mab. 2, 206). *Sulurit* (*Sulbrit* 229) 267. *Conurit* 159. Addo vocum compositarum, quae supra allatae sunt, veterum formas hodiernae linguae: *llawfwyall* (securis manualis; vet. *laubael*), *lleufer* (splendor; vet. *louber*,

lleuver Mab. 2, 42), *morfran* (mergus), *gofri* (praeminentia; vet. adj. *guobri*), *bronfraith* (pectore variegatus).

In medio vocum alternant *f* et *u*, interdum et *v*: *dufyr* (aqua) Lib. Land. p. 113. *dwfyr* Mab. 1, 4. 5. 2, 213. 246. *dwuyr* 2, 42. 208. *dyfyr* 3, 302. *dwfr* 1, 13 (supra *dubr*; cf. med. lat. *dovra*, fossa, locus, ubi est aqua stagnans, vulgo *douvre*, ap. Carpent.), plur. *dyfred* (aquae, fluvii) 3, 302. In libro Landav. *Gafran* (n. viri, ibidem 150. 172. 178 *Gabran*) 171. *Auallguid* (n. viri) 217. *auallen* (malus, supra *aballen*) 197. *aualeu* (poma) Mab. 1, 237. *Cauall* (nomen canis Arthuri; supra *Cabal*) Mab. 2, 22. 239. *kefyn* (tergum; cf. Cebenna mons) Mab. 1, 37. *trachefyn*, *tracheuyn* (retro) Mab. fq. In positione: *Eruic* (n. viri; ibid. 115. 193 *Erbic*) Libr. Land. 153. 154. Rariores sunt scriptiones *fu*, *fh*, *ff*: *dufuyrguyr* (aquatici viri) L. Land. 121. *arafhau* (quiescere; adj. *araf*, mitis, placidus, cf. Arabo fluv. nom.) Mab. 2, 381. *dyffrynn* (vallis; e *dwfr*) Mab. 1, 6. *caffel*, *kaffel* (sumere; *cavail*, sumtio, captivatio, Lib. Land. p. 113. hibern. vet. *gabál*) Mab. 2, 199. 222. 246. Rarius etiam excutitur *b* in media voce: *cael* (sumere) Mab. 2, 218. 246. *key*, *kehy* (sumes, accipies: *aminneu agey*, et accipies me. *ti a gehy*, mox ante: *titheu a geffy*, tu accipies) Mab. 2, 219. 221.

In fine scriptio solita *f*: *tref* (vicus) Mab. 1, 20. *cledyf* (gladius; hibern. vet. *claideb*) Mab. fq. Hodierna vox *gylf* est e vet. *gilb*, foratorium, gl. Oxon. Saepius hoc loco ob positionem media solvitur in *u*, *w* (ut *enw*, nomen, ex *enm*): *maru* (mortuus; hibern. vet. *marb*), *taru* (taurus; hibern. vet. *tarb*) Leg. 1. 35. 12, 13. *marw* Mab. 1, 16, ut hodie *marw* (mortuus). *delw* (imago; hibern. vet. *delb*) Mab. 1, 15. 2, 241. Omnino obliterata *b*: *tu* (latus; hibern. vet. *tóib*) Mab. fq. *du* (niger; hibern. vet. *dub*): *guern du*, *nant du* Lib. Land. 182. 247, *du* Mab. fq. hodiern. *ffa*, *ffaen* (= faba).

D cambricae infectae scriptio hodierna solita est *dd* (Owenus in lexico *z* armoricam adoptavit), quae scriptio etiam in codicibus obvia est, quamvis in his infectio etiam alio modo, saepius etiam omnino non significetur. Scriptio *dd* in Vocab. 10[a]: *meddou*, voce supra scripta jam a vetusta manu supra aliam formam ejusdem *medu* (gl. medum), et in Registri Caernarvonensis (e sec. 14) partibus iis, in quibus orthographia cambrica obtinet (in aliis enim

cornica dominatur): *Bleddyn* (nom. viri, corn. *Blethyn* p. 1 sqq.) p. 93 sqq. *Jarddur* (alibi *Yarthur*) p. 109. 110. 111. *Moriddik* (al. *Morithik*, Pass. 77, 1. 232, 4 *morethek*, sollicitus) p. 100. *Boteridd*, *Beddegroes*, *Penhyddgen*, *Moweddus*, *Llechiddiawr* (nomina locorum) p. 257. Opus inscriptum Mabinogion, continens praecipuas codicis rubri narrationes, expressam typis etiam exhibet *dd*, e. gr. 1, 1: *ydoedd yn eisted* (erat sedens), et 1, 2: *ydoedd yr amherawdyr* (erat imperator), *adrythyll oeddwn* (audax eram); sed in imitatione codicis addita legitur nonnisi *ydoed*, *oedvn*. Obvia eadem *dd* in sequentibus, forsan et aliis locis (utrum sit e typothetarum vel scriptorum arbitrio, an e codice ipso quaeritur ergo): *mi a wyddwn* (sciebam) 2, 198. *ny wyddynt* (nesciebant) 3, 268. *byddaf* (ero) 3, 197. *cerddeu* (cantus, carmina) 2, 201. *cerddawr* (operarius, mox *cerd*, opera) 2, 201. *Kaermyrddyn* (n. pr. oppidi) 3, 271. *ynddaw* (in eo) 3, 143. *yrddaw* (propter eum) 2, 203. 3, 159. *yr wedd* (modus, forma, via) 3, 9. *neuadd* (aula) 3, 269. In aliis locis *dh*: *nodho* (propitius erit) 2, 228. *rodho* (det, dederit) 2, 28. 3, 193. *rodhom* (dederimus) 2, 203. *rydhau* (liberare), *rydhaa* (libera), *rydhaf* (liberabo; hod. *rhyddaf*) 1, 22. 3, 160. *rydhaer* (liberatur) 3, 196. Alias notationem infectionis omnino intermittit codex ruber: *ymdidan* (discursus, narratio; hod. *ymddyddan*), *cledyf* (gladius; hod. *cleddyf*), *med* (medum; hod. *medd*), *rud* (ruber; hod. *rhudd*) fq. etc. In codice Leg. A obvia *dh*, *h*: *emdhihan* (= *ymdidan* Mab.) 2. 11. 48. *grahur* (hod. *graddwr* e subst. *gradd*, gradus) 1. 24. 11. *yhi* (= *ydy* Mab., hod. *yddi*, ei, ad eam) 2. 1. 9. Interdum *d* omnino deest: *en anilis* (insecure; sequitur mox in eodem loco *en dilis*, secure) 2. 6. 17; 31. *roy* (dare), *aroes* (dedit; alibi *rody*, *rodes*) 1. 25. 3; 2. 10. 2. Obliteratae *d* exempla etiam in Mab.: *dielw* (deformis; *di-delw*) 2, 17. *mi athroessum* (darem te) 3, 145. *llas* (cecidit, occisus est; = *lladdas?*) 2, 244. 245. *y mywn* (*y meun* in libr. Land. 113, in medium; hibern. vet. *inmedón*) fq. Addo hodiernas formas quarundam vocum veterum, quae supra allatae sunt, derivatarum in *-ed*, *-id*: *culedd* (macies; vet. *culed*), *caredd* (amor; vet. *cared*), *crychedd* (ruga; vet. *criched*), *efydd* (aes; vet. *emed*), *cyfegydd* (lapidaria; vet. *cemecid*), *gobenydd* (pulvinar; vet. *gubennid*), *celfydd* (industrius; vet. *celmed*), *nydwydd* (acus; vet. *notuid*).

G cambrica destitutione perit, tam in initio vocum, si adest causa infectionis, quam in medio et fine, in positione aeque atque extra positionem. In initio: *aorugam* (coepi; mox: *ae gorugant*, et eum coeperunt, exuere, ubi deest causa inficiens) Mab. 1, 4.

In medio et fine tenetur in sola positione NG; in aliis magis vel minus obliterationi obnoxia est. Transit in Y in positionibus LG, RG in medio vocum, in initio vocis secundae compositi etiam post alias consonas: *Grudyen* (n. pr.) Mab. 3, 98. *Sulyen* (= *Sulgen*), *Uryen, Moryen* (nomina virorum) Mab. 2, 206. 212. 390. *aryant* (argentum) Leg. 1. 3. 1. Mab. 1, 4. *aryanneit* (argenteus) Mab. 3, 264. *taryan* (pelta, scutum; lat. med. *targa, targia, targonus*, major targa, *targeta*, targa minor, ap. Cangium) Mab. fq. In aliis tamen etiam in medio deficit omnino, ut in fine: *Judnou* (cf. supra compos. -*gnou*) Lib. Land. 70. 74. 165. *Gwydneu* (nomina virorum) Mab. 2, 210. 223. *Maredud* (= *Margetut*, supra) Mab. 2, 371. *mererit* (margaritae) Mab. 2, 218. 3, 266. Addo voces hodiernas: *gweryru* (hinnire; vet. *guirgiriam*, hinnio, gl. Oxon., deriv. e *guerg?* cf. p. 14, not.), *merydd* (subst. debilitas, adj. flaccidus, e vet. *mergid*, unde verb. denom. *mergidhaham*, gl. evanesco, i. e. flaccesco, in gl. Oxon.), *hela, hel* (venari; cf. *helghati* gl. Oxon., hibern. vet. *selg*).

Extra positionem in medio et fine semper deficit in recentiore lingua. In medio: *bwa* (arcus; hibern. hod. *bogha*) Mab. 1, 3. *mael, mail* (= *magl*) in nominibus virorum compositis supra dictis (p. 121). *mais* (campus) Lib. Land. 152, *maes* (= *magis, mages*, cf. p. 5, not.) Mab. fq. Vocalis *i* alterari solet excussa *g: Breit* (Brigita) Lib. Land. 225. 263. *ateilwyt* (aedificatus est; e *ti* domus) Mab. 3, 95. *teulu* (familia; *telu* in cod. Juvenci Cantabr., hibern. *teglach*) Leg. Mab. fq. *tern* (hod. *teyrn*, dominus) in nominibus compositis: *Etern* Lib. Land. 240. *Edern* Mab. 2, 19 (cf. *Aerthirn* L. Land. 142. *Edyrn* Mab. 2, 23, et supra dicta comp. -*tigirn*). Ideo et vocem *breenhin, breeninn, brennhin, brennin* (rex; hod. *brenin*) in libr. Landav. p. 113 licet restituere in *brigentin* ex adj. *bry* (altus; cf. p. 101), atque subst. *breint* (privilegium) in eodem loco nec non supra dictum nomen *Breit* in *brigent, brigit* e subst. *bri* (hibern. *bríg*, p. 26. 115) cum producta vocali, ob quam in duobus aliis locis ejusdem privilegii ecclesiae Landavensis adhuc scribitur *bryeint*. Abolitae *g* in fine vocum exempla quaedam:

da (bonus; hibern. vet. *dag*) fq. *ffa* (fagus; *ffawyd*, fagus arbor) Mab. 1, 29. *ty* (domus; hibern. vet. *teg*) Mab. fq. *to* (agmen, copia, numerus; cf. Togius, Togia Inscr. Stein. 434. Togitius Stein. 324. Togirix Orell. 347. *Τογόδουμνος* Dio Cass. ed. Reim. p. 957) Mab. 2, 17. 65. *ffo* (fugere) Mab. 1, 13. *tru* (miser; hibern. vet. *tróg*) fq.

B infecta cornica ut armorica scribitur *v, u, f, ff.*

Cornica in initio in constructione: *ran vras* (pars magna), *nerth fras* (vis m. *bras*) Pass. 38, 2. 138, 4. *na ylly fewe* (non posset vivere; *bewe*) 204, 1. *may vo, may fo* (ut esset) fq. In mediis vel extremis vocibus: *lauar* (sermo, locutio), *gauar* (capra, capella), *auallen* (malus), *gof, gofail* (faber, officina), *barf, baref* (barba) in Vocab., in quo etiam adhuc *duv* invenitur pro solito *du* (niger). Exempla e Pass.: *lavar* (verbum, locutio) fq. *avell* (pomum) 6, 3. 152, 4. *gof, goff, goyff* (faber) 154, 2. 155, 1. 156, 2. Soluta *b* in medio vel fine in positione in *u, w, ow: dour, douer* (aqua) Vocab. *dour* Pass. 219, 1. *dowr, dower* 45, 3. 58, 4. 211, 1. *marow* (mortuus) 215, 4. *tarow* (taurus) 2, 2; vel obliterata omnino, praesertim extra positionem: *dúr* (aqua), *chein* (dorsum; cambr. *kefyn*), *plui* (= *plêb*, plebs, parochia) Vocab. *clethe* (gladius) Pass. 51, 2. 71, 1. *tre* (vicus) 27, 2. *tu* (latus) 105, 3. 162, 2.

Armorica in initio vocum, si adest causa infectionis, *v: ez ve, ez vezo* (formae verbi substantivi, extra infectionem *be, bezo*) fq. *ez veo* (cambr. *yn uyw; beo,* vivus) Buh. 32, 11. In medio et fine: *lauar* (loquere, imp.) 2, 8. 74, 6. 7. *cafaf* (sumo, invenio) 22, 6. *caffout* (invenire) 4, 25. *leiffriou* (libri) 118, 10. *clezef, clezeff* (gladius) 90, 10. 152, 3. Soluta in positione in fine: *maru* (mors) 10, 3. 40, 5. Emollita vel excussa tam in medio quam fine: *diaoul* (diabolus) 86, 6. *saouzan, souzan* (cura) 4, 16. 38, 21. *soezet* (perturbatus; cf. 4, 13 *sebezaff,* turbari) 4, 9. *douetaf* (dubitare) 64, 8. *doetancc* (dubitatio, dubium) 30, 8. *dour* (aqua) fq. *quein* (dorsum; cambr. *kefyn*) 12, 18. *du* (niger) 32, 4. 192, 20. *ploe, ploue* (plebs, vicus, parochia) 108, 11. 158, 12. *tu* (latus) 72, 10. Hodiernae scriptiones *v, f: da veva* (ad vivendum; *beva*), *kavout, kafout* (invenire) vel et excussa *b kaout.*

D infecta cornica scribitur *th,* armorica *z.*

Cornica *th* in initio in positione infectionis: *drok then* (malus vir) Pass. 192, 1. 259, 4. *te then* (tu homo! *den*) 144, 1.

the thu (ad deum) fq. *gothevell* (tolerare; = *go-d.*) fq. In media vel extrema voce: *hetheu* (hodie; cambr. *heddyw*), *bothar* (surdus; cambr. hod. *byddar*), *blithen* (annus; cambr. *blwyddyn*, hibern. vet. *bliadan*), *barth* (tubicen, mimus; i. e. bardus, cambr. *bardd*) in Vocab., in quo tamen et *dh*, in finiente voce *d* adeoque *t* occurrit: *medhec, medhecnaid* (medicus, medicina), *neid* (nidus), *scuid* (scapula; cambr. hod. *ysgwydd*), *ford* (via), *guit* (arbor; cambr. *gwydd*, hibern. vet. *fid*), *guit* (auca; cambr. *gwydd*), *det* (dies; cambr. *dydd*), *menit* (mons; cambr. *mynydd*). Contra *th* sola dominatur in Pass.: *Ethow, Ethewon* (Judaeus, Judaei) fq. *bothar* (surdus) 25, 2. *lethys* (caesus; cambr. vet. *ladam*) 49, 4. *cuthe* (celare; cambr. hod. *cuddiaw*) 170, 2. *clethe* (gladius) 51, 2. 71, 1. *gueth* (arbor) 16, 2. *dyth* (dies) fq. *cleth* (sinister; cambr. *cledd*) fq. *scoth* (humerus) 162, 3. 205, 3. *meneth* (mons) 16, 1. *deweth* (finis; cambr. *diwedd*) 40, 4. 166, 4 etc. In positione: *forth* (via) 15, 4. Abolitae *d* infectae exempla, e Vocab.: *reu* (gelu; cambr. *rhew*, hibern. vet. *réud*, gl. gelu, Sg., gael. *reodh*); e Pass.: *ro, rohow* (donum, dona) 215, 2. 251, 3. *a roys* (dedit) 23, 4. *mab Davy* (filius Davidis) 197, 2.

Armorica *z* pro *d* infecta num sit jam in chartulario Rhedonensi, in quo *Hedre, Budic, Bled, nowid*, et alia exempla adhuc servatam *d* monstrant, dubitare licet, quamvis occurrant cum *z*: *Suzannus* 1, 21. 41. plebs *Avizac* 1, 35. 47. plebs *Clavizac* (mox plebs *Claviciaca*) Mor. 307. *Muzin* Mor. 300 (*Mutsin* 1, 2). *Puz* 1, 21. Obvia enim *z* et alias pro aliis sonis, e. gr. pro *s* jam in eodem Rhed.: *Mezetus* (ibidem *Mesetus*) Mor. 341, et in chart. Coriosop.: *Brizac* (mox ante *Brisac*) Mor. 378, ut hodie quoque, e. gr. *azen* (asinus), *braz* (magnus; secundum Legonid., pro quibus rectius *asen, bras* ap. Dum.); pro *th*: *Guezen, Guezenec*, (*Wethen, Wethenoc* in chart. Rhed.) ibid. Prima certa exempla, in quibus *z* pro cambrica *dd* obtinet, sunt seculi undecimi ex eodem chartulario Coriosopit. ap. Mor. 378: *Juzeth* comitisse (*Judith*), villa *Gorhezre* (i. e. *Treb G.*, vicus Verhedri; n. pr. viri *Gurhedr* chart. Kemperl. Mor. 366, cf. *Kalanhedre* Rhed. 1, 2. *Hedremarhoc* M. 339), *Ploenevez* (plebs nova; *nevez* = *nowid* in chart. Rhed.). Exempla e Buhez; in initio vocis secundae compositi: *gouzaf, gouzaff* (tolerare; cambr. hod. *goddef*, hibern. vet. *fodam*) 40, 5. 94, 8. In medio vel fine in positione: *querzet* (per-

gere; cambr. hod. *kerdded*) 2, 6. 194, 11. *urz* (ordo) 176, 10. Extra positionem: *lazaff, laziff* (occidere) 10, 8. 86, 4. *nezaff* (nere; cambr. *nyddu*) 168, 17. 172, 20. *gouzout* (scire) 18, 19. *bouzar* (surdus) 154, 10. *cuzet* (occultare) 42, 8. 46, 15. *clezef, clezeff* (gladius) 90, 10. 152, 3. 10. *prezec* (praedicare) 8, 17. *heizes* (cervi; cambr. hod. *hyddod*) 30, 19. *neuez* (novus; cambr. *newydd*) fq. *neuezhat* (renovare) 14, 2. *badez* (baptisma), *badezaff* (baptizare; cambr. *bedyddyaw*) 52, 6. 98, 17. *guez* (modus; cambr. *gwedd*) in compos. *-uez: dezuez, finuez* fq. *guez* (arbor) 94, 14. *goez* (coram; cambr. *gwydd*) 124, 14. *bez* (sepulcrum; cambr. *bedd*) 12, 2. 146, 18. *dez* (dies) 102, 18. *fez, feiz* (fides) fq. *bleiz* (lupus; armor. vet. *bled*) 30, 19. *bloaz* (annus) 2, 9. Interdum *s* obvia pro *z*: *gousoch* (scitis) 40, 12. *alhuesou* (claves, plur. *alved*, clausura, Vocab.) 180, 11. *diuesaf* (ultimus; *diuez*, finis, 102, 16) 102, 18. *fes* (fides) 202, 11; vel etiam *cc* (leg. *z, s*): *scoacc* (humerus; cambr. hod. *ysgwydd*, corn. *scoth*) 172, 10. Abolita *d* in medio et fine: *kaer* (pulcher, decorus; cambr. vet. *cadr*, gl. decoreo, gl. Lxb., cf. deo Belatucadro Inscript. Orell. 1965) Buh. fq. *ra roy* (det), *royf* (dat), *roet* (datus) 16, 4. 78, 8. 18. *cruel* (crudelis) fq. *Devvy, Davy* (David) fq.

G tam cornica quam armorica infectione perit, ut cambrica.

C o r n i c a inchoans vocem in constructione, si adest causa inficiens: *len a ras* (plenus gratia; *gras*) Pass. fq. *the Alyle* (ad Galilaeam; sed 256, 2 *the Galyle*) 258, 1. *y a armas* (clamaverunt; *garmas*) 42, 4. Media vel finiens *g* magis tegitur positione: *argans* (argentum), *helhvur* (venator), *helhiat* (persecutor; cf. cambr. vet. *helgha*) Vocab. *arghans* (argentum) Pass. 16, 2. 103, 2. *burges* (burgensis, castrensis) 214, 1, quamvis est etiam *arluit* (dominus), *arludes* (domina) Vocab. *arluth* (cambr. *arglwydd*) Pass. fq. et *el, eyll* (ex *angelus*) Pass. 13, 2. 254, 3. 255, 1. Extra positionem autem evanescit omnino: *guein* (vagina), *maister* (magister), *streil* (strigil) Vocab. *mester* (magister) Pass. 60, 4. *migtern* (rex; = *-tegirn*) fq. *lu* (agmen; hib. vet. *slóg*) 163, 3. *tru* (miser) 246, 2.

A r m o r i c a in initio vocis, si adest causa infectionis: *ez rahen* (facerem; *grahen*) Buh. 20, 5. In medio tuetur positio, e. gr. RG: *argant* (argentum) Buh. 10, 20. 26, 3, nec semper quidem, cum sit *ael, el* fq. ex *angelus*. Atque hodierna lingua inficit *g* in

eadem voce *arc'hant,* quae *c'h* adeo obtinet pro infecta *g* in initio vocum. Inchoantes voces extra infectionem pro *g* scriptionem *gu* exhibent in Buh.: *ne guallaf* (non possum; lege *gallaf*) 56, 13. *mar guellomp* (si possumus; *gellomp*) 86, 4. *maz guillif* (ut possim) 44, 12. 19. *gueluet* (vocate; leg. *geluet*) 156, 26. *guenou* (os; l. *genou*) 66, 2. 166, 15. *guer* (vox, verbum; *ger*) fq.

Deletae *g* destitutione in medio et fine exempla e Buh.: *maes* (campus) 28, 17. *dleaf* (debere), *dleet* (debitus) fq. *dlehemp* (debemus; cf. hibern. vet. *dliged*, debitum) 22, 15. *ti, ty* (domus) fq. *bro* (terra) fq. *tru* (miser), *truez, truant* (miseria) fq. E latino transsumta: *renaff* (regnare) 78, 3. *reol* (regula) 20, 16. 142, 5. *sin* (signum) 120, 3. *din* (dignus) 82, 13.

Excussarum mediarum, praesertim *g*, in vocibus et nominibus gallicis occurrunt jam vetusta exempla apud scriptores terrae continentis. Nolim quidem urgeri apud Hesychium: *λειούσματα ἢ λεγούσματα εἶδος καταφράκτου. Γαλάται*, ed. Alberti 2, 442, vel nomen Tolistoboji apud Livium, quod Plinio et Graecis est Tolistobogi, Tolistobogii, cum male audita haec esse possint a peregrinis. Certiora sunt exempla voces gallicae *vertragus* et *leuga*. Qui dicitur apud Martialem 14, 200: *vertragus* acer (ut legitur in codicibus, in editis male *vertagus*), *a* recte correpta ob compositionem e rad. *trag* (p. 6 et 45), quocum bene concordat Arrianus de venatione, cui memorantur *ποδώκεις κύνες ο ὐ έ ρ τ ρ α γ ο ι ἀπὸ τῆς ὠκύτητος*, cap. 3, est quidem jam apud Gratium in Cynegetico *vertrâha*, sed minus accurate ob *a* productam et *h* pro *g*. Ubi autem iterum auditur vox, inde a legibus, Salica, Burgundica, in glossis medii aevi, occurrunt formae *veltra, veltraus, veltris, veltrix, velter* (gall. hod. *viautre;* cf. Cangium s. v., et Graffii thes. ling. germ. 1, 626), deleta ergo *g*, et *r* mutata in *l*. Quae mutatio communiter recepta, cum sit etiam in Vocab. *guilter* (gl. molossus) 9[a], orta videtur ex assonantia cum adj. *gwyllt* (ferus), cum contra germanice cum *n* pro *r* vel *l* factum sit *wint* (ventus; *windhund,* cf. Graff. l. c.). Vox *leuga* in Itin., Inscriptt., ap. Ammian., Jornand., *λεύγη* ap. Hesychium (*leuca* in recentioribus libris minus recte procul dubio) est *leua, lewa*, excussa *g*, apud scriptores medii aevi, jam apud Bedam, in polyptycho Irminonis (ineuntis sec. 9.), ut armorice *leo, lew* (cf. Cang. s. v.). Addi potest *striga* (venefica mulier;

cf. lat. *strix, strigis*, ulula, harpyia, unde scriptio *strica* est ut *leuca*) in glossis, *stria* in lege Salica; item canis *Segusius*, a gallica gente denominatus, apud Arrianum et in lege Burgundica, qui in lege Salica et Alamannorum dicitur *Seusius* (unde germ. vet. *siuso, suso*, ut bene me monet Hauptius). Est quidem oppidum alpinum *Segusio* apud Plin. (3, 17) et in Itin., sed apud Plinium populi *Secusses, Secusiani* liberi (3, 20. 4, 18; cf. hibern. vet. *sechim*, sequi), quam ob rem haec vox inter tenues possit referri. Exempla porro recentiora excussae non solum *g*, sed etiam aliarum mediarum, non infrequentia: *teula* (= tegula), e quo *teuleria* (tegularum officina, unde nomen palatii Parisiaci *Tuilleries*) in charta a. 1322 ap. Cang., *tulerius* (teg. fabricator) 1352, *merlare* (hod. gall. *marler*, agros merla, seu marga, margila stercorare), *meala, mailla* (= *medala* 1132, minutioris monetae species) a. 1144. 1159, *Savoia* (= Sabaudia) in chartis ap. Cang. Hodiernae gallicae linguae exempla: *Loire* (Liger), *lieue* (leuga), *Cahors* (Cadurci), *Caen* (Cadomum), *moyen* (medianus), *demi* (dimidius), *croire* (credere), *boire* (bibere).

Infectionis nasalis britannicae, qua pereunt mediae *b* et *d* in positionibus nasalibus MB et ND, sive potius assimilantur, initia inveniuntur jam vetustiora, e. gr. in cambricis vocibus *am* (circum), *cam* (curvus) in compositis *amlais, amgnaubot* inter glossas Oxonienses, *camdubr* in codice Lichfeld., in adj. plur. *cronion* (gl. assiles; i. e. rotundi) gl. Lxb., et in formis armoricis *guin, win, guen, wen* (albus, alba), obviis in nominibus compositis frequentissimis in chartulario Rhedonensi, quibus subjacent vetustiores *amm, amb, camm, camb, cronn, crond, guinn, guind, guenn, guend* (cf. p. 75).

Infectio nasalis cambrica. 1. In initio vocum, si adest causa inficiens, id est *n* praecedens particularum *an, con, cyn, yn*, quibus accedit pronomen possess. *vy*, sive extra compositionem in constructione sermonis, sive in compositione in initio secundae vocis, e. gr. *cymwt* (districtus) Mab. 2, 372, quod in chartulario Rhed. est adhuc *combot*. Exempla in sequente capite sub IV. conson. cambr.

2. In medio et fine vocum scriptio simplex *m* pro originaria *mb* solita est, ut jam in vocibus *am, cam* vetustiorum glossarum: *amyl* (multus, numerosus; hibern. vet. *imbde, imde*, p. 75) Mab. 2, 64. *Amyr, Amir* (fluvii nomen; cf. Amber, Ambre Itin.,

Vindeliciae locus ad fluv. Ambrem, hod. Ammer) Lib. Land. 165 (in quo loco etiam adhuc scriptio *Ambyr*). 191. 216. *cam, kam* (curvus, injustus) Leg. Mab. fq. *camfrut* (fluvius curvus; = *camdubr* cod. Lich.) Lib. Land. 218. Pro primitiva *nd* autem scriptio duplicata *nn, nh* frequentissima est: *cannwyll* (= candela) Mab. 1, 241. 2, 47. *kanhuyllyt* (candelarius) Leg. 1. 22. 1. *eskenho, eskynho* (scanderit), *dyskenno, dyskenho* (descenderit) Leg. 1. 10. 7; 32, 5. *yscynnu* (scandere, *ar varch*, in equum), *disgynnu* (descendere) Mab. 1, 6. 8. *tynnu* (tendere) Mab. 2, 56. *cynwynnet, cywynnhet* (aeque albus) Mab. 2, 377. 378. *gwynnach* (magis albus) Mab. 2, 377. *crwnn* (rotundus; hibern. vet. *cruind*) Mab. 1, 262. Attamen jam in Mab. aliisque libris *gwyn, gwen, gwynyon* (albus, alba, albi), *bord gron* (tabula rotunda), ut hodie *canwyll, ysgynu, discynu, crwn, gwyn.*

Infectio nasalis cornica et armorica concordat cum cambrica.

Cornica in medio vel fine: *dyskynna* (descendere), *dyskynnas* (descendit), *dyskyn* (descende) Pass. 4, 3. 5, 2. 14, 4. *cam* (curvus), *colom* (columba) Vocab. *guyn, gwyn* (albus) Voc. Pass.

Armorica exempla infectionis in initio vocis, ut *an naou, dan naou* (= *daou*), vide in sequente capite. In medio et fine *m* simplex: *cam* (curvus) Buh. 174, 8. 194, 18. *camet* (curvatus) 194, 9. *coulm* (columba) 116, 17; sed *n* modo simplex modo duplex: *lann* (= *land: per lannam,** per *landam;* cf. vet. hibern. *isindithlaind,* gl. in area, Sg. 68[a], compos. *ithland*, cum subst. *ith,* frumentum) chartul. Rhed. 1, 39. 41, *lan* in nominibus locorum chartul. Landev.: *Lanloeban, Lanhoiarnuc, Lantewennuc* (Landevenec) ap. Courson 1, 422. 423. Exempla e Buh.: *disquennet* (descendere) 94, 13. 116, 17. 124, 2. *disquen* (descendit) 116, 19. *benniguet, beniguet* (benedictus; = *bendiguet*) 94, 15. 108, 7. *guen* (albus) fq. *difen* (defendere) 42, 24.

Expers hujus infectionis nasalis est *g*, quae manet intacta cum *n* in medio et fine vocum in quaque dialecto, et in cambrica adeo finientem *n* praecedentis particulae contrario plane modo sibi assimilat (exempla sub N, p. 157).

---

* Ita et in Vita S. Pauli episc. Leonens. Boll. Mart. 2, 116, 28; locus usque hodie monasterium, sive quod notius est lingua Britonum, *Lanna* Pauli vocatur.

Tenues.

P T C. Scriptio tenuium britannica eadem ut in aliis linguis, procul dubio et pronuntiatio, e. gr. *c* = *k* ante omnes vocales. E statu originario autem transgressae in aspiratum scribuntur addita *h*: *ph* (interdum *f*, *ff*), *th*, *ch* (armorice interdum simpliciter *h*, itemque cornice frequenter in initio, rarius in medio vocum, ubi ut in fine solita est *gh*). Aspiratio, ante omnes alias consonarum classes hanc tenuium aggressa, praesertim positiones quasdam invasit jam in vetustiore lingua britannica. Attamen status primitivus, quamvis multum aspiratione perdiderit, etiam magni adhuc est ambitus in vetustissimis codicibus. Exempla tenuium vetustioris linguae servatarum in statu primario.

P cambrica vetusta in initio vocis, quae est pars secunda compositi: *arpeteticion* (miseri), *bleuporthetic* (laniger) gl. Oxon. In medio et fine extra positionem: *Vortipori* (Demetarum tyranne!) Epist. Gild. (Nenn. p. 159). *Guortepir* (n. viri) Chron. cambr. in praef. ad ed. Leg. p. V. *Pepidiauc* regio, Vita S. Gild. (Nenn. p. 117). *Pepiau, Peipiau* (n. viri; *Peibaw* Mab. 2, 222) Lib. Land. 69. 72. 154. *rogulipias* (gl. olivavit) gl. Lxb. *map* (filius), *hep* (sine), *paup* (quivis), *cep* (fossarium), *crip* (pecten) gl. Oxon.

In quibusdam vocibus *p* media orta est e duabus consonis coalescentibus jam in vetusta lingua: *aper* (ostium fluvii) Cod. Lichf. Lib. Land. fq. ex *atber* (ut patet e compositis aliis idem significantibus, cambr. *cimer, cymer*, i. e. *cymber*, in Libr. Land. 127. 128. 204, et hibern. gael. *inbhir*). *aperth* (victima) ex *atberth* (hibern. vet. *edbart*) gl. Oxon.

T in initio: *mor tru* (gl. eheu!) gl. Oxon. In compositione: *boutig* (stabulum) ibid. *Eutut, Teirtut* (n. viror.) Lib. Land. 126. 264. In medio et fine: *etem* (instita), *ætinet* (volucres), *eterin, eterinn* (avis, volucris), *anutonou* (perjuria), *litau* (Letavia), *enmetiam* (innuo), *enmeituou* (nutus), *notuid* (acus), *datl* (forum), *datolaham* (lego), *petguar* (quatuor), *caitoir* (pubes), *gratell* (craticula), *clutam* (struo), *scruitiam* (screo), *rit* (vadum), *bot* (in compos. *amgnaubot*), *braut* (frater vel judicium) in glossis Oxoniensibus. Praeterea in iisdem frequentiores derivationes vel ter-

minationes *-etic, -at, -iat* (*cannat, orgiat, guiliat*), *-aut* (*bracaut*), *-et* (term. plur., et deriv. *cilchet, cilchetou*), *-it* (*nouitiou*), *-uit* (*iechuit*). Nomina virorum e chron. cambr. (in praef. Leg. p. IV. V): *Catell* (= Catullus, p. 6), *Catman, Catgualart, Catgocaun, Clotri, Nimet, Dimet.*

C in initio vocum (ubi in recentiore lingua destitutio, sive etiam aspiratio). *a*) In constructione: *o coilou* (auspiciis), *o corsenn* (arundine), *o ceen* (murice), *o caitoir* (pube), *o cloriou* (tabellis), *ha crip* (pectine) inter glossas Oxon. *b*) In compositione: *torcigel* (lora ventris), *bronnced* (bullo) in iisdem. *Mailcun* (n. viri) Chron. cambr. in praef. ad Leg. p. V. In medio et fine: *dacr* (*δάκρυ*, in compos. *dacrlon*, uvidus), *cemecid* (lapidaria), *ocet* (raster), *ocoluin* (cos) in gl. Oxon.; ibidemque in derivationibus *-icaul* (*budicaul, creaticaul*), *-eticion* (*arpeteticion*) plur. e sing. *-etic*, atque *-auc* (*marchauc, plumauc*), ut *-oc* (p. 111), *-ocion* (*atanocion*) in glossis Luxemb.

P armorica vetustioris dialecti in medio et fine: *Riskipoe* (n. pr. viri) chart. Rhed. 1, 2. *enep* in compos. *enepguerth* (dotatio) chart. Landev. ap. Cours. 1, p. 424.

T in initio vocis secundae compositi: *Wotalin* (n. pr., cf. *Talan* Mor. 309) chart. Rhed. 1, 2. *Maeltiern* 1, 14. 2, 28. In medio et fine in nominibus propriis virorum chartularii Rhedonensis: *Woratam, Conatam* 1, 22. 34. *Litoc* 2, 20. 24. *Hitin* Mor. 266. *Jarnhitin* 1, 7. 20. 30. *Jarnhatoe, Jarnhaitou* 1, 7. 29. *Datlin* 2, 31. Mor. 273. *Woletec, Guoletec* (= cambr. vet. *guletic*) 1, 5. 6. 22. 36. 2, 16. *Catoc* 1, 53. *Maelcat* 1, 32. Mor. 304, ut et in voce *mat* (bonus) frequenter obvia in nominibus compositis.

C in initio in compositis *-car, -cat, -cant, -calon* frequentibus in chartulario Rhedonensi aliisque, e. gr. *Hocar, Ritcant, Guincalon* etc. In medio et fine: *Jacu* (Jacob) ibidem, et praesertim in terminationibus *-ic, -oc, -ocan* frequentibus, e. gr. *Budic, Loiesic, Catoc, Laloc, Lalocan* etc.

Status originarius tenuium in his ergo pro regula est, nec agnoscit vetustior lingua britannica aliam infectionem praeter aspiratam, quae invadit tenues in medio vel fine vocum in positione plus vel minus, minus e. gr. in positione cum S, saepius

cum liquidis, semper autem in positione inter semet ipsas vel in duplicatione.

Exempla positionis tenuium cum S, combinationum scilicet SP, ST, SC, in medio vel fine jam supra data sunt (p. 141 et 143). Nullum in eis quidem aspirationis vestigium; possibilem tamen eandem esse linguae britannicae et hic, docent tam voces cambr. *ucher* (vespera; hibern. vet. *fescor* Sg.) Mab. 1, 24. 31, *trichanawl* (tricuspis, pro *triscan.?* cf. in sequente capite partis britannicae B. I. 1. 2. 3. II. 1.) quam inversae positionis CS = X originariae transitus in *ch, h* (p. 147).

Possibilem porro infectionem aspiratam tenuium britannicae linguae in positione cum quacumque liquida comprobant voces *cilchetou* (vela, velamina; sing. *cilchet*), *pimphet* (quintus; e *pimp*), *hanther* (dimidium; cambr. recent. et hodiern. *hanner* e *hanter*), *aperth* (victima; hibern. vet. *idbart*) jam in glossis Oxoniensibus obviae. Non tamen aequali modo aspirationem lingua prosecuta est in omnibus ejusmodi combinationibus, scilicet 1. LP, LT, LC, 2. MP, NT, NC et 3. RP, RT, RC.

Communiter dominatur aspiratio in tertia serie. Exempla cambrica praeter jam dicta in glossis Oxoniensibus: *nerthiti* (gl. hortabere; subst. *nerth*, hibern. vet. *nert*, cf. p. 47), *bleuporthetic* (laniger), *morthol* (seta; lat. med. *martulus*, *martellus*, gall. hodiern. *marteau*), *gerthi* (virga), *gurtharet* (appetitorium), *parth* (pars), *marchauc* (equester; hibern. vet. *marcach*). E cod. Lichfeld. *Arthan* (n. viri) et e libro Landav.: *Arthur* 74. 126. 171. *Arthbodu* 77. 136. *Arthbleid* 236 (hibern. *Artur*, *Artgal*, *Artbran*, nomina virorum in Annal. Tigern. ap. O'Con. 2, 160. 221. 228). *Dofngarth* (hibern. *Domangart*, supra p. 134) 160. Rarior et minus accurata scriptio *rt*, *rd* inter glossas Oxon. in vocibus: *gurt* (contra; pro *gurth*), *part*, *pard*. Combinationis RP exemplum vetustum non obvium; recentiora mutantia *p* in *f* videsis infra.

Aspiratio invadens primae seriei LP et LC: *Elfin* (n. pr. viri; *Elphin* Mab. 2, 379; cf. Alpinia, Alpinula Inscr. Orell. 457 et *Alpin*, *Elpin*, nomen viri hibernicum in Annal. Tigern. ap. O'Con. 2, 216. 253) Lib. Land. 150. 171. 178. 237. *cilchetou* (gl. vela; cujus sing. *cilcet*, gl. stratorium, negligentius inter easdem glossas) gl. Oxon. Excipitur LT, quae tenuem sive servat sive assimilat in vetustioribus scriptis: *Eltguhebrie* (n. viri)

in cod. Lichfeld., composit. cum *elt*, pro quo in libro Landav. est *ell*, *el* in nominibus *Ellgnou*, *Elgnou* 192. 193. *Ellgleu* 195. *Ellgualt* 240, ut in eodem libro alternant formae vocis *alt*, *allt*, *all* (collis, acclivitas) frequenter obviae.

Seriei secundae MP, NT, NC exempla aspirata novi sola jam dicta *pimphet*, *hanther* in gl. Oxon., et dialectice *cancher* (cancer) in Vocab. Alias manent intactae hae combinationes: *temperam* (condio), *pimp* (quinque), *montol* (trutina), *hint* (via), *eunt* (aequus) in gl. Oxon., *nant* (vallis) Lib. Land. fq., *ieuanc* (juvenis) adhuc hodie. Recentior est assimilatio tenuium *p* et *t* in *pymhet* (quintus; = *pimphet*, *pimpet*) Mab. 2, 241. *eun* (= *eunt*) Vocab.

Communis cuique dialecto britannicae et codicibus omnibus, etiam vetustissimis, est aspiratio tenuium in combinatione inter sese ipsas, sive sunt diversae, quoad scilicet combinari possunt, ut PT, CT, sive eaedem vel duplicatae, ut PP, TT, CC. Perit autem in his consona tenuis prior ejusque locum occupat *i* vel *e* inter vocalem antecedentem et posteriorem tenuem aspirandam.

Combinationum PT et CT posterior obvia est in vetustis codicibus aliquoties, in forma scilicet ID vel ITH. Per *d* scriptionis *id* lineola ducta est, ut in anglosaxonica aspirata *d*, in gl. Oxon. in voce *laidver* (gl. lacocula [sic]), composita cum *laid* (cambr. recent. *laith*, *laeth* = *lact*, lac). Quae lineola aspirationis signum postulanda etiam videtur, ubi est omissa: *henoid* (hac nocte; *heno* in Mab., sed cf. *peunoeth*, quavis nocte, ibid.; *noid* = *noeth* = *noct*) in versibus vetustis cambricis e cod. Juvenci Cantabrig. *cenitolaidou* (gl. natales; cambr. hod. *cenedlaethau*, e subst. *cenitol*, generatio, derivat. in -*aid*, -*aeth* = hibern. -*act*, -*acht*). In glossis Luxemb. scribitur -*ith*: *creithi* (gl. ulcera; cf. hibern. hod. *creachd*, ulcus, = hibern. vet. *crecht*, *crect*). Item in libro Landavensi: *guasanaith* (servitium), *bathoriayth* (jus signandi numos), *cymreith* (jus; *reith* = hibern. vet. *rect*, *recht*) in privil. eccles. p. 113, quae scriptio etiam obtinere videtur in glossis Oxon. in voce *guoguith* (gl. victus; cf. Victosirana Inscr. Grut. 700, 6. Convictolitanes Caes. et cambr. subst. *gweith*, proelium, proprie opus, Mab. 3, 379, ut hibern. *incath infectha*, pugna acta, pugnata est, in Hymno S. Patr. 29). Combinationis PT nescio exemplum vetustum; e dictis colligi potest e. gr. pro numerali VII forma *seid*, *seith* (cambr. hod. *saeth*, *seith*).

Combinationes TT et CC infectae ab aspiratione: *bathoriayth* (cf. *bathor*, numularius, trapezita, in Vocab.) in libro Land., ex originaria radice *batt*, exstante adhuc in lat. med. *battare*, *battuere*, *battire* (apud Cang.), gall. hodiern. *battre* (tundere, caedere). *iechuit* (sanitas; *iechyt* Mab., hod. *iechyd*) gl. Oxon., e radice primitiva *jacc* (hibern. vet. *ícc*, salus, sanitas, *íccad*, sanatio; cf. p. 60). *bichan* (parvus; hibern. vet. *becc*), *buch* (= vacca) in gl. Oxon. Combinationis PP transgressae in aspirationem exemplum mihi ignotum. Ut pluribus tamen exemplis regula firmata appareat, non possum non addere hoc statim loco exempla recentiora cujusque dialecti et hodierna aspirationis duplicatarum. TT: cambr. *llythyr* (= littera) Mab. 3, 272. *Math vab Mathonwy*, *Matholwch* (nomina virorum; cf. Matto Inscript. Vindoniss. ap. Orell. 437, et nomina Mattium, Mattiaci Tacit.?) Mab. 3, 94. 189. *Coth* (n. pr. viri; cf. Melocottius Orell. 437 et nomen populi Atacotti) Mab. 2, 206. cambr. hodiern. *crwth* (fidicula, = crotta Venant. Fortun.; hibern. vet. *crot*, cithara, unde verb. *crottichther*, citharizatur, in Wb., cf. p. 77), unde *crythawr*, *crythor* (fidicen, citharoedus), *saethu* (= sagittare), *saeth* (sagitta). corn. *seth* (sagitta) Pass. 223, 1. *coth* (senex) Vocab. armor. *coz* (senex), *cozni* (senectus) Buh. 8, 22. 136, 11. Et CC: cambr. *pechawt* (= peccatum) Mab. 1, 243. 2, 218. *o achaus* (propter; hibern. vet. *hua accuiss* Sg. 45ᵇ) Leg. Mab. *moch* (sus, sues, collect.; hibern. vet. *mucc*) Mab. 2, 212. *sych* (siccus; hodiern. *sychu*, siccare, *sychder*, siccitas) Mab. 2, 210. *coch* (ruber; cf. coccus, coccineus et hibern. vet. *cocuir*, gl. murex, Sg. 68ᵇ) Mab. fq. *mynych* (frequens; hibern. vet. *menicc*) Mab. fq. corn. *menough* (= *mynych*) Pass. 2, 3. *beghan* (parvus) Pass. 53, 3. 166, 2. *boghan* Vocab. *baghan* Registr. Caernarv. fq. *seygh* (siccus) Pass. 170, 4. *sichor* (siccitas) Vocab. *sach* (saccus), *boch* (hircus; germ. bock), *cloch* (= clocca), *clechti* (cloccarium), *clechic* (demin., tintinnabulum) Vocab. armor. *sechet* (siccitas) Buh. 168, 8. *bihan* (parvus) Buh. fq. et hodie.

His adnumerandae sunt voces, de quibus dubium esse potest, utrum sit in eis tenuis duplicata post vocalem brevem, an tenuis simplex post vocalem longam (in quibus hibernice modo diverso a cambrico servari statum originarium, jam supra dictum est, p. 79. 80). Quae proprietas jam animadvertitur in vetustis no-

minibus *Scotti* (apud Ammianum aliosque scriptores frequentissime) et *Scoti* (*Scôti* apud Claudianum), ut *Britto, Brittones* in Inscriptt. fq. et *Brito* (*Brîto* apud Auson. epigr. 109—114 alternans cum *Britannus,* cujus *i* corripitur). Exempla cambrica pro T, TT, conferenda cum ipsis his nominibus: *ansceth* (leniter, non impetuose; cf. hod. *ysgeth,* hasta; *ysgethiad,* propulsio, alternans cum *u: ysgwth,* ictus, *ysgwthiad,* propulsio, *ysgwthiaw,* pellere) gl. Oxon. *breithet* (plur., variegati) in iisdem glossis (in quibus et subst. *brethinnou,* gl. cuni, e sing. *brethyn* Mab. 3, 382) e sing. *brith, breith: main brith* (lapis variegatus), *guoun breith* (palus variegata) Lib. Land. 182. 186. 187. *cordwal brith* (corium variegatum; cf. p. 115. 116) Mab. 3, 382. Exempla pro C, CC: *llech* (lapis; hibern. vet. *liac, liacc* = lêc; cf. *Λικίας* Ptol., *Licus* fluv.? de *ê* et *î* alternante p. 116. 117, qui idem fluvius Venantio Fortunato bis dicitur *Licca*) fq. *achmonou* (gl. inguina) gl. Oxon. e simplice hod. *ach* (progenies; hibern. vet. *aicned,* natura, Wb. Ml., *aicmae,* genus: *aicmae di grecaib,* gl. Iones, Sg. 34[b]; ex *acc* vel *âc?*). *crochan* (vas, olla; hibern. vet. *crocenn,* gl. tergus, i. e. receptaculum, Sg. 95[a]. 111[b]) Mab. 1, 17.

Armorica dialecti vetustioris exempla aspirationis tenuium e nominibus chartulariorum.

In positione cum liquidis: *Arthur* Rhed. 2, 21. Mor. 293. *Arthmael* 1, 5. 2, 23. *Arthwall* 1, 33. *Arthueu, Arthuiu* 1, 3. 7. 41. 2, 27. *Arthwiu* 2, 31. *Arthnou* 2, 31. Mor. 307. *Duenerth* Kemperl. Mor. 454. *Doenerth* Chart. Coriosop. ap. Mor. 376. *Hedremarchuc* Rhed. 1, 2. *Hedremarhoc* Mor. 339. *Breselmarhoc* Mor. 328. *Kenmarchuc* Kemperl. Mor. 367. *Cunmarch* Rhed. 1, 33. *Wiomarch* Mor. 275. *Guihomarch* Kemperl. Mor. 366. 456. Minus accuratae ergo scriptiones *Portitoe* (i. e. adjuvandus? cf. Mab. 2, 231: *vy nerth amporth,* vis mea et auxilium meum) Rhed. 1, 9. 36. 2, 14. *enepwert* 1, 49. *Artwolau* Mor. 268. *Conmarc* 1, 5. 6. In nominibus *Hocart, Euhocart cart* est pro *carat* (*hegarat* Buh., p. 110), ut *gent* in compositis quibusdam (p. 158) pro *-genet.* Manent autem intactae regulariter combinationes NT, LT: *Riantcar* Rhed. 1, 39. *Treanton, Caranton, Waranton* Mor. 300. 304. 315. *Hincant* 1, 21. *Jarncant* 2, 25. 27. 31. *Argant* Mor. 304. *Argantan* (fem.) 1, 42. Mor. 267. *Argantlon, Argantlowen* 1, 36. 37. *Roiantwallon* 1, 4. 19. 2, 20. *Roiantdreh*

(fem.) 1, 32. *Roiantken* (fem.) 1, 39. 40. 49. *Wenruant* (fem.) Landev. Mor. 387. *Comaltcar* Rhed. 1, 44. 2, 30. Occurrunt tamen etiam, assimilata tenui: *Ritcan* Rhed. 1, 27. *Roinwallon*, *Roenwallon* 1, 1. 7. 14. 2, 16. *Roienhoiarn*, *Rohenhoiarn* 1, 5. 6. 2, 28. *Comalcar*, *Cowalcar* 2, 15. 19. 30. *Roencomal* 1, 7.

Pro combinatione CT notanda videntur haecce: *Guithenoc*, *Guethenoc* Rhed. 2, 1. 13. *Guethencar*, *Wethencar* 1, 2. *Inwethen* 1, 5. *Morwethen* 1, 5. *Matwethen* 2, 15. *Catwethen* 1, 5. 2, 17. *Morwethen*, *Loeswethen* Landev. Mor. 338. 379 (cf. cambr. hod. *gwaith*, opus, industria, adj. compos. *gweithgar*, industrius). *Doethwal* Rhed. 1, 14. 2, 14. *Doethgen* Vita S. Conwoionis ap. Mor. 1, 248 (cambr. *doeth*, prudens Mab. 2, 11; = lat. *doctus?*). *Tethviu*, *Tethwiu* Rhed. 1, 47. Mor. 268. *Tehviu* 1, 42. *Tethguithel* 2, 4 (cambr. *taith*, iter). *Trethien* (= *Trethgen*) Rhed. Mor. 307. *Treithian*, *Trehian* 1, 55. *Torithien* 2, 19 (cf. cambr. *traith*, *treith*, expressio, relatio?). In chartulario Rhed. obvia minus accurate *t* pro *th*, saepius in compositis *-weten*, in *Doitanau* Mor. 267, jamque *z*, ut in recentiore scriptione, in charta montis S. Michaelis a. 990: *Guezenoc* ap. Mor. 351, atque e seculo sequente in chartul. Coriosop.: *Haelguezen*, *Guezenec* Mor. 378.

Pro duplicatione CC aspiratione infecta: *Winmochiat* (e *moch* = hibern. *mucc*, cf. p. 106) Rhed. 1, 17. *Anaubechan* 1, 35.

In recentiore lingua britannica statum originarium tenuium invadunt et distrahunt infectiones variae, non solum aspirata, quae jam adest in vetustiore lingua, sed etiam destituens et nasalis, ut magis magisque arceatur ambitus tenuibus primitivis.

Cambrice status primarius non destruitur in his paucis locis, in quos illarum infectionum non est aditus. 1. In initio vocum, cum secundum regulam vacat omnis infectio: *heb y kei* (dixit Cajus), *mynet aoruc kei* (ire coepit C.) Mab. 1, 2.

2. In medio et fine vocum in positione, in combinationibus praesertim LT, quae scribitur *llt*, cf. p. 132), MP, NT, NC, ST, quae etiam hodie servantur, e. gr. in vocibus: *gwallt* (caesaries), *gwyllt* (ferus), *pump* (quinque), *mantawl* (trutina), *mantell* (pallium), *cant* (centum), *hynt* (via), *gwynt* (ventus), *ieuanc* (juvenis), *llestr* (vas), ut in frequentibus verborum terminationibus

-ant, -ent, -ynt, -eist, -ost. MP et NT tamen etiam incidunt in infectionem nasalem (cf. infra), et SP, SC in destituentem, jam in Mab., ubi quidem *yspeilaw* (spoliari, de praemissa *y* p. 141) fq., sed *ysbydinongyl* (n. propr.) 1, 292, ut *kyscu* (dormire) fq. et *kysgu* 1, 12. *yscwyd* et *ysgwyd* (humerus) 2, 234. 235. *gwisc* (vestis) fq. et *gwisg* 1, 17. In hodierna lingua solita scriptio *sb* et *sg*.

Extra positionem tenues nonnisi in fine servantur, praesertim *t* et *c* in fine sive radicis sive terminationum *-t, -et, -it, -ut, -awt, -eit, -wyt, -ec, -ic, -awc* etc.: *brawt* (frater), *gwlat* (regio), *bot* (esse), *mynet* (ire), *dywedut* (dicere), *carrec* (rupes), *pethedic* (minutus), *marchawc* (eques) fqq. in Mab. Minus servatur et in hoc loco *p*, cum inveniatur quidem *pawp*, *pop* (quivis), sed etiam *pawb*, et vix adhuc *map, hep*, sed *mab, heb* in Mab.

Accedente flexione, in media ergo voce extra positionem, destitui tenues regula est: *brodyr* (fratres), *pethedigach* (minutior), *marchogyon* (equites) Mab. Sunt tamen et exempla tenuium servatarum: *lludeticwisc* (vestis coenosa) Mab. 1, 4, pro quo *lludedic* 1, 285. *teckaf* (pulcherimus; notanda in his scriptio *ck, cc* pro *c*) Mab. 1, 4. 17. 251, sed *tegach* (pulchrior) 1, 4. *plycca* (flectere) 3, 302, sed *a blygwys* (flexit) 3, 303. *tybyckwn* (cogitabam) 1, 5, *tybygwn* 1, 2. *bonhedickaf* (nobilissimus) 1, 17 ex adj. *bonhedic* (cf. *pethedigach*, minutior, e *pethedic*). *arbennickaf* (praestantissimus) 2, 385. *chwannocket* (desiderium; e *chwannawc*) 2, 375. In hodierna lingua extra positionem nusquam adhuc est tenuis originaria.

Status originarius tenuium cornice et armorice paucis exceptis servatur ut cambrice.

Cornice 1. in initio vocum in constructione secundum regulas: *ow prene* (redimens) Pass. 196, 4. *rag kerense* (prae amore) 167, 4. Mediae adeo in eodem loco sub certis regulis, cambrice non cognitis, in tenuium gradum provehuntur, quarum exempla infra sequentur (in secundo capite). Mira est etiam scriptio *ch* pro *c, k* in initio vocum in Vocab.: *chil* (cervix), *chein* (dorsum) *chefals* (artus) etc.

2. In medio et fine in positione in combinationibus SP, ST SC: *gwesper* (vespera) Pass. 230, 1. *lester* (navis), *guistel* (obses Vocab. *gustle* (spondere) Pass. 249, 4. *guisc* (vestimentum) Vocab

gweskis (vestitus) Pass. 64, 2. *coske* (dormire) Pass. fq. In combinationibus cum liquidis pro parte tantum tenentur, e. gr. in NT praesertim: *hanter* (dimidium) Pass. 6, 3. 201, 1. *kenter* (clavus), *skentyll*, *scyntyll* (sapiens) Pass. fq. *skientoc* (sapiens), *diskient* (insipiens), *mantel* (mantellum), *guaintoin* (ver) Voc. *funten*, *fynteon* (fons) Vocab. Pass. 224, 2; in NC: *iouenc*, *youonc* (juvenis) Vocab. *yonk* Pass. Est enim et *cancher* (cancer) Vocab., et NT ut LT ob transgredientem *t* cornice communiter in *s* fiunt NS, LS. NS: *sinsiat* (tenax), *eunhinsic* (justus), *camhinsic* (injustus; e subst. *hins*, cambr. *hynt*, via), *denshoc dour* (gl. luceus; i. e. dentatus aquae), *dans* (dens), *nans* (vallis), *cans* (cum), *argans* (argentum), *oliphans* (elephas; = *-ant*), *sceuens* (pulmo; *eskeueynt* Leg.) *guins* (ventus; cambr. *gwynt*) in Vocab. E Pass.: *cerense*, *kerense* (amor; cambr. *kerennyd* Mab., = *kerentid*) 58, 4. 167, 4. *gans* (cum) fq. *cans* (centum) 227, 2. *arghans* (argentum) 16, 2. *myns* (quantitas, magnitudo) fq. *gwyns* (ventus) 211, 1, et in terminationibus verborum *-ens*, *-yns*. LS in Vocab.: *als* (litus; cambr. hod. *allt*, scopulus), *chefals* (artus; hibern. vet. *alt* Sg.), *mols* (vervex; hibern. vet. *molt* Sg., lat. med. *multo*, gall. hodiern. *mouton*), *sols* (pecunia; cambr. *swllt* Mab. 2, 240; lat. med. *solta*, pecunia quae in permutationibus compensationis gratia rei commutatae additur, ap. Cangium), *gols* (caesaries; cambr. *gwallt* Mab. et hodie). In eodem tamen etiam occurrunt: *guill* (*asen guill*, onager; cambr. hod. *gwyllt*, ferus), *guilter* (molossus). E Pass.: *gwyls* (ferus) 206, 3. *gwels* (stramen; cambr. *gwellt*) 16, 2.

In medio et fine extra positionem cornice destitui tenues regula est. Excipiuntur tamen *c* et *t*, quae in fine servantur, e. gr. C in terminationibus frequentibus *-ic*, *-oc* in Vocab., *-ek* in Pass. Porro in Pass.: *whek* (dulcis) 66, 2. *dek* (decem), *duk* (duxit) fq. *tek* (pulcher) 177, 3. *drok* (malus) 101, 4. 120, 1. T servata in fine adhuc in Vocab.: *tat* (pater), *prit* (hora), *gulat* (patria), *buit* (cibus), *truit* (pes), *lagat* (oculus), *dillat* (vestis), *diot* (potio), *tauot* (lingua), *cheniat* (cantor), *cherniat* (cornicen), in terminatione *-et* numeri plur. et participii e. gr. *flechet* (liberi), *fellet* (corruptus: *guin fellet*, acetum). Pro ea autem *s* dominatur in Pass.; in media voce et in fine: *peswar* (quatuor) 190, 2. 241, 4. *peswere* (quartus) 247, 1. *resas* (cucurrit) 219, 2. *pesys* (petivit)

9, 1. *cresyn* (credimus) 258, 4. *profusy* (prophetae) 73, 3. *mas* (bonus), *tas* (pater), *tus* (populus) fq. *reys, rys* (necessarius; armor. *ret*) fq. *prys*, *pres* (tempus) fq. *gwoys*, *goys* (sanguis; cambr. *gwaet*) 10, 3. 45, 2. *boys* (cibus) 10, 4. *lagas* (oculus) 83, 2. *dyllas* (vestis) 28, 3. 94, 2. *calys* (durus) 209, 4 etc., ut etiam in terminationibus numeri plur. et particip. praet. pass. *-as, -is, -ys*. Obtinet tamen in medio etiam destituta *d: pedar* (quatuor, fem.: *pedar ran,* quatuor partes, *peder gwyth,* quatuor vicibus) 190, 1. 227, 2. *lader, ladar* (latro) 163, 1. 192, 1.

Armorice status originarius servatus. 1. In initio vocum in Vita S. Nonnae (Buh.) adhuc semper, in hodierna lingua secundum certas regulas (cf. sequens caput).

2. In medio et fine vocum in positione, in combinationibus dictis (sub cambrica recentiore n. 2) omnibus; etiam in quibus in infectiones nutat cambrica, e. gr. in NT: *hanter* (dimidium; cambr. *hanner*) Buh. 148, 22; in SP et SC, pro qua scriptio *sq, squ* obvia in Buh. (cf. p. 143). Pro NC etiam *nq, ncq: stanc, stanq, stancq* (tantum) 92, 14. 102, 14. 190, 26. *franc, francq* (liber) 194, 14. 198, 21.

In medio et fine vocum extra positionem regula supra dicta cambricarum tenuium bene observata invenitur in Vita S. Nonnae. In fine ergo vocum P: *enep* (facies) 127, 7. *nep* (aliquis), *hep* (sine), *pep* (quivis) fq. T: *mat* (bonus) fq. *gat* (lepus) 32, 8. *tat* (pater) 14, 4. *ret* (cursus) 138, 8. *pret* (tempus) fq. *bout* (esse) fq. *tut* (populus) fq. *coat* (silva) 30, 16. *quenet* (pulchritudo) 38, 8. 46, 6. *pechet* (peccatum) fq. Flexiones substantivorum vel verborum *-et, -et, -it* etc. In *z* transiens *t* vix statuenda, cum *rez, reiz* (justus, rectus) Buh. 146, 4. 190, 9 sint = *reth,* et *compizrien, comazreset* (compatres, commatres) Buh. 98, 21. 22 cum *z* = *th* ob sequentem *r* aspirantem. C: *huec* (dulcis) 38, 9. 54, 2. *drouc* (malus) 10, 16. 62, 22. *prezec* (praedicare) 54, 19. *baelec* (presbyter) 176, 5. *piuizic* (dives) 38, 1. Obvia tamen et hic *b* pro *p,* in *mab* (filius) semper, in *archescob* (archiepiscopus) 182, 15. 22; rariora alia destitutionis exempla: *ed* (frumentum) 204, 18. Nutantia sunt hodiernae linguae exempla: *pep* (quivis) quidem adhuc, sed *mab* (filius), *krib* (pecten). Teneturque *k: dek* (decem), *drouk* (malus), *gwiziek* (sapiens), *pinvidik* (dives); sed destituitur *t: ed* (frumentum), *mad* (bonus), *tad* (pater).

Tenuium in medio vocum extra positionem destitutarum exempla sequentur infra, ubi de destitutione dicetur.

Infectio aspirata cambrica recentior tenuium obtinet 1. in initio vocum secundum certas regulas in constructione: *ysp aphellennigyon* (hospites et extranei; *pellennic*) Mab. 1, 1. *ny thybygwn* (non cogitabam; *tyb.*) Mab. 1, 2. *owein achynon achei* (Owenus et Cynon et Caius) Mab. 1, 1. *llad achledyf* (occidere gladio; *cledyf*; cf. vet. *ha crip*, pectine) Mab. 1, 247; in initio secundae vocis compositi: *trachefyn* (iterum) Mab. fq. Cf. in sequente capite regulas.

2. In medio et fine vocum in positione cum liquidis quibusdam, in combinatione inter se vel duplicatione, ut jam in vetusta lingua.

Combinationes cum liquidis, in quibus tenuium aspiratio praesertim dominatur, sunt LP, LC, RP, RT, RC. Harum porro frequentiores sunt LC, RT, RC. Exempla LC: *golchi* (lavare; hibern. vet. *folcaim* Sg.), *golchuries* (lotrix) Leg. et hodie. *ymolchi* (lavari) Mab. 1, 4. *kylch* (circuitus; unde hodiern. *cylched*, vet. *cilchet*, tapiseta) Mab. fq. RT: *Arthur* (n. pr.) Mab. fq. *myrthwl* (malleus) Mab. 3, 89. *chwerthin* (risus) Mab. 2, 377. *porthawr* (portarius) fq. *garth* (hortus) Mab. 2, 221. *nerth* (virtus) fq. *gwerth* (pretium) Mab. 1, 15. RC: *march*, *marchawc* (equus, eques) Mab. fq. *serch* (amor; hibern. *serc*) Mab. 2, 199. *cyrchu*, *kyrchu* (quaerere; lat. med. *cercare*, gall. hod. *chercher*) Mab. fq. *torch* (torques) Mab. 2, 225. Exempla LP, RP: *Elphin* (n. pr., cf. p. 171) Mab. 2, 379. *porffor* (purpura) Mab. 2, 9. 388. *sarf*, *sarff* (serpens) Mab. 1, 30. 266. 2, 381. *corff*, *korff* (corpus) Mab. 1, 16. 21. Separantur ab his combinationes LT, NT, NC, de quibus jam dictum (p. 132 et 175).

Combinationum PT et CT transgressarum jam in vetustiore lingua in aspirationem exempla recentiora passim occurrunt, quae pro vetusta *-id*, *-idh*, *-ith* (p. 172) exhibent constanter formulas *-eth*, *-ith*, *-yth*, obtinentes locum illarum combinationum. EPT: *seith*, *seyth* (septem), *seythuet* (septimus) Leg. fq. Exempla APT, OPT mihi ignota. ACT: *amaeth* (agricola, operarius: *amaeth a amaetho y tir hwnnw*, colonus colet terram hanc; vox gallica *ambactus* Caes. 6, 15, bellicosae significationis apud veteres Gallos, apud Cambros in pacificam versa) Mab. 2, 222. *traeth* (tra-

ctus, an trajectus?* *traeth sych*, sabulum maris siccum; cf. Girald. Cambr. Itin. 2, 6: "*Traeth mawr* et *Traeth bechan* id est tractus maris major et tractus minor. Dicitur autem *traeth* lingua cambrica sabulum mari influente longius et se retrahente nudatum." *trait*, arena, Vocab. leg. *traith*) Mab. 2, 210. Frequentissima haec formula in derivatione *-aeth*, *-iaeth* (hibern. *-act*, *-iact*), e. gr. *gwassanaeth* (servitium) Mab. fq. *meccnyaeth*, *meichniaith* (securitas) Leg. 2. 4. 7; 10. 1. ECT: *reith*, *reyth*, *kefreith*, *cymreith*, *cyfreith* (lex; hibern. vet. *rect*, *recht*) Leg. fq. Lib. Land. p. 113. *gweith* (opus) Mab. 2, 230, unde in Vocab. *gueidvur* (opifex, faber; cf. Trebell. Poll. trig. tyr. c. 8: "Marium plerique Mamurium, nonnulli *Vecturium*, opificem utpote ferrarium, nuncuparunt") et *weithonn*, *weithon* (nunc; = hibern. vet. *infectso*, hac vice) Mab. fq., *eilweith* (secunda, altera vice) Mab. 1, 247. ICT: *bendith* (benedictio) Mab. 2, 247. Cf. et *guoguith* supra p. 172 OCT: *noeth* (= *noct*, nox) in compos. *trannoeth* (post noctem, mane) Mab. fq. *doeth* (prudens; = doctus?) Mab. 2, 11, plur. *doythion* (sapientes) Leg. fq. Vocalem mutat num. *uyth* (octo; hibern. vet. *ocht*), *uithuet* (octavus) Leg., *wythnos* (hebdomas) Mab. 1, 244. UCT: *llwyth* (*pedwar milwr*, onus quatuor militum) Mab. 1, 7. *llwyth*, *tylwyth* (familia, homines; hibern. vet. *luct*, *lucht*, copia, pars, aliqui, de quo cf. pronom. hibern., cf. et Lucterius Caes.) Mab. 2, 12. 34, e quo et compos. *golwyth*, pl. *golwython* (frusta, partes dissectae) Mab. 1, 2. 2, 201.

Pro *th* obviae etiam aliae quaedam significationes aspirationis in codicibus, e. gr. *d* more vetusto (proprie *d* aspirata anglosaxonica cum lineola): *seyduet* (septimus) Leg. 1. 13. 1; 29. 1. Praesertim autem notanda scriptio *s* vel *h*, frequens in Leg.: *mab seihisbluit* (puer septem annorum) 2. 7. 4. *seyhuet* (septimus) 2. 1. 1. *guassanaessu kefreis* (= *guassanaethu kefreith*, servire legi) 2. 6. 39. *e reis honno*, *erreihis honno* (mox *y reith honno*, lex haec) 2. 6. 3. *kefreis*, *kafreis*, *kefreihis* (lex), *kefreishiaul*, *kefreissiaul* (legalis) frequenter, ut *gueisret* (opus, in aliis locis *gueythret*) 2. 5. 1. *y vn gueys* (una vice) 2. 1. 69. *eilgueis*, *eilweys*

---

* Beda hist. eccl. 5, 12: castellum Wiltaburg i. e. oppidum Wiltorum *lingua gallica Trajectus* vocatur. *Trajectus* etiam Britanniae oppidum in Itin. Ant. Armoricc adhuc hodie *treiz* (trajectus), *treiza* Buh. 8, 18.

(altera vice) 2. 5. 4; 11. 48. Cum *h* porro: *reyhur* (in eodem loco *reythur*), *reihiuuir* 2. 8. 4; 11. 43; 44. *kefreih, kereih, kefreihaul* fq. *vhvehnos* (hebdomas; = *wythnos*) 2. 6. 40. Discernenda ab illa *gueis* vox *gwers* (spatium) in Mab.: *eilwers* (alternatim) 1, 24. *ywershonn* (hoc spatio, nunc) 1, 246.

Duplicatis tenuibus TT vel CC infectis, vel in eorum locum substitutis T et C cum antecedente vocali longa, quorum exempla recentiora quaedam jam supra data sunt (p. 173. 174), lingua recentior etiam voces quasdam addidisse videtur, quibus primitus conventi tenuis simplex et vocali sbrevis, e. gr. *byth* (semper, in aeternum; hibern. vet. *bith*), *cath* (catus, in Vocab. *kat,* attamen lat. med. *cattus, catta* ap. Cang.), *cachu* (cacare). His adnumerandum pronomen infixum 2. ps. sing., personale et possessivum: *yth welaf* (video te) Mab. 1, 285. *yth wlat* (in regione tua) Mab. 1, 8, quod idem vice versa lingua vetus hibernica servat in statu originario *t*. Formae praeterea pronominales auctae *titheu* (tu), *hitheu* (ea, ipsa), si conferuntur cum aliis, ut *ynteu* (is), *wynteu* (ii).

Infectio aspirata tenuium cornica et armorica recentioris dialecti paullum differt.

Cornica. 1. In initio vocum in compositione vel constructione secundum regulas: *tryhans* (trecenti; cambr. *trichant, cant*) Pass. 36, 1. *ow thas* (pater meus) 52, 3. 185, 3. *ow holon* (cor meum) 166, 2. 3. 172, 2. *y holon* (cor ejus, feminae; *colon*) 122, 3. 225, 2.

2. In media et extrema voce in positione et combinationibus cum liquidis praesertim *r* et *l*. Obvia exempla LC: *the wolhy* (ad lavandum), *a wolhas* (lavavit) Pass. 46, 1. 149, 1. RP: *corf, korff* (corpus) Pass. fq. RT: *garthon* (stimulus), *hverthin* (risus) Vocab. *nerth* (virtus) Pass. fq. *gwerthe* (vendere) 38, 4. *marth* (miraculum) 120, 1. 166, 3. *parth* (pars) fq. *porth* (porta) 212, 1. *porthas* (nutrivit) 26, 3. RC: *march* (equus), *torch* (magalis), *porchel* (porcellus) Vocab. *ergh* (jubet), *yrghys* (mandavit; cambr. *erchi*) Pass. 28, 1. 170, 1. *kerhys* (quaesitus), *a gerhas* (petivit; cambr. *kyrchu*) 106, 4. 153, 1. Evanuit aspiratio e *marek, marrek* (miles; = cambr. *marchawc*) Pass. 190, 2. 241, 4. *morogeth* (equitare) 28, 4. In Vocab. cum sit *cancher* (cancer), quaeritur, an in eodem servante adhuc *t* extra positionem (pro *s* in Pass.,

cf. p. 177) combinationes *ns* et *ls* (= *nt, lt*) non sint putandae aspiratae *nth, lth*.

Combinationis CT aspiratae exempla exhibent *d* in Vocab.: *gueid* (opus), *gueiduur* (operarius), *chefuidoc* (omnipotens), *galluidoc* (potens), *ruifanaid* (regnum), *medhecnaid* (medicina), adeoque *t*: *lait* (lac), *trait* (arena). Sed *th*, ut alibi, in Pass.: *gweyth* (opus), *gwethyll*, *guthyll* (operari, facere) fq. *gweyth, gweth, gwyth* (*tergweyth*, ter, etc.) 18, 2. 49, 3. 227, 2. *dyspyth* (despectus) 139, 2. *noyth* (nudus) 50, 1. 130, 1. PT aspirata in num. *syth* (septem) Borde ap. Uncle Jan Treenoodle p. 85. Exempla aspiratae CC et TT jam supra allata (p. 173).

Armorica. 1. In initio vocum nondum obvia in Vita S. Nonnae. In hodierna lingua obtinet secundum regulas.

2. In medio et fine vocum. Significatio aspirationis eadem, ut alias, excepta *th*, pro qua scribitur *z*.

Positionis cum liquidis exempla obvia in Buh. LC: *guelchi, guelhy* (lavare) 104, 15. 106, 26. *golchet* (lavatus) 104, 15. RP: *corf, corff* (corpus) fq. RT: *nerz* (virtus; cambr. *nerth*) 194, 11. 196, 1. 5. *parz*, *perz* (pars; cambr. *parth*) 36, 4. 84, 9. *porz* (quaere, adjuva), *porzit* (subvenite) 122, 4. 196, 17. In quibus exemplis *z* = *th*, cum alias sit etiam pro cambr. *dd* (p. 164), in quibusdam adeo, ob similitudinem soni procul dubio, pro *ch*: *dezrou* (incipere, cambr. *dechreu*) 90, 21. 184, 11, in pronom. *hoz, oz*, et *z* infixo (cambr. *auch, - ch*). Utraque tenuis, *p* et *t*, a sequente etiam *r* interdum in aspirationem provehitur: *loffr* (leprosus), *lofrnez* (lepra) Buh. 196, 8. 21. *euffrou* (opera) 102, 24. *compizrien, comazreset* (compatres, commatres) 98, 21. 22. RC: *guerches* (virgo) 18, 16. *querchat*, *querchit* (quaerere; cambr. *kyrchu*) 138, 7. 146, 1. *merch* (filia, puella), *derch* (aspectus; hibern. vet. *derc*) 18, 16. *quaserch* (grando) 92, 24.

Combinationis CT formulae quaedam. ECT: *guez* (= cambr. *gweith*: *vn guez arall, an guez man*, alia vice, hac vice) Buh. 74, 9. 80, 14. *despez* (despectus) 86, 9. OCT: *noaz* (nudus; cambr. *noeth* Mab. 2, 9, hibern. vet. *nocht*) 90, 10. *noazder* (nuditas) 12, 16. UCT: *luz* (luctus) 42, 8. *fruez* (fructus) 46, 18.

Duplicata CC aspirata: *pechet*, *pechedou* (peccatum, -a) fq. *sechet* (siccitas) 168, 8. Qua eadem via ortas videmus formas plurium vocum hodiernae linguae gallicae, e. gr. *cloche* (*clochia*

a. 1359, *clochetta* a. 1397 ap. Cangium = *clocca*), *roche* (= *rocca, roccha*), *bouche* (= *bocca*), *péché* (peccatum) etc.

Infectio destituens incipit in recentiore lingua britannica, ubi desinit dominari infectio aspirata, scilicet extra positionem. *B* pro *p* originaria, *d* pro *t*, *g* pro *c* occurrunt quidem jam in exemplis quibusdam vetustioribus, e. gr. in vocibus cambricis glossarum Oxon.: *gubennid* (cervical; *guo-penn*), *hendat* (avus; *tat*), *dadl* (concio), *dadlt* (curia; sed in iisdem glossis etiam *datolaham*), *modreped* (materterae; pro *motreped* e *moter* inusitato, hibern. vet. *máthir*), *petguared* (quarta, fem.; pro *-et*), et in nominibus armoricis chartularii Rhedonensis: *Maelhogar, Gurhugar* 1, 4. *Anugar* 1, 17. *Guethengar* (contra alibi frequentissime *-car*) 2, 13, ita ut in his jam initia infectionis destituentis conspici possint ab aliquo. Equidem nil video in eis, nisi negligentiam scribendi, cum in exemplis multo pluribus, tam in initio vocis secundae compositi, quam in medio et fine extra positionem (p. 169 sq.), servatus sit statu soriginarius. Secundum regulas certas tenues *p, t, c* destituuntur in *b, d, g* demum inde a codicibus recentioribus, ut in lingua hodierna.

Cambrica destitutio tenuium fit 1. in initio vocum in constructione (regulae in sequente capite): *y gan gei* (a Caio; *Cei*), *tal y gei* (ad Caium, solve Caio) Mab. 1, 2. *y wreic deckaf* (mulier formosissima; *teg*) Mab. 1, 273. *y bori* (ad pascendum; *pori*) Mab. 1, 7. In initio vocis secundae compositi: *medgell* (cella medi) Mab. 1, 2.

2. In media voce extra positionem regulariter. P destituta: *ebol*, plur. *ebolyon* (pullus, pulli; cf. hibern. vet. *ech* et gallic. vet. *ep* in Eporedia etc.) Leg. 1. 12. 7. *pebyll* (tentorium; hibern. vet. *pupall*) Mab. fq. *pebreid, pybreid* (piperosus) Mab. 2, 201. 203. T: *adar* (aves, collect.; *eterin, eterinn*, cum nota singularitatis ex *atar*, in gloss. Oxon.) Mab. 1, 8. *llydan* (latus; cambr. vet. *litan*, hibern. vet. *lethan*) Mab. 1, 4. In derivatis *-edic* (cambr. vet. *-etic*): *bonnedic* (nobilis), *llywychedic* (pellucidus), *lludedic* (coenosus), *pethedic* (minutus) Mab. C: *kegin* (coquina) Mab. In derivationibus *-ogi*, *-ogion* auctis ex *-awc*: *mabinogi* (narratio puerilis), plur. *mabinogion, marchogion* (equites) Mab. Exempla servatae interdum tenuis supra (p. 176).

3. In fine vocum destitutionem rarius obviam, magis in tenui

labiali quam aliis, ut in *heb* (sine), *mab* (filius), regulariterque teneri statum primarium in codicibus recentioribus, supra dictum est. In hodierna autem lingua destitutio ut in medio etiam in fine regula facta est. Quae infectio hodierna adeo combinationem SC semper destituit in SG, saepius SP in SB (exempla in Mab. nutantia inter *sp* et *sb*, *sc* et *sg* supra p. 176), ST tamen intactam reliquit.

Destitutio tenuium cornica et armorica. Cornica. 1. In initio vocum in compositione vel constructione: *hendat* (avus; *tat*), *hirgorn* (tuba; *corn*) Vocab. *an bobyll* (populus) Pass. 67, 1. *yn y golon* (in ejus corde; *colon*) Pass. 115, 3. Semper ibidem cum destituta *c* ob frequentiam occurrit praep. *gans* (cum; = *cans* Vocab.).

2. In mediis vocibus extra positionem regula poscit destitutas tenues. P: *aber* (gurges; cambr. vet. *aper*), *oberor* (operarius), *drochoberor* (maleficus), *cober* (cuprum), *glibor* (humor; cambr. vet. *gulip*) Vocab. *ober* (opus) Pass. 31, 2. 220, 1. *pobyll* (populus) 89, 3. 4. T: *lader* (latro), *nader* (anguis; hibern. vet. *nathir*), *redegua* (cursus; armor. *ret*) Vocab. *lader, ladar* (latro), *pedar*, *peder* (quatuor, fem.) Pass., ex qua tamen transgressae tenuis etiam in *s* exempla supra enumerata sunt (p. 177. 178). Duplex scriptio *bb, dd* in Pass.: *dybbry* (edere; cambr. vet. *diprim,* cibus, gl. Lxb.) 43, 1. 87, 3. *dibbry* (adeo *deppro,* edite, 44, 4) 173, 1. *laddron* (latrones; sed *ladron* 192, 4) 186, 4. 229, 1. C: *lagat* (oculus), *diagon* (diaconus), *cugol* (cucullus), *cuillioges* (gl. phitonissa; praecedit *chuillioc,* augur) Vocab. *lagas* (oculus) Pass. 83, 2. *whegol* (dulcis; ex adj. *whek*) Pass. 164, 1. *dagrow* (lacrymae) 222, 2. 231, 2.

3. In extrema voce extra positionem destituitur secundum regulam *p*, e. gr. in voce *mab* (filius) fq., vix *c*, e. gr. *cloireg* (clericus) Vocab., *mareg* (miles; sequitur mox *marek*) 190, 2. Servatur enim haec communiter in fine in Vocab., ut *t*, quae transit in *s* in Pass., ut supra demonstratum est.

Armorica destitutio. 1. In initio vocum in constructione tenues intactae manent regulariter in Vita S. Nonnae (dum adsunt exempla destitutarum mediarum vel *m*, p. 136 et 163. 165). In quibusdam contra vocibus multum usitatis, praepositionibus vel particulis, tenues semper destitutae inveniuntur, etiam extra causam

infectionis, et in initio vocis secundae compositi regulariter (cf. cap. sequens, C. I. 6 in fine, C. II. 1. 6).

2. In medio vocum extra positionem destitutae tenues. P: *ober* (operari), *oberou* (opera) Buh. 26. 7. 8. 28, 12. *sebeliaf, sebeliet* (sepelire, sepultus) 20, 23. 25. *desquebl, disquiblion* (discipulus, -i) 118, 6. 22. T: *roedou* (retia) 32, 14. *madou* (bona) 28, 10. *madaelez* (bonitas; *mat*) 86, 14. *breuder* (fratres) 202, 9. *pedaf* (peto), *peden*, *pedennou* (petitio) fq. *pechedou, speredou, preladet* (sing. *pechet, speret, prelat*) fq. C: *trugarez* (misericordia; hibern. vet. *trócaire*) fq. *laguat* (oculus; hod. *lagad*) 96, 8. *beleguet* (presbyteri; sing. *baelec*), *baeleguiez* (presbyterium) 178, 14. 18. *prezeguen* (praedicatio; hod. *prezek*, praedicare, *prezeget*, praedicatus) 54, 2.

3. In fine vocum extra positionem status primarius dominatur, a qua regula excepta pauca exempla e Buh., plura ex hodierna lingua supra afferuntur (p. 178).

Res certe notatu digna est et hoc loco per exempla accuratius exponenda, destitutionem tenuium in medias extra positionem et in medio vel fine vocum, antequam apparet in scriptis britannicis, jam adesse in libris latinis vel romanicis terrae continentis, nec solum hocce, sed medias has ortas destitutione e tenuibus postea tractari veluti essent mediae originariae, id est, iterum destitui atque excuti (cf. p. 159 sqq.) excepta *p, b*, e qua residua manet *v*. Exempla cujusque tenuis separatius disponam.

P dicto modo tractatae exempla vetustissima sunt vox gallica *sapo*: "prodest et *sapo; Galliarum* hoc inventum rutilandis capillis." Plin. 28, 12, et nomen *Sapaudia* in Notit. dign. et ap. Ammian. 15, 11, cum nomine viri *Sapaudus* ap. Sidon. epist. 5, 10. Jam est nomen viri *Sabaudus* ap. Gregor. Turon. 4, 30. 8, 38, et *Sabaudia, Sabaudiensis* in libris medii aevi, e qua forma demum *Savoya* in chart. Frid. imp. a. 1157 ap. Cang., ut pro *sapo* scribitur *sabona, savo* in glossis ap. Graff. 6, 172 et alibi. Alia quaedam: lat. med. *riparia, ripera* (fluvius, litus), in chartis a. 1067. 1190 *riberia, ribera* ap. Cang., gall. hod. *rivière*. *papilio* (tentorium; hibern. vet. *pupall*, cambr. hod. *pabell*) ap. Lamprid., in chartis a. 1202. 1308 ap. Cang. *pavilio, pavilionus*, gall. hod. *pavillon*. *Lupara, Luppera, Luppara* (cf. lat. med. *luperia*, locus ubi sunt lupi, *luparius*, qui lupos venatur, gall. *louvetier*) adhuc

in chart. a. 1031. 1358. 1364 ap. Cang., gall. hod. *Louvre,* nomen palatii Parisiensis.

T in *d* destitutae exempla sat vetusta sunt *lidus* pro *litus,* scriptio in lege Salica, in capitulariis et codicibus aliis frequenter obvia, et *nimidas* in indiculo superstitionum in capit. Carlomanni a. 743: "de sacris silvarum, quae *nimidas* vocant" (cf. *δρυνέμετον* Strab. 12, 17, et armor. *nemet* adhuc ex a. 1031 in chartular. Kemperl. ap. Dom Mor. 1, 368: silva quae vocatur *Nemet.* Quibus addas supra dicta (p. 11. 100. 102). Porro vox *clida, cleida, clidus* obvia in leg. Baiwar. c. 77, in capitul. ad leg. Alamann. c. 22, in Annal. Franc. Loisel. ad a. 776 est adhuc *cleta* in Leg. Heinrici I. reg. Angl. c. 92, *clitella* (i. e. crates, craticula; hibern. vet. *cliath* supra p. 21, cambr. vet. *cluit* p. 114; = *clêt*) ap. Gregor. Turon. 7, 37. Ulterioris destitutionis formae *cleia, cloia, claia* ap. Cangium jam inde a sec. 11, gall. hod. *claye, cloie.* Eodem modo progrediuntur *patella, padella, paella* (sartago); *spata, spada,* hod. *épée; scutum, scudo,* hod. *écu* (cf. Cang. s. vocibus), quibus adjungenda hodiern. *mère, père, frère* e *mater, pater, frater. Gadales* in capitular. Car. M. ap. Baluz. 1, 343: "de *gadalibus* et meretricibus volumus", reducendum erit ad *gatal,* quia armor. hod. cum *d,* non *z, gadalez,* meretrix, *gadal,* libidinosus (unde germ. *geil?*), ut provinc. *godina, godineta,* unde gall. hod. *gouine, goier,* ad *gotin* (hibern. vet. *goithimm,* gl. futuo, Sg., cambr. hod. *godineb,* fornicatio), atque ut lat. med. *gradella,* ap. Cang., gall. hod. *greil,* est cambr. vet. *gratell* (gl. graticula; leg. gratella) in gloss. Oxon.

C destitutae vetustum exemplum est *Sauconna* ap. Ammian., nomen fluvii, qui jam Fredegario (42. 90) dicitur *Saogonna, Sagonna,* recentius *Sagona,* et hodie *Saone.* Alia: *auca* (anser) in Leg. Alamann., ap. Bedam, *auga, oga* in scriptis medii aevi ap. Cang., gall. hod. *oie. nogarius* (nux arbor), *nogareda, nogaderia* (nucetum, ager nucibus consitus) in chartis vetustis ap. Cang., pro *nucarius, nucaretum,* sine *g noieria, noiarius* jam in chart. a. 1022. 1108 apud eundem, apud quem item *logaderius* (operarius, operae locator) a. 1341, *logerium, loherium* (locarium; gall. hod. *loyer*) a. 1333. 1374, a verb. lat. *locare,* unde gall. hod. *louer.*

Infectio nasalis eodem modo invadit tenues britannicas, ut medias, in combinationibus scilicet MP et NT, quae

transeunt in *mm, mh, m,* et *nn, nh, n,* non in NC, quae solet manere intacta.

Cambrica dialectus magis huic infectioni indulget, quam ceterae. Fit ea 1. in initio vocum in constructione vel compositione, e. gr. *yn mhenn* (in capite; rectius *ym menn*, *ymhenn,* i. e. *yn penn*), *kynhewi* (subtacere; = *kyn-tewi*) aliisque, quae videsis in sequente capite.

2. In medio et fine. MP: *amherawdyr* (= imperator) Mab. fq. *pemhet, pemhed, pemet, pymet* (quintus; *pimphet* in gl. Oxon.) Leg. fq. *pymhet* Mab. 2, 241. hodiern. *swmwl* (stimulus; *sumpl* gl. Oxon.). Manet tamen intacta combinatio in fine num. *pump* (quinque). NT: *hanner* (dimidium; vet. *hanther* gl. Oxon.), *kerennyd, karenhyd* (amicitia, favor; e vetust. *carentid,* cf. nomina gall. Carantonus, Carentomagus) Mab. fq. *aryanneit, aryannheit* (argenteus) Mab. 2, 200. 3, 264. *Saranhon, Gouannon, Riannon* (n. pr. virorum; cf. armor. *Waranton, Caranton* etc. in chartulariis) Mab. 2, 206. 222. 3, 144. 145. *Morcanhuc, Morcannhuc, Morgannhuc* (regio Cambriae denominata a nomine viri *Morcant,* hodie *Glamorgan* i. e. *gulat Morcant,* regio Morcanti) Lib. Land. p. 113. *cann* (albus; cf. Cantium Caes., Britanniae regio, ob album litoris colorem) Mab. 1, 251. *gan* (cum, praep.; cambr. vet. *cant,* armor. *gant*), *cyn* (antea; armor. *quent*) Mab. fq. Expertes sunt tamen infectionis terminationes quaedam, e. gr. *-eint, -ant, -ynt* substantivorum et verborum, atque formae pronominales. Combinationis NC transeuntis in initio in constructione et medio in scriptionem *gh, ngh, gk* exempla videsis supra (p. 138) et infra in capite sequente, ubi dicetur de infectione nasali.

Cornica ejusmodi exempla pauciora sunt: *pymthek* (quindecim) Pass. 227, 3. 228, 1. *eun* in compos. *eunhinsic* (justus; cambr. vet. *eunt,* aequus), *can* (albus) Vocab. Sunt alibi *pymp* (quinque) Pass. 227, 2 et in medio vel fine *nt* vel *ns: hanter* (dimidium), *kerense* (amor), *gans* (cum) Pass. (p. 177).

Armorica dialectus etiam magis restitit huic infectioni. Est quidem in hodierna lingua *pemved* (quintus), sed *pemp* (quinque), et *-imp*, *-omp* in terminationibus verbalibus pro cambr. *-im, -om,* in quibus *p* adeo superflua videtur; et quamvis jam in chartulario Rhed. scriptio obtinet *Roen, Roin, Roien* in nomini-

bus propriis quibusdam, est *Roiant* in aliis (p. 174), et hodie quoque *anter, hanter* (dimidium; *hanter* Buh.), et *gant* (cum).

Aspiratae.

F unica aspirata celtica supra demonstrata est (p. 88 sqq.). Est eadem et sola originaria aspirata britannica. Ceteras enim, TH et CH, nusquam esse aspiratas primitus, sed progressas semper e tenuibus, ex hucusque dictis affatim patet; atque in combinatione CHW in initio aspirata immutabilis si posset videri primitiva, exempla plura et huic alium sonum originarium subjacentem, scilicet S, comprobant (p. 145). Aspirata britannica *f*, ut *ch* combinationis *chw*, omnis infectionis expers est, et immutabilis.

Cambrica. Scriptio solita hodierna *ff* jam adest in codice rubro, in aliis simplex *f* obtinet. Aspirata in initio vocum intacta, etiam si adest causa infectionis. In constructione: *kymer y fford* (sume viam; *fford* fem.) Mab. 1, 6. *ef a ffustawd* (pulsavit) Mab. 1, 250. *a ffust hayarn* (flagello ferreo) Mab. 2, 210. *tri ffrwt owaet* (tres alvei sanguinis) Mab. 1, 247. In compositione: *ymffust* (caedere invicem, pugnam committere) Mab. 1, 24. 2, 18. 51. *kyffroi* (expergefacere) Mab. 1, 259. *deffroi* (expergefieri) Mab. 1, 11. 252.

Exempla inchoantis aspiratae e Mab.: *ffiol* (calix) 2, 42. *ffol* (stupidus) 1, 242. *ffo* (fugere) fq. *ffonn* (clavus) 1, 6. 245. *fford* (via) fq. *fforch, ffyrch* (furca, -ae) 2, 15. 219. 3, 156. *fforest* (silva) 1, 236. *ffuon* (rosae) 2, 218. *Fflergant* (n. pr. viri) 2, 206. *Fflewdur, Ffleudor* (n. pr. viri) 2, 205. 209. *ffraeth* (eloquens) 2, 9. *ffrawdunyaw* (movere, cibos, frui) 2, 204. *ffreinc* (Franci) 2, 50. *ffroen* (nasus) 1, 283. 285. 2, 373. *ffrowyll* (flagellum) 2, 10.

Addo nomina virorum e libro Landavensi: *Fanu* 161. *Febric* (= Fabricius) 209. *Fermarch* 254. *Fernuail* 149. 167. *Fomre* 171. *Fuedlid* 259. *Freudur* (cf. supra *Fflewdur* Mab.) 186. 193. *Freudubur* 115. *Frioc, Friauc* 140. 236. Aspirata inchoans secundam vocem nominis compositi: *Eifest* 149. 153. 154. 156. *Confur* 140. 170. 172. 189. *Guelfrid, Gulfridus, Gulfre* 210. 213. *Guorfrit* 205. *Milfrit* (cf. *Roafritus* Inscript. Ratisbon.

Grut. 527, 2) 165. *Edilfred* 160. In eodem libro etiam in vetustis descriptionibus finium sat frequenter obvia appellativa: *fos, foss,* (fossa), *ford* (via), *finnaun* (fons), *frut* (rivus).

Voces supra dictas cum multis aliis esse indigenas, dubium esse non potest. Magna tamen etiam pars vocum, quae in lexicis enumerantur, originem peregrinam prae se fert, e. gr. *ffaith* (factum), *ffals* (falsus), *ffenestyr* (fenestra), *ffoc* (focus), *ffugyr* (figura), *ffurfafen* (firmamentum), *ffynnon* (fontana), *ffwyn* (foenum), *fflam,* (flamma), *ffrwyth* (fructus).

Aspirata cambrica in medio vel fine vocum: *lefet* (gl. fordalium) gl. Oxon. *grefiat* (notarius; cf. ap. Cangium lat. med. *grafare, grafiare, graffiare,* scribere, unde *grafia, graphia,* scriptura, et *grafarius, grefferius,* gall. hod. *greffier;* divergit germ. *grâfio,* ob *â*) cod. Lichfeld. *gref* Teliau (liber, chirographum Teliavi) L. Land. 237. *Griff, Gruff, Griffin, Griffud, Gruffud* (*Griffuth, Gruffuth* cornice scriptum), *Griffri* nomina frequentia in Registro Caernarv. *coffa* (conspice, animadverte) Mab. 2, 17. 18. *ysglyffyaw* (captare, inhiare) Mab. 2, 239. *llofft* (conclave) Mab. 1, 15. 2, 13. *craffu* (fortiter invadere) Mab. 2, 51. *craff* (firmus) Mab. 1, 269. *hoff* (amabilis) Mab. fq. Sed cavendum, ne *ff* aspiratione orta habeatur aspirata originaria, tam in initio vocum, quam in medio vel fine, e. gr. in Mab.: *ny fflygwys* (non curvabatur; cf. *plycca, a blygwys,* supra p. 176) 2, 207. *cloff* (claudus; cf. lett. *klibs*) 1, 245. 2, 236, vel apud Owenum, cui *b* infecta scribitur *v, cafael* (sumere; hibern. *gabál*).

Cornica *f* e Vocab.: *fadic* (profugus), *faidus* (formosus), *fer* (crus), *ferhiat* (fur), *fiol* (ciffus), *fol* (stultus), *forn* (clibanus), *ford* (via), *hebford* (invia), *fodic* (felix), *fur* (sollers, prudens), *flair* (odor), *floh* (puer), plur. *flechet* (liberi), *flurrag* (prora), *frot* (alveus), *fruc* (naris). E Pass.: *fall, fyllell* (defectus) 91, 3. 192, 3. *fallens* (deficiunt, peccant) 49, 1. *fyll* (deest; cf. *guin fellet,* acetum, i. e. vinum quod defecit, in Vocab.) 158, 1. *a fyas* (fugit) 77, 1. *fys* (fugiunt) 48, 4. *fo* (fuga) 250, 4. *fol, foll* (stultus) fq. *forth* (via) 15, 4. 164, 3. 245, 4. *flough* (puer) 254, 3, plur. *flehys, fleghys* (liberi) 149, 4. 168, 3, 169, 1. 246, 3. In medio et fine: * yfforn, yffarn* (infernum) 66, 4. 106, 3. 212, 1. *kueff, kuf* (probus) 101, 1. 256, 3. *cryff, cref* (fortis, gravis) 104, 2. 105, 4. 122, 4.

Armorica aspiratae exempla vetustiora e nominibus virorum chartularii Rhedonensis: *Felius* 2, 21. *Feleus* Mor. 293. *Feinocs* 2, 21. *Finoes* Mor. 300. 309. *Festwore* 2, 23. *Festgen, Festien* Mor. 293. 300. *Festgent* Mor. 296. *Fetmer, Fitmer* Mor. 275. *Finitworet* 1, 54. *Finitweten* Mor. 302. *Maenfinit* 2, 22. *Haelfinit* Mor. 328. *Fomus* 1, 22. 38. 2, 13. *Fulcri* 2, 24. *Fracan* 1, 5. *Framwal, Franwal* 1, 8. Mor. 266. *Freoc* 1, 16. 49. *Fredur* Mor. 391. *Fredgor* Mor. 406. *Matfred* 1, 20. *Ratfred* 1, 4. *Dumfredus* 1, 13. *Frodic* Mor. 273. E chart. Kemperleg.: *Follahethou, Fredur* Mor. 366. 431. Nomina locorum in Rhed.: alodus qui vocatur *Foubleth* (fuga, formido luporum?) 2, 30. ecclesia, plebs, vicus *Rufiac* (cf. p. 89) 1, 38. 39. 41. 53. villa quae vocatur *Brufi* 1, 55. In eodem appellativa: *fos, fosan, rudfos* (translata 1, 41 fossata, fossatella, rubra fossata) 1, 39; adj. *dicofrit, difosot* (expers servitiorum, quae dicuntur *cofrit, fosot*) 1, 39. 41. 42.

Exempla inchoantis aspiratae e Buh.: *fall* (malus) 74, 11. 90, 25. 166, 21. *foll* (stultus) 72, 2. *fur* (sapiens) 82, 5. *furnez* (sapientia) 46, 12. 48, 24. 110, 1. *forest* (silva) 32, 1. 34, 15. *fetou* (mysterium) 4, 10. 170, 16. *flerius* (foetidus) 68, 13. *flour* (dulcis) fq. *franc* (liber) 192, 14. 198, 3. *framet, fromet* (contractus) 194, 18. 196, 9. In compositione: *liufre* (vestimentum; gall. hod. livrée) 104, 7. *hunfre* (somnium) 30, 10. *queffret* (simul; cambr. *cyfredin*, communis) 102, 4.

In medio et fine vocum: *caffou* (sollicitudines) 4, 13. 38, 21. *claffet, cleffet* (morbus) fq. *claf, claff* (aegrotus) 38, 12. 56, 7. 108, 3. *coff* (venter) 12, 18. *cuf, cuff* (probus, mitis) 100, 6. 112, 18. Sed observandum, an non sit in hujusmodi vocibus infecta *f, ff*, e. gr. in *coff* (memoria; cambr. *cof*, e *cob* et conferendum nomen Cobnertus Inscr.?) 60, 10. 118, 18. *loffr* (leprosus), *lofrnez* (lepra) 196, 8. 21.

CAPUT SECUNDUM.

De consonis voces inchoantibus earumque infectione.

Patet jam ex iis, quae disputata sunt hucusque, consonas in initio vocum, non solum earum, quae sunt in secundo vel tertio loco compositi, sed etiam quae sunt extra compositionem solummodo in constructione sermonis, infectionem subire qualemcumque, atque leges ejus infectionis tam in hibernica lingua quam in britannica non differre generaliter a legibus et regulis infectionis in medio et fine vocum. Ita consonae inchoantes secundam vocem in exemplis hibernicis: *muntar cessair* (familia Caesaris), *i cath* (in pugna; ex *in cath*), *mo chenéel, mo chland* (genus meum, proles mea), *mo thol* (voluntas mea), *do phopul* (populo) obviis in Wb., sequuntur easdem regulas, quas sequuntur in medio et fine in vocibus *marc* (equus; *c* non infecta ob positionem), *coic* (quinque; e *coinc*), *lethan* (latus; e *letan*), *cethir* (quatuor; e *cetir*), *ech* (ex *ec* = *ep*, equus; *t, c* infectae extra positionem). Fit porro infectio consonae *k* nominis *kei* in exemplis cambricis constructis: *a chei* (et Caius), *y gei* (ad Caium, Caio), *mynghei* (Caius meus) Mab. eodem modo ut in medio vel fine vocum *buch* (= *bucc*, vacca; *achei* pro *ac cai*), *marchogyon* (equites, e *marchawc*), *angheu* (mors, ex *ancou*). Videntur tamen quaedam contradicere, nec statim clara e. gr. est causa infectionis, cur scriptum inveniatur hibernice *airchinnech* (princeps), *fírthrebaire* (vera prudentia), *imm chenn* (circa caput), cum potius ob positionem cum liquida exspectandum sit *aircinnech, firtrebaire, imm cenn;* sive cur cambrice scribatur *arbennic* (princeps; e subst. *penn*) et contra post eandem consonam *gwrtheyrn, gortheyrn* (magnus dominus; *Gurthigernus* n. pr. viri; e subst. *teyrn, tigern*). Solvitur contradictio, si conferuntur vetustissimae formae vocum, scilicet *ambi* pro *imm, ari, are* pro *air* (p. 6. 7), unde *ambi cenn* et *arecinnec* fiunt *imme chenn, imm chenn* et *airchinnech* hibernice, et *arepennic* cambrice *arbennic, arbenig,* secundum regulam propriam cujusque linguae, unius quae aspirat extra positionem, alterius, quae destituit. In composito hibern. *fírthrebaire,*

cui supponenda forma vetusta *virotrebire* ad instar vetustorum nominum Cambodunum, Virdomarus, non laesa porro regula hibernica (cf. pronomina possessiva infixa *m, t* orta e *mo*, *do* cum infectione sequentis consonae: *remchuimriug, imchuimriug,* ante captivitatem meam, in c. m., Wb., *itchóimthecht,* in comitatu tuo, Sg.); itemque cambr. *Gurthigernus* sequitur regulam cambricam aspirandarum tenuium post liquidam *r,* quia deest vocalis post vetustam formam *ver* in nominibus Vercingetorix, Vernemetum. Cum autem formae ejusmodi vetustissimae, in quibus causa latet hujus vel illius infectionis, vel status servati originarii, rarissime appareant, praetereaque lingua procul dubio interdum anomalias et proprietates produxerit, necessarium fit regulas de consonis inchoantibus voces earumque infectione separatim exponere.

Tangunt autem hae regulae consonas inchoantes vocum earum, quae sunt cum antecedentibus in constructione, id est, in arctiore junctione, e. gr. substantivi cum articulo, pronomine possessivo, praepositione, item substantivi in genitivo vel accusativo post substantivum vel verbum, adjectivi post substantivum etc., denique vocum, quae junctae sunt omnino antecedenti compositione. Voces extra ejusmodi junctiones, tam intra sententiam, quam in initio ejus, sunt etiam extra regulas, servantque statum originarium consonarum. Junguntur etiam scribendo in vetustis codicibus, praesertim hibernicis, non solum voces proprie compositae, vel pronominum infigendorum literae singulares residuae cum particulis et vocibus, inter quas sunt infigenda, sed etiam eae voces, quae sunt quidem in vinculo junctionis, attamen non tam arcto, praesertim articuli, pronominum possessivorum formae monosyllabae, praepositiones monosyllabae et substantiva, particulae verbales et verba etc. Quae vocum junctio secundum consuetudinem codicum etiam in hoc opere regulariter expressa est.

Eo quod in vetustis codicibus hibernicis infectio fere in solis tenuibus inchoantibus, atque in *s, f,* neque in his semper, notata invenitur, fit penuria exemplorum, quae a classe tenuium plerumque suppeditantur. In parte britannica quamquam armoricorum ante hodiernam linguam exemplorum eadem sit penuria nec cornicorum magna copia, codex tamen ruber cambricam notationem fere perfectam exhibens omnium classium exempla sat numerosa offert.

I. Consonae hibernicae inchoantes.

A. Statum originarium consonarum inchoantium voces in constructione vel compositionis secundo loco servari regula generalis est, si vox praecedens terminatur a consona, vel etiam si terminata fuit in forma vetustiore, quamvis decidit in recentiore. Peculiares quasdam aberrationes ab hac regula exhibet lingua praesertim post articulum et particulas verbales. Sunt autem junctiones speciales, in quibus obtinet status primarius consonarum inchoantium, sequentes.

I. In constructione. 1. Post articulum, *a*) in singularis numeri casibus nominativo et accusativo, si substantivum est generis masculini vel neutrius, in genitivo et accusativo, si est generis feminini; *b*) in pluralis numeri casibus omnibus, excepto nominativo generis masculini. Contra communem regulam est status durus post formam articuli INNA, NA, gen. fem. sing., nom. fem. neutr., et accus. trium gen. plur.; sed debet quaeri annon sit excussa consona, forsan *s*, ut perit *n* formarum AN nom. acc. neutr. et INNAN, NAN gen. plur. ante tenues, liquidas et *s*, *f* servandas in statu duro (p. 53).

Consona inchoans adjectivi, sive antecedat substantivum, ut adj. pronominale, sive subsequatur, ut fit communiter, eodem modo tractatur, ut consona inchoans substantivi post articulum; itemque post substantivum, si non praecedit articulus, eodem modo acsi adesset.

Exempla in sequentibus capitibus de articulo, et de flexione substantivorum et adjectivorum.

2. Post substantivum, si sequitur substantivum in genitivo: *a rainn pectha* (ratione peccati), *di rect pectho* (de lege peccati) Wb. 3[b]. 3[d]. *cindas persine* (qualitas personae) 6[b]. *tír tairngiri* (terra promissionis) Wb. fq. *cosmuilius tuib* (similitudo tubae) Wb. 12[c]. *airechas ceneóil* (praestantia generis) Wb. 1[b]. *hires creitme* (firmitas fidei) 2[b]. *hi claar cridi* (in tabula cordis) 15[a]. Non notatur infectio, etiam si praecedens substantivum terminatur a vocali: *colaa poil* (ad diem, tempus, Pauli) Wb. 5[b]. *isóiri ceneóil* (gl. nobilitate generis) Wb. 17[c]. *accobra colna* (cupiditates carnis) 20[a]. *bandea cruithnechta* (dea frumenti) Sg. 66[b]. Confer

tamen exempla infra sequentia (B. I. 2), exhibentia infectionem post substantivum non solum terminatum a vocali, sed etiam a liquida.

3. Post numeralia, quae semper fere exeunt in consonas. Exempla infra in capite de numeralibus. In Sg. etiam *fiche pond* (viginti pondo), *p* post *fiche,* quod proprie est *fichet.* Excipiuntur numeralia *óen* (unus) et *dá* (duo) exeuntia in liquidam et vocalem; posterius tamen communem regulam sequitur, si in flexione terminatur a consona: *ar dib consonaib* Sg., *ar dib cetaib* Cr.

4. Post pronomina possessiva trium personarum numeri pluralis: *arn* (noster), *barn* (vester), *an* (suus, eorum) mediae inchoantes sequentium substantivorum in positione cum liquida *n* finiente pronominum servantur in statu duro, nec non liquidae, *s, f* et tenues, excussa eadem *n,* manent in statu eodem. Exempla in capite de pronominibus. Etia mpost pronomen possessivum generis feminini 3. pers. sing. *a* (ejus) servati status primarii in vetere lingua, ut in hodierna hibernica et gaelica, exempla quaedam obvia: *aggním féisne im̄efolṅgai cesad fuiri* (gl. ipsa in se agit, tertia persona; i. e. ejus ipsius actio efficit passionem sibi, cum *gg* signo status prim. p. 70. 71) Sg. 199[a]. *cenchaille foraciunn* (gl. non velato capite, mulier orans deturpat caput suum) Wb. 11[c].

Post pronomen relativum *an* (ante medias), *a* (ante liquidas, ante *s, f* et tenues) consona verbi inchoans eodem modo habetur, ut substantivi post pronomina illa possessiva. Idem pronomen relativum continetur in particula *aran, ara* (ut). Exempla in pronomine et particulis.

5. Post verbum desinens in consonas: *asm̄é* (ego sum) Sg. 202[a]. *aranecatar coitchena* (inveniuntur communia) Sg. 65[a]. Confer tamen exempla infectionis post verbum substantivum, quamvis exeat in consonam, et si post verbum sequitur objectum, infra sub B. I. 5.

6. Post praepositiones terminatas a consonis: *for* (pro), *tar* (trans), *etar* (inter), *ís* (infra), *ós* (supra), *oc* (apud), *sech* (praeter). Item post terminatas ab *n: in* (in), *ren* (ante), *con* (cum), *iarn* (post), quamvis *n* pereat ante liquidas, ante *s, f* et tenues; post *a* (ex) ortam ex *as,* et post *la* (apud), *fri* (contra) ortas procul dubio aeque e formis exeuntibus in consonas (*las, fris,* vel

frith; cf. cambr. *gwrth* p. 66). Exempla in capite de praepositionibus.

7. Post particulas *os* (emphaticam pronominum), *in* (interrogativam): *ostú* (gl. tutemet) Sg. 201[b]. *incoscramni* (an destruimus?) Wb. 2[b].

8. Post particulam verbalem *ro*, et negativam *ni* servatur contra communem regulam status durus inchoantis *b* verbi substantivi, ut comprobant scriptiones *robbu, robboi, nipi, nipat, nipia, nipiam,* quas videsis infra sub hoc verbo. Post particulam negativam etiam pronomen personale absolutum 2. pers. sing., quod etiam infixum et suffixum non tangitur (p. 80), non notatur infectum: *nitú* (non tu), *cani tú* (annon tu?), *ni tussu* (non tu ipse) Wb. 5[a]. 5[b]. 8[d].

9. Post causam infectionis quamcumque status primitivus spirantis *s* semper manet in combinationibus cum tenuibus *sp, st, sc, spr, spl* etc., non tamen in combinationibus cum liquidis *sl, sm, sn, sr.*

II. In compositione vocis secundae consona inchoans servatur dura. 1. Substantivi compositi cum praepositionibus supra dictis (sub 6): *forbbart* (gl. abolitio) Sg. 52[a]. *forggnus* (forma, figura) Sg. 76[b]. 216[b]. *fortacht* (auxilium), *forcital* (doctrina) Wb. fq. *forcenn* (finis) Sg. 28[b]. 169[a]. 203[b]. Ml. 2[d]. *etargne, etarcne* (cognitio), *etarcert* (interpretatio) Wb. fq. *cotecht* (aditus) Wb. 9[d]. *cocéilsine* (gl. societas) Wb. 19[a].

Eodem modo adjectivorum et verborum compositorum consonae inchoantes: *forbartaig* (gl. exoletam, virginem) Sg. 173[a]. *fortéit* (adjuvat) Wb. 4[a]. *forcanim* (praecipio) Wb. fq. et alia, quae videsis sub compositione, inter quae tamen inveniuntur contra regulam *forthéit, forchun, forchongrimm* etc. in Wb., negligenter, nisi malumus jam nutationem in his statuere (cf. hibern. hod. *foircheann,* finis).

Fit exceptio etiam, si praepositiones assumunt *m: com-, tarm-, tairm-,* de quibus infra in infectione.

2. Cum particulis privativis *an-, es-: amprome* (improbus) Sg. 42[b]. *ancride* (injuria) Wb. 9[c]. *ancretem* (infidelitas), *ancretmech* (incredulus) Wb. 5[b]. 10[a]. 12[d]. *escarit* (inimicus) Wb. 30[b]. Eodem modo post *é-, éi-* ortam ex *es-: écmacht* (gl. nequam; = *écumacht, escumacht*) Sg. 50[a]. *ecńdairc* (absens), *éicndarcus* (ab-

sentia; =*écond., escond.*) Wb. Sg. Post particulam *ad-*: *adcobraim* (volo), *adcomaltar* (adjungitur) Sg., e qua combinatione prodit *acc-*, *att-*, *at-*: *accobor* (voluntas), *accaldam* (appellatio), *atreba* (habitat, possidet; *ad-tr.*) Wb. Sg. fq. Alia exempla in compos.

B. Infectionis aspiratae vel mollis consonae inchoantis vocem regula generalis est, quod obtinet, si vox antecedens terminatur a vocali, vel si forma vetustior terminabatur a vocali, etiamsi abjecta est in lingua recentiore. Saepius et liquidae praecedentes eandem vim habent quam vocales, nisi forte post eas decidit vocalis. Proprietates quaedam discrepantes a communi regula observantur post verba. Junctiones praecipuae, in quibus infecta invenitur consona inchoans secundae vocis, specialiter sunt sequentes.

I. In constructione. 1. Post articulum; *a*) in singularis numeri casibus genitivo et dativo, si substantivum est generis masculini vel neutrius, in nominativo et dativo, si est generis feminini. *b*) In numeri pluralis casu solo nominativo generis masculini. De differentia formarum articuli IN, INT in casibus expertibus infectionis, IN, IND in casibus infectionis supra dictum (p. 55).

Adjectivum sive praecedat substantivum, sive sequatur more solito, in inficienda consona inchoante concordat cum substantivo. Masc. et neutr.: *forcenn indfolaid chétnai* (finis sensus primi) Sg. 28[b]. *isindanm̄aim̄ chétnidiu* (in nomine primo) Sg. 54[b]. Fem.: *din gutai thóisig* (e priori vocali), *ón chetni phersin* (a prima persona) Sg. 9[b]. 191[a]. Si deest articulus, fit idem, acsi adesset: *mo thol cholnide* (voluntas mea carnalis) Wb. 3[c]. *iar riagoil chenelaig* (secundum regulam generalem) Sg. 220[a]. *for laim chlí* (ad manum sinistram; *tol, riagol, lám,* fem.) Cr. 19[c]. Alia exempla, in quibus tamen interdum neglecta est notatio infectionis, infra in flexione nominis.

2. Post substantivum sequentis in genitivo substantivi consona inchoans invenitur infecta, si praecedens substantivum terminatur a vocali vel liquida: *trebaire chollno* (praedentia carnis) Wb. 3[d]. *do thaidbse ṡuperlait* (ad signum superlativi) Sg. 40[b]. *tol cholno* (voluntas carnis), *ó thoil cholno* (a vol. carnis) Wb. 19[a]. 20[c]. *ciall chésto, ciall chesta* (sensus passionis, passivi) Sg. fq. *ainm thríuin* (nomen herois) Sg. 96[a]. Cf. supra A. I. 2.

3. Post numerale terminatum a vocali *dá* (duo): *eter da ṡon* (inter duos sonos) Sg. 150[b]. Item post *óen, óin* (unus) et *cethir* (quatuor): *tri oén pheccad* (per unum peccatum), *isóin chorp* (est unum corpus) Wb. 3[a]. 12[b]. *inóen ṡosuth* (in una positione) Sg. 7[a]. *itchethir chét* (gl. quater centeni) Cr. 42[c], ob terminationem liquidam, si non malumus statuere compositionem more adjectivorum. Numeralis *tri* non obvium mihi exemplum. Cf. A. I. 3.

4. Post pronomina terminata vocalibus; *a*) personalia: *ni tussu thóenur* (non tu solus) Wb. 5[a]. *b*) Post possessiva: *mochland et mochenéel* (proles mea et genus meum), *mothol* (voluntas mea) Wb. 3[c]. 29[d]. *aorcital* (= *aḟorcital,* doctrina ejus) Wb. 8[b]. *innathechtu* (in ordine suo) 13[a]. *achland* (semen ejus) 2[c]. Excipitur *a* 3. ps. sing. fem., de quo supra A. I. 4. *c*) Post demonstrativa: *intí thall* (ille) Sg. 197[a].

Manet infectio post pronomina possessiva 1. et 2. pers. sing. etiam infixa, cum excussa sit vocalis: *remchuimriug et imchuimriug* (ante meam captivitatem et in mea captivitate) Wb. 30[a]. *itchóimthecht* (in comitatu tuo) Sg. 208[b]. Obvia scriptio infectionis post adjectiva pronominalia *cach, nach: cach thúare* (omnis cibus) Wb. 6[b]. *cach ḟolaid* (omnis sensus, gen.) Sg. 200[b]. *ónach ḟochun ailiu* (ex aliqua causa alia) Sg. 6[a], in quibus exemplis forsan compositio more adjectivorum statuenda, cum in pluribus aliis exemplis non notetur infectio.

5. Post formas verbi substantivi radicis qualiscumque, sive desinant in vocales sive in consonas: *beta thuicsi* (qui sunt electi) Wb. 4[c]. *ropo thol* (fuit voluntas) 14[b]. *ropo thróg* (fuit miserum) 21[b]. *ropo cho torbu* (fuit cum utilitate) 13[a]. *caith bed ṡrethi* (gl. acus substernendum) Sg. 68[a]. *combad chircumflex* (ut sit circumfl.) Sg. 30[a]. *isḟollus dún ḟile choibnius* (manifestum nobis quod est affinitas) Sg. 151[b]. *nidan chumachtig* (non sumus potentes) Wb. 14[c]. *ataat chétnaidi* (sunt priores) Sg. 28[a]. *itchethir chét* (sunt 400) Cr. 42[c]. Post formam *as* notatur duplicatio liquidae *m,* id est status durus, in Sg. (supra A. I. 5), sed infectio in Wb. 21[a]: *sci. et iusti ithé aschorp dosom xps. aschenn indnoib aschorp* (gl. caput super omnem ecclesiam quae est corpus ipsius; i. e. sancti et justi sunt corpus ei; Christus est caput, sancti sunt corpus).

Post verba quoque activa inficitur consona inchoans sequentis

substantivi, si est objectum: *foilsigdde phersin* (quae significant personam) Sg. 200[b]. *nád tóirñdet folad* (quae non continent sensum) Sg. 25[b].

6. Post praepositiones finitas vocalibus: *ó, ua* (a, ab), *fo* (sub), *de, di* (de), *do* (ad), *tre, tri* (per), quibus adnumerandae *ar, air* (ad, e vetust. *ari, are*), *imm* (circum, e vet. *imme, imbe, ambi*), *cen* (= lat. sine), *ol* (supra), *fiad* (coram). Exempla infra in praepositionibus.

7. Post particulas; *a*) verbales *ro, no*. Exempla infra in capite de eisdem. *b*) Post negativas *ni, nad: ni thabur* (non do) Sg. 173[b]. 179[a]. *ní chumcamni* (non possumus) Wb. 4[a]. *nad chaithi* (qui non edit) Wb. 6[c]. Excipiuntur *ro* et *ni* cum statu duro *b* radicalis verbi substantivi, de quibus supra A. I. 8. *c*) Post particulas copulativas vel disjunctivas: *meisse* 7 *choirbbre* (ego et C.) Sg. 194[a]. *diis no thriur* (duo vel tres) Wb. 13[a].

8. Post interjectionem *a: athvsv* (o tu!) Sg. 204[b]. *achossa* (o pedes!) Wb. 12[a].

II. In compositione vocis secundae consona inchoans inficitur. 1. Cum substantivo compositi substantivi, sive desinat in vocalem antecedens, sive in consonam (ob excussam vetustam *o* intermediam): *bóchaill* (gl. bubulcus) Sg. 58[b]. *olachaill* (gl. olivetum) Sg. 50[a]. 53[a]. *roschaill* (gl. rosetum) Sg. 50[a]. *mirtchaill* (gl. myrtetum), *escalchaill* (gl. esculetum) Sg. 53[a]. *dálsuidæ* (gl. forum) Sg. 57[a]. *iúgsuide* (gl. tribunal), *trebunsuide* (gl. tribunal) Sg. 50[a]. *muccfoil* (gl. stabulum porcorum), *mucfoil* (gl. hara) Sg. 26[a]. 214[a]. *banchu* (canis femina) 67[a]. *erochairchétlaid* (gl. tibicen) 12[b].

Obtinet idem procul dubio in compositis adjectivis vel verbis cum praecedente substantivo, ut est *cennmar* (gl. capito; i. e. capite magnus) Sg. 52[a]. Exemplum, in quo notata sit infectio, non legi.

2. Cum adjectivo compositi substantivi, adjectivi vel verbi consona inchoans eodem modo tractatur: *derbfogir* (gl. ipsae pronuntiationes) Sg. 3[b]. *nuiethicid* (gl. neophytus) Wb. 28[b]. *dagtheist* (bonum testimonium) Wb. 25[a]. *dubchorcur* (gl. ferrugo) Sg. 52[a]. *ilchathraig* (variae civitates) Sg. 13[a]. *nochtchenn* (capite nudus) Wb. 11[c]. *sóirchele* (libertus) Wb. 10[a]. *sainchenel* (diversum, proprium genus) Wb. 17[d]. *cáinchomarc* (benevolentia, salutatio) Wb. fq.

Ejus generis, cum adjectivum regulariter sequatur post substantivum, etiam exempla putanda sunt ea, in quibus idem praecedit: *indfír threbaire* (vera prudentia) Wb. 5[d]. *ní óg thindnacal* (non perfecta receptio) Wb. 1[a]. *nírbu lán folid* (non fuit pleni sensus, vox), *islán chiall* (est plena notio) Sg. 42[a]. 140[b]. Cf .supra B. I. 3. 4.

3. Cum numeralibus compositi substantivi vel adjectivi infectio eadem in consona incipiente. Exempla infra in numeralibus.

4. Post praepositiones supra dictas (sub B. I. 6), si compositae sunt cum substantivis, verbis etc., inficitur consona inchoans: *fochomalsam, fochomalsid* (toleravimus, -istis) Wb. 11[b]. 14[a]. *dechoms.* (decomposita) Sg. 73[b]. *doṡuidigthi* (apposita) Sg. 63[a]. *airchinnech* (princeps) Wb. fq. *airchissecht* (favor) Wb. 4[c]. *airchissi, airchissa* (gl. parcit) 4[c]. 5[b]. *irchre* (interitus) Wb. 26[a]. *irchride* (perniciosus) 24[b]. *erchoitech* (gl. nocens) Sg. 34[a]. *immfognam, immognam* (constructio) Sg. fq. *immefolṅgai, immolṅgaithær* (efficit, efficitur) Sg. 3[a]. 127[b]. 157[b]. *innimthánad* (gl. talionem) Sg. 181[a]. *imthrenugud* (confirmatio) Wb. 24[c]. 29[a]. *imchomarc* (salutatio) Wb. fq. *im̄echomarcar* (interrogatur) Sg. 197[b]. *im̄chenda* (gl. anceps) Sg. 14[b].

Etiam *rem, com* et *tairm,* formae praepositionum *ren, con, tar* (A. I. 6) in compositione, inficiunt consonam sequentem: *remthiasat* (praecesserunt) Wb. 5[a]. *comṡuidiguth* (compositio), *comṡuidigthi* (composita) Sg. 2[b]. 201[b]. *comḟoger* (assonantia, consonantia) Sg. 6[b]. 152[b]. *comthúarcon* (tribulatio) Wb. 2[b]. *coimthecht* (conventus, coitus; in Wb. *coimtecht, comitecht, cometecht,* sine notatione infectionis) Sg. 2[a]. 208[b]. Cr. 32[a]. *coimthechtid* (gl. comes) Sg. 66[a]. *comchutrum maigthi* (gl. comparationes) Sg. 39[a]. *comchlante* (gl. conseminatus) Sg. 24[a]. *tairmthecht* (transgressio) Wb. 13[d]. 19[b]. *tairmchrutto* (transformationis) Wb. 15[b].

5. Infectio post particulas inseparabiles *so-, do-, mi-, neb-, aith-: sochrud* (gl. honestus), *dochrud* (gl. indecor) Sg. 60[b]. 65[a]. 203[b]. *michruthaigthe* (gl. informis; *crud, cruth,* forma) Sg. 5[a]. Alia exempla infra in capite de compositione.

Hae quidem regulae linguae vetustae status duri vel infectionis consonarum inchoantium sunt etiam generaliter adhuc regulae linguae hodiernae, hibernicae et gaelicae.

C. Infectio nasalis in vetusta lingua hibernica in medio et fine vocum solummodo obvia, infectio destituens eidem omnino ignota est. In hodierna demum lingua hibernica infectio utraque non solum in medio et fine obtinet (infectio nasalis p. 74, destituens p. 87), sed etiam in initio vocum, diciturque inchoans haec utraque communi vocabulo *eclipsis* ab hodiernis grammaticis (p. 76). Fit autem eclipsis post pronomina vel particulas terminatas ab *n*, quae in vetusta lingua servant *n* ante vocales et medias, sed abjiciunt ante tenues, *s* et *f* (p. 53. 54), quibus voculae quaedam paucae accedunt, quarum non est eadem primitus proprietas. Est accuratius inspecta duplex, scilicet eclipsis mediarum, quae assimilantur pronuntiatione praecedenti *n* (*b* praecedenti *m*), atque eclipsis tenuium, quae post excussam *n* pronuntiatione destituuntur (eodem modo ut in fine in *ceud*, hibern. vet. *cét* = *cent*, centum; in medio post *r* in *carbad* = carpentum). Priorem ideo dicimus eclipsin nasalem, posteriorem destituentem, si volumus retinere denominationem consuetam grammaticis. Proprie nil est nisi infectio nasalis vel destituens in initio vocum.

1. Eclipsis nasalis. Scribuntur quidem adhuc mediae, sed non pronuntiantur, i. e. assimilantur praecedenti nasali. Scriptio hodierna miro modo (quo tamen infectio nasalis mediarum inchoantium simul cum etymologia indicatur) nasalem a sua voce separat atque mediae obscurandae praefigit: *ar mbrón*, legendum *arm rón* (= *arm mrón*), pro *arm brón* (cura nostra); *iar ndéanadh*, legendum *iarn éanadh* (= *iarn nén.*, *d* mutata in *n*), pro *iarn déanadh* (post factum). Alii post nasalem lineolam interponunt: *ar m-buachaill* (puer noster), *ar n-dia* (deus noster). Item *bhar ngúais*, *bhar n-gúais* (periculum vestrum) pro *bharn gúais*; sed ut in vetusta lingua combinatio *ng* servatur in medio et fine vocum, etiam in hodierna pronuntiatione *g* a nasali non obscuratur omnino, sed habet, ut dicunt grammatici, dimidium sonum.

2. Eclipsis destituens. Nasalis finiens praecedentis vocis excutitur ante tenues, ut in vetusta lingua; tenues autem, sono destituto pronuntiandae, scribendo servantur aeque miro modo (quo tamen destitutio tenuium indicatur), positae scilicet in originaria forma post destitutam. Exempli gratia *páisde* (infans)

cum pron. possess. *arn*, cujus *n* excutienda est ante tenuem, si scriberetur ut pronuntiatur, esset *ar báisde* (liber noster), sed scribunt hodierni *ar bpáisde, ar b-páisde.* Porro pro *ar dír* (terra nostra; hibern. vet. *ar tír*) scribitur *ar dtír, ar d-tír;* pro *na cos* (pedum) *na gcos, na g-cos,* pro *iar geilt* (post celationem) *iar gceilt, iar g-ceilt.* Patitur destitutionem post illas voculas etiam *f*, quae scribitur cum *b* vel *bh*, pronuntiatur autem *v* vel *w*: *ar fuil* (sanguis noster), pronuntiatum *ar bhuil*, scriptum *ar bfuil, ar bh-fuil.* S inchoans substantivorum in casibus, in quibus inficitur, pro *in, ind* forma articuli in aliis junctionibus amat ante se *int* jam in vetusta lingua et hodie quoque *ant;* est ergo in exemplo hibern. *ant ṡlat* (virga), aeque ut in gael. *ant ṡùil* (oculus), quae scribunt hodierni *an tslat, an t-slat, an t-sùil* atque adnumerant exemplis eclipseos, nil nisi infectio aspirata vel mollis.

Haec hibernica recentior lingua excoluit solummodo. Gaelica nec medias nec tenues tangit in eodem situ, sed perdit *n* particularum vel pronominum, excepta forma articuli genitivi plur. *nan*, quae *n* servat vel mutat in *m* ante labiales: *ar dia* (deus noster), *ar tìr* (terra nostra), *iar bualadh* (post caesionem), *nan cos* (pedum), *nam bard* (bardorum).

II. Consonae britannicae inchoantes.

A. Status primitivus consonarum inchoantium britannice servatus regulariter, si vox praecedens terminatur a consona non inficiente, si non amplius in hodierna, saltem in vetustiore forma, in sequentibus potissimum occurrit junctionibus. Exempla cambrica e codice rubro sat numerosa sunt, nec desunt cornica; armorica, si deficiunt vetustiora, ex hodierna lingua proferentur.

I. In constructione status originarius 1. post articulum. Cambrice *a*) in numeri singularis casibus omnibus, si substantivum est generis masculini: *heb y kei* (dixit Caius) Mab. 1, 2. *goruc y gwr* (coepit vir) Mab. 1, 5. *guneyr saraet yr brenyn* (fit injuria regi) Leg. 1. 2. 2. *b*) In plurali per omnes casus in utroque genere: *ar gwraged ar meibon ar merchet* (et mulieres et pueri et puellae) Mab. 3, 299. *y gwelei y gweison* (vidit pueros),

ar y gweisson (ad pueros), *or gweisson* (a pueris) 1, 12. 35. 36. 245. *y kyweirdebeu awelei ef ar y gwyr* (paramenta quae vidit in viris) 1, 237. *y coranneit* (pygmaei), *or coranneit* (a pygm.) 3, 302. 303. *llud aorchymynnwys yr kiwtawtwyr* (L. praecepit civibus) 3, 298. *ar gwraged oll* (et omnes mulieres), *teckaf or gwraged* (pulcherrima e mulieribus) 1, 5. 17. *vn or morynyon* (una e puellis), *awelei ymorynyon* (vidit puellas) 1, 5. 12. De formis articuli *y, ar, or,* ortis ex *yr, a'r, o'r,* cum *r,* quacum dialectice alternat *n,* infra dicetur in capite de articulo.

Adjectivi consona inchoans eodem modo tractatur, sequentis post articulum et antecedentis ante substantivum, sive etiam sequentis more solito post substantivum: *ar pedwyryd dyd* (et quarto die; *dyd* masc.) Mab. 1, 288. *y marchawc kyntaf* (primus eques) 1, 244. *y gwas coch mawr* (puer rubicundus magnus) 2, 382.

Etiam si deest articulus vel inficitur substantivum (excepta infectione num. *deu,* de qua sub C. I. 4), valet pro adjectivo regula articuli, acsi antecederet: *gwr gwynllwyt telediw* (vir albus fuscus formosus) Mab. 1, 244. *y gwelwn wr pengrych melyn* (videbam virum crispum flavum) 1, 3. *y goet mawr* (ad silvam magnam) 1, 238. 244. *o vara cann* (e pane albo) 1, 251. *ar uarch coch mawr* (in equo rubro magno) 2, 381. *llyma was ieuanc coch gobengrych gwineu llygadawc* (ibi puer juvenis ruber subcrispus fuscus magnis oculis) 2, 383. *achledyf mawr trwm trichanawl* (cum gladio magno gravi tricuspide) 2, 384. Plur.: *danned hiryon melynyon* (dentes longi flavi) Mab. 1, 283. *y mae gweisson bychein* (sunt pueri parvi) 2, 383.

Cornice regula firma cambrica minus stricte observatur. Exstant quidem exempla concordantia: *vertu an tas* (virtus patris) Pass. 3, 1. *pobyll an bys* (populus mundi) 6, 2. *then bys* (ad mundum) 5, 2. *war an bys* (in mundum) 2, 2. *an meyn* (lapides) 244, 3. 253, 4. *han benenas* (et mulieres) 169, 4; etiam consonae inchoantis adjectivi: *en tebell el* (malus angelus) 13, 2. *ger gow* (verbum falsum) 247, 3. Sunt autem etiam alia, post eosdem articulos infectionem exhibentia, quae infra enumerabuntur.

Armorica exempla hodierna: *ar mevel* (servus), *ar gwin* (vinum), *ar penn* (caput), *ar pennou* (capita), *an tad* (pater), *an tadou* (patres), *ar mamou* (matres), *ar pedennou* (orationes; fem.), *eur marc'hadour pinvidik* (mercator dives). Excipitur *k,* quae

aspiratur post *r* articuli: *ar c'hi, eur c'hi* (canis), *ar c'herrek* (rupes; plur. fem. a sing. *karrek); masculina* quaedam porro in plurali destituunt consonam inchoantem.

2. Post substantivum, si sequitur substantivum in genitivo. Cambrice: *mab clydno* (filius Cl.), *breint porthawr* (officium portarii) Mab. 1, 1. *vn mab mam* (unicus filius matris) 1, 2. *blodeu marchogyon* (flos equitum; *blod.*, fem.) 1, 241.

Cornice: *maister mebion* (paedagogus), *ancredvur mor* (pirata), *maer buit* (dispensator), *hebrenchiat plui* (presbyter), *bis truit* (allex), *den coscor* (cliens), *gueiduur cober* (aerarius) Vocab. *mab du* (filius dei) Pass. fq. *yn hanow du* (in nomine dei) 93, 1. *myns peynys* (magnitudo dolorum) 59, 4.

Armorice item; inficit tamen lingua hodierna post substantivum generis feminini: *poan benn* (dolor capitis).

3. Post numeralia. Cambrice, exceptis *deu, dwy,* post quod status destitutus, atque *tri* (masc.) et *chwe*, post quae aspiratio tenuium sequitur, post cetera omnia: *vn mab* (unicus filius) Mab. 1, 2. *teir blyned* (tres anni) 1, 21. 26. *pump morwyn* (quinque puellae), *cant marchawc* (centum equites) 1, 250. 280. Ita et post *tri* et *chwe,* si non sequitur tenuis: *tri marchawc* (tres equites) 1, 237. Alia exempla sub numeralibus.

Cornica concordant: *on marrek* (unus miles) Pass. 217, 1. 242, 1. *ter gweyth* (tribus vicibus) 18, 2. *peswar marrek, peswar mareg* (quatuor milites) 190, 2. 241, 4. *pymp myll* (quinque millia) 227, 2. *pymthek pater* (quindecim pater noster) 228, 1.

Armoricus modus generaliter idem, exceptis scilicet proprietatibus quibusdam hodiernae linguae, quae facit tenuium aspirationem non solum post *tri,* sed etiam post *teir* (fem.), *pevar* (masc.), *peder* (fem.), *nao,* et mire tractat medias *b* et *g* post *pemp* et *dek,* utramque provehens in tenuem post *pemp: pemp pioc'h* (quinque vaccae; *bioc'h*), *pemp kad* (quinque lepores; *gad*), sed unam provehens, alteram destituens post *dek: dek kad* (decem lepores), *dek vloaz* (decem anni).

4. Post pronomina quaedam. Cambrice. *a*) Post possessiva absoluta trium personarum pluralis numeri *an, awch, eu. b*) Post personalia infixa 1. pers. sing. M., plur. N, 2. pers. plur. CH, 3. pers. sing. et plur. E, S; *c*) post possessiva infixa 1. pers. sing. M., plur. N, 2. pers. plur. CH, 3. pers. plur. E (excipitur

E sing.). Possessivis absolutis adnumerandum fem. 3. ps. sing. *y*, si non sequuntur tenues, quae aspirantur ab eodem. Exempla infra in capite de pronominibus.

Cornice. *a*) Post pronomina possessiva absoluta 1. et 2. pers. plur. *agan, agis; b*) post personalia infixa 1. pers. sing. M (*am*), plur. N (*agan*), 2. pers. plur. S (*agis*), 3. pers. sing. et plur. N (*an*), S (*as*); *c*) post possessiva infixa 1. pers. sing. M (*am*), plur. N. Addenda sunt pronom. possess. absoluta 1. pers. *ow*, 3. pers. sing. fem. *y* et plur. 3. pers. *aga*, si non adsunt tenues, quae scilicet solae aspirantur post eadem. Exempla infra.

Armorice in Vita S. Nonnae post pronomina infectio omnino non notata invenitur. Hodierna lingua armorica generaliter concordat cum cambrica, sed et hic, ut alias, peculiaria et anomala quaedam produxit. Manet status originarius consonarum post possess. *hon* (noster), *ho* (vester), post personalia et infixa *z* (te), *ho* (vos), exceptis tamen mediis *b, d, g,* quae post *ho* (vester, vos) et *z, az* (te) provehuntur in tenues *p, t, k,* et excepta forma possess. et pers. *hor* (noster, nos), quae sequentem *k* aspirat. Manent porro consonae intactae post pronomen possessiv. 1. ps. sing. *va* (meus), 3. pers. sing. fem. *he* (cambr. *y*, fem.), 3. ps. plur. *ho* (eorum; cambr. *eu*); post pron. person. 3. person. sg. fem. *he* (eam), 2. et 3. pers. plur. *ho* (vos, eos) ante verba (alias infixa), exceptis tenuibus, quae ab iisdem aspirantur. His adnumerandum pron. pers. infixum 1. ps. sing. *m, am* (me), quod solas tenues *k* et *t* aspirat.

5. Post verbi substantivi formas. Cambrice post *mae, oed* etc.: *mae mwyhaf gwreic* (est maxime mulier) Mab. 1, 17. *ymae bwystuil* (est bestia) 1, 33. *ydoed kaer* (fuit castrum) 1, 3. *nyt oed kyuurd gwr ac ef* (non fuit aeque nobilis vir atque ipse) 2, 371. Obvia tamen exempla infectionis destitutae, quae videsis sub C. I. 6.

Post verba vocis sequentis, sive sit subjectum sive objectum, consona inchoans manet item originaria frequenter: *mynet aoruc kei* (ire coepit Caius) Mab. 1, 2. *ymchoelut aoruc peredur* (invertere coepit P.) 1, 237. *ymchoelut penn y varch* (invertere caput equi sui) 1, 13. 242. *or gwely tlws tec* (si vides pretiosum pulchrum), *y gwelwn tlws tec* (videbam pr. p.) 1, 238. 239. *dispeilaw cledyf* (trahere gladium) 1, 31. *y klywynt marchawc* (audie-

bant equitem) 2, 386. *sef awelei gwr penngrych melyn* (ipse videbat virum crispum flavum) 2, 374. Sed conf. C. I. 6.

Cornice post omnes fere verbi substantivi formas: *y ma dew* (sunt duo) Pass. 51, 3. *nagoff den skentyll* (non sum homo sapiens) 8, 1. *wy yw glan* (vos estis puri) 47, 2. *o kerrys* (erat amatus) 214, 4. *y tho gylwys* (erat nominatus) 124, 1. *may fo prennys* (ut sit redemtus) 9, 2. *pan vo clewis* (cum erat auditus) 109, 4. *pren be tewlys* (alea jacta est) 190, 4. *re ben tullys* (sumus decepti) 246, 2. *may fons parys* (ut essent parati) 18, 3. *na vethens clewis* (ne sit auditum) 148, 2. Provecta adeo media in tenuem more armorico (cf. n. 3. 4), si recte impressum in Pass.: *may vo colenwis* (ut sit impletum; *golenwis*) 48, 2. Contraria exempla quaedam infra sub destitutione. Objectum post verbum activum: *na leveryn ger gow* (ne dicamus verbum falsum) Pass. 247, 3.

Armorice hodie quoque: *va breur a zo klanv* (frater meus aegrotus est). *hen a vezo pinvidik* (erit dives). *ar mevel a ev gwin* (servus bibit vinum).

6. Post praepositiones quasdam desinentes in consonas. Cambrice post: *ys* (infra), *uch* (supra), *rac* (prae), *heb* (sine), *dan* (sub), *can* (e vet. *cant*, cum), *eythyr* (extra). Exempla infra. Adnumeranda est *gwedy* (post, cambr. vet. *guetig*): *gwedy marw* (post mortem, postquam mortuus erat) Mab. 3, 297. *gwedy clybot* (postquam audiverat) 3, 298. Praep. *a* (cum) quoque, quae aspirat sequentes tenues, non tangit ceteras consonas. Exempla tamen infectionis post aliquas, e. gr. *heb, can,* infra sub C.

Cornice item: *y kemeskis* (= *yn kem.*, in commixtione) Pass. 58, 4. *yn kyg yn goys* (in carne in sanguine) 256, 4. *rag kerense* (prae amore) 167, 4. *heb ken* (sine alio) 12, 1. *gans meth* (cum dedecore) 97, 4. *cans gur, cans grueg* (cum viro, cum muliere) Vocab.

Armorica exempla hodierna: *en dee* (die), *e ker, en ker* (in urbe), *uc'h penn* (supra caput, supra), *hep moni* (sine argento), *gant kalz a dud* (apud plures), *evit kenderc'hel* (ad conservandum).

7. Post particulas. Cambrice post *mal* (ut): *val kent* (ut antea) Leg. 2. 5. 2. *ual kynon* (ut C.) Mab. 1, 12. Post *yn* (ut) consona originaria saepius servata occurit, vox sequens sive sit nomen sive verbum, in Mab.: *yn tywyssawc* (ut princeps) 2, 380.

yn llawen (libenter) fq. *bot yn tegach* (esse formosiorem) 1, 4. *yn purwynn, yn purdu* (mere albus, niger) 2, 380. *llawuorynyon yn gwniaw* (puellae laborantes) 1, 1. *yn gwassanaethu* (serviens) 1, 5. *bot yn keissaw* (esse quaerentem) 1, 5. *anniueileit gwyllt yn pori* (animalia fera pascentia) 1, 6. *yn penydyaw* (poenitens) 2, 376. Consonae infectae tamen in substantivo vel adjectivo sequente exempla infra sub C. I. 8.

Post particulas *o, or* (ex quo), *pei* (si), *kan, kanys* (nam): *o gwely, or gwely* (ex quo, si videris), *or clywy* (si audieris) Mab. 1, 238. *pei gwypei* (si sciret), *pei kaffwn* (si caperem) 1, 35. 247. *kan gwydwn* (nam sciebam) 1, 25. *kanys gwr prud adoeth oed* (nam vir prudens et doctus erat) 3, 298. Item post particulam verbalem *e, y: os ouaru e guahanant* (si morte separantur) Leg. 2. 1. 11. *y gwelwn, y gweleis i* (videbam, vidi), *y menegeis i* (dixi ego) Mab. 1, 3. 5. *y kyscwys maxen ac yna y gwelei vreidwyt* (dormivit Maximus et tunc vidit somnium) 3, 264.

Post particulas *a* (et; = *ac*), *no* (vel; = *noc*), *ni* (non), *na* (non, nec; = *nac*), a quibus aspirantur tenues sequentes, ceterae consonae, quae non sunt capaces aspirationis, manent intactae communiter: *abwyta aorugam* (et manducare coepi) Mab. 1, 5. *agofyn aoruc* (et interrogare coepit) 1, 2. *gwell no mi* (melior quam ego) 1, 2. *kynt no miui* (prius quam ego) 1, 4. *ny bo llei* (non erat minor) 1, 6. *o ny bei* (si non esset) 1, 240. *na dyn na llwdyn* (nec homo nec bestia) 1, 9. *na meirch nac arueu* (nec equos nec arma) 1, 236. *na chynt na gwedy* (nec antea nec postea) 1, 9. Exempla tamen, in quibus post *ni, na* obvia destitutio, videsis infra sub C. I. 10.

Cornice. Post particulas comparantes *avel* (ut), *maga* (tam), *ys* (quam): *avel du* (ut deus) Pass. 6, 4. *avel tarow* (ut taurus) 2, 2. *maga tek* (tam pulchrum) 71, 4. *kyns ys bos* (prius quam erat) 49, 2. *kyns ys coske* (prius quam dormire) 51, 1. Post *ow* (armor. *ouz;* orta utraque particula ex *wrth*), quae est pro cambr. *yn* juncta infinitivis: *ow pesy* (petens) Pass. 62, 1. *ow prene* (redimens) 196, 4. *ow cows* (loquens) 95, 1. 251, 1. *ow coske* (dormiens) 55, 3. Post quas particulas, frequentissime post *ow*, eodem modo ut fit armorice post numeralia et pronomina quaedam (cf. n. 3. 4) adeo mediae tenuibus aequantur: *avell pyth foll* (ut omnino stultus; *byth*) Pass. 182, 2. *maga ta* (tam bonus; *da*)

198, 2. *maga town* (tam profundus; *down*) 85, 3. *ow pewe* (vivens; *bewe*) 220, 3. 223, 4. 256, 4. *ow tybbry* (edens; *dibbry*) 43, 1. *ow tysky* (docens; *dysky*) 75, 1. *ow cothaff, ow cothevell* (tolerans; *goth.*) 211, 2. 134, 4. *ow kythyll* (faciens; *gwythyll*) 96, 2. *ow querthe* (vendens; *gw.*) 104, 2. Idem invenitur post *yn*, cum significat quod cambr. *yn* cum adjectivis: *yn ta* (bene) 60, 1. 63, 2. 82, 3. 127, 1. 194, 2.

Post conjunct. *mar, mara* (cum, si): *mar pesy* (cum petit) Pass. 25, 3. *mara cresyn* (si credimus) 258, 4. Mediarum provectio et post has solita est, ut supra: *leverough mar pyth sawys* (dicite num sit salvatus) P. 95, 1. *mar cothas* (si scis; *gwothas*) 92, 3. *mar calle* (si posset; *galle*) 164, 3. *mara petha degis* (ut esset ductus, duceretur) 240, 3. *mara calle* (si posset) 38, 2. Particulae *a* (si, conj. = praep. *a*), *y* (verbalis), *may* (ut) et *pan* (cum) interdum idem efficiunt; attamen etiam occurrunt exempla infectionis post easdem, quae infra sequentur.

Post *ha* (et), *na* (nec; *nag* ante vocales) cornice tenuium vix obtinet aspiratio, sed status originarius: *ha pehadur* (et peccator) P. 8, 2. *ha te* (et tu) 92, 3. *ha tus* (et populus) 100, 2. *na bothar. . . na claff* (nec surdus nec aegrotus) 25, 2. 3. Post particulas negativas *ny, na* cornice destituuntur consonae.

Armorica particula *mar* (si) jam in Vita S. Nonnae semper post se habet statum originarium consonae inchoantis verbi subst. *bout* (esse), quae alias in situ infectionis scribitur *v*. Ita et hodie: *mar gellann, mar gell* (si possum, si potest), *mar kirit* (si amatis, si libet). Post *ha* (et, ante vocales *hag*), *na* (nec, ante vocales *nag*) nusquam infectio, nec aspirata tenuium in hodierna lingua: *iaouank ha koant* (juvenis et alacer). *na dour na gwin* (nec aqua nec vinum). *na kik na pesked* (nec caro nec pisces). Post *ne* (non) autem obtinet infectio destituens.

II. In compositione. Cambrice 1. post numeralia finita consonis consona inchoans servata occurrit: *teirgweith* (tribus vicibus, ter) Mab. 1, 294. *pumpmeib* (quinque filii, copia quinque filiorum) 3, 101. *seithmeib* (septem filii), *seithmeirch* (septem equi) 1, 235. 2, 39. *pumcant* (quingenti) 1, 284; nutat tamen etiam in infectionem: *pumwyr* (quinque viri) 2, 41. Item post numeralia *tri* (tres; e vetusto *tris?*) et *chwe* (sex; e *chwech*), quae tenues sequentes aspirant, servantur consonae expertes aspi-

rationis regulariter: *trimis* (tempus trium mensium) Mab. 1, 26. 26. *chwemeib* (sex filii, copia sex filiorum) 1, 235. *chwegwyr* (sex viri) 3, 99. *chweblwyd* (sexennis) 3, 32. Sed et hic infectio: *trywyr, seithwyr* (tres, septem viri) 1, 282. 3, 99. Destitutio poterit videri regularis ob vocalem primitus procul dubio intercedentem (cf. *πεμπέδουλα* Dioscor.), status originarius contra servatus in suppositione veluti non obtineat compositio sed constructio (A. I. 3).

Praevalet status originarius adhuc in hodierna lingua non solum post *tri* et *chwe* in consonis expertibus aspirationis, sed etiam in quibuscumque post numeralia finita consonis: *trimis* (tres menses, spatium trium mensium), *tribys* (tribus digitis praeditus, *τριδάκτυλος*), *tridyn* (tres personae), *chwegwaith* (sex vicibus, sexies), *teirgwaith* (tribus vicibus), *pedeirgwaith* (quatuor v.), *pumcant* (quingenti), *canmil* (100,000). Etiam post *naw* (= *nawan*, p. 54. 150): *nawgwaith* (9 vic.), *nawcant* (900); sed contra: *pumwaith* (5 v.), *canwaith* (100 v.), *seithgant* (700), *wythgant* (800).

Cornica exempla: *tergweyth* (ter) Pass. 18, 2. *pump myll* (quinque millia; si tamen sunt composita, cf. supra I. 3).

Armorice regulariter status originarius servatus. In Buh.: *cant guez* (centies) 86, 13. 172, 5. In hodierna lingua: *teirgweiz* (ter), *pedergweiz* (quater), *pempgweiz* (quinquies), *c'huec'hgweiz* (sexies), *seizgweiz, eizgweiz, naogweiz, dekgweiz, ugentgweiz* (vigesies), *kantgweiz* (centies).

2. Cum supra dictis (sub A. I. 6) praepositionibus composita servant consonam inchoantem secundae vocis originariam. Cambrice: *ractal* (frontale; e praep. *rac* et subst. *tal*, frons) Mab. fq.

Praep. *tra* (trans, supra), quae ponitur etiam loco conjunctionis (quamdiu), aspirans tenues sequentes, non tangit ceteras consonas expertes aspirationis hodie quoque: *trabychan* (valde parvus), *trada* (perbonus), *tragalar* (nimius dolor, morbus). In constructione tamen post *tra* etiam destitutio obvia in Mab., adeo sequentis tenuis (C. I. 10).

Post vocales vocum *tra, tri, chwe, a, no, na* etc. ob perditam consonam finientem, vel potius assimilatam, sequens consona supponenda est duplex, quae si est tenuis, aspiratur (p. 173), si media vel *m*, servatur in statu originario (p. 132). Non eadem

res est post particulae *gwer-*, *gor-* (gall. vetust. *ver-*) finientem *r*, quae quidem sequentes tenues item aspirat secundum regulam (p. 171), medias autem et *m* eodem modo tractat, ut tractantur in medio vel fine in positione cum *r* aeque ut simplices extra positionem (p. 134. 159 sq.), destituit scilicet. Exempla destitutionis infra sub C.

Cornice post *kem-*, *kym-* (con-) servatur quidem *m* vocum *kemmys*, *kymmys* (tantum, eadem magnitudo) P. 9, 4. 16, 3. 24, 2, *kemeskis*, *kemyskis* (= *kem-m.*, commixtio) 58, 4. 202, 2, sed non *b* in *kemeras* (sumere; armor. *quemeret* Buh. 18, 5. 188, 3, cambr. hod. *cymeryd*) Pass. 61, 4, si est pro *kem-ber*.

Armorice quia minus infectioni nasali indulgetur quam cambrice (p. 187), servatur status originarius magis etiam post partic. *kem-* (con-): *kemmeski* (miscere), *kember* (confluxus, confluentes fluvii, cambr. *cymer*, *aper*, p. 169). Immo contra media in hac positione provehitur in tenuem jam in vetustis chartulariis, e. gr. in Kemperlegiensi: factum est hoc in publico conventu apud *Kemperele* in sanctae crucis monasterio inter duo flumina Elegium ac Idol (*Kemperele*, hod. *Quimperle*, = ostium Elegii) chart. a. 1069, ap. Mor. 432. In Rhed. 1, 14. 2, 28: *compot Roienhoiarn* (cf. ibid. *Botlowernoc*, *Botcuach* 1, 6. 15; = *combot*, cambr. *cymwt* = *cymbwt*) chart. a. 826.

Alia composita ejusmodi hodiernae linguae, fungentia ut praepositiones: *etal* (apud; pro *en-tal*), *rak-tal* (coram).

B. Aspiratione inficiuntur consonae britannicae inchoantes secundam vocem in constructione vel compositione sub iisdem regulis atque in medio et fine vocum fit aspiratio, scilicet si intrant in positionem cum terminantibus voces praecedentes, praecipue particulas, consonis quibusdam, quae sive manent, e. gr. *r*, sive etiam evanescunt in ea positione aspiranda, e. gr. *c*, *t*, *s*, *ch*. Consonae autem inchoantes aspirationi obnoxiae sunt tenues solummodo, ut in medio vel fine (p. 171 sq.). Ceterarum e. gr. mediarum et *m* expertium aspirationis, quae post earundem vocum aliquas manent originariae, vel quae destituuntur, e. gr. post *r*, vel etiam modo destituuntur modo manent originariae, exempla jam data sunt vel infra proferentur (A. I. 7. A. II. 1. 2. C. I. 11). Voculae aspirantes tenues sequentes sunt hae.

I. In constructione. 1. Numeralia III et VI. Cambrice:

tri, (tres), *chwe* (sex), quibus supponendae formae originariae *tris*, *chwech* = sex (p. 145): *hoffach no thri chymeint* (major quam tres aeque magni) Mab. 1, 6. *chwe thorth* (sex panes) Mab. 1, 251.

Cornicum exemplum e Pass.: *tryhans* (trecenti) 36, 1.

Armorice hod. *trichant* (trecenti). Reponenda tamen haec exempla potius forsan in compositione.

2. Pronomina possessiva quaedam. Cambrice pron. possess. 3. pers. generis feminini, tam absolutum *y*, quam infixum *e* (hibern. vet. *a*, ex *as, is?*): *am y phenn, am y thraet* (circa ejus caput, ejus pedes, puellae) Mab. 1, 14. *ractal eur am y thal* (frontale aureum circa ejus frontem, puellae) 1, 239. *yn y chyghor* (in consilium suum, feminae) 1, 236. *y mab ae chyfoeth* (filius et dominatio ejus, comitissae) 1, 236. Post eadem pronomina praemissae *h* ante vocales exempla infra sub pronominibus.

Pronomina possessiva cornica et armorica, quae aspirent sequentes tenues, sunt plura cambricis.

Cornica. Pron. possess. 1. pers. sing. *ow: ow feynys* (dolores mei; *peynys*) Pass. 166, 2. *ow thas* (pater meus; *tas*) 52, 3. 72, 4. 185, 3. *ow thus* (populus meus) 102, 2. *ow thermyn* (terminus meus) 37, 2. *ow holon* (cor meum; *colon*) 166, 3. *ow horf* (corpus meum) 44, 2. *thow hemeras* (ad me capiendum) 61, 4. Pron. 3. pers. sing. fem. *i, y: i feynys* (dolores ejus, Mariae) P. 226, 1. *y holon* (cor ejus, feminae) 122, 3. 164, 2. 224, 2. 225, 2. *worth y homfortye* (ad eam confortandam) 167, 1. Pron. 3. pers. plur. *aga: aga fen* (capita sua; *pen*) P. 195, 2. *aga fryns* (princeps eorum) 76, 4. *dre haga husill* (secundum consilium suum, eorum; *cusill*) 133, 2.

Armorice etiam hodie fit aspiratio post pronom. possess. 1. pers. sing. *va* (meus), 3. pers. sing. fem. *he*, et 3. pers. plur. *ho* (suus, eorum). Post *m*, *am* person. infixum 1. pers. sing. aspirantur *k, t*, post formam possess. 1. pers. plur. *hor* (alias *hon*) sola *k*. Cf. A. I. 4.

3. Praepositio cambrica *a* (cum): *a thi, a thitheu* (tecum) Mab. 1, 5. 242. *ymlad a chledyf* (pugnare gladio, cum gladio) 1, 245. Forma praepositionis originaria *ac* servatur ante vocales; in allatis ergo exemplis *ac-ti, ac-cledyf* est *ct* = *th*, et *cc* = *ch* ut in medio vel fine vocum. Habet eandem vim inficiendi et

praep. *tra* (trans, supra), quae est etiam conjunctio (quam diu), orta e *trac,* an e *tras?*

Cornica et amorica praep. *a* destituens sequentem consonam est diversae significationis, jam in Pass. et Buh. obvia pro cambr. *o.*

4. Particulae cambricae *a* (et), *no* (quam), quarum formae vetustiores *ac, noc* manent ante vocales: *ysp aphellennigyon* (hospites et extranei) Mab. 1, 1. *a ffarth ar coet y deuthant* (et contra silvam ibant; = *pharth* e *parth*) 2, 36. *mam a that* (mater et pater) 1, 2. *atheirnos athridieu* (et tres noctes et tres dies) 3, 274. *athrwy y kroen* (et per cutem) 1, 13. *achyscu aoruc* (et dormire coepit) 1, 2. *can wyr achan wraged* (cum viris et cum mulieribus), *can owein no chan gynon* (cum O. magis quam cum C.) 1, 10. 12. *gwaeth no chynt* (pejus quam antea) 2, 384. Aspirat in lingua hodierna et conj. *neu* (vel). Sed vetustum aspirationis exemplum nescio, destitutionis aliqua sequentur infra sub C. I. 11.

5. Ejusdem seriei est particula cambrica negativa *na* (*nac* ante vocales): *yspys yw na chynt na gwedy na chiglefi kerd kystal* (manifestum est, quod nec antea nec postea non audierim cantum aeque dulcem) Mab. 1, 9. Aspirat tenues etiam particula negativa absoluta *ny* (cujus formae pleniores *nyt* ante vocales, *nys* etiam ante consonas adhuc exstant): *ny fflygwys* (non flexit; = *ny phlygwys*, cf. *a blygwys*, flexit, Mab. 3, 303) Mab. 2, 207. *ny thybygwn* (non cogitabam; = *nyttybygwn*, *tt* = *th*) 1, 2. *ny chlywyssynt* (non audiverant) 1, 23, e *nys-c., nyt-c., nyc-c.?* Ejusmodi assimilatio erit etiam cum mediis et *m,* intactis ab aspiratione: *na bychydic, na meirch* (cf. A. I. 7; = *nammeirch*), ut est in scriptione frequente in Mab. *trannoeth* (mane, supra noctem), e *trasn.*, *tracn.* Post *ny* tamen destitutionis mediarum exempla infra sub C. I. 11.

De cornicis et armoricis particulis *ha, hag* (et), *na, nag* (nec) dictum supra A. I. 7.

II. In compositione. 1. Numeralia cambrica *tri* (tres), *chwe* (sex): *cledyf trichanawl* (gladius tricuspis) Mab. 2, 384. 387. Cf. supra B. I. 1.

2. Praepositiones cambricae *a* et *tra.* Frequentissimum adverb. *trachefyn, trachevyn* (iterum, retro; subst. *kefyn,* tergum)

Mab. Ibidem 1, 267. 2, 374: *draegeuyn, drae gefn* (retro, post tergum suum) cum consona destituta ob *e* pron. possess. masc. infixum.

3. Particula augmentativa cambrica *gwer, gur, gor* (p. 151) et praep. *gor* (vet. *guor,* hibern. *for*): *gorffwys* (margo, limbus; hod. *gorfwysaw*, desistere, e *pwys*) Mab. 1, 4. *Gurthigirnus,* nomen regis Britannorum Vertigerni in codicibus vetustis. Servat quidem adhuc aspirationem tenuium post easdem particulas recentior lingua: *gorfwys*, *gorfowys* (cessatio, quies; *powys*), *gorthewi* (nimium silere, obstupescere), *gorthrwm* (pergravis; *trwm*), *gorchrwm* (nimium curvus; *crwm*), *gorchadw* (superinspicere); sed in iisdem saepius vocibus etiam destitutionem exhibet pro aspiratione, ut in modo dictis: *gorbwys* (cessatio; inflexa paululum significatione, submissio), *gordewi* (obstupescere), *gordrwm* (pergravis), *gorgrwm* (nimium curvus), *gorgadw* (inspicere). Ita porro in pluribus. In aliis apud Owenum tenuium plerumque una invenitur solummodo infectio, modo aspirata modo destituta. Ceterarum autem consonarum, quae expertes sunt aspirationis, semper obtinet post utramque particulam destituta, non solum in hodierna lingua, sed jam in Mab. Exempla infra in C. II. 7.

Cornica exempla rara et insuper incerta e Pass.: *gorwythy* (debes) 107, 2. *gorquyth* (oportet; leg. *goruuyth, gorwyth?* compos. *gor-byth,* ergo destitutio) 139, 4.

In nominibus armoricis vetustis post particulam intensivam *gur*, *guor*, *uur*, *uuor* aspiratio non obvia, sed destitutio: *Gurvili, Wrwili* (alias *Wrbili, Worbili*) Rhed. 1, 8. 40. *Vurvidoe* (cf. *Arbidoe, Wasbidoe* p. 158) Mor. 309. Etiam tenuis destitutae exemplum *Guorgomet* (alias *Wrcomet, Worcomet*) Rhed. 1, 8. E Buh. contra aspiratae tenuis exemplum frequens obvium subst. *gourchemen, gourhemen* (mandatum; cambr. *gorchymyn,* simplex armor. *quemen* Buh. 154, 1).

C. Infectionis destituentis consonas inchoantes regula britannica est eadem atque infectionis aspirantis regula in hibernica lingua, si desinit scilicet vox antecedens in vocalem, sive adsit adhuc, sive fuerit in vetustiore forma vocis. Liquidae britannicae quoque interdum eandem vim habent, ut vocales praecedentes (e. gr. *r* particulae *gwer, gor*).

In codice rubro nondum omnino et perfecte fixa est regula infectionis hujus, cum modo sit interdum servatus status originarius, praeprimis tenuis *p*, acsi hausisset e vetustioribus libris, modo obtineat nutatio inter hunc vel illum usum, ut patet ex hisce exemplis: *y penytyaw* (ad poenitendum) 2, 376. *mynet y pobi* (ire ad coquendum) 2, 373. *o penn y dwygoes, o penn y dwy ysgwyd* (a femoribus, ab humeris) 2, 374. 376. *o porfoed hyt yggwauan* (a P. usque ad Gw.) 2, 371. *o pebyll* (a tentorio) 2, 382. 383. *o pali melyn, o pali coch, o pali purdu* (a panno flavo, rubro, mere nigro) 2, 376. 377. 383, cum alias sit *o bali melyn* 1, 2. 2, 374. *o bali gwyn* 2, 380. *ar vor ac ar tir* (terra marique; = *ar dir*) 3, 270. *rwawn pebyr* et *rwawn bybyr* (nom. propr. cum agnomine) 2, 376. 378. 390. *uch penn y gwal* et *vch ben y wal* (super cubile ejus, apri) 2, 239. 241. Generaliter tamen observantur regulae infectionis.

Similiter etiam cornice omittitur notatio infectionis in Pass.: *the pub marek* (cuivis militi) 190, 2. *a pub drok* (a quovis malo) 194, 2. *pan prederys* (cum cogitavit) 19, 2. *ef a pesys* (petivit) 10, 2. *mur a tus* (multum populi; sed *mur a dus* 88, 4) 85, 1. *thy dyscyplys* (discipulis suis; *hay thyscyplys* 52, 2) 55, 3. *yn y corff* (in corpore ejus; *gans y gorff* 9, 3) 165, 3.

Destituuntur consonae inchoantes in his praecipue junctionibus.

I. In constructione. 1. Post articulum. Cambrice post articulum numeri singularis, si substantivum est generis feminini, per omnes casus: *y uodrwy honno* (hic annulus; *modrwy*) Mab. 2, 216. *llawen uu y uorwyn* (laeta fuit puella; *morwyn*) 1, 239. *gofyn aoruc owein yr uorwyn pwy oed ywreic* (quaerere O. puellam, quae esset mulier; *gwreic*) 1, 17. *porth y gaer a welei yn agoret. adyuot yr gaer awnaeth* (porta castri erat aperta et ire ad castellum coepit; *kaer*) 3, 265. *yr weirglawd* (ad pratum; *gweirgl.*) 1, 240. 242. *roy ir urenynes* (dare reginae, *brenines*) Leg. 1. 1. 5. *yr gegin* (ad culinam; *kegin*) Mab. 1, 2. *kymryt aoruc hitheu y vodrwy* (sumere coepit ipsa annulum) 2, 216.

Adjectivum eandem sequitur regulam, sive post substantivum sequitur, ut fit regulariter, sive etiam post ipsum articulum antecedens substantivum: *tegach nor vorwyn deckaf* (formosior quam formosissima puella) Mab. 1, 4. *y rann vwyhaf or vlwydyn*

(maximam partem anni) 3, 298. *y bedwared vlwydyn* (quarto anno; *pedw., blwyd.*) 1, 21. *y dryded weith* (tertia vice; *tryd.*) 1, 280.

Manet haec regula adjectivi, etiamsi deest articulus: *gwreic veinlas vechan* (mulier pallida parva; *meinl., bych.*) Mab. 2, 373. *a morwyn wineu delediw yny gadeir yn eisted* (et puella fusca formosa in sella sedebat) Mab. 1, 239. *awelei morwyn benngrech uelen* (vidit puellam crispam flavam; *penngrych, melyn*) 1, 14. 282. *ynys deckaf or holl vyt* (insula pulcherrima totius mundi) 3, 265. *yd oed kaer dec* (fuit castrum pulchrum; *tec*) 1, 244. *awelei gaer uawr lywychedic* (vidit castrum magnum pellucidum) 1, 13.

Cornica exempla concordantia: *han venyn* (et mulier) Pass. 33, 2. *un venyn* (femina quaedam) 84, 1. *dris an vro* (per terram; *bro*, fem.) 250, 2. *Marya wyn* (Maria pia) 171, 1. *ran vras* (magna pars) 38, 2. *leff thyghow* (manus sinistra) 136, 4. Juxta haec si ponuntur supra allata (A. I. 1), idem inficiendi usus post articulum posset supponi, qui obtinet cambrice. Sunt tamen praeterea exempla cornica, quae infectionem destituentem progressam demonstrant in quemvis numerum et quodvis genus: *an dus vas* (populus bonus; *tus*, masc.) P. 4, 1. *the worth an brins* (a principe) 88, 1. *then varogyon* (militibus) 250, 1. *an veyn* (lapides, acc.) 11, 3. 209, 4. *an glevyon* (aegrotos) 25, 1.

Armorica lingua hodierna secundum regulam cambricam destituit consonas post articulum utrumque, excepta *d*, quae manet intacta: *ar verc'h, eur verc'h* (puella), *ar vioc'h, eur vioc'h* (vacca), *ar ger, eur ger* (oppidum) etc. Cum adjectivo: *eur galoun vad* (bonum cor; *kaloun, mad*). Notatio in Buh.: *an dra se* (res haec) 128, 10. 142, 1. *dan baradoes* (in paradisum; *tra, paradoz* hodie fem.) 146, 13. *guerch voan* (virgo humilis) 42, 19; nondum post articulum indefinitum: *euel vn merch* (ut puella) 18, 8. *me guel vng merch* (video puellam) 34, 17.

2. Post substantivum, si sequitur substantivum in appositione, cambrice: *llech uarmor* (lapis marmor) Mab. 1, 8. *owein uab uryen achynon uab clydno* (O. filius U. et C. filius Cl.) 1, 1. *madawc uab maredud* (M. filius M.) 2, 371. Ob frequentem usum formula orta est *ab*, vel potius *ap* servata *p*, pro *uab, uap*, excusso porro sono infecto, ut in pronomine *i* pro *ui, mi*, quae formula *ap* jam una solita est in Registro Caernarv. Monet Da-

vies (Gramm. p. 159), ex ea *p* residuam nominibus sequentibus junctam effecisse nomina *Powell, Prichard* et ejusmodi alia pro *ap Howell, ap Richard.*

Ita et agnominum consonae inchoantes: *kelydon wledic, maxen wledic* (C., M. princeps) Mab. 2, 197. 3, 263. *cadwgawn vras* (C. crassus) 2, 372. *karadawc vreichuras* (C. brachio crasso), *osla gyllelluawr* (O. magni cultelli) 2, 209. 379. *gwgawn gledyfrud* (G. gladii rubri) 2, 389.

Cornice infectio non notata in Pass. 19, 2: *Christ mab an arluth ughell* (Christus filius domini sublimis), nec armorice adhuc in charta a. 1069 ap. D. Mor. 1, 432: *Kadou mab David. Killæ mab Gutfred. Saliou mab Gulchuenn. Guenn mab Gualch. Lancelin mab Budoere* etc.

3. Post praedicatum, si sequitur verbum substantivum. Cambrice: *llawenach uuwyt y nos honno* (laetior fuit nox haec) Mab. 1, 10. *llawen uu y uorwyn* (laeta fuit puella) 1, 239.

Cornice item: *lader vye* (fur erat) Pass. 38, 3. *gwell vya* (melius esset) 36, 3.

4. Post formas numeralis II. Cambrice: *y dwylaw* (duae manus) Mab. 1, 17. *deu was* (duo pueri), *deu gledyf* (duo gladii) 1, 3. 13. *yn rith deu barchell* (in forma duorum porcellorum) 3, 302.

Si additur adjectivum, non sequitur in hac junctione regulam articuli (A. I. 1), sed concordat in destitutione cum substantivo: *deu uann gochyon vychein* (duo loci rubri parvi; *mann, coch, bychan*) Mab. 1, 251. *deu vackwy wineuon ieueinc* (duo adolescentes fusci formosi juvenes; *mackwy, gwineu*) 3, 265.

Cornica et armorica constructio numeralis eadem: Cornica: *dew then* (duo viri) Pass. 42, 1. *dew venyn* (duae mulieres) 167, 1. Armorica hodierna: *daou dad* (duo patres), *diou verc'h* (duae puellae).

5. Post pronomina quaedam. Cambrica. *a*) Post possessivum 2. pers. sing., tam absolutum, quam infixum; *b*) possessivum 3. ps. sing. generis masculini, absolutum ut infixum; *c*) pronomen personale 2. ps. sing. infixum. Exempla infra sub pronominibus. *d*) Post pronomina interrogativa *pwy, py, pa: pwy oreu* (quis optimus? *goreu*) Mab. 1, 245. *py le, pa le* (ubi?), *py beth* (quid? *peth*) Mab. fq.

Cornica. *a*) Post pron. possess. 2. pers. sing. absolutum: *the voth* (voluntas tua; *both*) P. 48, 2. *the droyes* (pedes tui; *tr.*) 14, 3. *dre the gows* (per sermonem tuum; *cows*) 85, 2. *b*) Post pron. poss. 3. pers. sing. masc.: *y oys* (sanguis ejus) P. 133, 3. *yn y woys* (in ejus sanguine; *gwoys*) 135, 2. *y thyllas* (vestis ejus; *dyllas*) 94, 2. *y das* (pater ejus) 9, 1. *thy gomfortye* (ad ejus confirmationem) 18, 3. *c*) Post pron. person. 2. pers. sing. infixum: *me adwelas* (ego te vidi) P. 84, 3. *mar nyth wolhas* (si non te lavi) 46, 3. *d*) Post pronomina interrogativa: *pe dra, pan dra* (quae res? quid?) P. 67, 2. 101, 2. *py gymmys* (quantum? *kymm.*) 185, 4.

Armorica pronomina item destituentia *da* (tuus, te), *he* (suus, masc., eum). De pronom. *az* (te) confer A. I. 4. Pron. interrogativum in Buh.: *pebez* (quid? *pe pez*) 58, 14. In hodierna lingua: *pe verch* (quae puella?), *pe du* (quod latus? *tu*).

6. Post verbum cambricum substantivum: *tra vwyf vyw* (quam diu sum vivus) Mab. 1, 37. *yn y lle y bei vrynn, . . yny lle y bei bwll* (in loco, ubi erat elevatio, . . in loco ubi erat demissio; *brynn, pwll*) 2, 372. 373. *aphan uu uarw y gwr* (et cum fuit mortuus vir) 1, 28. *y buassei gynt* (fuerat antea; *kynt*) 1, 29. *pwy auuassei oreu* (quis fuisset fortissimus; *goreu*) 1, 290. *yttoedynt gynwynet* (erant aeque alba, arma) 1, 4. Sed vide etiam exempla servatae consonae originariae supra in A. I. 5.

Post verbum cambricum activum, neutrum vel passivum item consona inchoans, sive sit subjectum sive objectum sequens vox, modo manet originaria modo destituitur. Destitutionis exempla: *ygwelsei gynon* (viderat Cynon), *ydywedassei gynon* (dixerat C.) Mab. 1, 12. 13. *ny chwaryei weisson* (non ludebant pueri) 1, 242. *kyfodwch weisson* (surgite pueri!) 1, 245. Cum est objectum: *y gwelynt vackwy* (videbant puerum) 2, 384. *awelei varchawc, y gwelynt uarchawc* (videbat, videbant equitem) 1, 13. 23. 2, 388. *ef awelei vwyt* (videbat cibum; *bwyt*) 1, 239. *y gwelwn wr* (videbam virum), *or gwely wreic* (si vides feminam) 1, 3. 238. *y gwelei bebyll* (videbat tentorium; *pebyll*) 1, 239. Exempla consonae primariae post verbum sub A. I. 5.

Pronominis cambrici personalis 2. pers. sing. *ti, tidi, titheu* consona inchoans post verba destituitur regulariter: *a wely di* (an vides tu?), *a bery di* (an facies tu?) Mab. 1, 7. 264.

a weleist di (num vidisti tu?) 1, 237. *aovynny ditheu* (quod interrogabis tu) 1, 237. *minneu ath garaf di* (ego amabo te) 1, 268. *nyt atwaenwn i didi* (non cognoscebam ego te) 1, 25. *euo ath gud ditheu* (ipse celabit te) 1, 14. Non tamen semper: *rodeist ti* (dedisti) 1, 282. *pei rodut ti* (si dares tu) 1, 273. *pan wnelut titheu* (cum tu faciebas) 1, 9.

Eodem modo consona inchoans pronominis personalis 1. ps. sing. *mi, mivi, minneu,* si est objectum: *arhowch viui* (exspectate me!) Mab. 1, 30. Si autem est subjectum, perit consona inchoans: *y gweleis i* (vidi ego) Mab. 1, 3. *y rodaf inneu* (dabo ego) 1, 21.

Pronomina cambrica possessiva 1. et 2. pers. sing. absoluta semper cum consona inchoante destituta apparent, *vy* et *dy* (e *my, ty*), non solum post verbum, sed post voces qualescumque.

Praepositiones cambricae item *gwedy* (post), *gwrth* (contra), *trwy* (per), *tros* (supra), *can* (cum) apparent frequentissime *wedy, wrth, drwy, dros, gan,* quia consonam inchoantem destituunt non solum post verbum, sed etiam in aliis junctionibus, in quibus non est necessaria aspiratio vel status primarius secundum regulas. Praepositiones porro cambr. vet. *di* (= hibern. vet. *do*, ad), *di* (hibern. vet. *di*, de) perdita *d* in formam recentioris linguae *y* transierunt, detritae frequentiore usu ut pronomen illud *i* pro *ui, mi.*

Adverbii consona inchoans destituta post verbum: *nys gwney bellach* (non facies amplius; *pellach*) Mab. 3, 304.

Cornice post verbum substantivum vel aliud consona inchoans solet servari primitiva (A. I. 5), quamvis et hic non deest destitutio: *us vas* (est bonus) Pass. 16, 3. Contra, ut cambrica, etiam cornica pronomina usus frequentioris perpetua infectione arrepta inveniuntur, e. gr. pron. person. 1. pers. sing. postpositum: *holyough ve* (sequimini me) P. 53, 1, praesertim possessiva e. gr. 1. et 2. pers., quae e formis primitivis *mo, ma, do, da* cornice facta sunt *ow, thy, the.* In destitutione item perpetua occurrunt in Pass. praepositiones *the, worth, dre, drys, gans* (in Vocab. adhuc *cans*).

Armoricae quoque particulae ob dictas causas et ob frequentem usum consonas inchoantes semper destitutas exhibent jam in Vita S. Nonnae, e. gr. praepp. *gant* (cum), *dre* (per), ad-

verb. *breman, abreman* (nunc, pro *pretman,* hoc tempore), *bepret* (semper; pro *pep pret,* omne tempus) fq., conj. *drez* (quam diu) 52, 15.

7. Post praepositiones quae terminantur vocalibus. Cambricae: *o* (a), *y* (orta e *dy*, ad), *y* (orta e *di*, de), *gwo, go* (sub), *trwy* (per), quibus adnumerandae sunt *ar* (ad; e vet. *ari, are*), *am* (circa; e vet. *ambi*): *o gic* (e carne; *kig*) Mab. 1, 239. *y gei* (ad Caium, Caio) 1, 2. *ar ureint* (in officio; *breint*) 1, 1. *ar bob* (supra quemvis; *pob*), *am bop* (circa quemque) 1, 3. *am vynwgyl* (circa collum) 3, 266. Praepositiones inter se ipsae junctae: *y gan gei* (a Caio; = de cum C.) 1, 2. *y gantaw* (ab eo) 1, 242. *y wrthaw* (ab eo; = de apud eum) 1, 27. 31.

Est tamen saepius nutatio inter statum originarium et destitutum post hasce praepositiones et supra dictas (A. I. 6): *dwy fflam o tan* (duae flammae ignis, ab igne) Mab. 2, 381. *gan vissweil gwarthec* (prae stercore pecudis; *bisweil*) 2, 373. *gan gymysc dwfyr a thrwnc* (in mixtione aquae et urinae) ibid. *heb vwyt* (sine cibo; *bwyt*) 1, 238. *rac vy chwannocket* (ob desiderium meum) 2, 375. *wrth gyghor* (cum consilio) 2, 378.

Cornicae praepositiones destituentes: *a* (a, ex), *the* (ad), *the* (de), *dre* (per), *war* (ad; = cambr. *ar*): *len a ras* (plenus gratia) Pass. 3, 3. *a thyghow hag a gleth* (a dextera et sinistra; *dyghow, cleth*) 97, 3. 236, 2. 242, 3. *the ves* (in campum, foras) fq. *the thu* (ad deum) 1, 4. 27, 4. *the wolhy* (ad lavandum) 46, 1. *the worth* (a; = cambr. *y wrth*) fq. *dre glethe* (per gladium) 72, 2. *war thu* (in deum) 90, 3. *the war breder* (inde a meditatione; *preder*) 129, 1.

Armoricae infectionis notatio post praepositiones terminatas a vocalibus non semper obvia adhuc in Vita S. Nonnae, ubi e. gr. est quidem *diabell* (e longinquo) 156, 16, sed *diapell* 38, 7. *da pen* (ad caput) 2, 10. *da perchen* (ad dominum) 6, 9. *da tregont* (ad triginta) 4, 5. In hodierna lingua armorica infectio destituens eodem modo post praepositiones *a* (cambr. *o*), *da* (ad, cambr. *y* = *dy*, corn. *the*), *dre* (per), *war* (cambr. *ar*), *diwar* (e; cambr. *y ar*, corn. *the war*): *a bell* (e longinquo), *da walc'hi* (ad lavandum; *gwalc'hi*), *dre c'haou* (per mendacium; *gaou*, cf. p. 166), *war zouar* (in terra; *douar*), *diwar varc'h* (ex equo).

8. Post particulam cambricam *yn* (ut): *yn vam* (ut mater), *yn varchawc* (ut eques) Mab. 1, 236. 241. 242. *yn datmaeth* (ut pater nutritius) 2, 375. *yn uawr* (admodum, multum), *yn gyntaf* (primum; *kyntaf*) Mab. fq. *yn vynych* (saepe) 3, 304. *bot yn well gennyf* (esse melius mihi; *gwell*) 1, 5. *y gellir dywedut idi y bot yn deckaf or gwraged ac yn doethaf ac yn vonhedickaf* (dici poterit de ea, esse formosissimam e mulieribus et sapientissimam et nobilissimam) 1, 17. Confer tamen exempla, in quibus consona originaria manet post eandem particulam, supra A. I. 7.

Cornice post eandem particulam: *yn fas* (bene) Pass. 64, 3. 156, 4. Sed contra *yn ta* (bene), de quo supra (A. I. 7). Item post *mar* (tam), *del* (ita, ut): *mar vear* (tam magnus) Pass. 8, 3. *mar vras* (tam latus) 31, 2. *mar tha* (tam bonus) 251, 3. *mar dek* (tam pulcher) 190, 3. *del ve* (ita erat) 8, 2. *pare del vynnas* (ut voluit) 11, 4.

Armorice item destitutio post particulam *ez* in Buh.: *ez veo* (ut vivus; cambr. *yn vyw*) 32, 11. Pro *yn* cambrica ante infinitivos sunt armorice hodie *o*, *enn eur* destituentes: *o walc'hi* (lavans), *enn eur garout* (amans).

9. Post particulas verbales. Cambrica frequentissima est *a*: *owein a uenegis* (O. dixit; *menegis*) Mab. 1, 237. *gofyn aoruc* (interrogare coepit; *goruc*) 1, 2. *ti aglywy* (tu audies; *clywy*) 1, 8. Item post alias particulas verbum comitantes, e. gr. *pan*: *hardach no gwenhwyuar pan uu hardaf* (gratiosior quam fuit G., cum fuit gratiosissima) Mab. 1, 4. *hyt pan vu hanner dyd* (usque cum esset meridies) 3, 263. *aphan welsant* (et cum viderunt) 1, 236.

Cornice post *a*, *pan*, *may*: *y a armas* (clamaverunt; *garmas*) Pass. 42, 4. *an arghans a gemeras* (argentum sumsit) 103, 2. *a ve* (erat) fq. *pan gemert* (cum sumsit) 3, 2. *pan glewas* (cum audivit) 11, 1. *pan welas* (cum vidit) 13, 1. 26, 1. *pan vynnas* (cum voluit) 3, 4. *may fynnas* (ut vellet) 4, 3. *may ferwe* (ut moreretur) 151, 1. Sed de *pan* et *may* jam memoratus est supra alius modus (A. I. 7), cui debet addi quod post *may* e *g* primitiva invenitur *h*: *may hylly* (ut posset) P. 189, 2. 199, 3. *may hallo* 32, 4. *may halle* 70, 4. 171, 2. *may hallough* (ut possitis) 52, 3. 63, 4.

Armorice item post particulas verbales *a*, *ez*, *maz*, *pan*: *a gouez an bet* (cadit mundus) Buh. 80, 21. *tan a goez* (ignis cadit)

196, 16. *ez vezo* (erit) fq. *maz vizimp ha maz veohimp* (ut simus et vivamus) 52, 14. 15. *pan vezer ganet* (cum fuerit natus) 16, 17. In hodierna lingua porro destitutio post particulas praecedentes verba: *aba* (ex quo), *pa* (quando; cambr. *pan*), *ra* (ut).

10. Post interjectiones. Cambr.: *ha vorwyn* (o puella!) Mab. 1, 28. *aha was* (eheu puer!) 1, 242.

11. Post particulas cambricas *neu* (vel), *ny*, *na* (non, ne), *tra* (quamdiu), quae aspirant sequentes tenues, ceteras consonas autem regulariter non tangunt (cf. A. I. 7. II. 2. B. I. 4. 5), saepius obtinet destitutio pro statu primario consonae inchoantis: *nyt oed namyn eur neu aryant neu vueli* (non fuit nisi aurum vel argentum vel cornu bovis; *bueli*) Mab. 1, 5. *ny wahardwyt* (non interdictum est) 2, 387. *ny wnaf y gyffelyb o hynn allan* (non faciam ejusmodi inde) 3, 305. *diheu na weleis i eirmoet* (certum quod non vidi unquam) 1, 5. *na vit ryued* (ne sit admiratio) 2, 383. *tra vwyf vyw, trauu vyw hi* (quamdiu sum vivus, quamdiu fuit viva ipsa), *travych vyw* (quamdiu fueris vivus) 1, 8. 36. 37. Part. *tra* et *neu* destituentium etiam tenues exempla: *athra gudyych ti euo* (et quamdiu celaveris tu eum; hodiern. *cuddiaw*, celare) Mab. 1, 14: *na charchar llud neu garchar greit* (non carcer Ludi, vel carcer Greiti) 2, 234.

Cornice constanter destituuntur consonae post particulas *ny*, *na* (non), *dre* (dum): *na guskens* (ne dormirent; *coske*) Pass. 241, 3. *ny wely* (non videt) 217, 2. *ny yl* (non potest; *gyll*) 40, 2. 57, 4. *dre vons y ow plentye* (dum erant accusantes) 33, 3.

Armorice particulae *ne* (non), *endra* (quamdiu) item destituunt regulariter: *ne gar* (non amat), *ne veul* (non laudat; *meul*), *endra vevinn* (quamdiu vivam; *bevinn*). Notatio in verbo substantivo jam in Buh.: *ne vezo* (non erit) 4, 21. 48, 6. *drez vizimp beo* (quamdiu erimus vivi) 52, 15.

II. In compositione. 1. Cum antecedente substantivo substantivi vel adjectivi consona inchoans destituitur. Cambrice: *llawuoryniyon* (puellae manu operantes; *morwyn*) Mab. 1, 1. *gwydweli* (lectus ligneus; *gweli*) 1, 250. *prenuol* (dolium ligni; *bol*) 1, 17. *medgell* (cella medi; *kell*) 1, 2. *gwerthuawr* (pretiosus; i. e. pretio magnus) 1, 28. *bronnwynyon* (pectore albi, canes) 1, 274. *llygatlas* (oculis coeruleus; *glas*) 2, 382. *grudgoch*

(maxilla ruber; *coch*) 2, 385. *penngrych*, *penngrech* (capite crispus, crispa) Mab. fq.

Cornica exempla e Vocab.: *redegua* (cursus; *redeg-ma*, locus currendi), *moruil* (cetus), *guitfil* (fera; *mil*), *ofergugol* (casula). E Pass.: *tregva* (habitationis locus, habitatio; *treg-ma*) 213, 2. *fynweth* (finis; *-gweth*) 212, 4.

Armoricae destitutionis in eadem junctione obvia quaedam exempla jam vetusta e chartulariis supra data sunt sub mediis et tenuibus (p. 158. 185). Regulariter eadem jam notata in Buh.: *moruan*, *morvan*, *malgon* (n. viror., vet. *Morman*, *Maglocunus*) 150, 21. 168, 14. 208, 17. *coruent* (turbo; *guent*) 94, 1. *dezuez* (dies), *finuez* (finis; *guez*) fq. *leandi* (monasterium; *lean-ti*, *leanes*, sanctimonialis) 18, 15. 38, 4.

2. Cum antecedente adjectivo substantivi vel adjectivi: Cambrice: *alldut* (peregrinus; *tut*, *tud*) Leg. 2. 1. 47; 53. *henwisc* (vetusta vestis), *lludeticwisc* (vestis coenosa) Mab. 1, 4. 250. *pybyruelyn* (mere flavus), *brithuelyn* (variegate flavus) Mab. 2, 384. 385. *melyngoch* (flavoruber) 1, 2. 2, 376. *purgoch* (pure ruber; *coch*) 1, 10. 290. Saepius tamen obvia scriptio status primarii in his, ut *blaenllym*, *gwynllwyt*, *llwytkoch*, *brastoll* 1, 238. 244. 286. 2, 374. Cornice: *hendat* (avus), *hirgorn* (tuba; i. e. cornu longum), *ucheluair* (vicecomes; i. e. summus praepositus) Vocab. Composita sunt habenda: *drok then* (malus vir) Pass. 192, 1. 259, 4. *tebell was* (malus puer) 38, 3.

Armorica ejusmodi composita etiam sunt adhuc hodierna, quamvis separatim scribantur: *hanter zall* (dimidium coecus), *hanter wisket* (dimidium vestitus), *peuz velen* (fere flavus), *re vad* (nimium bonus), *re bell* (nimium remotus) etc. Cf. Legonid. p. 20. 21. 22.

3. Cum numeralibus. Cambrica composita frequentiora cum *un* et *deu*, *dwy*: *unbenn* (dominus, princeps), *unbennes* (domina; *penn*) Mab. fq. *dwyweith* (bis; *gweith*) Mab. 1, 267. Ita et hodierna cum iisdem composita *unwaith* (semel), *dwywaith* (bis), atque etiam cum aliis quaedam, de quibus jam supra dictum (A. II. 1). Numerorum inferiorum secum compositorum cambrice superest solus *pymthec* (quindecim) Mab. 1, 244, ut videtur scriptione cornica *th* pro *dd* recentiore cambrica.

Cornica: *dewleyn*, *dewlyn* (genua, duo genua; *glyn*) Pass.

54, 4. 137, 1. *defregh* (leg. *dewfregh*, brachia) 76, 1. Numeri secum compositi: *dowthek* (duodecim) Pass. 47, 1. 61, 1. 72, 3. *pymthek* (quindecim) 227, 3. 228, 1, e quibus et ceteri conjiciendi.

Armorice item: *eurweiz* (semel), *diouweiz* (bis), et numeri compositi: *daouzek* (12), *trizek* (13), *pevarzek* (14), *pemzek* (15), *c'houezek* (16), exceptis *unnek* (11), *seitek* (16), *naontek* (19).

4. Cum praepositionibus supra dictis (C. I. 7) compositorum nominum vel verborum consonae inchoantes destituuntur. Cambrice: *gouot* (subesse, durare; *bot*) Mab. fq. *arwyd*, *kyfarwyd*, *kyfarwydyt* (signum, cognitio, historia; *gwyd*) Mab. 1, 285. 288. 294. 3, 297. *arbennic* (princeps; *penn*) 1, 241. 253. *amliw* (variegatus) 1, 278. *amofyn* (inquirere; *gofyn*) 1, 8. 237. Item post *cy-*, *kyn-*, praep. *can* compositam, si non statum nasalem efficit: *kyweirer*, *kyweirwyt* (praeparatur, praeparatus est, equus; simpl. *gweirwyt*, paratum est, cubiculum, 1, 251) 1, 253. *kynvelynet* (aeque flavus) 2, 375. *kynvlaenllymet* (cuspide aeque acutus; *blaen*) 1, 293. *kynvrasset* (aeque crassus; *bras*) 2, 384. *kyndecket* (aeque formosus; *tec*) 1, 250. 276. *cygadarnet* (aeque potens; *cadarn*) 1, 290.

Cornice: *govynny* (interrogare; *go-m.*), *gothaff*, *gothevell* (tolerare; *daf*, *dam*) Pass. fq. *koweras* (auxilium; simpl. *gweras* 3, 1) 83, 4. *cowethe* (societas) 41, 2. 110, 2. 150, 2.

Armorica ejusmodi composita, in significationem adverbiorum vel praepositionum transeuntia: *abreman* (nunc, inde) Buh. fq., hodierna: *abarz* (a parte, ante), *abenn* (inde a; *penn*), *didan* (infra; *tan*). E Buh. porro: *digacc* (mittere, hod. *digas*, apportare; simpl. *cacc*, inducere, 110, 1) fq. *diouganet* (praescriptus; *-canet*) 62, 3. Deest tamen notatio in *armory* (Armorica; = *armorry*, ut *britonery*, *bretonery*, *bretoneri*, Britannia, 36, 23. 48, 15. 78, 21, *demetri*, Demetia, 30, 1. 34, 4) 48, 18. *armoric* (armoricus) 148, 21.

5. Cum particula reciproca verborum. Cambr. *ym*: *ymwelet* (visitare se invicem; *ym-gwelet*) Mab. 1, 20. 260. *ymolchi* (lavari; *ym-golchi*) 1, 11. 15. 263. *ymgaru* (amplecti se; *ym-caru*, amare invicem) 1, 25. *ymgudiaw* (abscondere se; hod. *cuddiaw*) 1, 27.

Corn. *om*: *eff a omwra* (ipse se facit) Pass. 143, 2. *a omdenas* (se vertit, abiit; armor. *emten* Buh. 4, 3) Pass. 33, 4. 68, 2. *the omgregy* (ad se suspendendum; *cregy*) 105, 3.

Post armoricam particulam eandem *em* non notat infectionem Buh. more suo; hodierna forma *en em* semper postulat.

6. Destituunt sequentem consonam particulae inseparabiles cambricae *an-* (privativa; si non efficit statum nasalem), *at-, ad-* (hib. vet. *ath-, aith-*, re-), *he-, hy-* (hibern. vet. *so-*), *di-* (dis-): *anueidrawl, anveitrawl* (immensus, sine mensura) Mab. 1, 16. 34. 247. *atueiryaw* (repellere; hod. *adfeiriaw, ad-mar*) 1, 28. *atwaenat, adwaeney* (cognoscere, recognoscere) 1, 267. *Heuel, Hywel* (*hy-gwel,* conspicuus; nom. propr. legislatoris; cf. p. 109) Leg. *hydwf* (bene formatus; *tyfu,* crescere) Mab. 2, 383. *didraha* (timidus; *traha,* audax, arrogans) 1, 236.

Cornica et armorica exempla composita cum part. *he-, hy-* et *di-*. Cornica e Pass.: *hyblyth* (aptus; cambr. *plith*) 131, 3. *dyveth* (impudicus; *meth,* pudor) 191, 1. *dygonfortys* (debilitatus) 58, 1. Armorica e Buh.: *hegar, hegarat* (amicus, comis; cf. p. 110) fq. *hegredic* (credulus; *he-cred.*) 154, 11. *diualicc* (sine malitia) 70, 5. *diuisguaff* (vestibus exuere) 10, 19. Non aliter hodiern. *am-, di-: amc'houlou* (tenebrae; *goulou,* lux), *divroet* (exul; *bro,* terra), *dibenna* (decapitare; *penn*). Servata est tamen etiam in hujusmodi vocibus, non solum armoricis sed etiam cambricis, haud dubie praep. *di.*

7. De particulis cambricis *gwer-, gor-,* quae aspirant tenues regulariter, atque etiam in hodierna lingua non solum aspirant adhuc, sed etiam destituunt easdem, ut ceteras aspirationis expertes, supra dictum est (B. II. 3). Destitutionis exempla e Mab.: *y widon ordu, y widon orwenn, orwen* (strix pernigra, peralba; *gordu,* hod. *gorddu, gorwenn* e *gwyn, gwen*) 2, 224. 247. *goruot* (superare; *bot*), *gorflwch, gorvlwch* (poculum; *blwch*) fq.

Cornica exempla quaedam destitutae consonae post eandem particulam et armorica jam vetusta jam supra allata sunt (B. II. 3, et p. 131. 158).

D. Infectio nasalis britannica consonarum, quae ab eadem tanguntur, mediarum scilicet et tenuium, ut in medio et fine vocum jam in vetustioribus scriptis obvia est (p. 167. 168 et 187), obtinet etiam in initio vocum in constructione vel compositione in recentioribus codicibus, magis tamen exculta in cambrica, quam in ceteris dialectis. Plena et perfecta demum est in hodierna

lingua cambrica, in qua ergo quae sint ejus proprietates primu est demonstrandum.

Efficitur in constructione a pronomine possessivo *vy* (meus e *myn?*) et praep. *yn* (in), in compositione a particula privativa *an* et praep. *cy-*, *cyn-*. Post quas voculas terminatas a liquida *n* se quentes consonae, mediae et tenues, assimilantur, mediaeque *b* *g* fiunt *m n ng*, tenues autem *p t c* addita *h* amplius, *mh nh ngh* Exempla mediarum. B: *vy mwyd* (cibus meus; *bwyd*); compos *cymro* (indigena), *cymraeg*, *cynmraeg* (cambricus; *cy-bro*, *cy braeg*, *cyn-braeg*). D: *yn nydd* (die; *dydd*), *vy nuw* (deus meus *duw*); compos. *annoeth* (insipiens; *an-doeth*). G: *yn ngwisgod* (in vestibus), *vy ngrudd* (mala mea); compos. *cyngorfen* (com pletio; *gorfen*). Exempla tenuium. P: *vy mhenn*, *yn mhen* (caput meum, in capite); compos. *cymhlanfa* (complantatio *planfa*, locus plantationis). T: *vy nheyrnas* (dominium meum *teyrnas*), *yn nheyrnas* (in d.); compos. *cynhesu* (calefacere; *cy tesu*). C: *vy ngherdd* (cantus meus; *cerdd*), *yn nghad* (in proe lio; *cad*); compos. *anghymedrawl* (immoderatus; *cymedrawl*).

Addenda post num. *seith* (septem), *wyth* (octo) sequens infectio nasalis mediarum: *seithmlwydd*, *wythmlwydd* (septennis, octennis), *seithnyn* (septem homines; *dyn*).

Ceterarum consonarum, liquidarum scilicet, sunt proprietates quaedam post easdem voces. A particula *an-* e. gr. destituitur *m*, non tanguntur *ll*, *rh*. Item *cy-* in compositis interdum destituit *m*, sed interdum non tangit (ubi tamen est proprie forma *cym-*, *cyf-*, quae etiam ante *r*, *l* praecedit, ut *am-*, *af-*, pro *an-*, ante easdem liquidas). Contra hanc ipsam infectionis nasalis regulam eadem part. *cy-* interdum adeo medias destituit.

E codicibus britannicis infectionis nasalis consonarum inchoantium post easdem voces exempla.

I. In constructione. 1. Infectae mediae. Cambricae: *ynaros vy mwyt* (exspectans cibum meum; = *vym-bwyt*, *vym-mwyt*, *vy mwyt*) Mab. 1, 2. *adywedut vy mot yn keissaw* (et dixi me esse quaerentem, me quaerere; *vym bot*) 1, 5. *meuyl ar vy-marafi* (dedecus supra barbam meam; = *vym baraf i*) 3, 101. *vy mrawt* (frater meus; *brawt*) 3, 141. *or mynnir vy nyuot y mywn* (si placuerit ingressus meus; = *vyndyuot*, *vynnyuot*,

vy nyuot) 1, 250. *att vyggwreic* (ad uxorem meam) 1, 274. *vyng-gwely* (lectus meus) 1, 290.

Post numeralia *seith* (septem), *wyth* (octo), *naw* (novem) infectio nasalis: *seith mlyned* (septem anni) Mab. 2, 198. 212. 376. 3, 29. 98. 272. *naw nos a naw nieu* (novem noctes et novem dies; *dieu)* 2, 241. *nau nieu* (novem dies) Leg. 2. 11. 7. Exemplum num. *wyth* mox inter composita. De causa infectionis supra dictum (p. 54. 136); translata tamen invenitur infectio etiam in alia numeralia, in quibus non adest eadem causa: *pedwar ugeint mlyned* (24 anni) 3, 98. 100.

In lingua armorica fuisse etiam infectionem nasalem mediarum inchoantium, forsan et latius patentem, demonstrant exempla e Buh.: *entre an nou men bras* (inter duos lapides crassos; = *an dou)* 148, 1. *dan naou glin* (in duobus genubus; = *dan daou)* 96, 12. 180, 5. Nescit haec hodierna lingua. Nec obvium etiam cornicum exemplum.

2. Infectae tenues. Cambricae: *ymhoen* (in poena; = *yn poen, ympoen, ymmoen, ymhoen)* Mab. 3, 199. *yn mhenn y maes* (in capite, fine planitiei; = *yn penn, ymmenn, ymhenn, yn mhenn)* 1, 3. *ygharat* (nom. propr. fem.) 1, 262. *vyghyghor* (consilium meum; *cyghor)* 1, 286. *ygkarchar* (in carcere) 1, 290. 291. Exempla tenuis *t* transeuntis in *nh* mox in compositione; in constructione vix obvia.

Exemplum armoricum infectae *t* post *n* e Buh.: *enhy* (in domo; = *en ty)* 20, 18. Hodierna lingua item nescit hoc, sed profert *e ti* vel *enn ti* (in domo), ut *e tal* (in fronte, prope), *e pad* (in duratione, durante tempore), *e ker, enn ker* (in urbe). Cornicum obvium in Pass. 159, 1: *ynchy* (in domum) nescio utrum sit idem quod armor. *enhy,* an typographice corruptum (ut alia ejus libri plurima).

In combinationibus enumeratis cambricis liquidae *n* cum *g, c* potius est assimilatio liquidae, quam gutturalium (cf. p. 137. 138). Eadem liquidae assimilatio obvia in combinatione cum labiali tenui: *vymporthawr* (portarius meus) Mab. 1, 263. *ympenn y uantell* (in margine pallii ejus) 1, 3. *ympop dyn* (in quovis homine) 1, 33. Interdum omnino nil mutatur, praesertim si adsunt dentales: *uyndeu uab* (duo filii mei), *vyndihenyd* (occisio mea) 1, 33. 253. *yn deu hanner* (in duas partes dimidias) 1, 13. *vyntar-*

yan (clypeus meus) 1, 9. *vyntebic* (opinio mea) 1, 245. *vyntat, vynntat* (pater meus) 1, 252. *ynkylch* (in circuitu) 1, 4. Interdum adeo destituta invenitur consona inchoans: *ym benn* (in initio), *yn gyfagos* (in vicinitate; *penn, cyfagos*) Mab. 1, 236.

Ceterae consonae non tanguntur: *vy lludeticwisc* (vestis mea lutosa) Mab. 1, 4. *yn lle arall* (in alio loco), *yn llys* (in aula) 1, 5. 237. *uy march* (equus meus) 1, 4. *vym merch* (filia mea) 1, 291. *yn ryuygus* (in superbia) 1, 242. *vy ffyd* (fides mea) 1, 243. *vy chwaer* (soror mea) 1, 252.

II. In compositione. 1. Infectae sive assimilatae post nasalem mediae exemplum cambricum notissimum est nomen cambricum ipsum, quod in codice Leg. scribitur *Kemro, Kemry* (Camber, Cambri), fem. *Camraes, Camaraes* (Cambra), plur. *cymry, kymry* in Lib. Land. privileg. eccl. p. 113 et Mab. 2, 50. 242. 3, 90. Hodiernae formae: *Cymro*, plur. *Cymry* (Camber, Cambri), fem. *Cymraës* (Cambra), unde *Cymraeg, Cynmraeg* (lingua cambrica; cf. *Saesoneg*, lingua saxonica, anglica), *Cymru, Cymmru* (Cambria). Est compositum e praep. *can*, juncta *cyn-* (*con-*), et subst. *bro* (terra, = *brog*, p. 106. 159) significatque in sensum adjectivi versum (ut graeca ejusmodi composita) conterraneum (cf. lat. contubernalis pro contabernalis, et hibern. vet. *coitchen*, ejusdem domi, communis), eandem terram habitantem, indigenam. E forma *Cymro*, plur. *Cymry* (flexionis internae, = *Cymbryg*, ut *escyb*, episcopi, ex *escob*, *kyrn*, cornua, e *korn*) prodiere, vocali mire immutata, formae *Cymru* et *Cymraes;* vetustissima forma fuisset (si e. gr. audita Romanis; sed ortum procul dubio nomen post invasionem Saxonum) *Combroges*, cui significatione oppositum est vetustum gallicum nomen *Allobroges*, i. e. alienae terrae incolae.* Ejusmodi composita et hodie exstant

* Cui confero germ. *Alisati, Alisatia*, sedes, terra aliena, terra romana ab Alamannis occupata. Interpretatio vetusta ap. Scholiast. in Juvenal. p. 347. ed. Crameri: "*Allobrogae* Galli sunt. Ideo autem dicti *Allobrogae*, quoniam *brogae* Galli *agrum* dicunt, *alla* autem *aliud*, dicti igitur quia ex *alio loco fuerant translati*." Melius crediderim, quia in alienam terram, a Gallis ante non possessam, translati. Eodem modo compos. cambr. *alldut* (alienigena, ex alieno populo oriundus; *tut* p. 118) Leg. fq.; ad secundam partem nominis conferenda vetusta Antebrogius Caes., Antebroges Plin. E voce *cyn* (primas, praeeminens; = *kynt*, in superlat. *kyntaf*, cf. nom. gall. Cintognatus)

plura: *cymraint, cymmraint* (subst. comprivilegium, idem privilegium, adj. comprivilegiatus, qui eodem fruitur privilegio; *cynbraint*), *cymrawdd* (confabulatio; *brawdd*), *cymrawd* (confrater; *brawd*), *cymriw* (contusio; *briw*) etc. Porro e Mab. *cymwt* (= *cymbwt*, armor. *combot, compot*, p. 209) 2, 372.

Mediarum infectio nasalis in compositione post illa numeralia *seith, wyth, naw: seithnyn* (septem homines; *dyn*) Leg. 2. 1. 74. *wythmlwyd* (octennis) Mab. 3, 201.

2. Infectae tenues cambricae: *cymhar* (conjux; = *cym-par*, compar) Mab. 2, 216. *kynhewi* (subtacere; *kyn-tewi*) 2, 42. *kynhebic* (similis; *kyn-tebic*) 2, 378. *kynnwryf* (tumultus; *kyn-twryf*) 2, 381. *keghor, kyghor* (consilium) Leg. Mab. fq. *agherdet* (deviatio; *kerd*) Mab. 1, 266 (cf. p. 138).

Sunt et hic neglectae infectionis exempla: *ambreinaul* (non privilegiatus), *ampriodaur* (non possidens) Leg. 2. 11. 29; 32. Post particulam *kyn-* compositam cum adjectivis, quae procul dubio non differt a praepositione, semper consona destituta sequitur in Mab.: *kynwynnet* (aeque albus) 1, 257. *kynuonhedicket* (aeque nobilis) 1, 264. *kyndecket* (aeque pulcher) 1, 250. 276. *kyndristet* (aeque tristis) 1, 33. *kyngryfet* (aeque fortis; *cryf*) 1, 24.

Liquidae pro *cy-, cyn-* et *an-* ante se habent formas *cym-, cyf-*, et *am-, af-*, excepta *m*, quae post *cy-, an-* destituitur. Exempla infra inter composita.

---

si compositum esset nomen *Cymro*, ut putat Owenus, esse deberet destitutio mediae, non infectio nasalis.

LIBER SECUNDUS.

DE NOMINE ET PRONOMINE.

Perlustrata regula sonorum et interna vocum structura transimus ad externam structuram flexionum. His prae ceteris excellentes orationis partes sunt nomen, pronomen, verbum. Nomen et pronomen hic secundus liber tractanda sumit, flexiones scilicet substantivi et adjectivi praesertim, concordantes jam in monumentis nostris, addens quae his vocibus praeterea inhaerent, deminutionis et gradationis formas. Quibus omnibus praemittendae sunt articuli formae, et subjungenda nomina numeralia, denique pronomina, in singulis capitibus.

CAPUT PRIMUM.

De tribus generibus veteris linguae et articulo.

In omnibus linguis celticis hodiernis nonnisi duo nominis genera distinguuntur, genus masculinum et femininum. Sed patet e vetustis nostris glossis hibernicis, ut e pronominis demonstrativi cambrici formis, fuisse ut in omnibus aliis linguis hujus affinitatis etiam in vetere celtica tria genera non solum pronominum sed etiam substantivorum et adjectivorum, et deleto serius discrimine grammaticali inter masculinum et neutrum commixta esse haec duo genera in unum eodem modo, ut in lingua hodierna

gallica romana. Ante omnia alia probatur hoc articulo veteris linguae hibernicae, qui pro quovis genere proprias, in numero saltem singulari, formas exhibet.

I. Articulus hibernicus.

In lingua hibernica articuli radix est N, quae jam per se sola in quovis numero ante substantivum vel adjectivum a vocali incipiens invenitur. Sing.: *lasse bas nuáir do* (gl. cum ei vacuum fuerit; i. e. hora, *uair*) Wb. 14[a]. *andiall ninmedonach* (flexio interna, *inm.*) Sg. 158[b]. *laa m̄brátha* (dies judicii) Wb. 26[a]. *hires nabarche* (fides Abrahae) Wb. 5[b]. *recht nimdibi* (lex circumcisionis) Wb. 20[a]. *ainm napstil* (nomen apostoli) 20[c]. *mind nabstalacte* (signum apostolatus) 20[d]. *cumtach necolso* (aedificatio ecclesiae) 13[a]. *dechor naimsire* (differentia temporis) Sg. 146[b]. *rolín inbith nuile* (implevit totum mundum) Wb. 22[b]. Plur. *tóiniud niressach in amiriss* (defectio credentium in infidelitatem) Wb. 26[a]. *fognam innamball naile* (servitium aliorum membrorum) 12[b]. *indí consechat nulcu* (ii qui reprehendunt malos) Wb. 6[a].

Formae pleniores exstant: IN, INNA (NA), AN, INNAN (NAN). Inter has INNA (NA) nec mutatur amplius in sua forma nec mutat in sequente aliqua litera, AN et INNAN (NAN) ante vocales, medias et liquidas (assimilatur ante has tamen *n* finiens) servantur integrae, ante ceteras autem consonas rejiciunt *n*, nec mutant amplius aliquid. Magis variat IN, transiens in INT et IND et INN atque etiam sequentem consonam inficiens in certis positionibus. Distinguendae sunt collocationes ante tenues, ante medias, ante liquidas, ante vocales, ante *s* et *f*. Schema autem articuli, probandum deinceps exemplis e codicibus nostris, est hocce:

Sing.

	Masc.	Fem.	Neutr.
Nom.	*in, int*	*in, ind*	*an, a*
Gen.	*in, ind*	*inna, na*	*in, ind*
Dat.	*(do- di-)n, (do)nd*	*(do)n, (do)nd*	*(do)n, (do)nd*
Acc.	*in, inn*	*in, inn*	*an, a.*

Plur.

Nom.	*in, ind*	*inna, na*	*inna, na*
Gen.	*innan, nan*	in tribus generibus.	
	inna, na		
Dat.	*(do- di) naib, nab*		
Accus.	*inna, na*		

Singularis.

Masculinum. Forma primaria per omnes casus hujus numeri est IN, inficiens sequentem consonam in casibus interioribus, genitivo et dativo, non tangens in exterioribus, nominativo et accusativo. Ante vocales condensatur ea simplicior forma, in IND in interioribus casibus, quae eadem forma et obtinet ante liquidas et spirantes infectas, in INT in nominativo, in INN in accusativo (cf. p. 54. 55). En exempla singulorum casuum:

Nominat. IN non inficiens, cujus *n* servatur ante quamcunque consonam et fit *nt* ante vocales. IN: *am. fondrodil incoimdiu dochách* (gl. unicuique sicut divisit deus) Wb. 10[a]. *cid incoimdiu dodgné friamug* (quidquid dominus fecerit in servum suum) 27[c]. *issí indainm aslam dochomalnad recto dé ní incorpp* (gl. secundum interiorem hominem; i. e. est anima quae est parata ad explendam legem dei, non corpus) 3[d]. *intecttaire maith* (bonus dispensator) 8[d]. *mad slaán inball* (si sanum est membrum) 12[b]. *indomunso* (mundus hic) 9[c]. *lasse donindin inmacc* (cum tradiderit filius) 13[b]. *ishé insenduine* (est hic vetus homo) 27[b]. *céin basmbéo infer* (donec vivus fuerit vir) 10[b]. *anasrubart infáith* (quod dixit propheta) 13[d]. INT: *intathir nemde* (pater coelestis) Wb. 4[b]. *ní corp intóin báll* (non corpus unicum membrum) 12[a]. *asber intóis anfoirbthe* (dicit aetas infirma; ii, qui infirmi) 13[c]. *intimmormus dognither friusom* (peccatio quae fit contra eos) 10[c]. *ní ní dam intídol* (non est aliquid idolum) 11[b]. *intintśliucht* (intellectus, sensus) Sg. 201[a]. *intí* (is) pron. fq.

Accus. IN ut in nominativo ante consonas: *ni gebat incomarbus* (non accipiunt haereditatem) Wb. 4[c]. *lassincoimdid* (apud dominum) Wb. 25[b]. *ar incorp marbde* (ad corpus mortuum) 3[a]. *lassinfer, lasinfer, lassinfeir* (apud virum) 9[d]. 13[a]. Sed INN ante vocales: *innáis déed* (gl. inquietos, corripite; i. e. aetatem

inq., eos qui etc.) Wb. 25[c]. *innimthánad* (gl. talionem) Sg. 181[a]. *cenmá innainmnid* (excepto nominativo; *cenmá* cum accus.) Sg. 201[b]. *isinnáiar* (gl. in aëra) Wb. 25[b]. *cid cossinnóin. cosinnóin* .ı. *co cr.* (gl. usque ad unum, non est qui faciat bonum) Wb. 2[a]. *lasinnathir nemde* (apud patrem coelestem) Wb. 19[d]. *tresinnainmnigudsin* (per hanc denominationem) Sg. 59[b].

Genit. IN inficiens ante tenues, medias, IND ante liquidas, consonas emortuas et vocales. IN: *ires incháich* (fides cujusvis) Wb. 2[b]. *isinanmim inchoimded* (in nomine domini) 9[c]. *dochum inchoirpsin* (ad hoc corpus) 3[a]. *gním inchrochtho* (actio crucifixionis) 8[a]. Non notata est infectio in *t* et in mediis: *intairmchrutto* (transformationis, imago; *tairmchrutad*) Wb. 15[b]. *intesa* (gl. caloris) Sg. 5[a]. *ó dethidin inbetho* (a cura mundi), *imnetha inbetho* (tribulationes mundi), *accobor inbetha* (cupiditas mundi) Wb. 10[b]. 14[b]. 15[d]. *forbe indagimrata* (firmatio bonae cogitationis) Wb. 3[d]. *condelc ingotho* (comparatio vocis) Sg. 3[b], sed non dubium, eam obtinuisse quoque in pronuntiatione. Forma IND: *rún indrechto, cosmulius indrechto* (mysterium, similitudo legis) Wb. 15[a]. 20[a]. *rectire indríg* (praepositus regis) 17[d]. *boill indsenduini* (membra veteris hominis) 27[b]. *ainm indṡrotho* (gl. Anio; i. e. nomen fluvii) Sg. 35[b]. *armenmuin indḟir* (in mentem viri) Wb. 13[a]. *darcenn indóesa lobuir* (pro aetate infirma, pro infirmis) Wb. 10[c]. *foraltóir indídil* (coram altari idoli) 10[c]. *béssi indepscuip* (mores episcopi) 31[b]. *docomalnad indhuili rechto* (ad impletionem omnis legis) 20[a]. Pro regulari IND etiam obtinet INT ante *s* emortuam ut alias (p. 55) et hic: *intsechtaigtha* (gl. simulationis) Ml. 31[a]. *fomam intsommai* (sub jugo divitis) Ml. 27[d].

Dativus ut genitivus. Absorbetur vocalis articuli a finientibus vocalibus praepositionum praecedentium, e. gr. *do, ó, di.* Exempla: *onphapa leo* (a papa Leone) Cr. 40[a]. *donchoimdid nemdu* (domino coelesti) Wb. 27[c]. *ónchiunn* (e capite) 22[a]. *dunchrunn* (arbori) 8[a]. *donchorp marbdu* (corpori mortuo) 3[a]. Deficit notatio infectionis et hic in *t* et in mediis: *ontechtairiu* (a dispensatore) Wb. 14[d]. *dontorud* (fructui) Sg. 61[b]. *isintuisiulsin* (in hoc casu) Sg. 204[a]. *dunbráthir* (fratri) Wb. 10[c]. *donbáith* (gl. idiotae) Wb. 12[d]. *isinbiuth* (in mundo), *isinbiuthsa* (in hoc mundo) Wb. 12[c]. 12[d]. *ón bunud* (gl. a principali; i. e. ab origine) Sg. 33[b]. *donduini* (homini) Wb. 4[b]. *dondaum* (bovi) 10[d]. *isindánsin* (in

hac scientia) 18[c]. Forma IND: *dondlucht ailiu* (alteri parti) Wb. 16[a]. *dondmacc* (filio) 7[c]. *dindriuth* (de cursu) 20[b]. *óndrectairiu* (gl. a villico) Pr. Cr. 62[a]. *húandsnáthiu* (a filo) Sg. 54[a]. *ondfescur* (a vespera) Sg. 183[b]. *dindfiur* (de viro) Wb. 22[c]. *dondfiur* (ad virum, viro) Ml. 14[b]. *dondathir* (patri) Wb. 13[b]. *dondoscar* (gl. idiotae) Wb. 12[d]. Ante *s* mortificandam item INT: *hisindlucsin intṡainriuth* (gl. in Xerolopho Byzantii; i. e. in loco hoc speciali) Sg. 8[b]. *isintsalmso* (in hoc psalmo) Ml. 14[b]. *dintsens* (de sensu) Ml. 14[d]. *dintsruth buadarthu* (gl. de turbulento rivo) Ml. 2[b].

Femininum. Sunt articuli feminini formae in singulari IN et INNA, quarum prior solummodo inficit, si est nominativi et dativi, alternans cum IND, INT. Formae IN accusativi, quae fit INN ante vocales, et INNA genitivi nesciunt infectionem.

Nominat. IN ut gen. et dat. gen. masc.: *inchathir* (civitas) Wb. 21[c]. *inchiall* (intellectus, notio) Sg. 27[a]. *inchoss* (pes) Wb. 12[a]. Mira notatio tenuis dentalis in Ml. 28[b]: *indtogas* (gl. circumventio), pro qua exspectanda erat scriptio *inthogas*. Sine notatione omnino: *léicfidir dúib inbrithemnactsin* (sinetur a vobis, remittetur vobis hoc judicium) Wb. 6[b]. *inben* (mulier) 22[c]. *indiassin* (gl. uterque; i. e. haec duitas) Sg. 2[a]. *inglainesin* (haec puritas) Wb. 9[c]. Forma IND: *indlaám* (manus) Wb. 12[a]. *indnóibe* (sanctitas) Wb. 9[c]. *indrann insce* (pars orationis) Sg. 3[b]. *indróm* (Roma) Sg. 174[a]. *indeircc* (amor), *indearc bratharde* (amor fraternus; = *indṡerc*) Wb. 25[a]. 33[d]. *indfáilte* (gaudium) Wb. 16[b]. *indfoille* (gl. calliditas) Ml. 28[b]. *indfoirinn* (gl. factio) Ml. 33[a]. *indfoisitiu* (confessio) Wb. 4[d]. *isbeo indanim*, *isirlam indanim* (est viva, promta anima) Wb. 4[a]. 5[c]. *indencae* (innocentia) Ml. 24[a]. *indecmailte* (gl. insolentia) Ml. 31[b]. *indingen* (filia) Wb. 10[b]. *indepistilse* (epistola haec) Wb. 27[d]. *indhuall* (gl. elatio) Ml. 28[a]. INT ante *s* emortuam: *mór intserc condechuith in cru.* (magnus amor qui duxit in crucem, Christum) Wb. 22[b]. *intṡillab* (syllaba) Sg. 25[a]. *intsartol* (gl. libido) Ml. 34[a].

Dativ. ut nominat. (vel dat. masc.): *robói issinchaithir* (fuit in civitate) Wb. 13[b]. *hisinchathir* (in civ.) Sg. 28[a]. *isinchétne tuiste* (in prima creatione) Wb. 1[a]. *dindluib* (gl. de rosa) Sg. 35[b]. *dindséit* (de via) Wb. 24[a]. *isindaimsirsin* (hoc tempore) Wb. 13[b]. *isindinducbáil* (in gloria) 4[c]. *dondingin* (filiae) 10[b].

Accusat. IN non inficiens ante quamcunque consonam, INN ante vocales, ut in accus. gen. masc.: *doforsat incathraig* (condidit civitatem), *conrotgatur incathraig* (construxerunt civitatem) Sg. 31[b]. 32[b]. *incairi* (gl. notam) Ml. 28[c]. *incaisc* (gl. phase, facies; i. e. pasca) Cr. 37[b]. *incoimdemnacht* (gl. dominatum, ferre) Ml. 35[a]. *frisinmertrich* (pro meretrice) Wb. 9[d]. *frissinlainn, inlainn* (coronam) Wb. 11[a]. *infáiltisin* (gaudium hoc) Wb. 5[d]. *infirinni* (veritatem) Ml. 36[b]. *infectso* (nunc) fq., cujus alia forma etiam obvia *indectso* ad dativum adverbialem referenda erit (cf. sub adverb.). Forma INN: *conricci innaimsir hitaam* (gl. usque adhuc; i. e. donec attingit tempus quo sumus) Wb. 9[a]. *sech innaimsir* (ultra tempus) Sg. 217[b]. *tresinnaimsir feissin* (gl. tempus per se) Sg. 188[a]. *ni epur frib innalmsin* (non dico vobis eleemosynam) Wb. 16[d]. *innaudbirt* (gl. phase, facies; i. e. oblationem) Cr. 37[b]. *huare nád forcmat inninni* (quia non augent significationem) Sg. 50[a]. *ar inninni* (gl. propter significationem) Sg. 137[b]. *tresinnóenméit* (gl. per tantundem temporis, i. e. per eandem magnitudinem; *méit* fem.) Cr. 34[c]. *isinnaisndís* (gl. in sui adsertionem) Ml. 29[b]. *frisinniarfaigid* (gl. adversum inquisitionem) Ml. 20[c]. Est tamen et liquidae scriptio simplex: *ar inœncai* (gl. propter morum modestiam; supra nom. *encae, ence,* innocentia) Ml. 31[c]. *in arim* (gl. summam) Ml. 36[a].

Genit. INNA et NA: *aitribtheid inna cathrach* (incola civitatis) Sg. 124[b]. *rún inna cruche* (mysterium crucis) Wb. 8[a]. *inna togaise* (gl. simulationis) Ml. 31[a]. *irúnaib inna deacte, hi rúnaib inna deacte* (in mysteriis deitatis) Wb. 2[b]. 5[c]. *dineurt inna deserce* (virtute amoris) Wb. 16[c]. *airechas inna rómœ* (principatus Romae) Sg. 174[a]. *dothaidbse inna méite* (gl. explanandae quantitatis causa) Sg. 151[a]. *inna flaithemnachtœ* (gl. dignitatis, gradus) Sg. 2[a]. *rann airegde inna anme* (pars princeps animae) Wb. 25[c]. *bolad inna idbairtesin* (odor hujus oblationis) Wb. 22[b]. *issóinmichi inna indocbále* (in abundantia gloriae) Wb. 27[a]. *tindnacol inna hirise* (receptio fidei) Sg. 209[b]. NA: *ó aicniud na cétne tuisten* (natura primae creationis) Wb. 21[b]. *hi foirciunn na cetnœ rainne* (in fine prioris partis) Sg. 18[b]. *isdochruth comirsire na desse* (est inhonestum simul sermocinari duos) Wb. 13[a]. *accomol cr. et na œcilse* (junctio Chr. et ecclesiae) Wb. 22[c].

N e u t r u m. Qua differt hoc genus a masculino et feminino

est forma primaria AN in casibus rectis; in casibus obliquis I[habetur eodem modo ut in obliquis generis masculini.

Nominat. AN ante vocales et medias, A ante ceteras conso nas (p. 53), exceptis liquidis, ante quas *n* articuli saepius ass milatur quam omittitur. AN (*am* ante *b*): *anaccobor* (gl. animu voluntatis; i. e. voluntas) Wb. 16[c]. *dobtromma anaccobor collnid beos* (gravat vos voluntas carnalis adhuc) Wb. 8[c]. *asndirruidig anainmsin* (est derivatum nomen hoc) Sg. 56[b]. *ished inso anaith escc* (est hoc responsum) Wb. 9[d]. *animdibe adchi cách* (circum cisio quam scit quivis) 2[a]. *ropo fochonn anirgaire* (fuit vetati causa, peccandi) 3[c]. *anorpe nemde* (haereditas coelestis) 27[c]. *at lib anuilese* (sunt vobis haec omnia), *anuile robói ifetarlicci* (omn quod fuit in vetustate) 16[c]. 27[a]. *aní, anísiu* (id, hoc; masc. *intí, intísiu*, fem. *indí*) pron. fq. *ambás tiagmeni* (mors quam patimur) Wb. 15[b]. *ished ambeccsin nammá* (est id hoc parvum solum) 24[a]. *andechor feil eter corpu nemdi* (differentia quae est inter corpora coelestia) 13[c]. *andéainmneichthech* (denominativum) Sg. 29[b]. *am. rombói andligedsin ifetarlicci* (ut fuit mos hic in vetustate) Wb. 10[d]. *andligednísin* (lex, regula haec), *andliged dogniat greic* (regula, quam observant Graeci) Sg. 7[b]. 40[a]. *andiall cechtar indarann* (flexio cujusvis duarum partium), *iss. andiall ninmedonach* (est haec flexio interna) Sg. 74[b]. 158[b]. *inmaith andubso amne* (num bonum hoc atramentum ita? glossa scriptoris codicis atramentum probantis, infra in folio) Ml. 13[d]. Substantivi numeralis *andéde* (utrumque), *andédeso, andedesin* (hoc utrumque) exempla inter numeralia. *angair robói* . . (vox quae fuit) Sg. 176[b]. *ised angné cetne* (gl. eadem ratio; i. e. haec est ratio prior) Cr. 33[c]. *angrád asisliu* (gradus qui est inferior) Wb. 4[b]. Forma A: *atimne sainemailsin* (speciale hoc mandatum) Wb. 3[c]. *atinphed* (gl. spiritus), *atinfed* (aspiratio, per h) Sg. 6[a]. 9[a]. *atir romanach* (gl. romanus ager), *atír centarach* (gl. citer ager) Sg. 33[a]. 39[b]. *atrédeso atrédesin* (haec tria; cf. inter numeralia) Wb. 5[c]. 9[c]. 12[c]. *acethadeso* (haec quaternitas; i. e. haec quatuor) Wb. 21[d]. *isfrideacht afiadnissesin* (gl. testimonium diximus adversus deum; i. e. est contra deum hoc test.) Wb. 13[b]. *afírluge* (gl. jusjurandum) Ml. 36[a]. *tin. tin. afogur diaforcomnacair tintinabulum* (tintin vox ex qua fit tint.) Sg. 30[b]. *iss. afolad cétnae* (hic est sensus prior), *afolad 7 inchiall* (gl. vis et significatio) Sg. 9[b]. 27[a]. *aforcital*

orndobcanar (doctrina quae praecipitur vobis), *aforcital iccas* (doctrina quae salvat) Wb. 3[b]. 30[d]. *guidmini airn̄dip maith afor-ell doberam dúbsi* (gl. oramus semper pro vobis; i. e. ut sit bonus nuntius quem feramus de vobis) Wb. 25[d]. *aforóil bess lib dinaib anib* (abundantia quae est vobis in divitiis) Wb. 16[c]. *asainreth* (gl. proprium, est nominis) Sg. 26[b]. *attáa lemsa asainredsa* (est mihi haec proprietas) Wb. 32[a]. *ataa icach epistil asainchomarde-sin* (gl. quod signum in omni epistola; hoc proprium signum) Wb. 26[b]. Articulus ante liquidas: *isderb alín lathe* (est certus numerus dierum) Sg. 66[b]. *ished alliin, ished insin allinn* (est hoc pars, i. e. est hoc illud, quod etc.) Wb. 12[c]. 29[b].* *airchet allaá* (veniet dies) Wb. 6[b]. *isáildiu ammag rogab súil* (est sublimior locus quem cepit oculus) Wb. 12[a]. *isspirtide annuiadniss uile* (est spiritualis omnis novitas, tempus novum) Wb. 15[b]. *arrindsiu* (hoc signum coeleste) Sg. 70[b].**

Accusat. ut nominat. AN: *gaibid immib anetach macc cóimsa* (sumite circa vos vestem filiorum misericordiae) Wb. 27[b]. *ni dunaibhí fodamnet animdibe colnide tm. mani comal. anim. uitiorum* (gl. pater circumcisionis; i. e. non iis qui sufferunt circumcisionem carnalem tantum, si non perficiunt circumcisionem vitiorum) Wb. 2[c]. *trisanimthanadsa* (per hanc alternationem) 13[a]. *cid anuathathnísiu* (gl. relictus sum solus et quaerunt animam meam; i. e. adeo hanc singularitatem, etiam hanc unam) 5[a]. *hóre dorrigeni cr. anuileso* (quia fecit Chr. omne hoc) 15[d]. *ni tucci ambéelre asbiur* (non intelligit sermonem quem dico) 12[d]. *conecat andéde* (continent utrumque) Sg. 39[b]. *trissandedesin* (per hoc utrumque) Wb. 4[d]. *immefolṅgai andligedsin* (efficit hanc legem) Sg. 157[b]. *angaimredsa* (hanc hiemem, hac h.) Wb. 31[d]. *dindí dobeir angrád* (ab eo cui fert gradum) Wb. 29[a]. Forma A: *conecat atrédesin* (continent haec tria) Wb. 33[a]. *aracethardese* (propter haec quatuor), *tressacetharde* (per quatuor) Wb. 31[b]. 32[c]. *araanaic acenelæ fothaircthesin* (gl. balneae pallacinae: de nomine philosophi; i.

---

* Nutat hoc substantivum in genus masc., cujus exempla videsis inter subst. pronominalia. Variant et alia quaedam, e. gr. *mag, imthánad.*

** Sat frequens praeterea articulus generis neutrius ante voces latinas, quae allegantur in codd. Wb. et Sg.: *ished anoneste insin* (est hoc τὸ honeste), *ished dim allegitime* (est hoc τὸ legitime) Wb. 25[b]. 30[a]. *ishinunn analtus 7 analitus* (est idem τὸ altus et τὸ alitus) Sg. 56[b]. etc.

e. quia invenit hoc genus balnei) Sg. 217[a]. *forsacenélæ metirsin* (gl. inter Phalecios; i. e. genus hoc metri) Sg. 8[a]. *sluindid afolad cétnae* (gl. minuit significationem; i. e. continet sensum priorem) Sg. 9[b]. *rocreitsidsi aforcell* (credidistis nuntium) Wb. 25[d]. Ante liquidas: *cossalaasa* (gl. usque nunc; i. e. usque ad hunc diem) Wb. 23[a]. *allaesin* (hunc diem) Wb. 15[c]. *alleth o laim deiss* (gl. dextram ejus, digamm., partem; i. e. dimidium e dextra manu) Sg. 17[b]. *arrad* (gratiam) Wb. 29[d]. *frisarind* (circa constellationem) Cr. 18[d].

Genit. IN, IND, ut in genitivo generis masculini: *inchethardi, inthrédi* (quaternitatis, trinitatis) ergo, si obvia essent. *ocslund indedisin* (in significatione utriusque) Sg. 209[b]. *éicndag indraith diadi* (expers gratiae divinae) Wb. 29[a]. *cosmulius indfíadnissi* (similitudo testimonii) Wb. 19[c]. *indfogair* (gl. pronuntiationis) Sg. 3[b]. *indḟolaid* (gl. significationis, proprietas) Sg. 27[a]. *indforcitil* (gl. eruditionis) Ml. 19[a]. *oc airitin indforcitilsa* (in receptione hujus doctrinae) Wb. 16[a]. *rún indforcillsin* (mysterium hujus doctrinae) Wb. 28[b]. *archuit indanm̄e* (ratione nominis) Sg. 211[b]. *indanm̄a dilis* (nominis proprii) Sg. 26[b].

Dativ. (DO)N, (DO)ND, ut in praecedente casu: *dondédiusin* (utrique huic) Wb. 9[c]. *ondfogur* (voce) Wb. 12[d]. *isindanm̄aim̄* (in nomine) Sg. 30[b]. 31[b]. 54[b]. Ante *s* et hic *int* pro *ind: isintsenmuim, isintsenmim* (in sonitu) Wb. 12[c]. 13[d].

Miscentur tamen hic ut in aliis casibus et generibus interdum duae formae dictae, e. gr. IN pro IND: *isinanmim* (in nomine) Wb. 9[c]. *ocinforcitul* (in doctrina) 31[c]. *donfiur* (viro; cf. supra *dondfiur, dindfiur*) 11[c]. *fochumachte inmaicc* (sub potestatem filii; cf. supra *dondmacc*) 13[b]. *mebuir insenchasso* (memoria legis) 20[a]. IND pro IN: *dindtrediu* (de tribus) Sg. 3[b]. *isindbuinniu* (in tuba) Wb. 12[c]. *indbendacht* (benedictio) 19[b].

Pluralis.

Non est in hoc numero formarum articuli pro quovis genere diversitas. In solo nominativo distinguitur masculina forma a feminina, quae est eadem et generis neutrius. In aliis casibus eaedem trium generum sunt formae.

Nominat. masc. IN, IND ut in gen. et dat. sing. masc.: *inphreceptori* (gl. praedicabunt, praeceptores) Wb. 5[a]. *inchain-*

nímai (benefacta) Wb. 29[a]. *inchnamai* (ossa) Ml. 22[d]. *itmóirb nboillsin* (sunt emortua haec membra), *itcorp inboillsin* (sunt corpus haec membra) Wb. 11[d]. 22[a]. *indóini hisiu* (homines hi) 2[d]. *indnóib ata ellachti hí cr.* (sancti qui sunt uniti in Chr.) 21[b]. *ndrígain* (gl. reguli) Sg. 45[b]. *indslici* (gl. ostreae) Cr. 34[b]. INT etiam ante *s* emortuam: *dagnítis dam intšabindai anísin* (faciebant etiam Sabini hoc) Sg. 28[a]. *intsailm* (psalmi) Ml. 30[a]. *intsommai* (divites) Ml. 28[d]. *intseuit bite hí cach crích* (viae sunt in omnem finem) Ml.

Nominat. fem. INNA, NA: *hithésin inna ranna aili* (sunt hae partes aliae), *inna teoir rannasa* (hae tres partes) Sg. 22[a]. 26[b]. *itmóra na bretha* (gravia sunt judicia) Wb. 17[b]. *fritaibret na dorche* (opponunt tenebrae) Sg. 183[b].

Nominat. neutr. ut fem.: *inna tóranda* (gl. figurae) Sg. 4[a]. *inna anm̄ann tréna . . doform̄agddar* (nomina apellativa adjunguntur) Sg. 28[b]. *conafil dualchi na accobra colnidi leu* (gl. qui sunt Christi carnem crucifixerunt; i. e. ne sint peccata cupiditates carnales eis) Wb. 20[c].

Genit. INNAN, NAN (INNA, NA, p. 53 et ut *an* p. 234.) in tribus generibus. Masc.: *esséirge innanuile marb* (resurrectio omnium mortuorum) Wb. 13[d]. *molad ingni innanétside* (laus cognitionis auditorum) 11[b]. *persan nan abstal olchene* (persona ceterorum apostolorum) 18[d]. *fognam innamball* (servitium membrorum) 12[b]. *nertad nam braithre* (exhortatio fratrum) 10[c]. *tindnacul innan dánæ* (largitio donorum), *ilar nan dáne* (multitudo donorum) Wb. 21[c]. 22[a]. *dišerc inna grec* (amore Graecorum; pro *innan grec?*) Sg. 1[a]. *anmmann inna crann* (nomina arborum) Sg. 61[b]. *toissech na f . . tæ* (primus prophetarum) Wb. 33[a]. *him̄chenn nasacardd* (circa caput sacerdotum) Sg. 54[a]. *indocbál inna nóib* (gloria sanctorum) Wb. 13[c]. *buáid innammíled* (victoria militum) 11[a]. *cosc innammoge* (habitus servorum) 29[b].

Femin.: *octimthirecht innanidbart* (in ministerio oblationum) Wb. 10[d]. *innan dule* (gl. mundi elementorum) Sg. 3[b]. *cosc innamban* (habitus mulierum) Wb. 22[c]. *atec na persan* (respectus personarum) Wb. 1[d]. *temel inna tol domunde* (obscuritas voluntatum mundanarum) 21[a]. *bésse inna fedb* (mores viduarum) 29[a]. *accomol inna ranngabál* (conjunctio participiorum) Sg. 193[b]. *etarcne narrúun díade* (cognitio mysteriorum divinorum) Wb. 26[c].

Neutr.: *con etarceirt innambélresin* (cum interpretatione harum linguarum) Wb. 13[a]. *inna forcetal* (gl. institutionum) Sg. 9[a]. *airitiu na forcetalsin* (receptio harum doctrinarum) Wb. 16[a]. *innarrath* (gl. gratiarum) Wb. 15[c].

Dativ. NAIB, NAB in quocunque genere: *donaib ballaib* (membris) Wb. 7[d]. 12[b]. *donaib nóibaib* (sanctis), *donaib uilib nóibaib* (omnibus sanctis) Wb. 14[b]. 17[a]. *donab huilib doinib* (omnibus hominibus) Sg. 189[b]. *arnaib huilib geintib* (gl. Graecis; i. e. omnibus gentibus), *arnab geintib huilib* Wb. 1[b]. 2[a]. *dinab gabalib* (gl. de collectis; i. e. donis, eleemosynis) 13[d]. *arnab uilib cumactib* (supra omnes potestates) 21[a]. *arnaib grádib nemdib* (supra gradus coelestes) 21[a]. Omittitur *b* interdum sequente labiali: *dona ballaib ailib* (aliis membris; sequitur mox in eadem columna: *donaib ballaib ailib*. Cf. in eod. cod. 16[a]: *i cacha bésaib*, pro *i cachab*) Wb. 12[b]. *oc na fothaircthib palnacdib* (gl. ad balneas pallacinas) Sg. 217[a].

Accusat. INNA, NA forma tribus generibus communis. Masc.: *messimmir inna fíraingliu* (judicamus veros angelos) Wb. 9[c]. *dodúrget inna firu* (pelliciunt viros, pellices) Sg. 68[b]. *ciadugneid na rétusa* (quamvis faciatis res has) Wb. 22[b]. *niriat nadánu diadi aranindeb domunde* (gl. non turpe lucrum sectantes, sint diaconi) 28[c]. *cosmili frisna preceptori* (similes praeceptoribus) 14[d]. *lasna litridi aili* (apud alios scriptores) Sg. 28[a]. Fem.: *leíc úait inna tuari* (mitte a te cibos) Wb. 6[c]. *adciamni na rúna diadi* (noscimus mysteria divina) 12[c]. Neutr.: *forsna dligetha remeperthi* (contra officia antedicta) Wb. 13[a].

II. Articulus britannicus.

Major formarum penuria britannicae linguae, qua praesertim differt ab hibernica, quaeque maxime elucet e flexione nominis, jam observatur in articulo. Supra dictum est (p. 229), in vetere lingua hibernica radicem articuli nudam N in positionibus quibusdam vice fungi formarum pleniorum, quae praeter eam radicem in frequentiori et communi usu snut. Haec vero formarum varietas neque in hodiernis dialectis britannicis exstat, neque in

vetustis, quum sola radix in usu sit, unius igitur ejusdemque formae per omnes casus et numeros. Manifestum est, in ea formarum sterilitate britannica signa ad designanda substantivorum genera jam defecisse, quibus largiter utitur vetusta hibernica lingua.

Est radix britannici articuli ut hibernici N, quae per se sola apparet inclinata ad praepositiones praecedentes terminatas a vocalibus, e. gr. *do, da, di* (ad), *tre* (per), *o* (ex) etc., in lingua armorica tam vetusta, e. gr. in chartul. Rhedon. 1, 39 in chart. a. 821: *don roch* ("ad rocham" ibid. 1, 41 in chart. a. 824; i. e. ad rupem), quam in Vita S. Nonnae: *dan bro* (ad terram) 16, 7. *dren bro* (per terram) 2, 6. *etren bedis* (inter mundi habitatores) 160, 11, in quo eodem libro obtinet articuli definiti positionis absolutae forma *an*, et indefiniti *un*, semper adhuc cum *n*. Nec differt cornicus articulus definitus *an*, inclinatus item ad vocales finales praecedentium particularum, e. gr. *the* (ad), *ha* (et): *then bys* (ad mundum) Pass. 5, 2. 43, 4. *then meneth* (ad montem) 52, 1. *then menythyow* (montibus) 170, 1. *han benenas* (et mulieres) 169, 4, et indefinitus *un, on*: *war ben un meneth* (ad apicem montis alicujus) Pass. 16, 1. *un venyn* (mulier aliqua) 84, 1. *on burges, on mareg* (civis, miles quidam) 214, 1. 217, 1. Mirus ideo usus est hodiernae linguae armoricae, quae *n* utriusque articuli *an* (*ann*), et *un* (*eunn*) servat ante vocales solummodo et *h*, ante liquidam *n* (ante *l* assimilatur in *l*), et ante dentales *d, t*, ante reliquas consonas autem mutat in *r*. Magisque mirus communis usus liquidae *r* pro *n* articuli definiti (indefinitum enim recentiorem adhuc ignorat, ut hibernica) jam in vetusta lingua cambrica, in qua articulus absolutae positionis est *ir*, cujus *r*, ut *n* armorica, sola per se obvia est inclinata ad praepositiones *di* (= hibern. *do*), *o* (ex): *dir* (= armor. hibern. *don*), *or* (= hibern. *on*).

1. Cambricus vetustioris linguae IR, (I)R per omnes casus.

Sing. nom.: *irdigatma* (gl. area), *irtinetic oceenn gulan* (gl. tincta murice lana) in gl. Oxon. In notationibus Oxon. de mensuris: *irpimphet eterin* (quinta avis), *irnimer bichan*, *irmaur nimer* (numerus parvus, magnus), *ir bis bichan* (parvus digitus). *maliduc ir claud* (ut ducit fossa) Lib. Land. 216.

Genit. *nom ir bleuporthetic buch* (gl. templa lanigerae juvencae) gl. Oxon. In libro Landav.: *nant ir hebauc* (vallis acci-

pitris), *allt ir cicbran* (rupes corvi), *ar hit ir nant* (in longitudine vallis) 150. *penn ir claud* (caput fossae) 216.

Dativ. *in irguorimhetic datl* (gl. in arguto foro) gl. Oxon. *in irham, in irgaem* (aestate, hieme) cod. Lichf. *or dometic* (gl. domito, orbi quod defuit), *or guordiminnaus* (gl. ab invito) gl. Oxon. *dir minid* (ad montem, sursum), *dir pant* (ad cavum), *dir finnaun* (ad fontem) Lib. Land. 149. 150, in quo libro alia plurima ejusmodi.

Accus. *ircaiauc* (gl. libellum) gl. Oxon. *dicirchu ir guoun breith* (ad quaerendam paludem, versus paludem variegatam) Lib. Land. 187. *dicirchu ir pant* (versus cavitatem) ibid. 231. *trus ir all* (trans acclivitatem), *trui ir gueirclaud* (per pratum) ibid. 231. 234. *trui ir coit* (per silvam) ibid. etc.

Plur. nom. *irdigatmaou* (gl. circus, plur.), *ircilchetou* (gl. vela), *ir leill* (alii), *ir anamou* (gl. mendae), *ir onguedou* (gl. exta) gl. Oxon. In notatt. de mensuris: *ir hestoriou* (sextarii).

Genit. *bet ir alltudion* (sepulcrum extraneorum) Lib. Land. 216.

Dat. *dir escip* (episcopis) Lib. Land. in privileg. eccles. p. 113. *dir marulinniou* (ad mortuas paludes), *dir carnou* (ad lapidum cumulos) Lib. Land. 174. 226.

Accus. *ir emedou* (gl. aera, pulsat; sing. aes) gl. Oxon.

In recentioribus codicibus articulus plenus YR (in Leg. interdum *er*) manet ante vocales semper, ante consonas autem radix R solummodo, cum praecedunt praepositiones coalescentes *di*, pro qua excussa *d* jam est *i, y* (tam hibern. *do*, ad, quam hibern. *di*, de, p. 217), *a* (cum), *o* (a) et conjunctio *a* (et). Exempla: *yn erbyn er escrythur lan* (contra scripturam sacram), *en yr amser glan hunnu* (sacro hoc tempore) Leg. praef. *yr amherawdyr arthur* (imperator Arthur) Mab. fq. *y bwyt arllyn* (cibus et potus), *y nef ar dayar* (coelum et terra) Mab. 1, 5. 8. *kynamlet ar syr* (aeque numerosus ac stellae) Mab. 1, 7. *dechreu di or hyn odidockaf* (incipe tu ab eo quod maxime mirandum) Mab. 1, 2. *e brenyn adele roy ir urenynes* (rex dare debet reginae) Leg. 1. 1. 5. *egueneyr saraet yr brenyn* (fit sar. regi) Leg. 1. 2. 2. *mynet yr gegin ac yr vedgell* (ire ad coquinam et ad cellam mulsi), *eisted yr bwrd* (sedere ad mensam; *y* = *di* = hibern. *do*), *yn gyuagos yr gaer* (in vicinitate castri), *ar dryll arall yr*

march (et pars altera equi; non *y march* ut alias ante consonas, ergo *y* = *di* = hibern. *di*, de, gall. hodiern. *du cheval*) Mab. 1, 2. 3. 5. 14.

Exutus autem illis particulis in iisdem codicibus ante consonas articulus rejecta radice *r* est Y (*e* Leg.): *auelles e Kemry* (vidit Cambros), *amser e garauuys* (tempus jejunii) Leg. praef. *y uys e becan* (digitus ejus parvus) Leg. 1. 2. 3. *dechreu yvet y med* (coeperunt bibere mulsum) Mab. 1, 2. *yn mhenn y maes* (in capite campi) Mab. 1, 3. In Libro Landavensi quoque, cujus scriptor fluctuat inter scriptiones vetustiores et recentiores, pro *ir* frequens est *i*: *trui i coit* (per silvam) 197. *nant i meneich* (vallis monachorum) 192 etc.

2. Cornicus articulus AN (in quibusdam locis *en*, si recte impressum) et (A)N, vocali absorpta a praecedente finali particulae. Incerta consonae sequentis infectio jam memorata est (p. 202. 214).

Sing. nom. *an gusyll o* (consilium erat) Pass. 32, 1. *an dus vas a theserya* (populus bonus desiderabat) 4, 1. *han dus esa ol yn dre* (et populus omnis qui erat in oppido) 97, 2. *y these han venyn ganse parys ens thy huhuthas* (venerunt et mulier cum eis, quam volebant accusare) 33, 2. *ol en da han drok kepare* (omnis bonus et malus una) 24, 4. *en tebell el a vynnas y demptye* (malus angelus voluit eum tentare) 13, 2. *en debell urek a eth* (mala mulier ivit) 159, 1.

Genit. *pobyl an bys* (populus mundi) 6, 2. *dre vertu an tas* (per virtutem patris) 3, 1.

Dativ. *mos then dre* (ire ad civitatem) 27, 2. *ogas then beth* (vicinus ad sepulchrum, sepulchro) 253, 1. *an ughelder then bys deyskynnas* (ex altitudine in mundum descendit) 5, 2.

Accus. *terry an tempel* (frangere templum) 91, 2. *war an bys, drys an bys oll* (in mundum, per totum mundum) 2, 2. 31, 2. *dris an vro* (per terram) 250, 2.

Plur. nom. *an princis esa yn pow* (principes qui erant in regione) 64, 1. *y dorras an veyn* (fracti sunt lapides) 209, 4. *may syth torrow benegis han benenas* (sint ventres benedicti et mulieres) 169, 3. 4. *an ethewon* (Judaei) fq. *en ethewon* 118, 1.

Genit. *ran vras an penton* (magna pars donorum) 38, 2.

Dat. *then menythyow why a ergh* (montibus vos mandabitis) 170, 1. *Jesus a leveris then dowthek* (Jesus dixit duodecim disci-

pulis) 47, 1. *Pylat a ros then varogyon aga ro* (P. dedit militibus eorum negotium) 250, 1.

Accus. *an veyn ma gura bara* (hos lapides fac panem) 11, 3. *ef a sawye an glevyon* (sanabat aegrotos) 25, 1. *war en enevow* (super animas) 17, 4.

3. Armoricus vetustior AN, (A)N in quacumque locatione, casu et numero. Exempla e Vita S. Nonnae (Buh.).

Sing. nom. *doe an roen mat* (deus rex bonus) 12, 25. *duet eo an pret* (venit tempus) 8, 21.

Genit. *e les an roen* (in aula regis) 208, 10. *a perz an roen* (a parte regis) 36, 4. *quent comancc an bet* (ante initium mundi) 78, 24.

Dat. *tost dan mor* (vicinus mari) 32, 1. *dan tut* (populo) 108, 10.

Accus. *tech an lech* (relinquere locum) 2, 4. *tremen an mor* (percurrere mare) 8, 10. *voar an bet* (in mundum) 2, 2. *dre an bro, dren bro* (per terram) 2, 6. 6, 12. *dren bet* (per mundum) 204, 4. *dren forest man* (per hanc silvam) 34, 15. *beden maru* (usque ad mortem) 102, 15.

Plur. nom. *an peoryen bezent plen soutenet* (pauperes sint omnino sustentati) 68, 11. *an hol loznet* (omnia animalia) 30, 18.

Genit. *nation an bretonet* (natio Britannorum) 78, 25. *crouer an steret* (creator stellarum) 90, 15. *dre splet an pechedou* (per consequentiam peccatorum) 10, 2.

Dat. *doe so guir roen dan ploueou* (deus qui verus rex est vicis) 54, 17. *obediant dan mandamantou* (obediens mandatis) 28, 14.

Accus. *mir an hol gourchemenou* (serva omnia praecepta) 62, 4. *gouden poanyou* (post dolores) 146, 2. *entren preladet* (inter praelatos) 208, 19.

In eodem libro obvius articulus indefinitus, ignotus linguae cambricae, in duabus formis VN, VNG: *vng mab bihan* (puer parvus) 46, 20. *euel vn merch* (ut puella) 18, 8. *da vng mestr* (magistro) 110, 11. *me guel vng merch* (video puellam) 34, 17. *greomp vng anclin* (faciamus inclinationem) 72, 13.

CAPUT SECUNDUM.

De nominis flexione.

I. Nomen hibernicum.

A. Declinatio.

In vetusta lingua hibernica, quae formarum nominis varietatem magnam servavit eaque longe superat etiam ejusdem aetatis cambricam, est duplex declinandi ordo, quorum prior ob praevalentes in flexionibus vocales possit dici vocalicus, posterior ob praevalentes consonas consonanticus. Ad illum pertinent adjectiva, quae non proprium modum sequuntur, ut in aliis linguis, e. gr. germanica et slavica; posterior ordo proprius est solummodo substantivis, nec tam numerosis quam in priore. In utroque ordine vocales flexionum sunt sive externae, in fine accedentes, sive internae, locum occupantes ante consonam terminantem, sive est radicis sive derivationis. Sunt porro et substantiva quaedam discrepando a solitis declinandi modis proprias formas evolventia, vel anomala.

Ordo prior.

Substantiva et adjectiva generis masculini et neutrius concordant in flexionibus; substantiva et adjectiva generis feminini suos proprios modos sequuntur. Exhibeo primum schema omnium declinandi modorum, quos dico series, proponendo paradigmate pro quocumque; produco dein substantiva sive adjectiva probantia formas cujusvis seriei hic expositas, sive etiam varietates earum offerentia, ex ipsis codicibus.

Declinatio masculina et generis neutrius.

Paradigmata: I. *céle* (socius). Exemplum hujus seriei derivatum, e. gr. *echire* (mulio), *tectire* (dispensator), addere non tam necessarium videtur, quam in sequentibus ob internas flexionis vocales. II. Exemplum non derivatum *ball* (membrum), de-

rivatum *tuisel* (casus). III. Exemplum non derivatum *bith* (mundus), derivatum *dílgud* (remissio).

Neutrum a masculino illud tantum differt, quod accusativus et vocativus formantur ut nominativus, et hi iidem tres casus in numero plurali proprias flexiones induunt, diversas a masculinis, quae ex infra sequentibus exemplis patebunt.

		Ser. I.	Ser. II.		Ser. III.	
Sing.	nom.	*céle*	*ball*	*tuisel*	*bith*	*dílgud*
	gen.	*céli*	*baill*	*tuisil*	*betho*	*dílgotho*
	dat.	*céliu*	*baull*	*tuisiul*	*biuth*	*dílgud*
	acc.	*céle*	*ball*	*tuisel*	*bith*	*dílgud*
	voc.	*céli*	*baill*	*tuisil*	*bith*	*dílgud*
Plur.	nom.	*céli*	*baill*	*tuisil*	*betha*	*dílgotha*
	gen.	*céle*	*ball*	*tuisel*	*bithe*	*dílguthe*
	dat.	*célib*	*ballib*	*tuislib*	*bithib*	*dílguthib*
	acc.	*céliu*	*baullu*	*tuisliu*	*bithu*	*dílguthu*
	voc.	*céliu*	*baullu*	*tuisliu*	*bithu*	*dílguthu*

Declinatio feminina.

Paradigmata: IV. *tuare* (cibus). V. Exemplum non derivatum *rann* (pars), derivatum *bríathar* (verbum).

		Ser. IV.	Ser. V.	
Sing.	nom.	*tuare*	*rann*	*bríathar*
	gen.	*tuare*	*rainne*	*bréthre*
	dat.	*tuari*	*rainn*	*bréthir*
	acc.	*tuari*	*rainn*	*bréthir*
	voc.	*tuare*	*rann*	*bríathar*
Plur.	nom.	*tuari*	*ranna*	*bríathra*
	gen.	*tuare*	*rann*	*bríathar*
	dat.	*tuarib*	*rannib*	*bríathrib*
	acc.	*tuari*	*ranna*	*bríathra*
	voc.	*tuari*	*ranna*	*bríathra*

Series I.

Flexionis externae, desinens in *-e*, quae in suis casibus mutatur in *-i*, *-iu*, *-ib*. Nomina generis neutrius in pluralis casibus nominativo, accusativo et vocativo nutant inter *-e* et *-i*.

Singularis.

Nom. Substantiva masc.: *céle* (socius, maritus) Wb. Sg. *duine* (homo) Wb. fq. *dalte* (alumnus, discipulus) Wb. 23[a]. 24[a]. *scrinire* (gl. arcarius) Wb. 7[c]. *intecttaire* (gl. dispensator) Wb. 8[d]. *rectire* (gl. praepositus) Wb. 17[d]. *notire* (notarius) Wb. 27[d]. *echaire* (gl. mulio) Sg. 33[b]. 62[b]. *tablaire* (gl. tabellarius) Sg. 35[a]. *fuirsire* (gl. parasitus) Sg. 49[b].

Subst. neutr. (pono solummodo quae occurrunt cum articulo exempla): *anesseírge* (resurrectio) Wb. 30[b]. *animdibe* (circumcisio) Wb. 2[a]. *anirgaire* (vetatio) Wb. 3[c]. *andédesin* (haec duitas, haec duo) Wb. 10[b]. 14[c]. 25[d]. *atréde* (trinitas, tria), *acetharde* (quatuor) Wb. fq. *afiadnisse* (testimonium) Wb. 13[b]. *afírluge* (jusjurandum) Ml. 36[a]. *asainchomarde* (signum peculiare; *arde*, signum) Wb. 26[b]. *atimne* (praeceptum) Wb. 3[c]. *atuile* (accessus maris) Cr. 25[c]. *acumachtae* (gl. manus, conserenda) Ml. 16[a]. *cumachtae* (gl. potestas) Sg. 6[a]. *acenele*, *cenélae* (genus) Sg. 8[a]. 46[b]. 67[b]. Exstat et forma *cenél* sequens seriem II., gen. *cenéiuil;* inde et supponere licebit formam *soscéle* (evangelium) ob convenientiam in casibus obliquis cum praecedente, quamvis occurrat saepius in Wb. *fisscél* (nuntius), et dat. flexionis internae: *íbarscéuilsi* Wb. 17[b].

Adject. masc.: *céetne fer* (primus vir) Wb. 7[b]. *intathir nemde* (pater coelestis) Wb. 4[b]. Frequentissima adjectiva derivata in *-de*, *-te*, *-the*.

Adject. neutr.: *anuile* (omne), *anuilese* (omne hoc) Wb. 16[b]. 27[a]. *angné cetne* (ratio prior) Cr. 33[c]. *anorpe nemde* (haereditas coelestis) Wb. 27[c]. *anaccobor collnide* (concupiscentia carnalis) Wb. 8[c]. *ni nuae ńdo anatrabsin* (non nova ei haec possessio) Ml. 17[b].

Genit. Subst. masc.: *ocmunud ádalti* (in educatione, instructione alumni sui) Wb. 24[d]. *corp induini* (corpus hominis) Wb.

12[a]. *darcenn iudidi* (pro capite Judaei, pro Judaeo) Wb. 2[a]. *indfuirsiri* (gl. histrionis) Sg. 103[a].

Substant. neutr.: *tír tairngiri* (terra promissionis) Wb. 2[c]. 33[a]. 33[b]. *torbe nimdibi, recht nimdibi* (utilitas, lex circumsisionis) Wb. 2[a]. 20[a]. *ocslund indedisin* (gl. cum significatione utriusque) Sg. 209[b]. *indsuidi* (gl. sessionis) Ml. 15[a]. *claar cridi* (tabula cordis) Wb. 15[a]. *dílgud cech ancridi* (remissio omnis injuriae) Wb. 7[c]. *ilchenéle bérli* (multa genera locutionis) Wb. 12[d]. *dulchinne inmílti* (remuneratio militiae) Wb. 11[a]. *cosmailius indarpi* (similitudo rejectionis) Sg. 106[b]. *etergne mu chumachti* (cognitio potestatis meae) Wb. 33[a]. *archuit cumachti* (ratione potestatis, variae sunt literae) Sg. 7[a]. *ícc inchenéli dóine* (salus generis hominum) Wb. 7[c]. 21[c]. 21[d]. 26[d]. *comalnad soscéli* (impletio evangelii), *precept soscéli* (doctrina evangelii), *darcenn sosceli* (pro ev.) Wb. 7[b]. 7[c]. 32[a].

Adject. masc.: *comalnad indhuili recto* (impletio omnis legis) Wb. 20[a]. *ainm alaili thríuin* (nomen alius herois) Sg. 96[a]. *ainm reto nephchorpdi* (nomen rei incorporalis) Sg. 187[b].

Adject. neutr.: *áinsid cetni diil* (accusativus primae declinationis) Sg. 91[b]. *cenn forcenn indfolaid chéthnai* (gl. sine substantiae consumtione; i. e. significationis originariae) Sg. 28[b]. *cosmulius inmílti domundi* (similitudo militiae mundanae) Wb. 30[a]. *doi* (gl. tardi, cordis) Ml. 20[a].

Dativ. Pro *-iu* saepius *-u* occurrit. Subst. masc.: *do daltu* (alumno) Wb. 27[d]. *do duiniu* (homini) Ml. 20[d]. *on techtairiu* (a dispensatore) Wb. 14[d]. *óndrectairiu* (gl. a villico) Pr. Cr. 62[a]. Suppressa etiam *u: donduini* (homini) Wb. 4[b].

Subst. neutr.: *inimdibiu, inimdibu* (in circumcisione) Wb. 2[a]. 23[d]. *dondédiusin* (his duobus) Wb. 9[c]. *itrédiu* (in tribus), *óntrédiu* (a tribus) Wb. 21[b]. 27[d]. *hi cridiu* (in corde), *hi farcridiu* (in vestro corde), *ó chridiu* (e corde) Wb. 5[d]. 7[d]. 14[c]. *iccach æcnu* (in omni cognitione), *iarnarnetargnu* (post nostram cognitionem), *iarnetarcnu* (post cognitionem) Wb. 8[a]. 15[a]. 26[d]. *iartimnu* (secundum mandatum) Wb. 6[d]. *a bélru* (e lingua) Wb. 12[b]. 12[d]. *in heseírgiu, in esseirgu* (in resurrectione) Wb. 4[b]. 13[b]. *iarnesseírgu, iarnesseírgiu* (post resurrectionem) 3[c]. 4[a]. *hva indarpu* (gl. subjectione) Sg. 106[b]. *hí fírlugu* (gl. in jurejurando) Sg. 217[b]. *donchumachtu* (potestati) Sg. 7[b]. *ibarcumactusi* (in vestra potestate),

icumachtu, cocumachtu (in, cum pot.) Wb. 9[c]. 23[c]. 29[c]. *o cech cenélu, do cach cenéolu* (a quovis genere, ad quodv. g.) Wb. 2[b]. 3[b]. *dindsoscélu, issoscélu, isoscelu* (de, in evangelio) 13[a]. 18[c].

Adject. masc.: *do nach ailiu* (nulli alii) Wb. 12[d]. *donchoimdid nemdu* (domino coelesti) Wb. 27[c].

Adject. neutr.: *far cétnu diull* (in prima declinatione) Sg. 90[b]. *dondimdibu colnidiu, do imdibu colnidu* (circumcisioni carnali) Wb. 10[a]. *dintrediu remeperthu* (de tribus ante dictis) Sg. 3[b].

Accus. Subst. masc.: *imfolngi induine fírian. imfolngi induine slán* (facit hominem justum, salvum) Wb. 4[d].

Subst. neutr.: *cen æccne, cen engne* (sine cognitione), *tre etargne* (per cognitionem) Wb. 2[a]. 14[d]. *trissasuide* (gl. per cathedrae sessionem) Ml. 15[a]. *ní dilgaid anancride* (non ignoscitis injuriam) Wb. 9[c]. *dar timne* (per mandatum) Wb. 3[c]. *ni tucci ambéelre* (non intelligit linguam) Wb. 12[d]. *isanindarbae* (gl. in repulsam) Ml. 23[c]. *conaci anæscae* (vides lunam) Cr. 33[b]. *afírluige* (gl. jusjurandum, interposuit) Wb. 33[d]. *aracumactte nangid ní ármisom archumactte* (gl. non est potestas nisi a deo) Wb. 6[a]. *fochumachte, fochumacte* (sub potestatem) 13[b]. 22[b]. 31[b]. *ho arícc dia ácenele ṅdoine* (ex quo salvavit deus genus hominum; cf. *acenelæ fothaircthesin, forsacenélæ metirsin* Sg., supra p. 235. 236) Wb. 5[c]. *predchimmi soscéle* (praedicamus evangelium) Wb. 14[c].

Adject. masc.: *cofer naile* (ad alium virum) Wb. 9[d]. *lasinnathir nemde* (ad patrem coelestem) Wb. 19[d].

Adject. neutr.: *cen imdibe stóride* (sine circumcisione corporali) Wb. 2[b]. *fodaimet animdibe colnide* (tolerant circumcisionem carnalem) Wb. 2[c].

Vocat. Subst. et adject. masc.: *á huili duini. a cach duini* (gl. o homo omnis!) Wb. 1[c]. *a iudidi* (o Judaee!) Wb. 1[d]. *a gentlidi* (o gentilis!) Wb. 5[b]. *a már thormachtai* (gl. macte, magis aucte) Sg. 76[a]. Generis neutrius non praesto est exemplum.

Pluralis.

Nom. Substant. masc.: *comarpi* (cohaeredes) Wb. 19[c]. *israelti* (Israelitae) Wb. 4[c]. *fortectiri* (vestri praepositi), *ammi techtiri* (sumus praepositi) Wb. 15[a]. 24[d].

Substant. neutr. hic et in accusat. *-e* exhibent: *ataat ilchenéle* (sunt varia genera) Wb. 12[d]. *na cumachte file (a deo) itor-*

digthi (gl. quae sunt potestates a deo ordinatae sunt) Wb. 6[a]. Nec -*i* fuisse absonam, patebit ex adject. neutr. sub nom. et accus.

Adject. masc.: *dé nemdai* (dii coelestes) Sg. 39[a]. *bimmi æcni et bimmi foirbthi uili* (sumus sapientes et firmi omnes) Wb. 12[c]. *robtar irlithi armoge dúun . . . robtar anirlithi iarum* (fuerunt obedientes servi nobis, fuerunt inobedientes postea) Wb. 27[c].

Adject. neutr.: *na accobra colnidi* (concupiscentiae carnales) Wb. 20[c].

Genit. Sufficient haec: *ishé asairchinnech innan uile* (gl. super omnia deus; i. e. ipse est princeps omnium) Wb. 4[c]. *ciall innan ule mod* (sensus omnium modorum) Sg. 190[a]. *fognam innam ball naile* (servitus aliorum membrorum) Wb. 12[b]. *buáid innam míled talmande* (victoria militum terrestrium) Wb. 11[a].

Dativ.: *dobarcélib* (sociis vestris; i. e. aliis) Wb. 25[d]. *donab huilib doinib* (omnibus hominibus) Sg. 189[b]. *arnab uilib cumactib* (supra omnes potestates) Wb. 21[a]. *ifochidib imdib* (in tribulationibus multis) Wb. 24[c]. Quae -*ib* dativi non inficiens ex -*ab* defecisse videtur.

Accus. Subst. masc.: *friarceiliu* (contra socios nostros; i. e. alios, cf. pronom. G) Wb. 33[b]. *fri maccidóndu* (gl. apud Macedonas) Wb. 16[d]. Oppressa *u: fri dóini* (versus homines), *eter dóini* (inter homines) Wb. 20[d]. 28[b].

Subst. neutr. ut in nom.: *dagéna sáibairde* (faciet falsa signa) Wb. 26[a]. *ruchualatar ilbélre* (audiverunt multas linguas) Wb. 12[d]. *aithchumbe* (gl. combustiones, cauteria, infligunt) Wb. 1[b].

Adject. masc.: *farnuili baullu* (omnia membra vestra) Wb. 3[b]. *friu huili* (in eos omnes), *leu uili* (apud eos omnes) Wb. 7[b]. 12[b]. *dogní colnidi diib* (facit carnales ex eis) Wb. 8[c]. *tri gnímu rechtidi* (per actus legales) Wb. 2[b].

Adject. neutr.: *la dligeda arside* (ad normas vetustas) Sg. 207[a]. *forsna dligetha remeperthi* (in normas, leges, ante dictas) Wb. 13[a]. *na huli dorigniussa* (omnia quae feci) Wb. 24[b].

Vocat. Exempla pro hac serie non praesto sunt e codicibus; cum tamen alias terminatio vocativi pluralis conveniat cum terminatione accusativi, et hic terminationes masc. -*iu*, neutr. -*e*, -*i* statuendae erunt.

Series II.

Internae flexionis, qua in pluribus casibus, gen. dat. sing. et nom. plur. praesertim, notae casuum horum *i* et *u* vocalem radicis sive derivationis extremam aut comitantur aut supprimunt. Vocales frequentiores talia patientes sunt *a* et *e;* et fit *a* in illis casibus sive *ai* (*oi, ui*) et *au,* sive evanescens relinquit *i* et *u; e* autem cum *i* et *u* transit in *i* et *iu.* Rarius occurrentes *o, ó, á,* interdum et *a* in positione, non suscipiunt *u* juxta se, cum *i* autem fiunt *oi* (*ui*), *ói, ái; é,* pro qua et scriptio *éu* est, cum *i* fit *éiui, íui, éoi* (p. 23. 24), cum *u íu; ói* et *ái* nusquam mutantur. Substantiva et adjectiva generis neutrius in nom. accus. voc. plur. terminationem *-a* adsciscunt.

Singularis.

Nom. Subst. masc.: *inball* (membrum) Wb. 12[b]. *inmacc* (filius) Wb. Sg. *infer* (vir) fq.

Subst. neutr.: *anaccobor* (voluntas, cupiditas) Wb. 3[d]. 4[b]. 8[c]. 16[c]. *anatrabsin* (gl. possessio haec) Ml. 17[b]. *anuathath* (singularitas) Wb. 5[a]. *ambás* (mors) Wb. 15[b]. *andiall* (declinatio) Sg. 74[b]. *anderbad* (certitudo) Sg. 90[a]. *andliged* (lex, regula) Sg. 7[b]. 40[a]. *andechor* (differentia) Wb. 13[c]. *anggalar* (morbus) Camarac. *angrád* (gradus, ordo) Wb. 4[b]. 29[a]. *angell* (*ang. taraisse,* gl. idoneum pignus) Ml. 27[a]. *andermet* (gl. oblivio), *aformet* (memoria) Ml. 23[d]. *aforcell* (institutio) Wb. 25[d]. *áforcital* (doctrina) Wb. 3[b]. 30[d]. *afolad* (significatio) Sg. 9[b]. 27[a]. *ascélso* (narratio haec) Ml. 16[d]. *arrad* (gratia) Wb. 29[d].

Adject. masc.: *inspirut nóib* (spiritus sanctus) Wb. 4[a]. 4[b]. 8[b]. E derivatis pertinent huc frequentissima adj. in *-ach, -ech.*

Adject. neutr.: *atir romanach* (gl. romanus ager), *atír centarach* (gl. citer ager) Sg. 33[a]. *andiall ninmedonach* (declinatio interna) Sg. 158[b].

Exempla recentiora e Mab.: *deueit gwynyon* (oves albae; hod. *dafad* fem.) 1, 274. *deu vilgi bronnwynyon vrychyon* (duo canes albi pectore variegati; *ci* masc.) 1, 274. *gweisson culyon cochyon* (pueri macri rubri) 1, 250. *danned hiryon melynyon* (dentes longi flavi) 1, 283. *arueu trymyon* (arma gravia) 3, 304. *y pedeir ystondard melynyon* (quatuor signa flava) 1, 30. *marchogyon urdolyon* (equites ordinati) 1, 241. Quae videntur saepius substantiva, sunt primitus adjectiva derivata in *-aul, -aur, -auc* etc., e. gr.: *ebolyon* (pulli; sing. *ebawl* e subst. *eb, ep,* equus) Leg. 1. 12. 7. Mab. 3, 30. *kerdhoryon* (ministri; sing. *kerdaur* e subst. *kerd,* iter) Leg. 1. 4. 1. *brodoryon* (socii; *brodawr* e *brawt,* frater) Mab. 2, 372. *karcharoryon* (captivi) Mab. 2, 273. *taeogyon* (agricolae) Mab. 3, 148. *cymodogyon* (vicini) Mab. 1, 269. *suydocyon* (servi; sing. *swydawc*) Leg. 1. 10. 16. *marchogyon* (equites) Mab. fq. *perchenokyon* (possessores) Leg. 2. 4. 10. *touyssogion, tywyssogyon* (principes) Lib. Land. 113. Mab. 3, 298. *dylyedogyon* (debitores) Mab. 1, 269. 3, 36.

Terminatio cambrica ON nuda. In substantivis: *gweison, gweisson* (pueri) Mab. 1, 12. 22. 32. 250. *meibon* (filii) Mab. 1, 33. 236, proprie pro *gwesion*, *mebion* (p. 97. 98). *ffuon* (rosae) Mab. 2, 218. *golwython* (frusta) Mab. 1, 2. 2, 201. *kedymdeithon* (socii) Mab. 2, 372. *mabynogyon* (narrationes; sing. *mabinogi* 3, 7. 81. 189) 3, 36.

In adjectivis. Jam inter glossas Lxb. *melinon* (gl. libosas, i. e. lividas; = *melynyon,* Mab.). In libro Landav.: *guerni duon* (alni nigrae) 74. In Mab.: *tei duon* (domus nigrae), *deueit duon* (oves nigrae) 1, 262. 274. *yn wyr lwydon* (ut viri cani) 3, 274. *doethon ruvein* (docti Romanorum) 3, 267. *deu vackwy wineuon* (duo pueri fusci) 3, 268.

Terminationum earundem cornica et armorica exempla.

Cornica substantivorum in ION: *maister mebion* (gl. paedagogus) Vocab. *impinion* (cerebrum) Vocab. *neupynyon* (leg. *emp.* vel *ymp.*) Pass. 134, 3, forma procul dubio pluralis, cum sit armor. *empenn* (*penn*, caput), cambr. *emennyd* Mab. 1, 13, hod. *ymenydd* (= *ym-p.*).

Adjectivorum: *an glevyon* (aegrotos, sanavit; ita legendum pro *glevyan,* cum sequentes versus desinant in *-on*) Pass. 25, 1. *bohowgyon* (pauperes; sing. *bochodoc,* gl. inops, pauper, Vocab.) 37, 3. E derivatis primitus adjectivis orta substantiva: *pehadoryon* (peccatores) Pass. 5, 3. *brouteryon* (presbyteri) 89, 1. *marogyon* (milites; = cambr. *marchogyon*) 243, 1. 250, 1. 251, 1. Invenitur etiam terminatio *-yn: the vosogyn* (pauperibus; leg. *bohogyn?*) 36, 3. *kerdyn gwethyn* (funes plexi) 131, 2. Pro *-on* obtinet -ER in *prenyer, prennyer* (arbores) 131, 1. 151, 4.

ON: *Ethewon* (Judaei; sing. *Ethow*) Pass. fq. *laddron, ladron* (latrones; sing. *lader, ladar*) Pass. 186, 4. 192, 4. 229, 1. *thy thyscyblon* (ad discipulos ejus) 256, 1.

Armorica, quia adjectiva propria non flectuntur, sunt substantivorum, quorum tamen derivata in *-en, -er, -ec* etc. originem ex adjectivis produnt.

ION occurrit in unico *disquiblion* (discipuli; ad quod assonat in sequente versu *benediction*) Buh. 118, 22. In aliis IEN: *blizien* (anni; hod. *bloaz* masc.) 4, 5. *compizrien* (compatrini) 98, 21. *christenien, christenyen* (Christiani) 54, 16. 62, 1. 74, 13. *toueryen* (blasphematores) 150, 5. *mesfectouryen* (malefactores) 152, 25. *beleyen* (presbyteri; pro *belecien,* e sing. *baelec*) 58, 8. 138, 18. 140, 15. Ita et hodierna: *mipien* (filii; *mab*), *kanerien* (cantores; *kaner*), *gwizieien* (sapientes; sing. *gwiziek*), *amezeien* (vicini; *amezek*). Pro *-ien* non infrequens hodie -IER: *gevier* (mendacia; sing. *gaou*), *bisier* (baculi; sing. *baz*), *klezeier* (gladii; sing. *kleze*), *seier* (sacci; sing. *sach*), *kleier* (cloccae; sing. *kloc'h*), *ilc'hier* (marsupia; *ialc'h*), *ferc'hier* (furcae; sing. *forc'h*) etc.

ON forsan in *anaffuon* (animae) Buh. 154, 21. Hod. *gadon, gedon* (lepores; sing. *gad*).

Flexio I interna. Cambrica cum vocalibus, ad quas accedit, *a* et *e* fit *ei* vel *y,* item *y* cum *o* vel *u,* et inficit etiam vocales infectionis capaces praecedentium syllabarum. Occurrit in substantivis et adjectivis quibusdam. Exemplum vetustius cambricum inter glossas Oxon.: *cemmein* (viae; sing. *camman*).

Substantiva. A cum *i: yeyr* (gallinae; sing. hod. *iar* fem.) Leg. 1. 35. 9. *brein* (corvi; *bran* fem.) Mab. 3, 383. *seint* (sancti; *sant*) L. Land. 122. 138. Mab. 2, 241. *ieirll* (comites; *iarll*)

Mab. 1, 21. *beird* (Bardi) Mab. 2, 206. 391. *meirch* (equi; *march* masc.) fq. *ffreinc* (Franci) Mab. 2, 50. *geyuyr, geifyr* (caprae; sing. *gafar* fem.) Leg. 2. 1. 2. Mab. 1, 236. *deueit* (oves; sing. *dauat*) Mab. 1, 262. 274. *llygeit* (oculi; hod. *llygad* masc.) Mab. 2, 385. *meneich* (monachi; *manach*) Lib. Landav. 121. 151. 192. 231. E cum *i: kytunbynn* (comprincipes; *unbenn*) Mab. 2, 289. *dinewyt* (vituli; sing. *dynawet*) Mab. 2, 373. 374. *gwydyl* (Hiberni; sing. *gwydel* 2, 239) Mab. 2, 241. *mentil, mentyl* (pallia; sing. *mantell* fem.) Leg. 2. 1. 6. *esteuyll* (cubicula; sing. *ystauell* fem.) Leg. 1. 9. 25. *kylleill* (cultelli, sicae; sing. *kyllell* fem.) Mab. 1, 3. 12. 263. *cestill, cestyll* (castella) Lib. Land. 173. Mab. 3, 274. *leuirn, leugirn, leuyrn* (vulpes; *llowern*) Lib. Land. 135. 251. *eskeueynt* (pulmones; sing. *eskeuent* Vocab.) Leg. 1. 10. 8. *twrneimeint* (torneamenta) Mab. 1, 235. O cum *i: kyrn* (cornua; sing. *corn* masc.) Leg. 1. 13. 10. Mab. 1, 236. *pyrth* (portae; sg. *porth* masc.) Mab. 3, 274. *ffyrch* (furcae; sg. *fforch* fem.) Mab. 2, 219. *escyb ac archescyb* (episcopi et archiepiscopi; *escob*) Mab. 1, 21. *esgyrn* (ossa; sing. *asgwrn* masc.) Mab. 1, 263.

Hanc flexionem assumunt etiam substantiva, quae alias terminantur ab *-ion*, in constructione cum numeralibus post II: *deunawweis* (octodecim pueri) Mab. 1, 250. *trimeib* (tres filii) Mab. 3, 297. *chwemeib, seithmeib* (sex, septem filii) 1, 235. Contra cum II construitur substantivum in singulari: *deu uab, uyndeu uab* (duo filii, d. f. mei) Mab. 1, 33. Sine infectione: *tridyn* (tres homines) Leg. 1. 12. 16. *teir morwyn* (tres puellae) Mab. 1, 269.

Adjectiva cum vocali *a* in syllaba derivante praesertim: *pillou bichein* (nomen loci) Lib. Land. 182. *dynyon bychein* (homines parvi; *bichan*) Mab. 2, 376. 377. *deu was ieueinc* (duo pueri juvenes; *ieuanc* 1, 28) Mab. 1, 263. Notanda tamen cum *a* radicali pron. *ir leill* (alii; *lall*) in gloss. Oxon., et adj. hodiern. *heirdd* (lepidi, *hardd*), *meirw* (mortui), quamvis et haec ut alia sequantur flexionem regularem, e. gr. *marw* (mortuus), plur. *meirwon, gwag* (vanus), plur. *gweigion, dall* (coecus), plur. *deillion*. Ita adeo inter glossas Lxb. *buenion* (celeres) pro hodiern. *buain* (sing. *buan*).

Cornica et armorica flexio interna eadem procul dubio est primitus, ut cambrica, sed succedit in utraque dialecto sola *e* ex *a* et *o* pro cambr. *ei, y*.

Cornica exempla: *legeit* (oculi; sing. *lagat*) Vocab. *drein* (sentes; sing. *drain*) Vocab. *dreyn* (spinae) Pass. 133, 4. *meyn* (lapides; cambr. *meini* supra, cum *i* externa e sing. *maen*) fq. *deves* (oves) 48, 4. *tell* (foramina, e sing. *tol* 133, 4; sed supra *tylly*) 134, 3. *yscren* (ossa; i. e. *yscern* e sing. *ascorn* Vocab.) 183, 3.

Armoricum e Buh.: *sent* (sancti; sing. *sant*) fq. Hodierna: *ier* (gallinae; sing. *iar*), *mein* (lapides; sing. *mean*), *gevr* (caprae; sing. *gavr*), *menec'h* (monachi; *manac'h*), *ezec'h* (homines maritati; sing. *ozac'h*), *kregin* (conchae; *krogen*), *eskern* (ossa; *askourn*).

Terminationes consonanticae.

Sunt consonae inservientes designando plurali substantivorum praesertim T et D. Quarum cum vocalibus accedentium major multo in cambrica est varietas, quam in cornica vel armorica.

Cambricae enim terminationes cum diversis vocalibus fiunt e T: *-et, -ot, -ieit, -eit* (hod. *-ed, -od, -iaid*); e D: *-ed, -yd, -oed* (hod. *-edd, -ydd, -odd*). Harum exempla primum enumeranda.

ET. Vetustius exemplum in glossis Oxon.: *ætinet bronnbreithet* (gl. cicadae; i. e. volucres ventre variegatae; hod. *edned* a sing. *edyn* masc.), tam substantivum quam adjectivum. Porro: *merchet* (filiae; hod. *merch, merched* fem.) Leg. 1. 10. 10; 12. 15. Mab. 1, 36. 2, 378.

OT: *hydot* (cervi; hod. *hyddod* masc.) Mab. 1, 274. *gwiberot* (viperae; hod. *gwiberod* fem.) Mab. 1, 7. *llydnot* (bestiae; hod. *llydnod*, sing. *llwdyn* masc.) Mab. 3, 199. *dynyon ac alanot* (homines et animalia; hod. *alanod* fem.) Mab. 1, 250. *llamestenhot* (nisi) Leg. 1. 10. 15. *gwidonot* (sagae, veneficae mulieres; hod. *gwiddanod*) Mab. 1, 256. 295.

IEIT, EIT: *eircheit* (munere fungentes) Mab. 2, 6. *mackwyeit* (servi, pueri) Mab. 1, 29. 30. 2, 55. *correit* (pygmaei) Mab. 1, 248. *corannyeit, coranyeit, coranneit* (Coranni, Corantii, pygmaei) Mab. 3, 299 sqq. *brytanyeit* (Britanni) 3, 273. 303. *barwnyeit, barwneit* (barones) 1, 21. 277. 2, 5. *byleynyeyt* (villani) Leg. 1. 10. 9; 43. 16. *mileit* (animalia) Mab. 2, 232.

bwystuileit (bestiae; sing. *bwystuil,* compos. *-mil*) 1, 27. *anyueylyeyt, aniueileit, anniueilet* (animalia; hod. *anifeiliaid*) Leg. 1. 10. 8; 37. 4. Mab. 1, 263. 2, 231.

ED. Vetust. exemplum: *modreped* (materterae; hod. *modrybedd*), rectius *motreped,* in glossis Oxon. In Mab.: *byssed* (digiti; hod. *bysedd* masc.) 1, 17. *danned* (dentes; hod. *dannedd* e sing. *dant* masc.) 1, 283. *adaued* (fila; hod. *edafedd* ab *edaf* fem.) 2, 241. 374. *rianed* (puellae; hod. *rhianedd* fem.) 1, 240. 2, 6. *adaned* (pennae) 1, 3. *kalaned* (habitatores) 2, 372. *dyfred* (aquae) 3, 299. *ewythred* (avunculi) 2, 245. *brenhined* (reges) 1, 277. 3, 263. *teyrned* (domini) 2, 6. *gwraged* (mulieres) fq. *ynyssed* (insulae; hod. *ynysodd* fem.) 2, 391. 3, 299. *mynyded* (montana; hod. *mynyddodd* masc., cum *-odd* ut et alia inter haec) 1, 11.

YD: *heolyd* (vici; hod. *heolydd* fem.) Mab. 1, 16. *keyryd* (castra; sing. *kaer*) 2, 214. *auonyd* (fluvii) 3, 264.

OED: *moroed* (maria; hod. *morodd* masc.) Mab. 3, 300. *muroed* (muri), *tyroed* (turres) 3, 297. *llyssoed* (aulae) 3, 299. *bydoed* (mundi; *byt* masc. Mab. 1, 6) 1, 26. *lluoed* (copiae) 1, 16. 2, 240. *ieithoed* (linguae; hod. *ieithodd* fem.) 2, 211. *gwladoed* (regiones; hod. *gwledydd* fem.) 1, 246. 2, 201. *gwiscoed* (vestes; hod. *gwisgodd* fem.) 2, 20. *nerthoed* (vires; hod. *nerthodd* masc. ut mox sequentia) 2, 18. 35. *ryfeloed* (eventus, res mire gestae) 1, 235. *eithauoed* (fines) 2, 33. *niueroed* (numeri) 2, 63. *amseroyd* (tempora) Leg. 2. 11. 8. *assennoed* (asini) Mab. 2, 391. *dinassoed* (oppida; hod. *dinasoedd* fem., sing. *dinas* fem. Mab. 1, 290) 3, 274. *teyrnassoed* (dominationes; hod. *teyrnasoedd* fem.) 3, 298.

Addi potuit hic vetustius exemplum e codice Lichfeldensi (in ed. Lib. Landav. p. 271): *i ois oisoud* (etiam hodie phrasis usitata: *yn oes oesoedd,* in perpetuum, in Spurrelli Gramm. cambr. p. 72), si ita esset legendum. Sed res minime certa est, tam ob diphthongum *ou* = *au, eu,* quam quod in codice secundum imitationem additam editioni nimium remota est a voce *oisou* litera *d* cum lineola sive aspirante anglosaxonica (impressum *oisouth* pro *oisoudh,* quod si rectum esset, exstaret hic vetustissimum exemplum infectae *d,* p. 160) sive abbreviante aliud vocabulum. Inveniuntur praeterea alternantes diversae terminationes, praesertim *eu* et *oed: tyreu* et *tyroed* (turres) Mab. 1, 250. 285. 3, 297. *gormesseu* et

gormessoed (miseriae) Mab. 3, 299. Bene ergo etiam *oisou* = *oiseu* et *oesoed, oesoedd,* sed inaudita terminatio *-oudh* = *-audd.* Porro in Mab. 3, 274: *gwledyd* (regiones), sed supra *gwladoed.*

Iisdem consonis *t* et *d* finalibus numeri pluralis a cornica vel armorica lingua pauciores vocales praemittuntur, ab illa *a* et *y* vel *e,* ab hac sola *e.*

Cornica exempla. AT (corn. *-as,* ut *-es, -ys,* p. 178): *benenas* (mulieres; sing. *benyn* 167, 1) Pass. 29, 1. 168, 1. 3.

ET, IT: *flechet* (liberi) Vocab. *flehys* (liberi) Pass. 149, 4. 196, 1. *denys* (homines) 169, 4. *skenys* (nervi) 183, 4. *cowsys* (verba) 15, 4. 36, 4. *inntis* (articuli) 181, 4. *princis* (principes) 64, 1. *speresys* (spiritus) 15, 2. Alternat cum *-on: dyscyplys* (discipuli) 52, 2. 55, 3, supra *dyscyblon.*

ED (corn. *-eth,* p. 163): *eleth* (angeli) Pass. 14, 2. 18, 4. 226, 3.

Armorica. ET e Buh.: *steret* (stellae) 90, 15. 128, 18. *goezet* (ferae) 30, 11. 32, 13. *loznet* (animalia; cambr. *llydnot*) 30, 18. *bretonet* (Britanni) 44, 16. 78, 2. 25. *leaneset* (sanctimoniales) 22, 2. *santeset* (sanctae) 136, 22. *comazreset* (commatrinae) 98, 22. *aneualet* (animalia) 128, 7. *preladet* (praelati) 78, 26. Hodie *-ed: merc'hed* (filiae), *koulmed* (columbae).

ED (armor. *z,* p. 164): *aelez* (angeli) Buh. 144, 23. 206, 13. 16. *autronez, autrounez* (domini) 34, 8. 182, 12. Hodierna: *aotrounez* (domini), *gragez* (feminae, sing. *greg;* cambr. *gwreigedd*).

Formae collectivae et singulativae.

Peculiaria sunt eo, quod pluralis significationem non formam prae se ferunt, britannica substantiva collectiva, quibus opposita sunt singulativa, ut velim appellare, et substantiva numeri dualis.

Collectivorum ea primum plurali subjungo, quae etiam in ejus forma esse videntur, terminata scilicet cambrice hodie quoque in WYS, e. gr. *Monwys* (Monenses), *Lloegrwys* (Loegrenses). In qua tamen terminatione equidem non video flexionem numeri pluralis, ut sunt hactenus enumeratae, sed derivationem, quae jam adest in vetusta voce cambrica *tuscois* (gl. tuscus; cf. p. 137), et in significationem sensus collectivi et numeri pluralis transiit. Sunt ejusmodi etiam armorica in IS: *maz vezo aeset an bedis* (ut

sint contenti homines), *un maruaill meurbet dan bedis* (magnum miraculum hominibus), *allas dan bedis pen ysel* (eo coram mundo capite demisso) Buh. 76, 1. 192, 1. 21. *bezout laetet etren bedis* (eritis exosi inter homines, i. e. mundi habitatores, e *bet*, mundus) 160, 11. *doe guir roen bet distro vn tro ouz an brois* (deus vere rex mundi vertaris momento ad regionis habitatores; *bro*, terra, regio) 190, 25. *hac ylys bourch hac an ploeys* (ecclesiae homines et civitatis et rusticos, punio; *ploe*, plebs, vicus, rus) 144, 9. Non sine sensu collectivo sunt etiam cambrica fem. in ES: *llyghes, llynghes* (navium agmen, classis; *llong*, navis) Mab. 3, 264. 269. 300. *dauattes* (grex ovium; *dauat*, ovis) 2, 215; sed sine eodem corn. *burges* (burgensis, oppidi habitator) in Pass. 214, 1.

Sunt porro etiam non derivata nuda collectiva: cambr. vet. *atar* (plures volucres, avium agmen) gl. Oxon., *adar* Mab. 1, 8. 2, 231 et hodie. *tywys* (plures spicae, spicarum copia) Mab. 3, 155. *llinat* (semen lini, plura grana ejus seminis) Mab. 2, 236. *cenllysc* (grando, grandinis grana) Mab. 1, 8.

Horum collectivorum unicum et singulare aliquod, collectivo ergo contrarius sensus singulativus designatur britannice nota singularitatis propria, addenda in fine substantivo collectivo nudo.

Cambrica nota singulativa ob alternantes vocales *i* et *e* pro genere, ut in adjectivis quibus convenit mutanda *i* (p. 289), duplex est, INN, IN masculina, inficiens antecedentes vocales, et ENN, EN feminina.

Vestustiora exempla inter glossas Oxon.: *eterinn* (avis singularis; ex *atar*, hod. *adar*). *corsenn* (gl. arundo; hod. *cors* fem., palus, juncetum, et *corsen*, juncus vel planta paludinosa singularis, arundo). *scirenn* (gl. stella; *syr* Mab. 1, 7, hod. *ser*, stellae, *seren*, stella singularis). E libro Landavensi feminina: *finnaun he collenn* (fons coryli; collect. *coll*, coryli, coryletum) 137. *bet ir onnen, dir onnen, or onnenn* (usque ad fraxinum, a fraxino) 193. 240. *dir aballen, bet ir auallen* (usque ad malum; *aball*, mali arbores) 164. 197. *dir ispidatenn* (usque ad crataegum; germ. hagedorn) 193.

Terminationis -*in* exempla recentiora: *ederyn* (avis; collect. *adar*, supra) Mab. 2, 232. 239. *keleuyn* (calamus; collect. *kalaf*)

Mab. 3, 155. *un llinhedyn* (unum granum seminis lini; collect. *llinat* in eodem loco) Mab. 2, 236.

Terminatio *-en* e Mab.: *dalen* (folium) 1, 8. *derwen* (quercus; collect. *dar* ibid.) 2, 232. *auallen* (malus) 2, 64. *meillonen* (trifolium) 2, 218. *tywyssen* (spica; collect. *tywys*, supra) 3, 155. *llamhystaen* (nisus) 2, 15. 16. *cenllysgen* (granum grandinis; collect. *cenllysc*, supra) 1, 9. Terminatio IEN: *dryssien* (frutex) Mab. 2, 198.

Cornica exempla e Vocab.: *glesin* (gl. sandix; cambr. *glesyn y coed, yr olchenid*, consolida media, solidago, herbae), *kelin* (gl. ulcia; cambr. *celyn*, aquisolium, *celyn mair*, ruscus, herbae). Plura in *-en*, significantia arbores, earum partes, vel herbas: *guiden* (arbor), *colviden* (corylus), *delen* (folium), *scorren* (ramus), *guailen, guaylen* (virga, baculus), *onnen* (fraxinus), *guernen* (alnus), *auallen* (malus), *askellen* (carduus), *reden* (filex), *elestren* (carex), *brunnen* (juncus), *korsen* (calamus), *heschen* (arundo). Porro animalia, praesertim insecta, significantia: *logoden* (sorex), *loven* (pediculus; cambr. hod. *llau*, pediculi, sing. *lleuen*), *hvannen* (pulex; cambr. hod. *chwain, chwanen*), *guenenen* (apis; cambr. hod. *gwenyn, gwenynen*), *kelionen* (musca). Terminatio *-ien* in Vocab.: *guhien* (vespa). E Pass.: *gwelen* (virga) 136, 4. 202, 3.

Armorica cum sola terminatione *-en* (cf. p. 104. 105): *goulouen* (candela; *goulou*, lux) Buh. 104, 8. *goalen* (virga) 150, 3. 188, 14.

Jam in gallicis herbarum nominibus sequentibus facile est supponere notam singularitatis: *γελασονέν* (centunculum herba Gallis) Dioscor. 3, 120. *σκοβιήν* (sambucus Gallis; cambr. hod. *ysgawen*, alnus, collect. *ysgaw*) Dioscor. 4, 171. *titumen* (artemisia herba Gallis) Apulej. Madaur., Medici antiqui. Venet. 1547, p. 213ᵃ. *betilolen* (leg. *betidolen?* manifolium herba Gallis) id. ibid. p. 215ᵃ.

Dualis.

Est numerus dualis britannicus, sed non differunt substantiva ejus, ut substantiva collectiva nuda, in forma a substantivis numeri singularis. Afferam exempla quaedam hujus numeri veri

et naturalis, substantivorum scilicet, quae membra corporis duplicia significant, qui numerus accuratius observatur britannice quam in aliis linguis, praemittenda semper numeri II forma masculina vel feminina.

Cambrica. Masc.: *dyrchauel y gledyf. agossot ar y marchawc . . . yny y marchawc arydeulin* (tollere gladium coepit et ferire equitem, . . donec eques in genua, decidit; *glin*, genu) Mab. 2, 18. *y tlysseu y rwng deuglust twrch trwyth* (pretiosa inter aures apri Tr.; *clust*, auris) 2, 239. Fem.: *mal y crettoch doet un ar vyndwy ysgwyd i yma ohonawch. ac ysef y daeth ar dwy ysgwyd yr ehawc* (ut credatis unus scandat in humeros meos hic e vobis et ipsi iverunt in humeros esocis) Mab. 2, 234. *ac o penn ydwygoes athal ydeulin y waeret yn las. ac o penn y dwy ysgwyd. athal y deulin y waeret yr march yn velyn* (inde a femoribus et a genubus deorsum glaucus equus. ab humeris et a genubus deorsum equus flavus) Mab. 2, 374. 376. Ita etiam *deu uab* (duo filii; *mab*, dum post alia numeralia sequitur *meib*, p. 296) Mab. 1, 33, adeoque substantivum cum nota singularitatis post idem numerale: *dou eterinn* (duae aves) gl. Oxon.

Cornica e Pass., cum num. *dew* pro utroque genere: *deth war ben y thewleyn. y thens the ben dewlyn* (cecidit, ceciderunt in genua) 54, 4. 137, 1. *trewe yn y thew lagas* (spuere in oculos ejus), *dagrow hag dew lagas* (lacrymae ex oculis; *lagat*, oculus, masc.) 83, 2. 222, 2. *dew droys Jesus caradow ha deu leyff y a delly* (pedes Jesu amandi et manus perforabant) 159, 3. *y thewleff Pylat a wolhas* (manus suas Pilatus lavavit) 149, 1. *y a colmas y thefregh* (ligaverunt brachia ejus) 76, 1. In Vocab.: *diuglun* (gl. renes), *cluit diuuron* (gl. pectus; i. e. corbis duorum pectorum, *bron*).

Armorica. Masc.: *ret eo dan naou glin anclinaff* (oportet inclinari in genua; *daou glin*), *rentaf gracou voar ma dou glin* (reddam gratias in genubus meis) Buh. 96, 12. 98, 2. *guelchi a mennaff ma daoulaguat* (lavare cupio oculos meos) 104, 16. *ma doulagat so badet* (oculi mei sunt obscurati) 120, 5. 162, 8. 192, 6. Fem.: *chenchet eu liu voar da diu guen* (mutatus est color in malis tuis) 166, 13. *mazoff camet ha ma diuesquer leheryet* (sum curvatus et femora mea clauda) 194, 10. *me so e cals lastez coezet ma deuesquer so leheryet ma diu brech sechet* (in magnam aegri-

tudinem lapsus sum, femora mea clauda, brachia mea siccata sunt) 168, 7. 8.

Flexiones anomalae.

Sunt pauca quaedam substantiva in quovis numero propriam formam exhibentia.

Cambrica. Sing. *ci, ki* (canis) Mab. fq., plur. *cun, kun, cwn, kwn* Leg. 1. 5. 5; 11. Mab. 2, 22. 239. 241. Defecit etiam *r* in subst. *brawt* (frater) Mab. 1, 37, sed redit in plur. *brodyr* Mab. 2, 245. 3, 272. A sing. *chwior* (soror) est quidem plur. *chwioryd* (hod. *chwiorydd*) Mab. 1, 275, sed etiam *chwaer* Mab. 1, 248, ut hodie quoque. Subst. *troet* (pes), plur. *traet* (pedes) Mab. fq. singularem abnormem habet, cum radici conveniat vocalis *a* (hibern. vet. *traig, traigid, traigthech,* p. 6).

Cornica: sing. *brathky* (canis magnus, molossus), plur. *brathken* (molossi) Pass. 65, 2. 96, 3. Formae *braud* et *broder* enumerantur sub una voce frater in Vocab. Cambricis formis *troet* et *traet* respondent cornicae *troys* (pes) Pass. 46, 4. 179, 3 et *troyes, treys* (pedes) 14, 3. 46, 1. 178, 4.

Armorica: *breuder* (fratres) Buh. 202, 9. Hodierna: sing. *breer, breur* (frater), plur. *breder, breudeur; c'hoar* (soror), plur. *c'hoareset; troad* (pes), plur. *treid.*

B. Deminutio.

Terminationes deminutivae britannicae frequentiores sunt *-an* et *-ic*. AN (vocalis correptae, non cambr. *-aun,* armor. *-en* = hibern. vet. *-án*), usitata et hodie in cambrica lingua pro utroque genere, jam in vetustis nominibus propriis virorum obvia, tam cambricis quam armoricis.

Cambrica e libro Landav.: *Daganus* 149. *Guinan, Conocan* 150. *Marchan* 188. *Gabran* 150. *Manachan* 205.

Armorica e chartulario Rhedon.: *Louran* Mor. 339. *Ninan, Nennan* 1, 3. *Winan* 1, 29. *Conan* 1, 2. *Risan* 1, 15. *Maban* 1, 7. *Brocan*, *Brochan* 1, 17. *Fracan* 1, 5. *Gulugan* 1, 2. *Wrgitan* 1, 5. *Wobrian* 1, 38. *Breselan, Martinan* 1, 24. *Guoretan, Hidran* 2, 16. *Tiarnan, Tiernan* 1, 20. 31.

Cambrice etiam hodie terminatio *-an* deminuit utriusque generis substantiva: masc. *llyfran* (libellus), fem. *dynan, gwreigan* (muliercula). Frequentior in genere masculino est tamen *-yn*, e. gr. *dynyn* (homunculus), quae terminatio e substantivis femininis efficit masculina, e. gr. *rheffyn* (funiculus), e fem. *rhaff* (funis). Cf. notam singularitatis masculinam *-yn*.

IC cambrice magis ex usu cessit, hodie tamen femininis adhuc adfigitur, e. gr. *llances* (juvenis femina), *llancesig* (juvencula).

Cornica exempla: *clechic* (tintinnabulum; i. e. cloccula, e subst. *cloch,* clocca), *ydnic* (pullus; i. e. avicula, avis pulla), *kellillic* (artavus; e *cillell,* culter) Vocab.

Armoricum e Buh.: *an mabic devy* (puerulus David) 106, 21. Hodierna utriusque generis: *tadik* (paterculus), *gwazik* (homunculus), *merc'hik* (filiola).

OS, ACH, IACH rariores sunt terminationes deminuentes cambricae, additae substantivis plur. vel collect., ut *gwrageddos* (mulierculae), *wynos, wyniach* (agnelli; *wyn* ex *oen*), *gwarthegach* (parvum pecus, contemtim; e *bach,* parvus?). Exemplum prioris terminationis additae substantivo numeri singularis in Mab.: *vymranos* (parvi, pauperes mei corvi; *bran,* plur. *brein*) 2, 383.

ILL et ELL frequenter obviae terminationes in nominibus vetustis gallicis deminuentes videntur, praesertim in nominibus virorum et feminarum, e. gr. *Roscillus, Celtillus, Abducillus* apud Caesarem, *Otacillus, Otacilla, Excingilla* etc. in inscriptionibus (quae videsis in capite de derivatione); praeterea in nominibus fluviorum vel locorum, e. gr. *Mosella* juxta *Mosa, Mursella* juxta *Mursa.* Rara tamen (nec certum omnino an sint deminutiva) ejusmodi nomina jam apud veteres Hibernos et Britannos, e. gr. hibern. *Sinill* (nom. viri) in Annal. Tigern. ap. O'Con. 2, 177, *Colmanellus* (cf. *colmene*, gl. nervus, Sg., an pro *Columbanell?*) Boll. Mart. 2, 560, cambr. *Cuillus* (Gildasii frater) Boll. Jan. 2, 958. Et substantiva britannica, quae videntur deminutiva ejusdem terminationis, quaeritur annon sint omnia transsumta latina: cambr. *gratell* (gl. graticula, med. lat. *gradella* p. 186; i. e. craticula). *celeell, cultel* (gl. artuus; = cultellus) in glossis Oxon. *kyllell,* plur. *kylleill* (sica) Mab. fq. *parchell* (porcellus) Mab. 2, 241. 3, 302. corn. *collel l. kethel* (gl.

cultellus; cambr. hod. *cythell,* artuus), *porchel* (gl. porcellus), *logel* (gl. loculus) Vocab. armor. *pomell* (globulus ensis; gall. hod. *pommaille*) Buh. 152, 13.

C. Gradatio.

Sunt duae gradationis britannicae terminationes, -*ach* vel -*och* comparativi, -*am* (-*af*) superlativi, quarum illa respondet hibernicae vetustae -*u,* -*iu* (p. 145), altera hibernicae -*em.* Sunt praeterea, ut in lingua hibernica, et formae quaedam anomalae.

Comparativus.

ACH cambrica terminatio. Vestustius exemplum inter glossas Oxon.: *guobriach* (gl. sapientior: sera et sapientior aetas; posit. *guobri,* gl. gravis, ibid.)

Exempla e Mab.: *hardach oed no gwenhwyuar* (amabilior erat quam Genevara) 1, 4. *glassach yw yvric nor ffenytwyd* (viridiores ejus rami quam pinorum) 1, 7. *ny welsei eiryoet morwyn degach* (non viderat unquam puellam formosiorem) 1, 279. *llawenach uuwyt wrthyf y nos honno* (laetior mihi fuit haec nox) 1, 10. *ryuedach oed gantaw* (mirabilius erat ei) 1, 278. Adverb. *yn gallach* (fortius) 3, 273.

OCH armorica: *brassoch* (major) Buh. 74, 23. 88, 19. Ita et hodie *kaeroch* (formosior), *uheloch* (altior).

Cornica dialectus minus servavit terminationes, quae in comparativo ut superlativo in A vel E destitutae inveniuntur in Pass.: *hacra mernans vyth ordnys ny vye* (terribilior mors nunquam ordinata fuit) 151, 2. *tecke ys houl yw y lyw* (formosior quam solis est ejus aspectus) 226, 4.

Superlativus.

AM cambrica vetustior terminatio. Exemplum cambricum vetustum inter glossas Oxon: *hinham* (gl. patricius; hod. *hynaf,* ex *hen,* senex, germ. ältester).

AF cum infecta *m* cambrica exempla recentiora semper jam exhibent: *maen yssaf yr ureuan* (lapis infimus molinae), *emaen uchaf, er hyshaf* (lapis summus, infimus; superior, inferior) Leg.

1. 35. 9; 2. 1. 4. In Mab.: *ar y glynn teckaf yn y byt* (in vallem pulcherrimam mundi) 1, 3. *ar uorwyn pennaf onadunt* (et puella prima, princeps earum) 1, 250. *yggwarthaf arwystli* (in suprema parte A., fluvii) 2, 371. In libro Landavensi eadem scriptio: *bet in finnaun eithaf* (usque in fontem extremum) 164. *o guarthaf luin ili* (a summa parte fossae I.) 166. 219; attamen etiam excussa consona jam *-a*: *ir tu guartha* (latus supremum) 148. *hit guartha ir alt* (ad summitatem acclivitatis) 149. *iniguartha* (in ejus, insulae, suprema parte) 187. *diguartha nant hela* (ad summitatem vallis H.) 251.

Cornicus superlativus finitur ut comparativus in Pass.: *an purra lader, an porre ladron* (perfectissimus latro, -imi latrones) 74, 4. 90, 4. *avyne gwarthe, awartha* (ab, in summa parte) 135, 1. 253, 2.

AF, AFF armorica terminatio adhuc in Buh.: *caezraf* (pulcherrimus) 100, 16. *diuesaf* (ultimus) 102, 18. *furhaff* (sapientissimus) 124, 19. 182, 23. *vhelaff* (altissimus) 146, 13. *hegarataff* (amicissimus) 64, 6. 102, 2. Sed in hodierna lingua defecit in A: *ann uhela* (altissimus), *ar pinvidika* (ditissimus).

Anomalae gradationis sunt adjectiva britannica quaedam, quae comparativum sine terminatione regulari in nuda radice sistunt, superlativo autem terminationem solitam induunt, et utrumque gradum sive ex eadem radice, quae est positivi, sive e diversa omnino deducunt.

Cambrica ejusdem radicis: *mawr* (magnus), comp. *mwy*, superl. *mwyaf, mwyhaf. Hir* (longus), comp. *hwy*, superl. *hwyaf. Isel* (humilis), comp. *is*, superl. *isaf. Uchel* (altus), comp. *uch*, superl. *uchaf. Ieuanc* (juvenis), comp. *ieu*, superl. *ieuaf, yeuhaf. Hen* (senex), comp. *hyn*, superl. *hynaf.* Adde his *cynt* (pristinus), comp. *cynt* (prior), sup. *cyntaf* (primus).

Alia quorum positivus diversae est radicis: *bychan* (parvus), comp. *llei*, superl. *lleiaf, lleyaf. Agos, cyfagos* (vicinus), comp. *nes*, superl. *nesaf. Drwc* (malus), comp. *gwaeth*, superl. *gwaethaf.* Diversae radices in quocumque gradu: *da, mat* (bonus), comp. *guell, gwell* (melior), superl. *goreu* (optimus). Exempla horum omnium non infrequentia in Leg. et Mab.

Cornica et armorica anomala eadem. Cornica e Pass. *moy* (major, magis, plus) fq. *moygha* (maximus, plurimum) 112

4. 196, 3. *kyns* (prior, prius) 49, 2. 51, 1. *gwetha* (pessimus) 205, 4. *gwell, guell* (melior, melius) 36, 3. 91, 4. *an guella guas* (optimus vir) 112, 4.

Armorica e Buh.: *muy, muyhaff* (major, maximus), *guell, guellaf* (melior, optimus) fq. Et hodierna: *mad* (bonus), comp. *gwell* (*gwelloch*), superl. *ar gwella; drouk* (malus), comp. *gwaz* (*gwasoch*), superl. *ar gwasa.*

Notanda est post enumeratas terminationes gradationis cambrica terminatio aequalitatis -ET, addita adjectivis, quibus praefigitur compositione part. *ky, kyn,* subditurque praep. *a, ac* (cum): *niuer kyhardet a hwnnw* (congregatio aeque splendens cum hac) Mab. 1, 16. *gwas kynuonhedicket athi* (puer aeque nobilis ac tu) 1, 264. *achyntristet oedynt ac agheu* (et aeque tristes erunt cum morte) 1, 36.

CAPUT TERTIUM.

De numeralibus.

Sunt numeri celtici ut in aliis linguis cardinales, ordinales, quibus addit lingua hibernica classem, quam nesciunt cambrica et pleraeque aliae linguae, substantivorum numeralium.

I. Numeralia hibernica.

1. Numeri cardinales, indeclinabiles exceptis quatuor primis et summis. Ante numeros per se positos praecedit A (obtinens etiam ante vocales et medias, nec consonas inficiens, non ergo articulus?), saepius et articulus neutr. plur. Addentur ob conspectum formarum etiam composita et derivata.

Forma substantivorum sequentium peculiaris est post II tantum, de qua jam disputatum est supra (p. 276 sq.). Post ulteriores numeros proprii aliquid ut in hodierna lingua (quae post majores multiplices e X poscit formam singularem) nondum animadvertitur, nec discordant ab usu aliarum linguarum exempla infra suis locis sequentia: *tri tuisil* (tres casus), *tri tuisel* (trium casuum; gen.),

teora bliadni (tres anni), *cethir brottae* (quatuor momenta), *coic sailm* (quinque psalmi), *coic bliadni* (quinque anni), *coic míli* (quinque millia), *coic brotu* (quinque momenta; accus.), *octn̄delbæ* (octo formae), *deich míli* (decem milia). Item cum plurali: *coic cethorchuit béimmen* (quinquies quadragena verbera), *fiche pond* (viginti pondo; neutr. plur. ut *rind*). Post *cét* (centum) et *míle* (mille) tantum in exemplis infra sequentibus proprius usus invenitur.

I. ÓEN, ÓIN: *óin diairchinchib* (gl. primitius; i. e. unus e primis) Wb. 7[b]. *óen choimdiu lib* (unus dominus vobis) 22[d]. *óin menme lib occo et óin gním* (gl. unanimes honorificetis deum; i. e. una mens sit vobis in eo et una actio) 6[d]. *ishinonn óen leiss natura 7 signi.* (gl. sunt alia natura et significatione mobilia; i. e. est idem unum, unum et idem ei n. et s.). *ishinon óin signi. 7 discre.* (gl. significantiam et discretionem; cf. Sg. 201[a]: *ednonóen*, gl. identidem) Sg. 61[a]. 208[b]. *aóen fodeich* (unum decies) Cr. 31[c]. Genit. fem.: *cuit inna aine 7 inna aile* (ratione unius et alterius) Cr. 31[c]. Dat.: *o óin síl* (ex uno semine) Wb. 4[c]. Accus.: *ni ar óen fer* (non propter unum virum, passus est Christus) 4[b]. Addito articulo significatur lat. unicus, idem: *ní corp intóin báll* (gl. corpus non est unum membrum; i. e. unicum) Wb. 12[a]. *inna oena méite* (gl. tantidem, i. e. ejusdem magnitudinis) Sg. 203[a]. *ondóentóisrinn* (gl. ex eadem massa) Wb. 4[c]. *isinóinchorp* (in eodem corpore, plura sunt membra). *issindóinbull* (in unico membro) 12[b]. *isindóinuáir* (in eadem hora, resurgent mortui) 25[b]. *tresinnóenméit* (gl. per tantundem, temporis) Cr. 34[c].

Composita: *óinechaid, óenechaid* (gl. eques) Sg. 50[b]. 55[b]. *óentaim, óintam* (gl. coelebs) Sg. 9[a]. 16[a]. *óinsyllabche* (monosyllabae, voces) Sg. 207[a]. Nomen viri *oengus* (gen. † *oengusso*, gl. marg.; cf. *fergus*, supra p. 269) Cr. 4[a]. Derivata: *óinur, oenur* (cf. infra subst. numeralia), *óentu, ointu* (unitas) Wb. fq. *óinugud* (unio) Wb. 21[c]. *óende, óindæ* (unicus) Wb. 12[a]. *óendai, óindai, óindi* (singuli, singulae) Sg. 9[a]. 18[a]. 197[a]. *indóendaid* (gl. singulatim) Sg. 71[b].

II. DÁ, DÍ, DÉ. Paradigma flexionis hujus numeralis constructi cum substantivis, excepto dativo solitam terminationem numeri pluralis addente, duas solummodo priores formas exhibet, per casus et genera hoc modo distributas:

	Masc. et neutr.	Fem.
Nom.	*dá*	*dí*
Gen.	*dá*	*dá*
Dat.	*dib* (*deib*)	*dib*
Accus.	*dá*	*dí.*

Exempla probantia supra in nomine sub numero duali (p. 276 sq.); formulae pronominalis *diblínaib* (utrobique, in duabus partibus) quaedam infra in pronomine. Forma *dá* contracta videtur e *dáu* (cambr. *dou, deu* = *dau;* cf. quae dicta sunt supra de terminatione *-ou, eu,* originitus duali), quae etiam occurrit in Cr. 42[b]: *itadáu coicat archét* (sunt 152; cf. tamen p. 19). Genitivi forma *de* obvia in positione absoluta in formulis pronominalibus: *ciade* (gl. uter? i. e. quis duorum) Sg. 242[a]. *cechtar de* (uterque). Cf. pron.

DÉ in compositis et derivatis: *deáith* (gl. bipennis) Sg. 67[a]. *deriad* (gl. bigae, biugae, bina juga) Sg. 54[a]. *deoger* (diphthongus; = *defoger* a *fogur*, sonus) Sg. fq. *déśillabchi* (bisyllabae, voces) Sg. 44[b]. 68[b]. 187[a]. *coit. dechenéli indiu la nuelitridi* (gl. terrigenus, taurigenus; i. e. communia bigenera hodie apud novos scriptores) Sg. 90[b]. *inpaseir* .1. *indechenéul paseir* (gl. unde sit, ne parseris, in cod. passeris, Prisc. 12, 6) Sg. 203[a]. *déchorpdae* (gl. bicorpor) Sg. 65[a]. De subst. numerali *déde* mox infra; adj. *deidi* (gl. bini) Cr. 32[d].

III. TRÍ masc. neutr., TEOIR, TEORA fem. Paradigma flexionis:

	Masc. et neutr.	Fem.
Nom.	*trí*	*teoir, teora*
Gen.	*trí*	(*teoir*), *teora*
Dat.	(*trib?*)	*teoraib*
Accus.	*trí*	(*teoir*), *teora.*

Exempla gen. masc. et neutr.: Nom. *islour da preceptóir in æclis no thríi* (sufficiunt duo praeceptores in ecclesia vel tres) Wb. 13[a]. *na tri recte* (tres leges, naturae etc.; *rect* neutr., alibi masc.) Wb. 29[a]. *it tri tuisil* (gl. gerundia nominum habent casus aliquos; i. e. sunt tres casus) Sg. 148[b]. Gen.: *delb tri tuisel foraib* (flexio trium casuum in eis, gerundiis) Sg. 148[b]. *na tri noilaithe* (gl.

trinum nundinum; i. e. -arum) Sg. 116[b]. *ní gnáth choms. in ainmnidib pronomen acht inna trí domber som* (gl. per nominativos tria tantum componuntur, pronomina; i. e. non consueta compositio in nominativis pronominum nisi trium, quae profert) Sg. 201[a]. Dativi desidero exemplum. Accus.: *tri gné forsin apgitir* (gl. terna tenent alphabeta; i. e. tres formas pro alphabeto) Cr. 33[a]. *tri anman dobeir, tri anman tra dober doib* (tria nomina dat, tria nomina ergo dat eis) Wb. 12[a]. 16[a]. *annoi frisinna tri* (gl. ille ipse iste et reliqua novem; i. e. novem ad tria, pronomina dicta) Sg. 197[b].

Fem.: *inna teoir rannasa isóin rann fardiṅgrat* (gl. ergo tria una pars est orationis) Sg. 26[b]. *teora tonna torunni in bab. trédenus dosom in sepul.* (gl. consepulti estis ei, Christo, in baptismo; i. e. tres undationes super nos in bapt., trium dierum spatium ei in sepulcro) Wb. 27[a]. *teora bliadni frithriagla namma leissem* (gl. sunt autem anni tres circuli) Cr. 32[b]. *itnephchumscaichti na teora litreso* (immutabiles sunt hae tres literae) Sg. 10[a]. *teora greca inso dondí aslegendi* (scil. *briathra,* voces: hae tres graecae pro legendi, *τοῦ ἀναγνωστέον καὶ τοῦ ἀναγινώσκειν καὶ τοῦ ἀναγινώσκεσθαι*) Sg. 148[b]. Genit.: *nephaccomol inna teora liter* (non junctio trium literarum). *ménogud· inna teora ṅguttae iṁalle* (dissonantia trium vocalium insimul) Sg. 7[b]. 40[b]. Dativ.: *donaib teoraib personaib uathataib* (in tribus personis singularibus, numeri singularis) Sg. 186[a]. Accus.: *taidmenadar sunt ï na teora persana* (significat hic ergo tres personas, deitatis) Wb. 9[c].

TRE in compositis et derivatis: *isintrechostu* (gl. in tripode) Sg. 8[b]. *treode, trecoste* (gl. tricuspis) Sg. 67[b]. *trechatharde* (gl. tripolites) Sg. 38[b]. *treceneli* (gl. trigena) Sg. 66[a]. *ingenitin coit. trechinélai* (gl. alteram servat, regulam; i. e. genitivum communem trigenerum), *coitchen trechenelæ .sui.* (commune trigenerum est sui, pronomen) Sg. 75[a]. 200[a]. Supra allatum subst. *trédenus* compositum e *denus* (*roscarsam frib denus ṁbeicc,* gl. desoluti a vobis ad tempus horae, Wb. 24[d]). Subst. numerale, de quo infra, *tréde* proprie est neutrum adj. *tréde* (ternus): *isnaib tredaib* (gl. in ternis) Sg. 10[a].

IV. CETHIR: *cethir brottae* (quatuor momenta; in sententia, quam videsis totam infra sub X) Cr. 18[d]. *itchethir chét* (gl. quater centeni; = 400) Cr. 42[c].

Est et subst. *cethir* (gl. hic et hoc pecus; i. e. quadrupes?) Sg. 70[b]. Ita et in Wb.: *cosmil fricethir* (gl. animalis homo; i. e. similis animali quadrupedi) 8[b]. In compositione CETHAR: *traig cethargarait* (gl. proceleusmaticus; i. e. pes quatuor brevium syllabarum) Sg. 7[b].

V. CÓIC (e *cinc, cuinc* = lat. *quinque,* cambr. *pimp;* cf. p. 52. 79): *cóic deich cóica* (gl. marg.; ad textum: singulae vocales denos sonos habentes; i. e. 5 $\times$ 10 = 50) Sg. 4[a]. *acoic indid oa q. xxx* (gl. quinto minus a triginta) Cr. 33[b]. Cf. infra: *coic cethorchuit cóiccet.*

VI. SE (cf. p. 64. 147): *octn̄delbæ 7 oct n̄gné cenelcha andsom. sé tarm̄orcenn im̄* (gl. sunt formae generales praeteriti perfecti VIII; i. e. octo formae, sex terminationes tamen) Sg. 166[a].

VII. SECHT (e forma *sechten* = sanscr. *saptan,* lat *septem;* de *n* originaria hujus numeri et trium sequentium cf. sub N, p. 54): *itsechtn̄ocht* (gl. septies octoni), *itsecht trichit* (gl. septies trigeni) Cr. 33[a]. *itsecht cét* (gl. septies centeni) Cr. 42[c].

VIII. OCT, OCHT: *octn̄delbæ 7 oct n̄gné cenelcha andsom* (glossa tota sub VI) Sg. 166[a]. *aocht deac* (18) Cr. 32[d].

IX. NÓI: *nói sethir* (gl. novem glandulae) Sg. 49[b]. *annoi frisinna tri* (novem ad tria; cf. sub III accus.), *ité inna noi dim* (gl. septem derivativa et is et hic; i. e. sunt haec ergo novem, dicta pronomina) Sg. 197[b]. Originaria *n* ante vocalem in exemplo e vetusto codice in Hibernia asservato ap. O'Don. p. 92: *fri ré noin uar* (spatio novem horarum).

X. DEICH: *deich míli* (gl. decem milia) Wb. 12[d]. *itadeich* (gl. decus; i. e. decem, Beda de temp. rat. c. 15) Cr. 31[c]. *inna deich ar dib cetaib* (gl. ducenti decus, ibid. c. 20) Cr. 33[a].

Eadem forma in deriv. *deichthi* (gl. denos, sonos, habentes vocales) Sg. 4[a]. Peculiaris autem est ejusdem certe vocis forma cum producta vocali et servato ideo consonae *c* statu primitivo (cf. p. 79) DÉC, DÉAC, DEEC, forma postposita et, si fas est dictu, absoluta, obvia post numeros simplices, ad designandos praesertim duplices ab XI usque ad XIX. Obtinet eadem forma et hodie, destituta consona, hibern. *déag,* gael. *deug* in numeris illis duplicibus tam cardinalibus quam ordinalibus, non mutata sequens post simplices numeros et post substantiva, si adsunt, e. gr. gaelice 11 card.: *aon deug* (undecim), cum subst. *aon fhear*

deug (undecim viri); ordinal.: *an t-aon fhear deug* (undecimus vir). Ita et hibernice 12 card.: *dá déag* (duodecim), cum subst. *dá dheisgiobal déag* (duodecim discipuli); 13 ord.: *an treas caibidil déag* (decimum tertium caput); 14: *an ceathramhadh caibidil déag* (capitulum decimum quartum).

Exempla vetusta numerorum XI—XIX: *cretsite di míli déec* (quod crediderunt duodecim millia; glossa mutila in initio. Post *déec* sequitur *di illis*, quod est *de illis* latine, ut mox pergitur: *sechié cretes de illis tucfe rúna legis*) Wb. 15[b]. *ar isairchenn m̃bes salt hiciunn nóidécdi mad in dib ñuarib deac nammá bas laigu cach mí aescai oldaas trichtaige . . . . . mad iarnaicniud adrimther cutesbat di cach trichtaigi di huáir deac* 7 IIII *bro.* 7 *unga* 7 *aṭom. ni conbia salt etir. issaithrech im̄ isairi is assu lasna rímairu di huáiṛ deac namma du thesbuith* (. . saltus in capite decennovenalis, circuli, si duodecim horis tantum est minor quivis mensis lunae, quam est tricenalis . . . . . si secundum nuturam computatur, ut deficiant de quovis tricenali duodecim horae et quatuor lineae et . . . . non erit saltus omnino. Est autem laboriosum id; ideo facilius computatoribus duodecim horas tantum deficere) Cr. 3[b] in notationibus de formula chronologica: salva ratione saltus. *ni roig di huáir deac* (gl. alias nequaquam ad hoc pertingere posse constat; i. e. non attingit duodecim horas) Cr. 33[b]. *dorimther hí libur essaiæ áscelso .ı. asbert side contra esechiam atbela doich side* 7 *dognaith athirgi* 7 *luid ingrian foraculu coic brotu deac* 7 *is ed inchoisecht trisodin incoic bliadni deac dothormuch forasaigulsom* (narratur in libro Isajae haec historia: dixit hic contra Ezechiam quod moreretur verisimiliter et facit poenitentiam et cedit sol retro quindecim lineas, et significatio per hoc quindecim anni ad auctionem vitae ejus. Cf. Isaj. 38, 5. 8) gloss. marg. Ml. 16[d]. *macan sé mbliadan décc* (puerulus sedecim annorum) Hymnus in S. Patricium, str. 1. *aochtdeac archét* (gl. CXVIII) Cr. 32[d]. *nóidéc* (XIX) colligendum e voce derivata *nóidécde, nóedécde* (decemnovenalis, circulus) in Cr. saepius obvia; inde porro et colligenda: *óendéc, tridéc* etc., nec minus ordinalia: *in tris déc, in tris fer déc* (decimus tertius, d. t. vir), *incoiced deac* (decimus quintus) etc.

Praecedere eandem numeri formam ante substantiva etiam, patere videtur e glossa obscura ad memoratam formulam chrono-

logicam in Cr. 18^{c}: *testa són dam dintrichtigi lasindi huáir deac* .I. *fuar salto ascachóen aescu* .I. *cethir brottae* 7 *alarann deac brotto et* VII *mad rann cethorchat aili deac brotto*. Sequens substantivum est genitivi, ut patet e Ml. 32^{c}: *ní cuit broto acht isdogrés* (gl. non ad momentum; i. e. non ratione momenti, sed est in perpetuum).

Differentia formae, quae obtinet in hoc numero, invenitur etiam in sequentibus numeris multiplicibus e X.

XX. FICHE: *fiche pond* (gl. pondo viginti) Sg. 70^{a}. *isfiche* (gl. bis deni) Cr. 31^{c}. *fiche archet* (gl. quindecies octoni; = 120) Cr. 41^{b}.

Forma absoluta (ejusdem usus, cujus est forma *déec*) FICHET: *co foocht fichet* (usque vicies octies) Cr. 45^{c}. *inchoiced fichet* (gl. vicesima quinta, luna) Cr. 33^{b}. Inde et supponendae formae: *óen fichet* (21), *óen fer fichet* (21 viri), *tri fir fichet* (23 viri), *in tris fichet*, *in tris fer fichet* (vicesimus tertius, vic. t. vir) etc.

XXX. TRICHA: *tricha* (gl. ter deni) Cr. 31^{c}.

Forma secunda TRICHIT: *itsecht trichit inna deich ar dib cetaib* (gl. septies trigeni ducenti decus; i. e. 7 × 30 = 210) Cr. 33^{a}. Expectandum hic *tricha* pro *trichit;* ut enim *cóic deac* est 15, sed *cóic deich* in exemplo supra allato 5 × 10, erit etiam differentia inter *secht trichit* = 37 et *secht tricha* = 7 × 30. Sed est *-it*, *-at* pro *-a* interdum etiam alibi.

Subst. derivatum *trichtaige*, *trichtige* (= *trichtaiche*, *trichtiche;* cf. derivat. ICHE) in Cr. una voce significans mensem solarem triginta dierum.

XL. CETHORCHA prior forma supponenda, cujus tamen exemplum non obvium mihi.

CETHORCHIT, -AT, forma posterior: *coic cethorchuit béimmen* (gl. quinquies quadragenae, plagae; i. e. 5 × 40, *-it* pro *-a* ut supra) Wb. 17^{d}. *cetorchat aili* (alia 40) supra.

L. CÓICA in exemplo jam allato: *cóic deich cóica* (5 × 10 = 50) Sg. 4^{a}.

CÓICAT: *itudáu coicat archét* (gl. decies novies octoni; i. e. sunt 152: 19 × 8 = 152; *dá coicat* = 52) Cr. 42^{b}.

LX. Exemplum non obvium in nostris codicibus. Ex hodierno

hibernico *seasga* supponi poterunt formae vetustae SESCA, SESCAT.

LXX. SECHTMOGA, -AT. Forma secunda mihi obvia in solo Ml. 2[c]: *fochoicsechtmogat ata diabsalma isintsaltir l. itcoic sailm secht. diandiant titul diabpsalma* (septuagies quinquies est diapsalma in psalterio, vel sunt septuaginta quinque psalmi, quibus convenit titulus diapsalma; secundus numerus procul dubio legendus: *coic sailm sechmogat,* 75 psalmi).

LXXX. OCHTMOGA, -AT. Forma secunda item in Ml. 34[b]: *coic míli ochtmugat archét* (= 5180). Forma -*at* pro -*a* ob sequentem vocalem?

XC. Ex hodierno hibern. *nocha* vetustae formae NÓICHA, NÓICHAT supponendae. Inde derivatum adj. *nóichtech: ni robatar accobra colna leosom issindiu cétach abram nóichtech sarra* (gl. qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera, Sara, secundum repromissionem est; i. e. non erant cupiditates carnis eis; tum centenarius A., nonagenaria S.) Wb. 20[a]. *

C. CÉT (= lat. centum), per omnes casus (excepto dativo *cétib*): *cét rámæ fuiri* (gl. ad vers. Virgil. 10, 207: it gravis Aulestes, centenaque arbore fluctus verberat; i. e. centum remi ei) Sg. 36[a]. Ita porro: *itchethir chét* (gl. quater centeni; CCCC), *itsecht cét* (gl. septies centeni; DCC) Cr. 42[c]. Substantivorum sequentium post hunc numerum, ut post *míle,* genitivus pluralis statuendus est e memorato exemplo *cét rámæ,* si nom. sing., quem non legi in codicibus, supponendus est *rám,* gen. *rámo.* Si contra *ráme,* jam hic esset constructio cum nom. sing., quae hodie obtinet post *céad* et *míle.* Decidit rem nec infra sequens exemplum *deich míli briathar,* nec Wb. 13[b]: *oillu oldate cóiccet fer do demnigud ï resurrec.* (gl. visus est plusquam quingentis fratribus; i. e. plures quam D viri). Adj. *cétach* (centenarius, centum annos natus) Wb. 20[a].

Si adsunt numeri minores, sequi hunc numerum postremo

---

* Differt ab hoc adj. *noichtech* (undetricenalis; = *no-ichtech*, *no-fichtech* e *nói fichet* 29) in Cr.: *noichtech* (gl. undetricen. dier.: necesse est tres pariter menses undetricenorum computare dierum) 39[a]. *isnoichtech ré niuil la aegyp. isinbliadinsin hicuiretar salt* (est undetricenalis mensis Julius apud Aegyptios anno, quo ponunt saltum) 32[b].

loco cum praep. *ar* (ad, apud, cum dat.) docent exempla jam memorata: *aochtdeac archét* (118) Cr. 32[d]. *fiche archet* (120) Cr. 41[b]. *dáu coicat archét* (152) Cr. 42[b]. *ochtmugat archét* (180) Ml. 34[b]. *inna deich ar dib cetaib* (210) Cr. 33[a].

M. MÍLE, subst. fem. (ser. IV), cujus nom. sg. mihi non obvius. Accus. *míli: corrici míli* (gl. plurima apud nos simplicia, quae apud Graecos composita, ut felix εὐτυχής, pius εὐσεβής et alia mille; i. e. ut attingat, donec attingit mille) Sg. 207[b]. Et ita porro: *coic míli* (5000) Ml. 34[b]. *di míli déec* (12000) Wb. 15[b]. Cum substantivo: *deich míli briathar* (gl. decem milia verborum) Wb. 12[d].

Cardinalibus numeris hibernicis si praemittitur praep. *fo*, fiunt adverbiales, qui propriis formis, ut sunt latinae semel, bis, ter etc., nec hibernice nec britannice significantur. Exempla: *fodí namma* (gl. semel et bis in usum mihi misistis; i. e. bis tantum) Wb. 24[b]. *fomlámas bádud fothrí* (gl. ter naufragium feci) Wb. 17[d]. *a óen fodeich* (unum decies) Cr. 31[c]. *co foocht fichet* (usque vicies octies) Cr. 45[c]. *fochoicsechtmogat* (septuagies quinquies) Ml. 2[c].

Ob formam femininam in *fodí* (bis) videtur subintelligendum subst. fem. *fecht* (= cambr. *gweith* fem., lat. *vix*, *vicis*), quod subst. *gweith*, *gweiz* semper additur in britannicis dialectis. Obtinetque idem etiam hibernice in numero adverbiali primo, qui non praemittit praepositionem, sed compositus est: *oinecht appec. am. noinect rombebe colinn cr.* (gl. qui mortuus est pro peccato mortuus est semel, Christus) Wb. 3[b]. *oinecht* (= *oinfecht*, una vice, cambr. hod. *unwaith;* cf. adverb. *indectso*, *infechtso*, hac vice, nunc) Ml. 34[a]. Contra in *fothrí* (ter) aliisque forma generis neutrius supponenda videtur. Leguntur porro formae adverbiales e substantivis vel adjectivis numeralibus: *indoindid* (gl. semel; subst. *ointu*) Ml. 34[a]. *intanisiv* (gl. secundum; *tánise*) Sg. 213[a].

2. Numeri ordinales. Sunt minus copiosi in codicibus nostris vetustis, quam cardinales. Produntur sequentes, quorum duo primi sunt proprie adjectiva e nominibus derivata et externae flexionis, ulteriores e numeris formati, ut videtur, internae.

I. CÉTNE (primus): *arnídad ferrsi inchétnu* (gl. nondum poteratis, sed nec nunc quidem potestis; i. e. nam non estis meliores vos, quam primum, *inchétnu* dat. neutr. a *cétne*, ab ante-

cedente comparativo) Wb. 8[c]. Praecedit regulariter ante substantivum, si adest: *ishé céetne fer* (gl. primitius) Wb. 7[b]. *isinchétne tuiste* (in prima creatione). *ó aicniud nacétne tuisten* (natura primae creationis) Wb. 1[a]. 21[b]. Sunt tamen exempla, in quibus sequitur post substantivum: *bithé na precepta cétni* (sunt haec prima praecepta, quae praedicabo vobis) Wb. 17[b]. *a fer incétne* (vir ejus primus, mulieris) 9[d]. Adverbii *cétu, ciatu, céta* (primum) exempla infra inter adverbia.

Ejusdem significationis est PRÍM (e latino transsumtum?): *allaithe ṅdedenachdiud noich. 7 phrím archiunn rl.* (gl. morata in coitu solis biduo non comparet in coelo, luna. Beda de nat. rer. c. 13; i. e. die extremo undetric. et primo) Cr. 18[d]. *inna phrím* (gl. primo post occasum) Cr. 33[c]. In compositis significat lat. primarius, capitalis: *donfrímgáid* (vento cardinali, primario) Cr. 19[c]. Ita et cambr. *priflys* (aula, sedes capitalis) Mab.

II. TÁNISE (cf. *innimthánad*, gl. talionem, Sg. 181[a]; *imthanad,* alternatio, Wb. 13[a], *imthanu,* vicissim, Ml. 21[c]; forma ignota hodiernae linguae, quae exhibet *dara*): *ó anm̄anaib diil tanisi* (a nominibus declinationis secundae). *sainreth dobre. cob. tánise* (peculiare verbis conjug. secundae) Sg. 50[b]. 59[a]. *hí persin tánaisi* (in persona secunda) 215[a]. *arnafóirinse doguilsi isintecht tanisi* (gl. ne iterum in tristitiam venirem ad vos, statui) Wb. 14[d]. *isinsill. tánaisi* (gl. in secundam syllabam, transit) Sg. 21[b]. *inbindius tánaise* (gl. secundam euphoniam, habent semivocales post vocales) Sg. 5[a]. Forma adverbialis: *intanisiv* (gl. secundum) Sg. 213[a].

III. TRIS: *tris fer friu* (gl. te tertium ex utroque compositum; i. e. tertius vir ad eos, Homer. et Virgil.) Sg. 2[a]. *tris litir im̄ hi tos. syl. biid .l. no .r.* (gl. litera tertia l vel r; i. e. tertia litera tamen in initio syllabae est, esse potest, l vel r) Sg. 20[b]. Forma *triuss* in Wb.: *inchatlach inna fer asrubart et intóentu inna æccalsa déde insin et hésom triuss* (gl. salutat vos Timotheus . . . et Sosipater cognati mei. saluto vos ego tertius . . . et ecclesia universa. Rom. 16, 21; i. e. universitas virorum quos dixit et unitas ecclesiae sunt duo et ipse tertius) 7[c]. Genit.: *foxlidi tres diil inso sís* (ablativi tertiae declinationis haecce) Sg. 104[b].

IV. CETHRAMAD forma colligenda e Cr. 25[c]: *teora cethramdin* (gl. dodrans; i. e. $^{3}/_{4}$) in hac notatione: *teora cethram-*

din huare aequinocht indid mailliu atuile arcachóen laithiu (gl. Philippus in expositione beati Job aestum maris oceani quotidie bis venire describens adjunxit hunc unius aequinoctialis horae dodrante transmisso tardius venire. Beda de rat. unciar., ed. Basil. 1, 183; i. e. dodr. hor. aeq., eo serior aestus maris quotidie). Etiam hodie hibern. *ceathramhadh,* quartus.

Transsumta latina *tert* (*tt* cum lineola supra ducta), *quart* inveniuntur interdum in Sg.: *hi sechmadach. tt. choibedna* 7 *quart. cob.* (in praeterito tertiae conjugationis et quartae conj.) 11[a]. *huare ata tt. persin immechomarcatar treo isairi ní techtat togar.* (gl. quis, qualis, quantus, et similibus vocativum esse prohibet quia vocativus ad aliquam finitam fit et praesentem personam; i. e. quia tertiae personae interrogantur per ea, ideo non habent vocativum) 138[a]. *reperio for quart cob.* (reperio secundum quartam conjugationem) 158[a]. *is quart diil* (est quartae decl.) 187[b].

V. CÓICED in Cr. 33[b]: *inchoiced fichet* (gl. vicesima quinta, luna); mox: *hi coicid huathid* (gl. quinta luna; i. e. in quinta singulari). Hodie hibern. *cúigeadh.*

VI et sequentes numeri ordinales facile e praedictis vetustis formis atque ex hodiernis restitui poterunt. Supponenda igitur: 6. *seised,* 7. *sechtmad* (cf. *cethramad*), 8. *ochtmad*, 9. *nóimad, nóimed,* 10. *dechmad,* 11. *óinmad déec,* 12. *tánise déec* etc., 20. *ficheted, fiched,* 30. *trichatad*, 40. *cethorchatad*, 50. *cóicatad*, 60. *sescatad,* 70. *sechtmogatad*, 80. *ochtmogatad,* 90. *nóichatad,* 100. *cétad,* 1000. *míled.* Sunt enim hodiernae formae hibernicae: 6. *seiseadh,* 7. *seachtmhadh,* 8. *ochtmhadh,* 9. *naomhadh,* 10. *deachmhadh,* 11. *aonmhadh déag,* 20. *ficheadh,* 30. *triochadadh* etc., usque ad 100. *céadadh,* 1000. *míleadh.*

3. Substantiva numeralia. Sunt duae formae, una ad personas, altera ad res significandas, derivata utraque, nisi forte *-ur,* gen. *-ir,* orta putetur e subst. *fer,* gen. *fir.* Formae personales si sunt in appositione post nomen vel pronomen, sive hoc est expressum sive latet sub verbo, pronomen possessivum ejus personae, quae obtinet, sibi praefigunt, manentque in forma sua singularis numeri, quamvis praecedit subjectum vel verbum in plurali; sunt enim substantiva abstracta, ut lat. unitas, duitas etc. Forma realis, quae proprie est neutrum adjectivi in *-de* derivati e numero, comitem habet articulum generis neutrius.

Formam personalem, quae adhibetur regulariter quidem pro personis, significare interdum etiam res, docent exempla quaedam (sub *óinur* in fine, et sub *triur*).

I. ÓINUR, forma personalis: *meisse móinur* (ego unus, i. e. solus), *tussu thóenur* (tu solus) Wb. 5[a]. *duitso thóinur* (tibi soli) Sg. 208[b]. *ishé á oenur bes ní* (gl. deus omnia in omnibus; i. e. est ipse solus, qui est aliquid) Wb. 13[c]. *fuirib fornóinur* (vobis solis) Wb. 14[d]. *anóinor* (gl. per se, non adjunguntur) Sg. 139[b]. *intan m̄bíte anóinur* (gl. relativa per se; i. e. quando sunt sola). *ni leo anóinur* (gl. non est nominativorum proprium; i. e. non est in eis solis). *isdoib anoinur adcomaltar* (gl. substantivis et vocativis solis adjunguntur) Sg. 158[b]. 207[a]. 208[a].

ÓINDE forma realis esset secundum analogiam sequentium, e. gr. *anóindeso* (hoc unum, hoc unicum). Exemplum in codicibus mihi non obvium. Adj. *óende, óinde* in Wb. 12[a]: *itíli im̄ dona gratiae ciasu óende inspirut* (gl. divisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus). *doadbadar sunt atá nili dána inspirto et asnóindæ inspirut* (gl. unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult).

II. DIIS (et *dias*, fem., gen. *desse*) ad significandas personas. Cum pronomine possessivo: *is fer addiis* (gl. uter dividuam vim habet, ad unum virum pertinet, sed — pergitur hibernice — est vir uterque, sunt viri duo) Sg. 75[b]. *attaam arndiis i cuimriug archrist* (gl. salutat te Epaphras concaptivus in Christo; i. e. sumus nos duo in captivitate propter Chr.) Wb. 32[a]. *ní sonortnaigedar nechtar de manibet andiis do imfolung foirbthetad* (gl. neutrum ad perfectionem valet, i. e. si non sunt duo ad efficiendam firmitatem) Ml. 14[c]. Positio absoluta sine pronomine praefixo; nom.: *indiassin* (gl. quorum animorum, Homeri et Virgilii, uterque; i. e. haec duitas, hi duo) Sg. 2[a]. Genit.: *isdochruth comirsire na desse* (est inhonesta conlocutio duitatis, i. e. utriusque, loqui una duos) Wb. 13[a]. Dat.: *do diis asbersón* (gl. uterque, ἑκάτερος, collectivam vim habet; i. e. de ambobus dicit hoc) Sg. 75[b]. Accus.: *ni ar oén fer na diis rocess* (gl. pro nobis omnibus; i. e. non pro uno viro vel duobus passus est Christus) Wb. 4[b].

DÉDE pro significandis rebus. Nom.: *combed andedesin imlabradsa* (gl. quae cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me est et non; i. e. ut sint duo haec, sit utrumque hoc in sermone

meo) Wb. 14[c]. *ished andédesin dim bias in die iudicii* (hoc utrumque ergo erit in die jud., praemium justis, poena peccatoribus) 25[d]. *isbec nand sinunn andéde nísiu* (gl. abusive dicitur casus nominativus, quod ex ipso nascuntur omnes alii, vel quod cadens a sua terminatione in alias facit casus obliquos; i. e. est paulum, paene, hic idem utrumque hoc, differt paulum, est fere idem, utrumque) Sg. 76[a]. *berair fri cachnae andédese* (gl. generalis, specialis; i. e. refertur ad quodvis utrumque hoc). *ar inni andédeso* (gl. albus, niger; i. e. ad colorem utrumque). *ar méit andedeso* (gl. magnus, brevis; i. e. ad magnitudinem utrumque) Sg. 28[b]. Gen.: *ní recar less dim ainmneda la .svi. ocslund indedisin* (gl. passiva quoque ab actu aliquo fiunt . . . . hujuscemodi vero structura nominativum habere quantum ad transitionem non potest. Prisc. 13, 5; i. e. non opus est ergo nominativi pro sui, pronomine, cum significatione utriusque, activi et passivi) Sg. 209[b]. Dat.: *nochisinduine adras dondédiusin* (gl. deus hunc et hanc destruet, ventrem et escam; i. e. attamen homo servit utrique) Wb. 9[c]. Accus.: *huare conecat andéde* (gl. ab adverbiis seu praepositionibus, comparativi fiunt, ut extra exterior, intra interior etc.; i. e. quia continent utrumque) Sg. 39[b]. *creitem hi cridiu imfolngi induine fírian. indfoisitiu ingiun imfolngi induine slán. istrissandedesin biid duine slán et fírian combi bidslán et bidfírian* (gl. corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem; i. e. fides in corde efficit hominem justum, confessio in ore efficit hominem salvum; per hoc utrumque sit homo salvus et justus, ut fiat semper salvus et semper justus) Wb. 4[d].

III. TRIUR, forma personalis. Cum pronomine praefixo: *biit atriur do anmaim indeiúin* (gl. et vultur et vulturis et vulturius dicitur; i. e. sunt omnes tres, voces, pro nomine avis) Sg. 93[a]. *conoscaigter atriur .ı. iscumscugud lesom cid atormag.* (gl. praeteritum perfectum tres habet motus, in principio et in medio et in fine: caedo cecidi, cado cecidi. Prisc. 9, 1; i. e. mutatnr eorum ternitas, mutantur omnes tres motus, est ei motus etiam auctio) Sg. 162[b]. Positio absoluta; gen.: *isdochruth comirsire na desse l. intriir* (est inhonesta locutio duorum vel trium, insimul) Wb. 13[a]. Dativus (ob praecedentem comparativum) supponi potest in eodem loco cod. Wb.: *ma beith nech and i labrathar ilbélre nabad lia diis no thriur dam* (gl. si lingua quis loquitur, se-

cundum duos aut multum tres, loquatur; i. e. ne sint plures quam duo aut tres). Hodiernae formae, hib. *triúr*, gael. *triuir.*

TRÉDE, forma pro rebus. Nom.: *issí thol dée didiu anísiu* .ı. *átredeso* .ı. *bona et placens et perfecta et isinunn et atréde remiérbart* (gl. probetis quae sit voluntas dei: bona placens et perfecta; i. e. hocce est ergo voluntas dei, tria haec: b., pl., perf., et idem sunt tria, quae antedixit; antecedit in textu: exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, deo placentem) Wb. 5[c]. *inglainesin et indnóibe et infírinne . . . dúibsi atrédesin* (puritas haec et sanctitas et justitia, . . sint vobis haec tria) 9[c]. *atréde túas* (tria supra, dicta, spes, fides, caritas) 12[c]. Dat.: *itrédiu* (in tribus: praedicavit, implevit, donavit) 21[b]. *óntrédiu asrubart riam* (gl. quidam aberrantes; i. e. a tribus, quae dixit antea, caritate, conscientia bona, fide) 27[d]. *dindtrediu remeperthu* (gl. ex omni parte; i. e. ex ante dictis tribus, altitudine, latitudine, longitudine) Sg. 3[b]. Accus.: *conecat atredesin* (gl. quaedam possessiva eadem et propria et gentilia) Sg. 33[a].

IV. Forma personalis, non obvia in codicibus nostris, supponenda CETHRAR. Nam obtinet *ceathrar* in utraque hodierna lingua, hibernica et gaelica, quae inde ab hoc numero concordant in terminatione *-ar*.

CETHARDE de rebus: *irrúnaib acethardeso* (gl. in caritate radicati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum; i. e. in mysteriis haec quatuor, additur: divinitatis) Wb. 21[d]. *aracethardese* (gl. Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres, pigri, quam ob causam increpa illos; i. e. ob haec quatuor) 31[b]. *radeimnigestar dia tressacetharde* (gl. contestante deo signis et portentis, prodigiis et variis virtutibus) 32[c].

V et sequentes numeri non obvii. Poterunt conjici formae personales: 5. *cóicar*, 6. *seisar*, 7. *sechtar* (*sechtnar?* ob *n* originariam), 8. *ochtar* (*ochtnar?*), 9. *nóinar*, 10. *deichnar*. Gaelice 7. *seachdnar*, 8. *ochdnar*, 9. *naoinar*, 10. *deichnar*, ex quibus *n* transgressa etiam in 5. *cuignear*, 6. *sèanar*. Hibernica hodierna *n* exhibet solummodo in corruptis, ut videtur, 9. *nonbhar*, 10. *deichneabhar;* non autem in praecedentibus: 5. *cúigear*, 6. *seisear*, 7. *seachtar*, 8. *ochtar*.

Formae reales, si fuit earum progressus ultra dictos numeros, fuerint 5. *cóicde*, 6. *seste* (*séde?*), 7. *sechtide*, 8. *ochtide* etc.

II. Numeralia britannica.

1. Numeri cardinales. Est formarum diversitas pro generibus solummodo in numeris II — IV. Sunt frequenter, ut adjectiva, in compositione cum nominibus, et quamvis saepe separata est scriptio, genus et numerus distinguitur, compositio est statuenda.

Substantivorum sequentium post num. II forma dualis, quae britannice non differt a singulari, jam exposita est (p. 302). Peculiaris est usus substantivorum et diversus ab usu aliarum linguarum post numeros inde a III in lingua britannica, praesertim excultus in cambrica. Obtinet in hac flexio interna compendiosior, de qua item jam dictum (p. 296), si ei locus est; si autem non est locus, forma substantivorum eadem invenitur, quae est numeri singularis, adeoque ut post numerum II singulativa, ut jam in glossis Oxon. et cod. Lichfeld.: *trimuceint hestaur* (triginta sextarii), *duceint torth* (quadraginta panes), *douceint manudenn* (quadraginta disci butyri), et in exemplis sub III. IV. V: *teir ynys* (tres insulae; plur. *ynysed*), *pedwar marchawc* (quatuor equites; plur. *marchogion*), *pedeir meillonen* (quatuor trifolia; forma singulativa), post quae substantiva tamen adjectiva, si adsunt, sequi possunt in forma pluralis numeri. Substantivorum frequentiorum post numeros *dyd* (dies), *blwydyn* (annus) notandae sunt propriae formae cambricae *dieu, blyned: tridieu* (tres dies) Leg. 2. 11. 9; 23. *nau nieu, naw nieu* (novem dies) Leg. 2. 11. 7. Mab. 2, 241. *teir blyned* (tres anni) Mab. 1, 21. 25. *seith mlyned* (septem anni) 2, 198. 212. 376. 3, 29. 98. 272. *pedwar ugeint mlyned* (24 anni) 3, 98. 100.* Additur interdum per cir-

* Videntur esse sensus singulativi, ut *gwraged* post numeros: *pedeir gwraged ar hugeint* (24 mulieres) Mab. 1, 36. *pump gwraged beichiawc* (quinque mulieres gravidae) Mab. 3, 101, quae exempla sunt fere quale supra allatum *pedeir meillonen*, si additur *gwreic* cum sensu collectivo e Mab. 2, 202: *yssyd o wreic ueichiawc* (quae sunt mulieres gravidae). Legitur tamen et pluralis: *ar gwra-*

cumscriptionem forma substantivi solita plena pluralis: *ydoeth tri chawr ogewri attam* (iverunt tres gigantes contra nos) Mab. 2, 57. *deunawweis o weisson culyon* (octodecim pueri macri) Mab. 1, 250. Tractari numeros ut substantiva singularia masculina cum intellectu collectivo, patet e Mab. 1, 4: *ar trydyd chwech*, .. *ar pedwyryd chwech* (agmen sex, puellarum, tertium, quartum).

I. UN (= hibern. vet. *óen*, p. 125). Cambr.: *un o tri ederyn* (unus e tribus volucribus) Leg. 1. 10. 12. *ny dywawt nar gwr nac vn or morynyon vn geir wrthyf* (non dixit nec vir nec una e puellis unum verbum mihi) Mab. 1, 5. *kymer dy uarch un* (sume unum equorum tuorum) Mab. 2, 53.

Composita: *pont vnpren* (pons una arbore factus) Leg. 2. 6. 42. *unbenn* (unicum caput, monarcha, dominus), *unbennes* (domina) Mab. fq. *unllofyawc* (una manu praeditus) Mab. 2, 214. *unllygeitawc* (monophthalmus) Mab. 1, 269. Ita et Mab. 2, 240: *brawt unuam* (frater unius matris, ex eadem matre).

Corn. *un, on* et armor. *un, vng,* hod. *eun, eunn, eur,* cum substantivis occurrit, sed in usu lat. *unus aliquis,* articuli scilicet indefiniti (p. 239. 242). In positione absoluta non constructum cum substantivo numerale auctam formam exhibet in utraque dialecto. Corn.: *a thyghow hag a gleth onon bub tenewen* (a dextera et a sinistra, unus in quovis latere, sedebat) Pass. 242, 3. *Christ a warnyas dre onan bos treason guris* (Christus indicavit per unum aliquem fieri proditionem) 42, 3. *an ethewon onan* (Judaeorum aliquis) 81, 1. Armor.: *ez duy vnan an sent* (veniet unus sanctorum) Buh. 4, 6.

II. DOU, DEU (= *dau* = hibern. *dá*, *dau*) masc., DUI (= *dê* = hibern. *dí*) fem.

Cambr. masc. Scriptio vetustior: *int dou pimp* (gl. duo V), *dou punt* (duo pondo), *dou eterinn* (duo volucres) in glossis Oxon. Etiam in libro Landav.: *hyt dy dou luyn helic* (usque ad duos frutices salicis) 126. *iruch ir dou tir* (supra duos agros) 192. *in fin dou cledif* (in fine duorum gladiorum; duo gladii fluvii Cambriae nomen) 244. Recentior: *deu uab, uyndeu uab* (duo filii, d. f. mei) Mab. 1, 33. *athorri y deu baladyr aorugant.*

---

ged hynny (et mulieres hae) Mab. 1, 37, et quaeri poterit annon sint hic rudera constructionis etiam factae quondam cum plurali.

adispeilaw deu gledyf a wnaethant (et frangere duas hastas, et ducere duos gladios, coeperunt duo pugnatores) Mab. 1, 13.

Fem. scriptio vetusta: *dui frut* (duo fluvii) Lib. Land. 116. *ir dui foss* (duae fossae) 137. *dui scuid i coit* (duo humeri, duo latera silvae), *di dui scuid ir alt* (ad duo latera acclivitatis) 216. 261. Scriptio recentior: *dwy fforch* (duae furcae) Mab. 2, 15. *dwy vorwyn* (duae puellae) 1, 248. *dwy iarllaeth* (duo comitatus) 1, 28. 290.

Compos.: *dwyulwyd* (biennis) Mab. 3, 201.

Corn. masc. *dou*, fem. *diu*, *deu* statuendae sunt formae. Masculina exstat in *dowthek* (duodecim) in Pass., qui liber tamen pro utroque genere jam exhibet unam *dew: ha dew a thuk dustunny* (et duo dederunt testimonium) 91, 1. *yma dew* (sunt duo, gladii) 51, 3. *dew then* (duo viri), *dew ladar* (duo latrones) 42, 1. 163, 1. *dew venyn* (duae mulieres) 167, 1. Ita quidem in editione. In Vocab. fem. *diuglun*, *diuuron* (cf. p. 302). Est etiam hujus, ut aliorum numerorum, forma aucta in Pass.: *dewy an scorgyas yn tebel gans dewy scorgye* (duo eum flagellarunt male duobus flagellis) 130, 3. *yn dewle an dewy ethow* (in manibus duorum Judaeorum) 131, 1. *y a dollas dewy doll* (forarunt duo foramina) 178, 2.

Armoricae formae *daou, dou* masc., *diu, deu* fem.: *daou men, dou men* (duo lapides) Buh. 42, 8. 46, 11. *ma diu brech* (brachia mea) 168, 8. *ma deu esquer, ma diu esquer* (duo femora mea) 168, 7. 194, 10.

III. TRI (= hibern. *trí*) masc., TEIR (hibern. *teoir, teora*) fem., aspirantia sequentes consonas aspirationis capaces.

Cambr. masc.: *ir tri .u.* (gl. in libra III. V). *hint tri pimp* (tria V) gl. Oxon. *nant trineint* (vallis trium vallium) Lib. Land. 187. *tri dieu* (tres dies) Leg. 2. 11. 9; 23. *tripheth* (tres res), *tri chantref* (tres pagi) Mab. 3, 33. 36.

Fem.: *teir eru* (tria jugera) Lib. Land. 237. *inis, carn teir eru* (insula, rupes trium jugerum) 149. 232. 249. *teir ynys prydein ae their racynys* (tres insulae britannicae et earum tres insulae praejacentes) Mab. 2, 240. *vn or teir gwyl arbennic* (unum e tribus festis principalibus) Mab. 2, 6.

Compos. masc.: *y bu trimeib* (fuerunt tres filii) Mab. 3, 297. *trimis* (tres menses, tempus trium mensium) Mab. 1, 26.

trichanawl (tricuspis) Mab. 2, 383. Fem.: *mab teirblwyd* (puer triennis) Mab. 3, 32. *teirnossic* (tres noctes natus) Mab. 2, 225. 232.

Cornice *try, ter: the rag an try* (coram tribus) Pass. 112, 2. *tergweith* (tres vices, ter) 18, 2. Forma aucta: *te gura tryny kenter thynny* (tu fac tres clavos nobis) 154, 4.

Armorice *tri* masc., *teir* fem. etiam hodie: *tri c'hi* (tres canes), *teir c'hiez* (tres canes feminae). In Buh. masc.: *try guer* (tria verba) 34, 22. *tri tra* (tres res) 66, 7.

IV. PETUAR (= hibern. *cethir;* forma britannica jam apud Ptol.: *Πετουαρία*, oppidum Parisorum Britanniae populi) masc., PETEIR fem.

Cambr. masc. Scriptio vetustior: *ir petguar pimp* (g. IIII. V), *petguar hanther scribl* (quatuor dimidia scr.) in glossis Oxon. Recentior: *peduuar en lleycyon* (quatuor ut laicos) Leg. praef. *un or peduuar post* (una e quatuor columnis) Leg. 1. 18. 6. *llwyth pedwar milwr* (onus quatuor militum) Mab. 1, 7. *pedwar marchawc aruawc* (quatuor equites armati) Mab. 2, 36. *pedwar meirch aphedwar arueu* (quatuor equi et quatuor armaturae) Mab. 2, 38.

Fem.: *un or pedeyr kolouen* (una e quatuor columnis) Leg. 1. 7. 21. *pedeir meillonen gwynnyon* (quatuor trifolia alba) Mab. 2, 218. *y vydin y mae y pedeir ystondard melynyon yndi* (turma in qua sunt quatuor vexilla flava) Mab. 1, 30.

Compos. masc.: *mil pedwartroetawc* (animal quadrupes) Mab. 2, 207. Fem.: *pedeirblwyd* (quatuor annorum) Mab. 3, 201.

Cornicae formae: *peswar marrek, peswar mareg* (quatuor milites) Pass. 190, 2. 241, 4. *pedar ran* (quatuor partes), *peder gwyth* (quatuor vices) 190, 1. 227, 2. Armor. hod. masc. *pevar*, fem. *peder*.

V. PIMP. Cambrica scriptio vetustior in glossis Oxon.: *dou pimp, tri pimp, petguar pimp.* Recentior: *pump morwyn* (quinque puellae), *pump marchawc* (quinque equites) Mab. 1, 250. 2, 40. *pump gwraged beichiawc, . . aanet udunt pumpmeib* (quinque mulieres gravidae, . . nati eis quinque filii) Mab. 3, 101.

Corn.: *pymp myll* (quinque millia) Pass. 227, 2. Armor. hod. *pemp*.

Concordat forma vetusta gallica in nomine herbae quinquefolii apud Dioscoridem 4, 42: *πεντάφυλλον. Ῥωμαῖοι κιγκεφό-*

λιουμ, *Γάλλοι πεμπέδουλα*, *Δάκοι προπεδουλά*. Pro *πεμπέδουλα* alia lectio *πομπαιδουλά*. De voce *dula* dictum supra (p. 45).*

VI. CHWECH (cf. p. 145. 147). Cambr.: *chwech onadunt a gymerth uy march . . . achwech ereill onadunt a gymerth vy arueu . . . ar trydyd chwech onadunt adodassant llieineu ar y byrdeu . . . ar pedwyryd chwech adiodassant vy lludeticwisc* (sex ex eis, puellis, sumserunt equum meum . . et sex aliae ex eis sumserunt armaturam meam, . . et tertio sex ex eis straverunt lina in mensis, . . et quarto sex detraxerunt vestes meas lutosas) Mab. 1, 4.

In compositione CHWE (aspirans, p. 210): *ef a deuenus atau chueguyr* (demandavit ad se sex viros) Leg. praef. *ef aechwemeib* (ipse ejusque sex filii) Mab. 1, 235. *a chwe thorth ovara cann* (et sex panes albi) Mab. 1, 251. *mab chweblwyd* (filius sexennis) Mab. 3, 32.

Corn. *whe* Borde (sec. 16) ap. Treenoodle p. 85. Armor. hod. *c'hwec'h*.

VII. SEITH (= *sept*, vel potius *septen*, p. 54. 179. 225). Cambr.: *seith seint* (septem sancti) Lib. Land. 122. *seith blenet, seyth ulenet* (septem anni) Leg. 1. 2. 3; 2. 1. 1. *seith mlyned* Mab. 2, 198. 3, 272. *seithlydyn moch* (septem porcelli) Mab. 2, 241. *seithmeirch* (septem equi) Mab. 2, 39. *seithmeib aoed idaw* (septem filii erant ei) Mab. 1, 235.

Corn. *syth* ap. Borde. Armor. hod. *seiz*.

VIII. OITH (= *oct*, *octen*, p. 54). Cambr.: *wyth drawst* (octo trabes) Mab. 2, 211. Frequens compos. *vithnos* (hebdomas) Leg. 2. 6. 3. *yn yr un wythnos* (eadem hebdomade) Mab. 1, 244. *teir wythnos* (tres hebdomades) Mab. 1, 254. 257.

Corn. *eyght* ap. Borde. Armor. hod. *eiz*.

IX. NAU, NAW (= *nav*, *naven*, p. 54). Cambr.: *y*

---

* En hic etiam Dacorum, et quod idem est Thracum (Getae, Daci et Thraces ejusdem linguae populi secundum Strabonem) numerum *prope* pro *pempe*, *pente*, *pimp*, *fimf* aliorum populorum, qui numerus thracicus liquidam *r* pro *m*, *n* aliorum exhibens, linguam Thracum tam affinem aliis europaeis quam et propriam et sui generis fuisse ostendit. Idemque ostendit posterior vox dacica *dula*, quae concordat cum gallica, ut latina cum graeca, mediam *d* ponens loco *b* mediae germanicae in *b-l-at*, et aspiratae graecae et latinae in *φύλλον*, *folium*, secundum mutationem consonarum, de qua supra dictum est (p. 44. 45). Praeclara vox haec *propedula* dacica servata!

guerth eu nau myu anau ugeyn (ejus pretium est novem m. et novem u., numorum) Leg. 1. 9. 3. *a naw eglwys ereill* (et novem aliae ecclesiae) Mab. 2, 6. *naw brenhin coronawc* (novem reges coronati) Mab. 2, 5.

Corn. *naw* ap. Borde. Armor. hod. *nao.*

X. DEC (= hibern. vet. *deich*). Exempla mox in combinatis numeris et ordinalibus.

Numeros XI—XIX etiam in cambrica lingua exstitisse compositos eodem modo ut in armorica vel aliis, docent residui XII et XV: *finnaun doudec seint* (fons 12 sanctorum) Lib. Land. 138. *y deudec gwystyl* (duodecim obsides) Mab. 2, 202. *y deudeg meirch* (duodecim equi) Mab. 2, 41. *pemdec* (15) Leg. 1. 21. 1, pro quo jam scriptio abnormis *pymthec* (hod. *pymtheg*) in Mab. 1, 244. Defecere ceteri horum numerorum multiplicatione, qua plurimum cambrice designantur numeri denarii supra XX, atque additione, qua fiunt combinati, si iisdem accedunt unitates. Multiplicationis exemplum: *ef a welei deunawweis o weisson culyon cochyon* (vidit octodecim pueros macros rubicundos; *deunaw* = 2 × 9) Mab. 1, 250. Additio fit dimidiatim ad X et ad XV: *vn ardec* (11; i. e. unum ad decem, 1 + 10) Leg. 1. 17. 1. *yr un march ar dec ar vn arueu ardec* (undecim equi et undecim armaturae) Mab. 2, 47. *trywyr ardec* (13 viri) Mab. 3, 268. *teir llong ardec* (13 naves) 3, 90, ut et hodie: *unarddeg* (11), *deuarddeg* (12), *triarddeg* (13), *pedwararddeg* (14). Ad XV: *un ar pemdec, un ar bymthec* (1 + 15) Leg. 1. 9. 25. *un marchawc ar bymthec* (16 equites) Mab. 1, 244, ut et hodie: *unarbymtheg* (16), *deuarbymtheg* (17), *triarbymtheg* (18), *pedwararbymtheg* (19).

Cornicum simplex *dek* colligendum e compositis *dowthek* (duodecim) Pass. 47, 1. 61, 1. 72, 3. *pymthek* (quindecim) 227, 3. 228, 1. Apud Borde sequentes formae leguntur: *dec* (10), *unec* (11), *dower* (leg. *dowec?* 12), *tredeec* (13), *peswardeec* (14), *pympdeec* (15), *whedeec* (16), *sythdeec* (17), *ethdeec* (18), *nawdeec* (19).

Armorica e Buh.: *dec scoet* (decem scuta, numi hujus nominis) 158, 6. *dec bloaz* (decem anni) 122, 14. *a het dec bloaz* (inde a decem annis) 118, 16. *pemdec bloàz* (15 anni) 12, 1. Hodierni numeri inde a X: *dek* (10), *unnek* (11), *daouzek* (12), *trizek* (13), *pevarzek* (14), *pemzek* (15), *c'houezek* (16), *seitek* (17), *triouech* (18; = 3 × 6), *naontek* (19).

XX. UCENT (= hibern. *fichet*). Cambrice *uceint*, destituta consona *ugeint*, interdum *ugein*. Exempla mox inter combinatos.

Numeri combinati significantur additione, eodem modo constructi, ut in vetusta hibernica, quae differt omittendo praepositionem, e. gr. *vn weith ar hugeint* (una et viginti vicibus) Mab. 1, 258. *trimeib ar hugeint* (23 filii; 3 + 20) Mab. 2, 217. *pedwar mackwy ar hugeint* (24 pueri) Mab. 1, 258. *pedwar marchawc ar hugeint* (24 equites) Mab. 2, 390. *pedeir morwyn ar hugeint, pedeir gwraged ar hugeint* (24 puellae, mulieres) Mab. 1, 4. 36. 37. *pedeir assen arugeint* (24 asini) Mab. 2, 391.

Cornica forma *igous* (corrupta ex *ugons, ugens*) ap. Borde, apud quem porro: *ouyn war igous* (21; *ouyn* ex *onyn, onon*), *dow war igous* (22), *tray war igous* (23), *peswarygous* (24).

Armorica *ugent*. Porro 21: *unan war-n-ugent* (i. e. unum ad viginti), 22: *daou war-ñ-ugent* etc.

XXX — XC numerorum denariorum exstitisse formas peculiares britannicas, ut in lingua hibernica vetusta, periisse autem ob methodum multiplicandi et addendi, ut perierunt in lingua gaelica, negari non poterit. Numeri XXX ejusmodi forma vetusta TRIMUCEINT inter glossas Oxon.: *is trimuceint hestaur mel* (exprimitur idem ante: *hi hestaur mel* .i. *is* XXX), unde et possunt supponi formae *petuarmuceint* (40), *pimpmuceint* (50), *seithmuceint* (70; = hibern. vet. *sechtmugat*) etc. Forsan et *triceint* (= hibern. vet. *trichit*), *nauceint* (= hibern. vet. *nóichat*).

Armor. XXX e Buh.: *tregont bloaz* (triginta anni) 28, 19. *da pen tregont bloaz* (inde a 30 annis) 2, 10. *da tregont blizien* (post 30 annos) 4, 5. Hodie quoque *tregont*, sed sequentes majores denarii significantur plurimum multiplicatione.

Numeri cambrici XXX—XC facti sunt additione vel multiplicatione. XXX: *deg ar ugeynt* (10 ad 20; gael. *deich ar fhichead*) Leg. 2, 1. 31. *rwyf dec erydyr ar hugeint* (fructus 30 aratrorum) Mab. 2, 210. *deudec brenhin ar hugeint* (32 reges; = 12 + 20) Mab. 3, 263. XL. L: *deugeyn* (2 × 20 = 40; gael. *dà fhichead*), *deg a deugeyn* (10 + 2 × 20 = 50; gael. *deich is dà fhichead*) Leg. 2. 1. 23. Numeri unitatum, si adsunt, praeponuntur, ut numerale *dec*, cum part. *a* (et): *dros wythdrawst adeugeint* (trans 48 trabes; = 8 + 2 × 20) Mab. 2, 211. *bwyt degwyr adeugeynt* (cibus 50 virorum) Mab. 2, 201. LX:

triugeyn, trugeynt (= 3 × 20; gael. *tri fichead*) Leg. 1. 15. 8; 2. 1. 31. *trugein cantref* (60 c.) Mab. 2, 224. *y mae chwech marchawc athrugeint* (sunt 66 equites) Mab. 1, 284. Eodem modo et hodie: *deg ar ugain* (30), *deugain* (40), *deg a deugain* (50), *trigain* (60), et sic porro: *deg a thrigain* (70), *pedwarugain* (4 × 20 = 80, gall. hodiern. *quatre-vingts*), *deg a phedwarugain* (10 + 4 × 20 = 90, gall. hodiern. *quatre-vingt-dix*).

Cornice additio vel multiplicatio obtinet item jam a XXX. Apud Borde: *deec warnegous* (10 + 20); in Pass.: *denguans dyth* (quadraginta dies, leg. *deuguans, deugons?* 2 × 20) 10, 3. *tryngous* (3 × 20; leg. *tryugons?* cambr. *triugeint*) 227, 3.

Armorice hodie est 50 *hanter-kant* (dimidium centum), alias ut cambrice, 40 *daou-ugent*, 60 *tri-ugent*, 70 *dek ha triu-gent*, 80 *pevar-ugent*, 90 *dek ha pevar-ugent*.

Modum hunc numerandi esse pervetustum, docet codex Lichfeldensis seculi noni, exhibens numeros DOUCEINT (= *deugeint* Mab.) et TRIUCEINT (= *trugeint* Mab.), in append. libr. Landav. p. 272: *hic est census eius. douceint torth hamaharuin in irham. ha duceint torth in irgaem. ha huch. ha douceint manudenn.* Et ibid. p. 273: *isem hichet triuceint torth h***ruin ha guorthoueir emeninn.* Vertit Lhwyd, Camber et literarum cambricarum cultor, apud Wanlei. p. 290, locum priorem: hic est census ejus: quadraginta panes et vervex in aestate, et quadraginta panes in hieme, et porcus et quadraginta disci butyri. Porteriorem locum: emolumenta ejus sunt sexaginta panes et vervex et guorthewyr (mensura hodie ignota) butyri.

C. CANT (= hibern. vet. *cét*, i. e. *cent*). Cambr.: *hitheu aanuones cant marchawc* (misit ea, imperatrix, centum equites) Mab. 1, 280. Ita et hodie *cant*, atque porro 200 *deugant*, 300 *trichant*, 400 *pedwarcant*, 500 *pumcant*, 600 *chwechant*, 700 *seithgant*, 800 *wythgant*, 900 *nawcant*. In Mab.: *yno y maent perchen trychant pebyll ygkylch y cruc* (ibi sunt possessores 300 tentoriorum circa montem) Mab. 1, 272. Sequitur et hic numerus post minores: *y mae chwech marchawc athrugeint aphumcant o varchogyon urdawl* (sunt 566 equites ordinati) Mab. 1, 284.

In compositione *cann, can: bwyt kanwr ac eu llynn* (cibus et potus centum virorum), *bwyt deukannwr ac eu llynn* (cibus et potus 200 virorum), *bwyt trychannwr ac eu llynn* (c. et p. 300

virorum) Mab. 1, 254. *trychanwr teulu yssyd idi . . . . y trychannwr teulu aeisted yn nessaf yr arglwydes* (300 viri domestici sunt ei, . . trecenti domestici sedent proximi dominae) Mab. 1, 271.

Cornice: *peder gwyth cans goly* (quater centum signa, i. e. quadringenta signa) Pass. 227, 2. *tryhans dynnar* (300 denarii) 36, 1. In compositione: *pen canguer* (gl. centurio) Vocab.

Armorice: *dreist cant guez* (supra centum vices) Buh. 86, 13.

M. MIL (hibern. vet. *míle*), subst. fem. Cambr.: *ti awely mil o annіueileit gwyllt yn pori* (tu videbis mille animalia fera pascentia) Mab. 1, 6. *sef oed meint y nifer teir mil* (haec erat magnitudo exercitus, tria millia) 1, 22. Plur. *milioed: y sawl vilioed* (multitudo millium, multa millia) Mab. 1, 279.

Corn.: *yntre myll darn* (in mille partes) Pass. 166, 3. *leas myll* (multa millia) 165, 3. 226, 3. *pymp myll* (quinque millia) 227, 2.

Armor.: *mil chancou* (mille permutationes) Buh. 84, 7.

CCIↃↃ. MYRD. Cambr.: *o achaws yntéu gwneuthur y gaer o vyrd o wyr y gelwit kaer vyrdin* (quia exstructum est oppidum a myriade virorum, vocatum est Caer myrdin) Mab. 3, 272.

Numeri cardinales britannice fiunt adverbiales addito subst. fem. cambr. *gweith,* corn. *gweyth, gwyth,* armor. *gueiz, guez.*

Cambrica exempla: *vn weith* (semel) Mab. 1, 258. *dwyweith* (bis) Mab. 1, 267. *teyr gueyth* (ter) Leg. 1. 2. 1. *teirgweith* Mab. 1, 267. 294. Et sic deinceps: *pedeirweith* (quater) etc. In numeris combinatis constructio solita: *peredur a marchogaeth vn weith ar hugeint drostaw* (P. equitavit semel et vicies super eum) Mab. 1, 258.

Cornica exempla: *tergweyth, trygweth* (ter) Pass. 18, 2. 49, 3. *peder gwyth* (quater) 227, 2. Armor.: *cant guez* (centies) Buh. 86, 13. 172, 5.

Praemisso pron. *pop* (quivis) cambrice ordinales sunt significationis ut latini distributivi: *gwascaru aoruc llu arthur bob un bob deu* (separari coeperunt homines Arthuri singuli vel bini) Mab. 2, 235. *y gwnaethpwyt yscawl y pob petwargwyr onadunt* (facta est scala quaternis viris) Mab. 3, 273.

2. Numeri ordinales. E numeris cardinalibus derivati

inde a III. Derivatio est aut -ET (= hibern. *-ed* pro *-eth* in *cóiced*, quintus), ut in V, VI, aut -UET (e *-met* = hibern. vet. *-mad* = *-math*), quae est communis in ceteris. Numeri cambrici III et IV addunt terminationes -YD masc., -ED fem. (hod. *-ydd*, *-edd*).

I. CINTAM (cf. hibern. *cétne*). Cambr.: *kentaf* (primus) Leg. 1. 31. 1. *y marchawc kyntaf* (primus eques) Mab. 1, 244.

Ex *un* regularis derivatio obvia in conjunctione cum aliis: *vnuet ardec* (undecimus), *vnuet ar pemdec* (sextus decimus) Leg. 1. 17. 1; 22. 1.

PRIM (= hibern. vet. *prím*, p. 315) etiam in cambricis vocibus compositis: *arthur aoed ygkaerllion arwysc priflys idaw* (A. erat in castro legionum ad Oscam, in aula sua capitali) Mab. 1, 282. Ita et alia: *prifford* (via primaria) Mab. 2, 36. 49. 3, 272. *prifauon* (amplus fluvius) 2, 49. *prifdinas* (oppidum magnum) 3, 264. 269.

Armor.: *quentaf* (primus) Buh. fq.

II. EIL (alter, secundus). Cambr.: *am er eyl guyt* (l. *gueyth*, pro altera vice) Leg. 2. 1. 39. *ar eil weith* (secunda vice) Mab. 1, 247. *ef a glywei disgrech uawr y mywn koet ar eil ar dryded* (audivit magnum ululatum in silva, secundum, tertium) Mab. 1, 30.

Armor.: *an eil lem* (altera, secunda acies, gladii) Buh. 154, 1.

III. TRITID, -ED. Cambrica scriptio recentior *trydyd*, *-ed*, hod. *trydydd*, *-edd*. Masc.: *ar trydyd dyd ef a glywei dyrnawt mawr* (et tertio die audivit magnam plagam) Mab. 1, 279. *ar trydyd aekyrchawd* (et tertium invasit, equitem) 2, 37. In Leg. *tredyt* 1. 9. 1, negligentius more solito, pro *tretyd*. Fem.: *ar dryded weith*, *y dryded weith* (tertia vice) Mab. 1, 247. 280. *ar dryded eglwys* (et tertia ecclesia) Mab. 2, 6.

IV. PETUERID, -ARED. Cambr. masc.: *ar pedwyryd dyd arofun awnaeth peredur y ymdeith* (et quarto die pergere quaesivit P.) Mab. 1, 288. *y lladawd y pedwyryd* (occidit quartum, equitem) 2, 37. Fem.: *petguared part*, *petguared pard* (quarta pars) in gloss. Oxon. *y bedwared vlwydyn*, *y pedwyred vlwydyn* (quarto anno) Mab. 1, 21. 3, 32. *ar bedwared eglwys* (et quarta ecclesia) Mab. 2, 6.

Cornice terminatio in *-a*, *-e* deficit: *then tryssa dyth* (tertia

die) Pass. 240, 2. 259, 1. *yn tressa dyth, yn tressay dyth* 91, 3. 238, 4. *tresse gwyth* (tertia vice) 57, 3. *an peswere a gewsys* (quartus dixit) 247, 1.

V. PIMPHET (= hibern. *cóiced;* de aspirata *ph* p. 171. 172) in cambr. vet. gl. Oxon.: *ir pimphet eterin* (quinta avis). Assimilatione in Leg. *pemet, pymet, pemhet, pemhed* (= *pemmet,* hod. *pummed*) fq., et in Mab.: *pymhet ran* (quinta pars) 2, 241.

VI. CHUECHET. Ita in Leg. *chuechet, chuehet, chueched.*

VII. VIII et sequentes. Inde a numero VII additur terminatio -MET, ita ut possint supponi formae vetustiores 7. *seithmet,* 8. *oithmet,* 9. *naumet,* 10. *decmet,* 20. *uceintmet.* Obvii VII: *seithuet mab* (septimus filius) Mab. 1, 235, in Leg. *seythuet, seithuet, seihuet, seythued.* VIII in Leg. *huethuet, huyduet, wythuet, uythued; wythuet* Mab. 3, 99. IX: *nawuet gwr* (octavus vir) Mab. 2, 209. X: *decuet, decued* Leg. Mab. XII: *y deudecuet marchawc* (duodecimus eques) Mab. 2, 45.

Armor. terminatio hodierna *-ved* jam a III: *trived, pevarved* etc.

Numeri combinati ordinales construuntur cambrice ut cardinales, ita tamen ut minor numerus solummodo formam ordinalem induat, e. gr. *vnuet ardec* (undecimus) Leg. 1. 17. 1. *tredyt ardec* (tertiusdecimus) Leg. 1. 19. 1. *vnuet ar pemdec* (sextusdecimus) Leg. 1. 22. 1. *y pedwyryd arugeint* (vicesimus quartus) Mab. 3, 195.

C. et M. Cambr. hod. *canfed* (centesimus), *milfed* (millesimus), unde vetustas formas licet conjicere *canmet, milmet.* Armor. hod. *kandved* (centesimus), *dek-kandved* (millesimus).

CAPUT QUARTUM.

De pronominibus.

Pronominum in utraque lingua, tam hibernica quam britannica, ea proprietas est, ut non solum ut in aliis linguis indeuropaeis per se posita in plena forma appareant, sed etiam attenuata in literas radicales suas inter alias voces, e. gr. inter praepositiones

et substantiva, inter particulas et verba, in medio infigantur, etiam, si sunt personalia, post praepositiones suffigantur. Sunt itaque pronomina personalia vel absoluta, vel infixa, vel suffixa; possessiva et relativa aut absoluta aut infixa. Demonstrativa pronomina, interrogativa atque adjectiva et substantiva, quae quidem pronominis vice funguntur, nonnisi absolute ponuntur. Pronominis personalis reflexivi non est propria forma celtica.

Comitantur saepissime in utraque quoque lingua pronomina personalia et possessiva ad majorem emphasin primitus, ut videtur, idque tam absoluta quam infixa vel suffixa, notae quaedam, ortae plerumque ex ipsis pronominibus, quas dicere poterimus notas ampliantes vel augentes; atque pronomina ipsa, si occurrunt vel sine his notis vel cum iisdem, sunt aut formae simplicis aut auctae vel ampliatae. Britannice praeter auctam est etiam emphatica propria forma personalium.

I. Pronomina hibernica.

A. Pronomina personalia.

I. Pronomina personalia absoluta.

1. Pronomen primae personae. Sing. MÉ: *ismé asapstal geinte* (gl. ego sum gentium apostolus) Wb. 5[b]. *am. bid me féin* (tanquam ego ipse essem) 32[a]. *ni mé asbéo* (gl. vivo non ego) 19[a]. (De constructione impersonali videsis in verbo subst. et syntaxi).

Nota augens SA, ut patebit ex infra sequentibus exemplis pronominis infixi vel suffixi, hic tamen -SE, -SSE ob praecedentem vocalem *e*, pro qua et *ei* in hac compositione: *robtar óis teglig nicumme et messe* (fuerunt confamiliares, non idem et ego) Wb. 7[b]. *cani messe immoforling cretim dúibsi* (annon ego feci fidem vobis?) 10[c]. *ismesse rophroidech doib* (ego praedicavi eis) 10[c]. *nifil nech and occtadradso acht meisse móinur* (gl. ego relictus sum solus) 5[a]. *meisse 7 choirbbre* (ego et Coirbre) Sg. gl. marg.

194[a]. In Wb. 11[a]. Ml. 21[a] *osme* (gl. ipse, ego), et Wb. 29[d] *osme* (gl. ego), alio emphaseos modo, ut infra *osní, ostú*.

Plur. Primitus SNI et *s* excussa NI, quae forma simplex in Wb. 15[c]: *:::laimirsni*, in glossa scilicet marginali mutilata, conjugatione impersonali, pro *rolaimemmar* (gl. audemus), quae est in textu. Porro Wb. 19[d]: *maic ni dosom* (filii nos ei, deo).

Nota amplians idem pronomen duplicatum: *snisni ata sonortu* (gl. debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere; i. e. nos qui firmiores) Wb. 6[c]. *issnisni ata bobes* (gl. propter nos, qui aramus terram cordium hominum; i. e. nos sumus boves etc.) 10[d]. *combad snini formoidemsi* (gl. occasionem damus vobis gloriandi pro nobis; i. e. ut simus nos vestra gloriatio) 15[d]. *isnini firiónaib* (gl. Christus in domo sua quae domus sumus nos, i. e. in nobis justis = in nobis est, si sumus justi) 33[a]. Alia emphasis *osní* Wb. 19[a]. Sg. 26[b].

2. Pron. secundae personae. Sing. TÚ: *isinse ṅduit ni tú nodnai:: acht ishé notail* (gl. non tu radicem portas, sed radix te) Wb. 5[b]. *cani tú féin* (gl. quis enim te discernit? i. e. annon tu ipse?) 8[d].

Nota augens SU (SO in exemplis infra sequentibus): *cia tussu díxnigedar* (gl. o homo tu quis es qui respondeas deo) Wb. 4[c]. *ni tussu thóenur ciatbere* (gl. reliqui mihi septem milia virorum, i. e. non tu solus) 5[a]. *athvsv* (gl. o mea tu, amica) Sg. 204[b]. Alia emphasis: *ostú* (gl. tute, gl. tutemet) Sg. 201[b] bis.

Plur. SIB in uno loco Wb. 19[c]: *it sib ata chomarpi abracham* (gl. vos abrachae semen estis secundum promissionem haeredes). Alias rejecta *b* SI: *nabad anfoirbthi si dam* (ne sitis infirmi vos etiam) Wb. 12[d]. Ita et in positione aucta.

Nota augens SI (e *sib* procul dubio): *isderb liumm cid sisi dam ronfitidni* (gl. spero et in conscientiis vestris manifestos nos esse; i. e. est persuasum mihi quod vos etiam nos scitis) Wb. 15[c]. *apstil itossug sissi íarum* (apostoli in initio, vos postea) 27[a]. *ississi intempulsin* (gl. templum dei sanctum est, quod estis vos) 8[d].

3. Pron. tertiae personae. Sing., secundum tria genera: É (is; scriptionis etiam *hé*, interdum cum articulo *né*), SÍ (ea), ED (id; saepius et *hed*). Mascul.: *isé side* (is est) Sg. 209[b]. *isé multiplex motus* (is est mult. m.) Cr. 18[b]. *am. asné assplendor* (sicut ipse est spl.) Wb. 32[b]. *ishé asairchinnech* (is

est princeps, deus) Wb. 4[c]. *ba hé cúrsagad maid* (ea objurgatio bona est) Wb. 14[d]. Fem.: *níp sí bes airchinnech* (gl. mulieri non permitto dominari in virum, i. e. non ea sit princeps) Wb. 28[b]. Neutr.: *istorbe cid ed ón* (est utilitas adeo hocce) Wb. 23[b]. *ished asmaith dúib* (est id vobis bonum) 6[c]. *ished ón asfír* (hocce verum est) 13[b]. 18[d]. Hujus locum et obtinent ÓN, SÓN, quorum exempla infra sub demonstrativis.

Obvia et nota augens SE: *ishese sís andechor* (est haecce differentia eorum, pronominum et nominum) Sg. 201[a].

Plur. Pro tribus generibus É (scriptum etiam *hé*): *ithé sidi beta hícthi* (sunt ii, qui erunt salvi) Wb. 3[d]. *hité spatia. hité soni. hité interualla* (sunt ea, ii, spatia, soni etc.) Cr. 18[c]. *ité inna noi dim* (sunt ergo ea novem, pronomina) Sg. 197[b].

Per utrumque numerum generis masc. occurrit etiam SOM, SEM: *bid maid som* (erit bonus ipse) Wb. 5[d]. *nahí dorigénsat som* (ea quae fecerunt ii) Wb. 11[a]. Post praepp.: *dossom, frissom* (ei), *lesom, lessom* (apud eum), plur. *doibsom* (iis; in Wb. 28[d]. Sg. 40[a] *doibsem, dóibsem*), *leusom, leosom* (apud eos) Wb. fq.

Hactenus formae pronominum personalium in nominativo. In casibus obliquis, quia non solum accusativus, sed etiam dativus significatur radicibus pronominum infixis vel suffixis, rariores sunt formae positionis absolutae. Tertiae personae occurrunt haecce. Sing. gen. masc.: *indái fośodin* (gl. ἑαυτοῦ gen. art. .i. sui; i. e. sui ergo) Sg. 209[b]. *ai, ái* (gl. suus, illius, filius) Sg. 198[a]. 204[a]. Quaeritur, annon inde possint supponi formae *mái* (mei), *tái* (tui), *nái* (nostri), *bái* (vestri). Plur. gen.: *innanai, inna ái* (gl. suus, illorum, filius: dicimus enim suus illius et suus illorum) Sg. ibid. *innan ae l. ai* (gl. sui: eos a contemplatione sui amovere) Ml. 16[d]. Pertinent huc et formae *cechtar ái, cechtarnái, nechtarnái* (cf. *cechtar dalíno* Sg. 162[b] cum genit.), de quibus infra dicetur. Dat.: *o pronoib. neib foilsigdde phersin frecn̄dairc* (ab eis pronominibus, quae significant personam praesentem) Sg. 200[b].

II. Pronomina personalia infixa.

Infiguntur ante verba consonae nudae pronominales ut *m, n, t, b, d, n, s* etc. post particulas exeuntes in vocales, verbales *no*,

ro, negativas *ni*, *na*, post praepositiones primum locum obtinentes in compositis verbis et terminatas vocalibus: *noMréla* (manifestat me) Sg., *roMsóirsa* (salvavit me) Wb., *niMcharatsa* (non amant me) Wb., *noNmóidemni* (laudamus nos) Wb., *foNsegar* (tribulamur) Wb., *noTail* (alit te) Wb., *foTracbussa* (reliqui te) Wb., *noBsoirfasi* (salvabit vos) Wb., *doBrograd* (electi estis) Wb., *níBtá torbe* (non prodest vobis) Wb., *roDchúrsach* (vituperavit eum) Wb., *doDlugi* (ignoscit id) Wb., *niSfitir* (nescit eos) Wb.

Post particulas terminatas consonis, e. gr. *ar*, *ad*, *imm* etc. infiguntur pronomina cum praecedentibus vocalibus *o* vel *u*, rarius *a*, si est prima vel secunda persona pronominis, cum *i*, si est tertia: *aromfoimfea* (suscipiet me) Wb., *immumruidbed* (circumcisus sum) Wb., *immunrordad* (ordinati sumus) Wb., *adobragart* (gl. vos fascinavit; *adgaur*) Wb., *aridrochell* (concepit id) Sg., *immidforling* (fecit id) Wb., *assidbeir* (dicit id) Wb. Fit idem adeo post verbum subst. *is* (est): *issumecen* (gl. necessitas mihi incumbit; i. e. est mihi necessarium) Wb. 10[d]. Post particulam negativam *nach*, relativam vel prohibitivam, obtinet *i* cum omnibus personis: *nachimrindarpaise* (ne me exheredet), *nachitrindarpither* (ne exherederis) Wb., *nachinrogba uáll*, *nachinrogba derchóiniud* (ne nos capiat superbia, tristitia) Wb., *nachiberpidsi* (ne tradatis vos, ne confidatis), *nachibfel* (quod non estis) Wb. Exempla, quorum loci hic non citantur, infra porro sequentur.

Est etiam alia ratio infigendi pronomina, quae id agere videtur, ut sit majoris ambitus et magis animadvertatur pronomen infigendum. Nam post particulas non solum exeuntes in consonas sed etiam in vocales infiguntur radices pronominales, amplius ante *a*, *o*, *u*, *i* praemissa *d*, cum syllabis *do*, *du*, *di*: *nudamchrocha* (gl. discruciat me; *no-dom-chr.*) Ml. 32[d]. *indí fodamsegatsa* (gl. qui tribulant me; *fo-dom-s.*) Ml. 33[a]. *fodunsegat* (qui nos tribulant; cf. *fonsegar*, gl. tribulamur, Wb. 14[b] e *fo-s.*) Ml. 27[c]. *fordomchomaither* (gl. servor: possunt passiva dativo etiam adjungi ut servor tibi) Sg. 139[b]. *cofordumthésidse* (ut adjuvetis me; cf. *for-tacht*, auxilium) Wb. 7[a]. *fordubcechna* (gl. qui vos commonefaciat, dominus; *forcanim*, praecipio) Wb. 9[a]. *condomarrgabadsa* (gl. ut me comprehenderet; *con-dom-arg.*) Wb. 17[d]. *condumfel* (ut sim), *condibfeil* (ut sitis; impersonalia) Wb. 3[c]. 5[b]. 24[c].

In tali combinatione *d* cum praecedente consona particulae, e. gr. *ad, con, frith,* coalitione obvia et alias (cf. p. 80) fieri solet *t: atomaig,* (impellit me), *atobaich, atobaig* (impellit vos; = *addomaig, addobaig,* ex *adaig*) Wb. 9[c]. 10[d]. 19[d]. *coatomsnassar* (gl. ut ego inserer) Wb. 5[b]. *atobcí* (novit vos; = *addobcí,* ex *adcí*) Wb. 25[a]. *atobsegatsi* (persequuntur vos) Wb. 14[d]. *atabgabed farcaire* (gl. aculeum vobis reatus adfigite; i. e. adsumite vobis vestram correctionem) Ml. 20[d]. *cotammeicnigthersa* (gl. conpellor; i. e. cogor, = *con-dom-eicn.,* cf. *coméicnigther,* cogitur, Wb. 28[b].) Ml. 21[b]. *cotomerchloither* (gl. agor, actus) Sg. 17[a]. *cotondelcfam* (comparabimus nos; = *condond.,* subst. *condelc,* comparatio) Wb. 17[b]. *cototnertsu* (gl. confortare; i. e. conforta te; pro *condotn.* e verb. *connertad*) Wb. 30[a]. *cotobsechfider* (instituemini; cf. *coisc* = *cosech,* institutio) Wb. 9[a]. *fritumthiagar* (gl. aboleor) Sg. 183[a]. *fritammiorsa* (gl. me adficiet, cogitatio), *fritammiurat* (adficiunt me) Ml. 32[d]. 33[a]. Notanda differentia inter conjunctionem *con* (ut), cujus *n* cum sequente *d* servatur, et praepositionem *con* (cum), cujus *n* cum sequente *d* fit *t*.

Si insuper adest relatio cum *n* intercedente post particulas verbales vel praepositiones, sat ampla fit immissio: *am. nondubcairimse* (ut ego amo vos; *no-n-dub-c.*) Wb. 23[c]. *hore nondobmolorsa* (quia laudo vos) 14[c]. *am. rondobcarsamni* (ut amavimus vos) 25[a]. *aforcital forndobcanar* (doctrina quae praecipitur vobis; *for-n-dob-c.,* e *forcanim*) Wb. 3[b].

1. Pron. pers. infixum 1. pers. Sing. M (OM, DOM; *m* inficit, ut radices sequentes *n, t,* consonas infectionis capaces): *nommóidim* (glorior, laudo me) Wb. 14[c]. *ma numgaibi archarit* (si habes me amicum) Wb. 32[a]. *nomdurni* (gl. ut me colaphizet) Wb. 17[d]. *nomréla et nometargnigedar* (manifestat me et notificat me) Sg. 200[b]. *isiress cr. nombeoigedar* (fides Christi vivificat me) Wb. 19[a]. *ní maith domrignis* (non bonum me fecisti) Wb. 4[c]. *aromfoimfea innalaith* (suscipiet me in regnum suum) 31[a]. *massuthol atomaig* (si voluntas me impellit) 10[d]. *israd dée immumforling conda . .* (gratia dei effecit me ut sim . .) 13[b]. Pro dativo: *nímbia fochricc darahési* (non erit mihi merces pro eo) Wb. 10[d]. *ó domanicc foirbthetu* (ex quo mihi venit firmitas) 12[c]. Pronominum infixorum in conjugatione impersonali passivi exempla sequentur infra in verbo.

Cum nota augente: *romsóirsa rect* (salvavit me lex) Wb. 3[d]. *romiccsa* (salvavit me) 28[a]. *nímcharatsa indfir* (non amant me viri) 5[c].

Plur. N: *hóre ronsóir dipeccad is derb linn nonsóirfea in futuro* (quia salvavit nos a peccato, est certum nobis quod salvabit nos in f.) Wb. 24[c]. *ronmoitsem* (gloriati sumus, laudavimus nos) 17[a]. *nínmóidfem inneuch nád denam* (non gloriabimur in aliquo quod non facimus) 17[b]. *isdichéin immunrordad* (dudum destinati sumus; impers.) 20[d]. Pro dativo: *condonroib indocbál* (ut sit nobis gloria) Wb. 15[b]. 20[c]. *dunnanic fiusscél uáib* (venit nobis nuntius a vobis) 25[a]. *níntanicc recht* (non venit nobis lex) 1[d].

In positione aucta accedit NI: *nonmóidemni* (gl. gloriamur) Wb. 2[d]. *isarathsom ronnicсni* (gratia ejus nos salvavit) 21[b]. *ronfitidni* (novistis nos) 15[c]. *ninfortéitni* (non succurrit nobis, non adjuvat nos) 4[a]. *ronbiani indocbál* (erit nobis gloria) 14[c]. 25[a].

2. Pron. pers. infixum 2. pers. Sing. T (cf. p. 80): *ishé notail* (ipse te alit) Wb. 5[b]. *nihed notbeir ínem* (non hoc te fert in coelum) 6[c]. *cách rotchechladar* (omnis qui te audivit) 28[d]. *isfoirbthetu hirisse attotáig* (est firmitas fidei quae te impellit) 6[c]. Pro dativo: *rotbia lóg* (erit tibi merces) 6[a]. *rotbia adbar fáilte* (gl. laetare . . et clama; i. e. erit tibi causa laetitiae) 20[a].

Nota augens SU (*so, siu* infra): *cototnertsu* (gl. confortare) Wb. 30[a].

Plur. B (non invenitur notata infectio sequentis consonae): *nobguidet* .i. *nobbendachat* (gl. salutant vos, omnes) Wb. 7[b]. *níp and nobirpaid* (ne tradatis vos, ne confidatis ei, philosophiae) 8[b]. *dobtromma anaccobor collnide* (gravat vos cupiditas carnalis) 8[c]. *dobróigu dia* (elegit vos deus) 26[a]. *atdubelliub* (videbo vos) 7[a]. *cid atobaich . . . cid atobaig dó* (quid impellit vos? quid impellit vos ad id?) 9[c]. 19[d]. *atobcí side* (noscit vos ipse, deus) 25[a]. *adobragart* (gl. vos fascinavit, daemon) 19[b]. Pro dativo: *níbtá torbe de* (non vobis est utilitas inde) Wb. 19[b]. *nibécen* (non vobis necesse) 22[d].

Nota augens SI: *nobsóirfasi dia* (servet vos deus) Wb. 11[b]. *issí dam robnóibsi* (haec etiam vos sanctificavit, fides) 19[b]. *robcarsi tíamthe* (amavit vos Timotheus) 23[d]. *atobsegatsi* (persequuntur vos) 14[d].

3. Pron. pers. infixum 3. pers. Sing. Communis tribus generibus radix pronominalis occurrit D; sunt tamen et pe-

culiares generibus notae, masculino (et neutro?) N, feminino SN, S. Inficit *d*, vix reliquae.

Masc. D (ID, DID): *nodmoladar fesin* (gl. non qui se ipsum commendat, probatus est; i. e. qui laudat se ipse) Wb. 17[b]. *issochuide rodchúrsach* (gl. sufficiat illi, adulteranti, objurgatio a pluribus; i. e. plures eum objurgarunt) 14[d]. *condidmolodar cách* (ut laudet eum quivis, Lucam) 16[d].

PA, PI: *pa diu* (gl. quid?) gl. Oxon. *padyu, pydiu* Leg. 2. 4. 8. *pawed* (quomodo?) Mab. 3, 304. *pa drwc digoneis inheu ytti* (quid mali feci ego tibi?) 1, 9. *py drwc yw hynny* (quid mali hoc?) 1, 20. *py diaspadein yw hwnn weithon* (qui clamor est hic nunc?) 1, 16. *dywet vy chwaer heb y peredur pa diaspedein yssyd arnat* (dic soror mea, inquit P., qui clamor est in te? i. e. cur sic clamas?) 1, 248. *ny wys pa du y mae, ny wys pa tu y mae* (ignotum, ubi sit) 2, 225. 226. *pa le pan deui di* (qui locus unde venis?) 1, 243. 255. *gofyn or marchawc y peredur py le pandoei* (quaesitum ab equite e P., unde veniret; cf. *ble,* ubi? Mab. 2, 199) 1, 249. Pertinet huc frequens interrogatio qualitatis *pa ryw, py ryw* (quod genus? cf. compos. *cyfryw,* ejusdem generis, talis): *py ryw ormes yw hwnnw* (cujus generis, quale monstrum est hoc?) Mab. 1, 293. *apha ryw chwedleu yssyd gennyt* (et quales sunt tibi nuntii?) 1, 253. *amofyn aoruc ami pa ryw wr oedwn* (quaerere coepit qualis vir essem) 1, 5. *gofyn aoruc ef ymi pa le y mynnwn vynet. adywedut aorugum idaw py ryw wr oedwn aphy beth a geisswn* (et quaerere coepit e me in quem locum ire vellem, et dicere ego ei qualis vir essem et quam rem quaererem) 1, 7. Eodem modo interrogatio quantitatis *py meint, pa meint* (quantus? cf. *cymeint,* ejusdem magnitudinis, tantus). Pro *pa beth, py beth* (quae res? quid?) saepius solum substantivum *peth, beth: peth yw y rei racko* (quid sunt illi?) Mab. 1, 237. *peth achwerdy di* (quid ri-

des?) 2, 377. *nawn beth yw marchawc* (nescio quid sit eques) 1, 237.

Loco substantivi occurrit interdum numerale *un: pa vn wyt titheu* (quis es tu?) Mab. 1, 254. *aphy un awney ditheu o hynny* (et quid tu incipies inde?) 1, 34. Praepositiones pronomen sibi praefigunt: *pahar emae macht* (ad quid est vas?) Leg. 2. 6. 8. *paham y bydwn ysgymun. i* (ob quid, cur maledictus essem ego?) Mab. 1, 248.

Adjectiva vox *pynnac* significat idem quod lat. *cunque: aphwy bynnac aallei y rydhau penn clot y byd a gaffei* (et quicunque posset eam liberare, summam gloriam mundi acciperet) Mab. 1, 284. *vy mam heb y peredur aerchis ymi pale bynnac y gwelwn vwyt a diawt y gymryt* (mater mea, inquit P., praecepit mihi, quocunque loco viderem cibum et potum, sumere eum) 1, 239. *aphy ymadrawd bynnac adywettei yr vn* (et quodcunque colloquium dicebat unus) 3, 300.

Cornicae formae. PU: *pu a yl henna bonas* (quis potest hic esse?) Pass. 42, 4. *pu a worras yt colon* (quis intulit in animum tuum?) 81, 4. *an meyn ma pu a omellys* (lapides hos quis removit?) 253, 4. In oratione indirecta inveniuntur formae *pew, py: warnethe pren be tewlys ol an bows pew an gyffe* (de eo alea jacta est, totam tunicam quis possideret) 190, 4. *bresell creff a ve sordys en grows py elle thy don* (magna altercatio orta est, quis deberet crucem portare) 160, 3.

PY, PE: *the grist y ben py sensy tyller vyth nyn go keffys* (Christo caput suum quo poneret loco non erat) P. 206, 4. *gallas ny wotham pele* (abiit nescio in quem locum) 245, 3. *pe ryw neb a welough wy* (qualem, quem quaeritis?) 69, 2. *ny wour py gymmys y mons y sa ow peghe* (nesciunt quae sit quantitas qua sint peccantes, quantum peccent) 185, 4. *te a wothye the honon pe dra gen re ves guarnys* (tu scis ipse quid ab hominibus sis instructus) 101, 2, pro qua formula alibi occurrit *pan dra* 67, 2. 80, 1. 105, 1. Pro *pe le, pe peth* leguntur *ple, pyth: lavar thym ple ma the dus* (dic mihi, ubi sunt homines tui?) 78, 1. *pyth a vynnough* (quid vultis?) 39, 1. *pyth yw an drok rewryssys* (quid mali fecisti?) 101, 4. Item pro *perag*, cum praep. postposita, *prag* (ob quid? cur?) 78, 2. 82, 4. 116, 4. 201, 3.

Armoricae formae. PIU: *ne gon piu eo den* (nescio quis

sit homo) Buh. 56, 14. *ouzouchuy goulen a menaff . . piu eo sider hoz querent* (e vobis quaerere volo, qui sint parentes vestri) 36, 20.

PE: *pe leueret huy* (quid dicitis vos?) Buh. 160, 1. *petra* (quid?) 6, 1. *petra neuez* (quid novi?) 56, 10. 74, 1. *petra a mat* (quid boni?) 18, 20. *sellet pebez ancquen so dan den man na pebez tan a goez* . . . (videte quae afflictio sit huic viro et qui ignis cadat . . .) 196, 15. 16. Subst. *pet, pez* (res) item per se solum interrogans: *ne gous pet guez* (nescio qua vice) Buh. 84, 80.

Etiam armoricum interrogativum, ut cambricum et hibernicum, antecedit praepositionem: *me men gouzout pe alech voa na pelech ez ahy* (volo scire ex quo loco venerit et in quem locum vadat) Buh. 34, 20. 21. *perac na sarmonez* (propter quid non sermocinaris?) 56, 8.

F. Adjectiva pronominalia.

Praesertim hic *all* (alius) notandum cum formis suis variatis, dein *oll* (omnis), *paup* (quivis), *nep* (aliquis), concordantia cum hibernicis *aile, uile, cách, nech.*

ALL simplex nonnisi in compositis obvium, ut jam in nomine vetusto gallico *Allobroges* (p. 226), etiam in hodierna lingua cambrica. In Leg. *alldut, alldud* (alienigena, non Camber) 4. 1. 32; 2. 6; 27, et in aliis plurimis locis enumeratis in indice sub voce *alltud,* scripta minus bene ob inchoantem *t* destituendam.

Cambrica forma duplicata sing. ARALL, plur. EREILL (cf. hibern. vet. *araile, araill,* pro *alaile, alaill,* p. 365), aut cum substantivis ad instar adjectivi, aut per se sola: *or finnaun dir claud. claud nihit dir finnaun arall* (a fonte ad fossam, secundum fossam ad fontem alium) Lib. Land. 149. *bet penn foss in hipant diuinid dir pant arall* (usque ad initium fossae in cavitate versus montem ad cavitatem aliam) ibid. 150. *marchawc arall* (alius eques) Mab. 1, 240. *yn lle arall* (in alio loco) 1, 15. 250. *am betheu ereill* (de aliis rebus) 1, 34. *gwladoed ereill* (aliae, ceterae regiones) 2, 201. *arch y gennyf y arthur dyuot ae ef ae arall* (praecipe de me Arthuri, aut veniat ipse aut alius) 1, 242.

Cornice et armorice item. Corn.: *gureck arall a leverys* (alia mulier dixit) Pass. 84, 3. *gull toll arall ny vynne* (aliud foramen facere nolebant) 180, 3. *re erell* (alii, genua flexerunt) 195,

1. Armor.: *e bro arall* (in aliam regionem) Buh. 4, 23. *tremen tu arall* (transire in aliam partem) 90, 19. *vn guez arall* (alia vice) 74, 9. *vn arall choasomp* (alium eligamus) 182, 16.

Obvia porro et forma cambrica LALL (orta ex *allall?*) cum articulo, sing. *y llall* Mab., plur. *ir leill* in glossis Oxon., recentius *y lleill*, si duae opponuntur personae sive res vel partes, praecedentibus plerumque formis NEILL, LEILL (unus e duobus)* item cum articulo: *mwy nor llall* (major quam alter) Mab. 1, 281. *y neill ohonunt yn was gwineu. ar llall yn was melyn* (unus ex eis puer fuscus et alter puer flavus) 1, 263. *y lladawd y neill or gweisson. y lladawd y llall* (cecidit unum e pueris, cecidit alterum) 1, 36. *e neyll hanner. . . ar llall* (unum dimidium, . . et alterum) Leg. 1. 43. 21. *yny orffei y lleill ar y llall* (donec superabat unus alterum) Mab. 2, 27. *deu ychen . . . y lleill . . . ar llall* (duo boves, . . unus . . et alter) 2, 222. Plur.: *e rey or teylu ar lleyll eny kylc y lety ef* (alii e curia et alii in vicinitate domicilii ejus) Leg. 1. 7. 7. Accedente tamen substantivo in altera parte pro *llall* est *arall: ar neill hanner ar hanner arall* (et dimidium unum et dimidium alterum) Mab. 1, 274. *ar y neill law y owein. ar y tu arall y owein* (ad unam manum, partem, Oweni, ad alterum latus O.) 1, 33. *yn y neill law. . . ar y llaw arall* (in una manu, in altera) 1, 271. *or neill tu. . . or tu arall* (ex uno latere, ex altero) 2, 20. *or neill parth. or parth arall. or lleill parth. . . or parth arall* (ex una, altera parte) 1, 274. 2, 39.

Cornicum ejusmodi exemplum in Pass: *hay yll leff hag yll troys en levff arall* (una manus ejus et unus pes, altera manus) 179, 2. 3. 180, 1.

OLL (omnis) cambrice servatur cum substantivis, e. gr. in plur.: *gwraged oll* (omnes mulieres) Mab. 1, 5; etiam in compositione: *yr hollgwn* (omnes canes) Mab. 2, 22. Compositum au-

---

* *Neill* extra oppositionem: *or neildu* (ex uno latere, e duobus) Leg. 2. 6. 30. *gwna y neillpeth* (fac unùm e duobus; aut — aut) Mab. 1, 270. *eisted aoruc peredur ar neill law yr amherodres* (sedere P. ad unam manum imperatricis) 1, 281. Cornice praeter *neyl* obtinet etiam *eyl: an neyl tenewen* (ex uno latere) Pass. 71, 1. 205, 3. *a neyl tu* (ad unum latus) 105, 3. *an neyll leff bys yn y ben* (ab una manu usque ad caput) 178, 1. *gans y eyl leyf o gosys* (cum una manu quae erat sanguine conspersa) 219, 3. Inde et hae formae variatae ex *all* putari poterunt.

tem cum numeralibus est *ell, ill, yll: ellldeu, illdeu, ylldeu* (ambo, omnes duo) Mab. 2, 237. 247. 3, 12. 215. 266. *ellpedwar, yllpedwar* 2, 16. 247. 3, 145. 146. 148. *ellpump* 3, 102.

Corn. OL, OLL (omnis, totus), illud absolute positum vel ante substantivum, hoc post substantivum in Pass.: *pub onan ol* (quisque omnium) 43, 2. *rag ol an wlas* (pro toto mundo) 56, 4. *war ol y gorf* (in toto corpore ejus) 236, 3. *dris ol an bys, dris an bys oll* (per totum mundum) 31, 2. 200, 2. *yn nos oll* (in tota nocte) 241, 3. Attamen etiam: *oll neb a vynne* (omnis qui voluerit) 228, 1. *yn oll an bys* (in toto mundo) 225, 4.

Armor. OLL absolute positum, HOL in constructione cum substantivis in Buh.: *oll da pep re so ret* (omne cuivis est necessarium) 62, 23. *an oll ez em collez* (omne perdis) 72, 2. *oll ny aiel* (nos omnes eamus) 140, 2. *he hol souzan. . . he hol glachar* (omnem curam et omnem sollicitudinem ejus, mundi relinquere) 136, 16. 17. *an hol loznet* (omnia animalia) 30, 18. *mir an hol gourchemenou* (serva omnia mandata) 62, 4.

PAUP (quivis; = hibern. *cách*, p. 77) cambrica forma: *gurt paup* (leg. *gurth p.*, contra quemvis) gloss. Oxon., *ar bawp* (supra quemvis) Mab. 1, 5. Additur in hac positione absoluta saepius numerale *un: am penn pob un ohonunt* (circum caput cujusvis eorum), *am bop un onadunt* (circum quemvis ex eis) Mab. 1, 3. Praecedit, ut pron. *nep,* ante substantivum: *pop rey* (omnis persona) Leg. 1. 5. 5.

Corn. PUB (destituta *p,* sed servata sequens tenuis primitiva, media adeo in tenuem provecta invenitur) item cum *onan*: *pub onan ol a ylwys* (quisque omnium clamavit) Pass. 43, 2. Cum substantivis: *pub or* (omni hora) 37, 3. 54, 3. *pub teth* (quotidie; *deth*) 228, 1. *dris pub tra* (supra omnem rem) 24, 1. *a bub tu* (a quovis latere) 163, 2.

Cum verbo vel substantivo pluralis numeri occurrit *ketoponon: gothvethough ketoponon* (sciatis singuli omnes) 141, 3. *y inntis ketoponon* (ejus artus singuli omnes) 181, 4. Concordat armor. *guitibunan* Buh. 58, 4. 94, 5.

Armor. PEP item cum *unan: sascun a pep vnan* (omnes et quivis) Buh. 54, 23. *da pep vnan* (cuivis) 154, 24; cum *heny: duet mat huy a pep heny en ty man* (accepti vos et quisquehic) 186, 5. Cum substantivis: *dirac pep den* (coram quovis homine) 64,

5. *e pep stat, e pep andret* (in quocunque statu, in quacunque re) 62, 22. 120, 6.

NEP (aliquis; = hibern. *nech*) cambrice: *na vyr nep* (quod nescit aliquis) Leg. 2. 1. 27. *nyt oes delehet y nep* (non est officium alicui) Leg. 1. 5. 13. *nys atwaenat neb or llu ef* (non cognovit aliquis ex agmine eum) Mab. 1, 24. *ny chaffwn i neb* (non inveni aliquem) 1, 10. Cum subst.: *neb ryw,* mox infra.

Corn. NEB cum subst.: *nebtra* (aliquid) Vocab. In Pass. in significationem relativi transiit (p. 397). In ejus autem locum successit *onan: an Ethewon onan* (Judaeorum aliquis) 81, 1. *adrohas scowerns onan* (decidit aurem alicujus) 71, 2. *dre onan* (per aliquem) 42, 3. *onon y welsons ena* (aliquem viderunt ibi) 154, 3.

Armor. NEP: *nep en deuez gant fez carantez net ne gra nep lech a nep bech a pechet* (si quis habet cum fide caritatem, non committit in aliquo loco et aliquo tempore peccata) Buh. 62, 13. 14. Pro eodem pronomine positionis absolutae occurrit item *unan: vnan an sent* (aliquis sanctorum; sing. *sant*) Buh. 4, 6. 154, 24. *duet eo vnan* (venit aliqua persona) 22, 5. *euit vnan* (propter aliquem) 4, 19.

G. Substantiva pronominalia.

Cambrica praecipue, *rei*, corn. armor. *re* (persona), *ryw, dim, sawl,* quorum quaedam concordant cum hibernicis supra enumeratis (p. 370). Eadem vox cum hibern. *céle* haud dubie est cambr. *cilid,* corn. arm. *cele* in formulis *y gele, egile.*

REI cambrice constructum cum pronom. plur. occurrit in Mab.: *mwy athegach oed honno nor rei ereill oll* (major et pulchrior erat haec, navis, quam ceterae omnes; i. e. quam omnes aliae partes, classis) Mab. 3, 264. *llong oed vwy noc vn or rei ereill* (navis erat major quam una e ceteris) 3, 269. Eodem modo plur. subst. *rann* (pars): *y buant y gwyr . . yngoreskyn y kastell. ar ranneu ereill onadunt yn cadw y gaer* (viri ceperunt castellum, et ceteri eorum custodiebant urbem) 3, 274. Quaeritur tamen, an non sit etiam statuenda forma singularis *rei.* Est loco pronominis eo fere modo ut substant. hibern. *luct, lín: rey adeueyt bod en edlyg pop rey o rey henne* (dicunt aliqui esse edelingum quem-

cunque ex his) Leg. 1. 5. 5. *gwraged oll eithyr y rei oed yn gwassanaethu* (mulieres omnes exceptis iis quae erant servientes) Mab. 1, 5. *cyfyeeth ar rei or adar ar annīueilet* (ejusdem linguae cum aliquibus avium et animalium) 2, 231. *gellwng, gadu rei onadunt* (dimittere, servare aliquos) 2, 372. 3, 301.

Cornice obtinet eadem constructio: *war aga dewlyn y the re erell* (in genua ceciderunt alii) Pass. 195, 1. Idemque usus: *re an Ethewon a leverys* (aliqui Judaeorum dixerunt) 203, 1. *gans re en loven a ve tennys* (ab aliquibus funis intensus est) 181, 3. *y pesys rag an keth re ren crowse ow thas whek bethens gevys then renna aga mystyte* (oravit pro iisdem, qui eum crucifixerunt: mi pater dulcis, sit donatum his eorum peccatum) 185, 2. 3.

Armor. *re* subst. sing.: *un re* (persona aliqua) Buh. 56, 11. 16. 58, 16. Cum adj. vel pronom.: *entre re mat* (inter bonos) Buh. 104, 12. *dreist pep re* (supra omnes) 154, 9. Combinati hujus substantivi cum pronomine demonstrativo cambrica et armorica exempla jam enumerata sunt (p. 399. 400).

Cambr. RIU (genus; cf. interrogationem qualitatis *py ryw, pa ryw*, p. 402): *ryw genedyl aelwit y coranneit* (genus nationis, natio quaedam, quae dicebatur Corantii) Mab. 3, 299. *ydywawt lleuelis wrth yvrawt yrodei ryw bryuet* (dixit L. fratri suo, quod daret ei genus insectorum, insecta quaedam) 3, 301. *y bu ef yn hir yn yr agherdet hwnnw. heb dywedut vngeir wrth neb ryw gristawn* (fuit longum tempus in regione hac invia, quin diceret unum verbum ad aliquem Christianum) 1, 266.

Corn. *pe ryw* (qualis, quis?) supra inter exempla pronominis interrogativi.

Cambr. DIM (res): *awdost di dim* (an scis aliquid?) Mab. 2, 232. 233. *gouyn idaw awydyat ef dim ywrth twrch trwyth* (quaerere ex eo num sciret aliquid de T. t.) 2, 243.

Cambr. SAWL (copia, multitudo): *y sawl ae gwelei kyflawn vydei oe serch* (quicumque eam videbant repleti erant amore ejus, puellae) Mab. 3, 218. *yna y kychwynnwys kulhwch agoreu . . ar sawl a buchei drwc y yspadaden* (tunc accesserunt C. et G. et quotquot erant malae voluntatis in Y.) 2, 248.

Cambr. CILID (socius? cf. hibern. *céle*) frequens cum praep. *di, y* (= hibern. *do*): *dir carnou fin tref peren or carn di cilid diguairet bet imor hafren* (ad lapidum cumulos finales vici P. a cu-

mulo ad cumulum, ab uno cumulo ad alterum, deorsum ad mare Sabrinae) Lib. Land. 226. *dyrnodeu calet tost arodei bawp onadunt y gilyd* (plagas duras firmas dabat quivis ex eis alteri) Mab. 2, 51. *o drwc y gilyd y kaffat y grib* (de malo ad alterum, de periculo ad aliud sumtum est pecten; i. e. aegerrime sumtum est) 2, 246. *or pryt y gilyd* (ab uno tempore ad alterum; i. e. ab una hora ad eandem sequentis diei) 3, 193. Praeterea cum pron. possess. 3. pers. *y, e: pob un onadunt aaeth dwylaw mynwgyl ygilyd. ac o vrawdoryawl garyat pob vn aressawawd ygilyd onadynt* (uterque posuit manus circum collum alterius, et amore fraterno uterque salutavit alterum) 3, 300. *hyt na mynnei yr vn vot heb y gilyd* (ita ut nec unus vellet esse sine altero) 3, 145. *tagneuedwyt pawb onadunt ae gilyd* (pacem composuit quisque eorum cum altero) 2, 66. *nyt attebei yr vn mwy noe gilyd* (non respondit unus plus quam alter) 1, 258.

Cornice et armorice item. Corn.: *yll troys a ve gorris war ben y gele* (unus pes fuit positus super alterum) Pass. 179, 3. Armorica hodierna: *ann eil hag egile* (unus et alter), *ann eil hag eben* (una et altera).

H. Formulae pronominales.

Inprimis notanda cambrica formula *hun, hunan*, plur. *hunein*, cum pronominibus possessivis *vy, dy, e* etc., significans pronom. hibern. *féin, fadésin* (p. 372) et lat. *ipse*.

HUN: *pwy aerchis itti eisted yna. myhun heb ynteu* (quis te jussit sedere ibi? ego ipse, inquit) Mab. 2, 65. *nyt oed o blant ym tat i namyn myvi vy hun* (non erat proles patri meo nisi ego ipsa) Mab. 1, 252. *ohonaf vy hun* (a me ipso) 3, 34. *ar vympenn vy hun* (in meum ipsius caput) 1, 9. *hyt vy llys vy hun* (in aulam mei ipsius, meam propriam) 1, 10. *kymer dy hun ef* (sume tu ipse id) 1, 238. *kyhyrdu kewilyd amiui ac athyhun* (aequalis ignominia mea et tua ipsius) 2, 25. *am dy agkemhendawt dy hun* (propter tuam ipsius impudentiam) 2, 65. *ef ehun yny priawt person* (is ipse in sua propria persona) 3, 303. *arthur yn y lys ehun* (A. in sua ipsius aula) 1, 22. *iarlles ehun yn yr ystauell* (comitissa ipsa in cubiculo) 1, 18. *arnaw ehun, idaw ehun* (de se ipse, sibi ipse) 1, 10. 239.

HUNAN: *yth person dy hunan* (in tua ipsius persona) Mab. 3, 302. *y lladawd peredr. y iarll ehunan* (occidit P. comitem ipsum) 1, 291. *eithyr leaesgeuyn ehunan* (praeter L. ipsum) 2, 243. Plur.: *drwc arnom ny hunein* (malum super nos ipsos) Mab. 3, 29. *dywedut yryngtunt ehunein* (dicere inter se ipsi) 2, 39. *datrithaw yneurith ehunein* (restituere in formam propriam ipsorum) 2, 235.

Concordat cornica et armorica dialectus. Corn.: *te a wothye the honon* (tu scis ipse), *lavar thymmo the honon* (dic mihi tu ipse) Pass. 101, 2. 4. *ny ve ragtho y honan* (non erat pro eo ipso) 6, 1. *Christ y honon* (Christus ipse) 160, 4. *del leverys y honon* (ita dixit ipse) 256, 4. *pan vynnough agis honon* (si vultis ipsi) 37, 4. *olough ragough ages honon* (flete propter vos ipsos) 169, 1.

Armor.: *ma hunan* (ego ipse, ipsa, ego solus, sola) Buh. 6, 8. 12, 20. 132, 7. *hoz unan* (vos, tu sola) 36, 2. Item hodie: *enn oun va unan* (in me ipso), *anezhan he unan* (ab eo ipso), *ac'hanoc'h hoc'h unan* (a vobis ipsis).

LIBER TERTIUS.

DE VERBO.

Verbum utriusque linguae, hibernicae et britannicae, non solum flexionibus abundat, sed etiam particulis comitantibus eodem fere modo, ut articulus est substantivi comes. Sunt eae particulae temporum et modorum praesertim indices, multum adjuvantes systema verbi celtici. Tradentur ergo singula capita de systemate verbi ejusque particulis, atque de flexione.

CAPUT PRIMUM.

De systemate verbi et particulis verbalibus.

Monumenta vetustiora comparata tam inter se quam cum recentioribus linguae formationibus demonstrant unum idemque systema verbi celtici primitivum obtinens per omnes dialectos. Repraesentant in utroque genere, activo et passivo, quorum hoc flexionum copiae jam est minoris, tria tempora: praesens, in quo terminationes personarum ad nudam radicem accedunt, praeteritum, cujus nota generalis, quae tamen in passivo semper, in activo saepius deest, intercedit inter radicem et terminationes S, futurum, cujus nota inter radicem et terminationes est B. Sunt autem duplicia haec tempora, primaria scilicet et se-

cundaria, differentia terminationibus personarum et usu. Tria primaria indicant solum, i. e. indicativi sensum prae se ferunt; tria secundaria non solum indicant, comparanda in hac functione praesertim cum temporibus, quae a grammaticis latinis dicuntur imperfectum, plusquamperfectum et futurum exactum, sed etiam in conjunctione et conditione adhibentur, i. e. in eadem forma, quam exhibet indicativus, etiam conjunctivi et conditionalis vice funguntur. Conjunctivus modus peculiaris in vetusta hibernica lingua exstat in tempore praesente tantum activi et passivi vocalem *a* per personarum terminationes exhibens. In imperativi formis servatis concordant linguae celticae cum aliis, discordant autem in variis terminationibus infinitivi, qui est solius praesentis activi, et secundum formam vario modo derivatam et usum dici poterit substantivum verbale. Participia exstant passivi praeteriti et futuri, sed nullum activi, ne praesentis quidem; sunt tamen hibernicae vetustae formae propriae relativae, praesentis et futuri utriusque numeri, quae fere participiorum horum temporum vice funguntur. De numero, personis, verbo activo transitivo et intransitivo vel neutro, quae omnia sunt ut in aliis linguis, non est quod moneatur; id tantum poterit notari, ut non est pronominis propria forma reflexiva celtica, non esse etiam verbi, et actionem reciprocam indicari aut pronominis solita forma ejus personae, quae in se agit, aut particula *im-* praeposita. Sunt porro, ut nomina, etiam verba quaedam non solitam flexionis regulam sequentia, tam hibernica, quam britannica, inter quae verbum substantivum non solum formarum sed etiam radicum varietate praecellit.

Obtinet per tempora memorata flexio personalis, quae quamque personam propria terminatione significat, cui nonnisi nota pronominalis amplians (p. 332) interdum, non pronomen personale ipsum additur; quae flexio est communis affinibus linguis omnibus. Sunt autem initia jam in vetustis monumentis propriae cujusdam linguis celticis flexionis impersonalis, quae magis magisque invaluit in dialectis recentioribus. Quae flexio solam formam tertiae personae singularis cujusque temporis adhibet eademque etiam ceteras personas significat addendis earum pronominibus personalibus. Fit hoc infigendo in vetusta lingua et in passivo tantum (in hibernica etiam in verbi substantivi formis

quibusdam), qua significatione personarum peculiari jam destruitur flexio primitiva personalis hujus generis tam in vetusta hibernica, quae juxta tertiam singularis numeri tertiam pluralis sed non ceteras in communi usu servavit, quam in cambrica, quae solam tertiam singularis agnoscit. Recentior lingua addens formas pronominum absolutas ad verbum tertiae personae, idque non solum in passivo sed etiam in activo, omnis flexionis personalis plus vel minus obliviscitur.

Particularum comitantium verbum utrique linguae communis una solum deprehenditur, *ro* scilicet signum praeteriti, quae tamen et ipsa jam deficit recentiore aetate; in aliis temporibus diversae occurrunt.

I. Particulae verbales hibernicae.

Sunt RO et NO indices regulares, illa praeteriti, haec praesentis secundarii, in aliis temporibus rarius obviae. Quaeritur, an prior particula putari possit esse ejusdem originis cum *ro* intensiva (cf. compositionem partic. insepar.) et posterior cum *no* relativa (p. 348).

RO (rarius *ra*, *ru*) aut praecedit ante verbum, si simplex est, aut intromittitur post praepositionem in verbo composito.

1. Praecedens, in activo: *ished rorélus dúib* (est hoc quod manifestavi vobis) Wb. 13[a]. *rotoltanaigestar* (gl. placitum est, Caesari) Sg. 7[b]. *rochrochsat cr.* (crucifixerunt Christum) Wb. 5[c]. *rochreitset do precept ihu.* (crediderunt doctrinam Jesu) Wb. 24[d]. In passivo: *isdiarfoirbthetuni roscríbad* (ad confirmandos nos scriptum est) Wb. 2[d]. *istrithairmthecht rechto rofoilsiged peccad* (per transgressionem legis manifestatum est peccatum) 13[d].

Depellitur interdum particula praeteriti ab aliis particulis, e. gr. *ó*, *ní*: *ochretsit nintá airli armban* (ex quo crediderunt non est nobis obedientia mulierum nostrarum) Wb. 31[c]. *ní thucsatsom, ni tucsat* (non intellexerunt; pro *ni roucsat, ni do-ro-ucsat*, cf. Wb. 26[b]: *ni uainn raucsat ní accatar linn*, gl. non secundum traditionem quam acceperunt a nobis, ambulant) Wb. 8[a]. 15[a],

item formae verbi substantivi *ní be, ni po* (non fuit). Contra tamen: *ní rorois* (gl. non haesitavit) Wb. 2[c]. *ni rothuillisem buidi do neuch* (gl. non fuimus in sermone adulationis) 24[d], atque formae *nirbo, ciarbo* etc. verbi substantivi.

Vix erit monendum, pronomina personalia infixa intercedere inter particulam et verbum, e. gr.: *rotgádsa* (rogavi te) Wb. 27[d]. *robgadammarni* (rogavimus vos) 24[d].

Particulae vocalis regularis non solum transit in alias interdum, ut in *a, u, ui, i,* sive fit sola alternatione sive infectione vel assimilatione, sed absorbetur saepius omnino, ita ut sola *r* sit residua, si e. gr. verbum inchoatur vocali vel antecedit particula alia terminata vocali coalescens cum sequente forma, sive praepositio in verbis compositis, ut patet ex formulis verbi substantivi *nirbsa, ciarpsa* (non fui, quamvis fui), *nirbo, ciarbo* (non fuit, quamvis fuit) atque ex aliis exemplis mox sequentibus.

2. Particula praeteriti intercedens in verbis compositis. *a*) In verbo simpliciter composito inter praepositionem et verbum: *asrochoili* (conclusit) Wb. 10[b]. *atrothreb, adrothreb* (habitationem sumsit) Wb. 26[d]. 27[a]. In his combinationibus plerumque deficit vel alteratur vocalis aut verbi aut particulae: *dirogbad* (desumtum est; = *dirogabad*) Sg. 9[b]. *durolged, duroilged* (remissum est; = *do-ro-luged*) Wb. 2[c]. 3[b]. *asrobrad* (dictum est; *asbiur,* dico), *asruburt* (dixi), *asrubart* (dixit), *asrubartmar* (diximus) Wb. Sg. fq. *forrusuidigsetar* (gl. supposuerunt; *fo-ro-s.*) Wb. 7[b]. *foruigensat* (serviverunt), *foruigensid* (servivistis; *fogniu,* servio) Wb. 1[b]. 3[b]. *peccad diaforgénsam cose* (peccatum cui servivimus hucusque; = *fo-ro-gensam*) 3[c]. *dorignius* (feci), *dorigni, dorigeni, dorrigeni* (fecit), *dorigensat* (fecerunt; *do-ro-g.* e praes. *dogniu,* facio) Wb. fq.

b) In verbis dupliciter vel multipliciter compositis inter praepositionem primam et secundam: *forrochongart* (praecepit; praes. *for-con-gur*) Wb. 20[c]. *imrimgabsat* (gl. declinaverunt; = *imro-img.* e. praes. *imimgabim*) Cr. 39[c]. *immeruidbed* (circumcisus est; pro *imme-ro-di-bed*) Wb. 18[d]. *foracab* (reliquit; *fo-ro-a-c.* e praes. *fo-a-gabim, foadgabim*) Incant. Sg. *durairngert* (promisit; = *do-ro-airng.*, cf. subst. *tairngire*, promissio) Wb. 30[b]. *durairricc* (gl. pertulerat) Ml. 33[b]. *conrairleic* (gl. permisit) Ml. 32[c]. *remiriérchóil* (gl. praedestinavit) Wb. 4[b]. *trimirothorndiussa*

(gl. transfiguravi; = *trimi-ro-th-o-rnd.* cum praepositione triplici *tar-do-fo-rand*) Wb. 8[d].

Sequitur tamen in dupliciter compositis signum praeteriti interdum et post secundam praepositionem, propter euphoniam, ut videtur, e. gr. in praeterito frequente in Wb. *imforling, immeforling* (effecit), *imforlinged* (effectum est; praes. *imfolngi, immefolngi,* compos. *im-fo-lang*). Ita et *doforsat* (constituit, construxit) Ml. 17[b]. Sg. 31[b] videtur esse pro *do-fo-ro-sat*, cum in eodem loco Sg. sit etiam scriptio *dorósat* (= *do-ro-fo-sat?*).

Contra particula praeteriti verbo composito semper invenitur praemissa post particulas *in, ni: inroimdibed* (num circumcisus est?) Wb. 2[c]. *istiamthe immeruidbed et ni roimdibed tit* (Timotheus erat circumcisus et non circumcisus Titus) 18[d]. *isairi robóisom octatháir imdibi hóre ni roimdibed* (ideo vituperabat ipse circumcisionem quia non erat circumcisus) 23[d]. *ní ruthochurestar* (non excivit; Ml. 16[c]: *dorochurestar*, gl. exciverat) Ml. 18[d]. *ní nad rindualdatar acht inrualdatar* (gl. periculo trepidationis incurrerent) Ml. 24[b]. Porro in denominativis in Ml.: *roadbartaigset* (obtulerunt; subst. *idbart,* oblatio) Ml. 26[b]. *roetarcnaigestar* (gl. confessione notavit) Ml. 32[b]. *roerbirigsem* (gl. causati sumus) Ml. 35[a].

Pronomina infigenda infiguntur inter praepositionem et particulam verbalem, sive simpliciter sive multipliciter verbum compositum est: *ní maith domrignis* (non bonum me fecisti; *do-m-ri-gn.*) Wb. 4[c]. *ciasidruburt* (quamvis id dixi; *as-id-ru-b.*) Sg. fq. *am. fondrodil incoimdiu dochách* (gl. unicuique sicut divisit deus; *fo-nd-ro-d.* e praes. *fodálim*) Wb. 10[a]. *immumruidbed* (circumcisus sum; *imm-um-ro-di-b.*) 23[d]. *fotrácbussa* (gl. reliqui te; *fo-t-ro-agabus*) 31[b].

Particula praeteriti non solum manet in praeterito secundario quoque, sed obtinet etiam in formulis quibusdam aliorum temporum. Efficitur ab eadem praeteriti secundarii differentia a praesente secundario, cujus nota est particula *no;* e. gr. in Wb. 11[c]: *iscumme dí roberrthe* (est idem ei, feminae, acsi esset, fuerit, decalvata) differt a mox praecedente sententia: *am. doberrthe* (gl. acsi decalvetur), eodem modo ut Wb. 29[d]: *risíu robeimmis etir* (antequam fuerimus, fuissemus, omnino) a frequente praesentis secundarii formula *nobemmis, nobimmis* (essemus).

Extra praeteritum eadem particula in duabus praesertim po-

sitionibus occurrit. Est scilicet comes 3. pers. sing. futuri verbi substantivi formae BIA in sententia positiva atque omnium personarum cujuscunque verbi conjunctivi flexionis *a*, interdum et conjunctivi praesentis secundarii, praecedente insuper particula *con*.

Futuri verbi substantivi formae memoratae exempla non infrequentia in Wb.: *robia indocbaal, robbia indocbál* (erit gloria), *ropia lóg, ropia nem* (erit merces, erit coelum), *ropia anorpe nemde* (erit haereditas coelestis). Cum pronomine infixo Wb. 11[a]: *isglé limsa rombia buáid* (est clarum mihi, quod erit mihi victoria). Residua putari poterit haec persona e futuro exacto, quod significatum exhibent forma futuri primarii cum praemissa particula *ro* etiam alia quaedam exempla (cf. futurum secund. sub fine). Depellitur autem particula a particula negativa, ita ut sit *nibia, nipia* (non erit).

Exempla conjunctivi cum formula CONRO, CORO: *conrochra cách alaile* (gl. deus det vobis id ipsum sapere in alterutrum; i. e. ut amet quivis alterum) Wb. 6[d]. *conrogbaid desemrecht di cr.* (gl. dominus dirigat corda vestra in patientia Christi; i. e. ut sumatis exemplum de Chr.). *conrogbat desimrecht díim* (gl. sustineo propter elatos; i. e. ut sumant, sumturi sint, exemplum de me) Wb. 26[b]. 30[a]. *corrochraitea sochuide triit* (gl. ut ecclesia aedificationem accipiat, fiat interpretatio) 12[c]. *conrobam i flathemnacht la cr.* (gl. transtulit nos in regnum filii dilectionis suae; i. e. ut simus, simus futuri, in gloria apud Christum) 26[c]. *conrobat inhellug coirp cr. innim* (gl. thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, praecipe divitibus; i. e. ut sint in unione corporis Christi in coelo) 29[c]. Obtinet particula interdum in sententia negativa: *fribarpecthu arnarobat lib* (gl. irascemini; i. e. peccatis vestris, ne futura sint in vobis) Wb. 22[b]. *nosṅguidsom arnarobat leu inpecthise* (gl. rogamus vos, ut quieti sitis, 1. Thessalon. 4, 11; i. e. rogat eos, ne sint eis peccata haec) 25[b]. *conarobat dualchi lat* (gl. sollicite cura te ipsum; i. e. ne sint malefacta tibi) 30[b]. Occurrunt tamen et sine particula *combat* (ut sint), *arnapat* (ne sint).

Eaedem formulae CONRO, CONARO cum terminationibus praesentis secundarii: *conrochretesi* (ut credatis), *conrointsamlithe* (ut imitemini), *conáruchretesi* (ne credatis) Wb. 17[a]. Cf. praes. secund. plur. 2. pers. sub conjunctivo.

NO (rarius *nu*) comes et signum praesentis et futuri secundarii, sed verborum solummodo quae non sunt composita et ante quae non praecedit alia particula, in triplici horum temporum usu, indicativi, conjunctivi et conditionalis.

Praesentis secundarii indicativus: *noscarinn* (renuntiabam, separabam me) Wb. 24[a]. *nosenned* (gl. citharam percutiebat) Ml. 2[b]. *nufasiged* (gl. exhaurire consuevit) Cr. 34[d]. *nogigned* (gl. nascebatur) Sg. 138[b]. *nobcarad* (gl. vos desiderabat) Wb. 23[d]. *nongabthe* (gl. scitis quemadmodum etc.; i. e. quod sumebatis) Wb. 26[b]. *nosuidigtis* (ponebant) Sg. 28[a].

Conjunctivus: *combad arthoil doine nopredchinn* (gl. aut quaero hominibus placere? i. e. ut secundum voluntatem hominum praedicem) Wb. 18[c].

Conditionalis: *am. bid me féin notheised cucut* (gl. suscipe illum sicut me; i. e. acsi mea ipsius persona veniret ad te) Wb. 32[a]. Cf. formas *nobed* (esset), *am. nombemmis* (acsi essemus) sub verbo substantivo.

Futuri secundarii exempla obvia conjunctivi et conditionalis: *nolinfed* (gl. completura sit) Ml. 25[a]. *no indbadaigfitis* (gl. non lucrificarent, si etc.) Ml. 15[c].

Deest particula non solum, si verbum est compositum, sed etiam si adest alia particula.

Exempla praesentis indicativi: *ingrenned* (gl. persequebatur) Ml. 36[d]. *atbeirmis frib* (gl. denuntiabamus vobis) Wb. 26[b]. *asbertis, asbeirtis* (dicebant) Wb. 4[c]. 25[b]. *dagnítis* (faciebant), *remisuidigddis* (praeponebant) Sg. 28[a]. *dofuaircitis* (triturabant) Sg. 184[b]. Conjunctivi: *ronertais damsa condernain* (hortatus es me, ut facerem) Pr. Cr. 1[a]. *conepred iarum* (gl. ideo dictum est, nequis conetur etc.; i. e. ut dicat postea) Sg. 25[b]. *arnatomnitis nádcarad som iudeiu et nad duthrised anicc* (ne cogitarent quod non amaret Judaeos et nollet eorum salutem, dicit Paulus) Wb. 4[d]. Conditionalis: *am. ni cuimsin* (acsi non possem) Wb. 17[b]. *am. ni cetis . . . am. ni airbertis bith* (acsi non flerent, non fruerentur) Wb. 10[b]. Futuri: *donicfad* (quod venturus sit) Wb. 21[a]. *conicfimmis* (ita ut inituri simus) Wb. 17[a]. *forceinnfitis* (finirent) Sg. 6[a].

Sola particula *con* (ut) patitur interdum post se particulam *no*, efficiens formulam CONO. Quae formula cum praesente se-

cundario constructa a supra dicta *conro, coro* cum conjunctivo in *a* significante tempus magis futurum quam aliud eo differre videtur, quod versa sit magis in praeteritum. Exempla: *conopredchinn aindocbáil* (gl. gratias ago ei qui me confortavit Christo Jesu; i. e. ut praedicarem ejus gloriam) Wb. 28[a]. *conosberinn dochum hirisse* (gl. ut eos qui sub lege erant lucrificarem, factus sum Judaeus; i. e. ut eos ferrem ad fidem) 10[d]. *nach fírianugud forchomnucuir hi rect conocomalnithe indiunni* (gl. quod impossibile erat legi, . . damnavit, deus, peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, Rom. 8, 3; i. e. justificatio aliqua facta est in lege, ut impleretur in nobis) 3[d]. *conocomalnide andurairngred do abar.* (gl. Christus nos redemit, . . ut in gentibus benedictio Abrahae fieret; i. e. ut impleretur, quod promissum est A.) 19[b]. Nec tamen mirum, si interdum fit alternatio in his, e. gr. si *cono* invenitur cum conjunctivo in *a*, vel contra *coro* cum praesente secundario. Est etiam inter literas *n* et *r* magna similitudo in codicibus.

Post particulam *no* infigi pronomina ut post *ro*, patet ex exemplis jam allatis: *nongabthe* (quod sumebatis), *nobcarad* (gl. desiderabat vos), *conosberinn* (ut eos ferrem).

Et haec particula verbalis *no* interdum extra tempora sua propria, praesens et futurum secundarium, obvia est. In praesente scilicet primario et futuro, cum pronomen infigendum est verbis non compositis, subrogatur in locum praepositionis deficientis.

In praesente prim.: *nommóidim* (glorior, laudo me) Wb. 14[c]. *nonmóidemni* (gl. gloriamur) 2[d]. *nobguidet* .1. *nobbendachat* (gl. salutant vos, omnes ecclesiae Christi) 7[b]. *nobéttigetar* (gl. aemulantur vobis, non bene, pseudoapostoli) 19[d]. *nosnguidsom* (rogat eos) 25[b]. Fit idem ante verbum cum praepositione, quae post se non intromittit pronomina infigenda, ut bisyllaba *etar*: *intan asmbiursa meus engraicigidir insin mo ainm díles* 7 *nomréla et nometargnigedar* (si dico meus, locum tenet hoc nominis mei proprii et manifestat me et notificat me) Sg. 200[b].

In futuro prim.: *nonsamlafammar frinn fesine* (gl. non in immensum gloriabimur sed secundum mensuram; i. e. comparabimus nos nobiscum ipsi) Wb. 17[b]. *nobsóirfasi dia dinab fochidib* (servabit vos deus a tribulationibus) 11[b].

Praecedere possunt hanc particulam subrogatam verbalem particulae aliae, e. gr. conjunctiones, ut primitivae, ita et nominales, post quas illa manens inter se et verbum intromittit non solum pronomen personale, sed saepius etiam duplex, relativum et personale (quae disparantur litera *d* cum vocali *o* vel *u;* cf. p. 335. 336). Exempla: *cenodfil chotarsnataith etarru* (gl. quamvis habeat aliquid contrarium) Sg. 29[b]. *cenodfil positgrecda do* (gl. licet a graeco: ocior quasi ab oco, quod in usu non est, licet a graeco est ὠκέως, Prisc. 11, 5; i. e. quamvis sit positivus graecus ei) Sg. 192[b]. *manumgaibi archarit* (gl. si habes me socium, suscipe illum) Wb. 32[a]. *manudubfeil inellug coirp cr.* (gl. si autem vos xpi., estis) Wb. 19[c]. *lasse nondobsommigetar* (gl. locupletati: augebit, deus, incrementa frugum justitiae vestrae, ut in omnibus locupletati abundetis; i. e. tum cum locupletant vos) Wb. 17[a]. *hore nondobmolorsa* (quia laudo vos) 14[c]. *am. nondubcairimse* (ut ego amo vos; cf. Wb. 25[a]: *am. rondobcarsamni,* ut amavimus vos) 23[c].

Addo minus obvias particulas DO (*du*) et MO (*mu*), quarum illa pro *ro,* haec pro *no* obtinere videtur. Sunt haecce exempla: *intan durairngert dia du abracham amaithsin ducuitig tarais fadeissin* (gl. Abrachae promittens deus juravit per semet ipsum) Wb. 33[d]. *dulluid patricc o themuir hi crich laigen* (versus est Patricius e T. in fines Lageniorum; cf. Ml. 16[d]: 7 *luid ingrian foraculu,* et vertitur sol retro, in loco supra memorato p. 312) Tirechan. ap. O'Don. p. 436. *fomentar morigtinse mosriccubsa* (gl. haec tibi scribo sperans me venire ad te cito) Wb. 28[c]. *isdreecht diib nadrochreit et muscreitfet cit hésidi* (gl. nolo vos ignorare mysterium hoc ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia coecitas ex parte contigit Israel, Rom. 11, 25; i. e. est pars ex eis quae non credidit, et credent id adeo hi) Wb. 5[c]. *asbert mosnicfead patraic* (leg. *mosricfed,* veniret? cf. ibid. 7.: *dosnicfed a rithisi*) Hymnus Patric. str. 27. *muriissi farndochum* (leg. *-riisin?* gl. donec veniam) Ml. 34[a].

II. Particulae verbales britannicae.

Est etiam in vetustiore lingua britannica *ro* signum praeteriti. In recentiore autem lingua, tam cambrica quam cornica et

armorica, rarescit et in communem per omnia tempora usum transeunt aliae particulae, e. gr. cambr. *yd* (*y*), corn. *y*, armor. *ez*, cambr. corn. armor. *a*.

RO. Cambrica vetustissima exempla inter glossas Luxemb.: *roluncas* (gl. guturicau[it]), *rogulipias* (gl. olivavit; cambr. hod. *gwlyb*, madidus, hibern. *fliuch*, cf. p. 66), *roricseti* (gl. sulcavissent).

Non infrequens RY (*re*) deinceps, in Leg. et codice rubro, comes praeteriti non solum primarii et secundarii, sed etiam futuri secundarii utpote futuri praeteriti (f. exacti), atque index praeteriti temporis infinitivi. Est particula consummationem, exactionem indicans, ideoque et obvia in compositione cum nomine (cf. in capite de compositione particulas inseparabiles).

Exempla praeteriti primarii. In Leg.: *er edlyg arey re deuedassam ny huchof* (edelingus et ii quos diximus supra) 1. 5. 12. *re devedassam ny ema* (mentionem fecimus hic) 2. 6. 31. *huchof re traydhassam ny, huchof re traythassam ny* (tractavimus supra) 1. 30. 8; 42. 4. *gueisret eneb re gunaeth cam ydau* (factum ejus qui fecit injuriam ei), *y gwrthtwng ry wneuthum i arnat ti* (juramentum contrarium quod feci contra te) 2.5. 1; 6. 2. In Mab.: *peth ryued ryweleis yghot* (miri aliquid vidi in silva) 1, 236. *coet rywelsom ar yweilgi* (silvam vidimus in mari) 3, 93. *gwedy ygyniuer collet rywnaethost* (post tantum damnum quod fecisti) 3, 304. *ny ry giglif i eirmoet dim* (non audivi unquam ego aliquid) 2, 213. *seith gantref ry edewit ymi* (septem pagi relicti sunt mihi) 3, 144.

Praet. secund.: *oderuyt egur escar. . . abod en ediuar gan egur cantaf reescarassey ay greyc* (si separatus est vir, . . et fuerit poenitentia primo viro, quod discessisset a muliere sua) Leg. 2. 1. 18. *er din rebriuasei* (homo qui vulneraverit) 2. 5. 5. *y vorvyn rywelsei trwy y hun* (puella quam viderat per somnum) Mab. 3, 267. *ny rywelsei eiryoet* (non viderat unquam) 3, 32. 265. *ywrth ryuuassei kynno hynny* (ut fuerat antea) 3, 15.

Futur. secund.: *kyt rywnelych di* (quamvis feceris tu) Mab. 3, 304. *nyt oes ar y helw namyn yr unty hwnn nys ry dycko iarll ieuanc yssyd gymodawc idi* (non superest, comitissae, nisi una domus haec, quam non abstulerit comes juvenis vicinus ei) 1, 28.

Infinitivus unam praesentis terminationem exhibens a sola particula accipit sensum praeteriti: *adnabot aoruc rygaffel dyr-*

nawt (animadvertere coepit accepisse plagam) Mab. 1, 13. *tybygu rylad kei* (credere coeperunt, caesum esse Caium) 1, 258. *gwedy clybot ryuarw* (postquam audiverat mortuum esse) 3, 298. Quod tractatur infinitivus ut substantivum, eadem loquendi formula occurrit post *gwedy* (post), *oderwyt* (postquam factum est; i. e. postquam): *gwedy ryuynet gwylltineb yndunt a rygolli eu kyrn* (postquam redierat feritas eis et amiserant cornua sua, capreae) Mab. 1, 236. *pa ryw chwedleu yssyd gennyt. Nyt oes namyn bot y iarll ae holl allu gwedy ry disgynnu wrth y porth* (quales nuntii tibi? Nil est nisi esse comitem ejusque totam potestatem degressos ad portam) 1, 253. *gwedy rygyscu ohenaw* (postquam dormitum erat ab eo) 2, 392: *gwedy ryyssu or gwarthec eu bric* (postquam comesi erant a pecude palmites) 2, 373. *oderuit ir amdifenur readau testion* (postquam facta defensori promissio testium, postquam promissi testes) Leg. 2. 11. 25. Et ut praepositio praecedit etiam pronomen possessivum: *atestu vthunt huy ere kafael hy en llegredic* (et testaretur eis suam inventionem, i. e. se invenisse eam vitiatam) . . . *atheghet hy erreemreyn ar gala honno* (et jurat ipsa ejus coitum, eum ipsam stuprasse isto pene) Leg. 2. 1. 27; 36. *gurthteghet enteu arnau e reteghu anudon* (contrajuret ipse contra eum ejus perjurium, i. e. eum jurasse perjurium) Leg. 2. 11. 38.

Particula *ry* semper adhaeret verbo ipsi, et si infigendum est pronomen, praecedere debet cum particulis aliis *y*, *a*, *ny*: *am vympriawt ym rylygrwys vymbrawt* (propter possessionem meam me oppressit frater meus) Mab. 2, 215. *llawer dyd yth rygereis* (multos dies te amavi) 2, 218. *yny wlat nys rywelsei eiryoet* (in terra quam nondum viderat) 2, 214. Praecedens *a*: *amaeth a ryuo amaeth seyth ulenet* (arator qui fuerit arator septem annos) Leg. 1. 2. 3.

Servata ergo invenitur adhuc in libris memoratis vetusta particula praeteriti index, sed in iisdem etiam jam depelli solet a communibus particulis verbalibus *yd*, *y* (*ed*, *e*) et *a*, quae tam in praeterito quam in ceteris temporibus obviae respondentes hibernicas non habent, cum etiam *no* non sit omnium temporum. Est tamen harum particularum usus tantum in positiva sententia, ubi non praecedunt non intermedia alia voce particulae negativae, earumque ea differentia, quod *yd* (ante vocales, *y* ante consonas servandas in statu primitivo) praecedit ante verbum, si hoc primum locum obtinet sententiae, vel saltem ante subjectum, etiamsi antecedant

in initio sententiae adverbia et conjunctiones quaedum (e. gr. *mal, noc, lle, megys* etc.), *a* (destituens sequentes consonas) vero ante verbum praecedit, si est secundo loco sententiae, ut post subjectum vel objectum. Particula *a* naturam relativam prae se fert, vix *y, yd,* quamvis et haec relativa videatur interdum (cf. p. 397 et syntaxin ordinis). Dici ergo poterit *y* particula verbalis positiva sententiae absolutae et *a* particula positiva sententiae relativae, ut est *ny* negativa particula sententiae absolutae et *na* negativa sententiae dependentis.

YD, Y (*ed, e* in Leg.) in temporibus primariis. Praes. et futur.: *tebic yw gennyf i hagen y dygafi y marchawc gyd ami* (vero simile est mihi tamen, ducam equitem mecum) Mab. 1, 259. *paham y gelwir wynt uelly* (cur dicuntur ita?) 1, 271. *val eclyuer* (ut auditur) Leg. 2. 1. 39. *ual y mae mynych* (ut fit saepe) Mab. 1, 235. Praet.: *y peris arthur. . . . ac y parawd arthur* (et jussit A.) Mab. 1, 258. 266. *gwedy peidyaw y gawat y goleuhawys yr awyr* (postquam cessaverat tempestas, luxit aer) 1, 23. *gwedy marw vyntat y dygwydwys y kyuoeth ym llaw ynheu* (postquam mortuus erat pater meus, cecidit potestas in manus meas) 1, 252. *ac yna y menegeis i yr gwr pwy oedwn* (et tunc demonstravi ego viro, quis essem) 1, 5. *yna y dygwydawd y uam yn varw lewic* (tunc cecidit ejus mater in animi deliquium) 1, 237. *ac yno y gwelas ef pedeir gwraged ar hugeint* (et ibi vidit is viginti quatuor mulieres) 1, 36. *yn ymlad ar pryf hwnnw y kolleis i vy llygat* (pugnando) cum serpente hoc amisi ego oculum meum) 1, 271.

In temporibus secundariis. Praes. secund.: *y deuei y kythreul bieu y llys honn. ac y lladei an gwyr oll. ac ydygei an meirch ninneu ac an dillat* (venit daemon possidens hanc aulam et occidit omnes nostros viros et sumsit equos nostros et vestes nostras) Mab. 1, 36. *nyt o gyuoetheu yn vwyaf yd ymborthei efrawc* (non de regimine maxime curabat E.) 1, 235. *meint ydymgerynt* (valde se amabant, Pered. et Gwalchm.) 1, 285. *gofyn aoruc ef ymi pale y mynnwn vynet* (quaerere coepit ex me, quo ire vellem) 1, 7. *pei gwyppei . . . ydeuei* (si sciret, . . veniret) 1, 32. Praet. secund.: *yny lle ygwelsei gynon* (in loco, quo viderat C.) Mab. 1, 12. *mal y managyssei y gwr . . . mwy noc ydywedassei y gwr* (ut dixerat vir, major quam dixerat vir) 1, 8. 9. *hoffach . . noc ydywedyssit* (magis ingens quam dictum erat) 1, 22. Futur. se-

cund.: *lle y gwelych eglwys* (ubi videris ecclesiam), *yn y lle y mynych* (in quo loco volueris) 1, 238. 285.

A in temporibus primariis. Praes. et futur.: *e cefreyth a degueyt* (lex dicit; sed Leg. 2. 1. 27: *ena e deueyt e kefreith,* hic dicit lex) Leg. 2. 1. 33. *mi aarchaf idaw* (ego jubebo eum) Mab. 1, 259. *minneu a vynnaf* (ego volo, cupio) 1, 2. *minneu agymeraf gyghor* (ego sumam consilium) 1, 20. *ni aymdidanwn a thi* (nos colloquemur tecum) 1, 5. *a hyn adywedaf ytti* (et hoc dico tibi) 1, 4. *pei dywedut ti ymi y peth a ovynnaf ytti. minneu a dywedwn y titheu yr hwnn aovynny ditheu* (si diceres tu mihi rem, quam quaero a te, ego dicerem tibi eam, quam quaeres tu) 1, 237. *peth aroydy emy* (quid dabis mihi?) Leg. 2. 1. 26. *peth a vynnant hwy* (quid volunt?) Mab. 1, 290. Praeterit.: *ynteu peredur a gychwynnwys racdaw. peredur a gerdawd racdaw* (P. perrexit, profectus est porro) Mab. fq. *nyt y llys agyrchwys* (non curiam intravit), *pandoeth ef fford y lys y neuad agyrchwys* (cum venit in via curiae, aulam intravit) 1, 26. 36. *coffa dy gret arodeist ti ymi* (reminiscere verbi tui, quod dedisti mihi) 1, 282. Loco objecti frequentissime occurrit infinitivus: *achyscu aoruc yr amherawdyr. agofyn aoruc kynon* (et dormire coepit imperator, et interrogare C.), *achymryt awnaethant* (et sumere coeperunt) Mab. 1, 2. *kerdet y fford awneuthum* (pergere via coepi), *dynessau awneuthum attaw* (propinquare coepi ei) 1, 3. *ac eisted aorugam yna* (et sedimus ibi), *ac ymolchi aorugam* (et lavavimus nos) 1, 4. 5. Alia ejusmodi inter verba anomala.

In temporibus secundariis. Praes. secund.: *ar gwr mwyhaf a garei bop un onadunt gyt ahi* (una cum viro, quem maxime amabat quaevis ex eis) Mab. 1, 36. *pei rodut ti . . . mi a rodwn* (si dares tu, . . darem ego) 1, 273. Praet. secund.: *gofyn aoruc kynon yr hynn aadawssei arthur udunt* (quaerere C. id quod promiserat A. eis), *ar uorwyn a gywirawd yr hynn aadawssei idaw* (et puella paravit id quod promiserat ei) 1, 2. 290. *ef a ladyssit mal y lladwyt y tat* (occisus esset ut occisus est pater ejus, si fuisset occasio) 1, 235. Futur. secund.: *duw a tolo itt* (deus solverit tibi!) *duw a diolcho itt* (deus reddiderit tibi!) Mab. 1, 268. 275. *y wneuthur a vynnont athi* (ad faciendum quod voluerint tibi, inimicis trademus te) 1, 252.

Utraque particula verbalis pronomina inter se et sequentia

verba intromittit modo solito, nec cedit, si adsunt pronomina infigenda, conjunctionibus etiam primitivis, ut fieri possit infixio. Exempla part. Y: *peredur, gwalchmei ym gelwir i* (P. G. vocor) Mab. 1, 261. *ymgelwit y du trahawc* (vocabar niger proditor) 1, 271. *ny bu hir yni ymbyrrywyt i* (non fuit longum donec dejectus sum) 1, 9. *kam ymbyrywyt i doe* (quamvis heri dejectus sum, permittas pugnare hodie) 1, 23. *ony wney dy hynny. yth adawn yth elynnyon* (si non facies hoc, trademus te inimicis tuis) 1, 252. *yr pan yth weleis gyntaf mi ath gereis* (ex quo vidi te primum, ego te amavi) 1, 273. Exempla part. A: *athydi am gwely i* (et tu videbis me) Mab. 1, 14. *bory wynt a dygyforant am dy penn ac ath ladant* (cras surgent in te et te interficient) 1, 264. *pei ath ledit ti yno. nyt oed itt ath wnelei yn vyw dracheuyn* (si interficereris ibi, non esset tibi, qui te vivum redderet iterum) 1, 273. *pwy a gymerwn ynneu yn wr pei ath gymerwn* (quem sumerem ego virum, si te sumerem?) 1, 276. *mi ae lledeis* (ego occidi eum) 1, 244. *ti aallut dywedut auei hygarach pei as mynhut* (tu posses dicere quod esset laetius, si id velles) 1, 259.

Si adsunt particulae negativae vel conjunctiones primitivae, cedit particula verbalis cambrica utraque positiva: *nyt af y wrthyt kyny wnelwyf dim oc adywedy. yny wypwyf aallwyf a nerth ywch* (non ibo a te donec faciam aliquid de eo quod dicis, donec sciam num possim quod juvat vos) Mab. 1, 253. *ny chelaf* (non celabo) 1, 276. *ny welais eiryoet* (non vidit unquam), *ny welsant dim* (non viderunt aliquid), *adiheu oed gan owein. na welsei eiryoet* (et persuasum erat O., quod non vidisset unquam) 1, 15. *pony wydut ti* (annon sciebas?) 1, 9. *kan gwydwn y dout ti ym keissaw* (nam sciebam quod venires tu me quaesitum) 1, 25. *pei rodut ti . . . mi a rodwn* (si tu dares, . . darem ego) 1, 273. *pei kaffwn . . . y gwydwn* (si sumerem, . . scirem), *pei gwypwn . . . mi a ymdidanwn* (si scirem, narrarem) 1, 247. 260. *pan geissych di vyui keis parth ar india* (si quaesiveris tu me, quaere versus Indiam) 1, 273. *aphan hambwyllont hwy y deuant yth gyrchu di* (et cum consuluerint, venient te quaesitum) 1, 14. *aphan welas ef. aphan edrychawd* (et cum vidit) 1, 11. 13. *ahi auu wreic tra uu vyw hi* (et ipsa fuit ejus uxor quamdiu fuit viva), *rwygaw y mur aoruc y llew yny gauas fford allan* (perrumpere murum leo, donec cepit viam foras) 1, 36.

FITHIR, FITHER (in quibus tamen frequentior *d* pro *th*): *comadasigfithir* (gl. rite actitabitur) Cr. 44[b]. *fírfidir anasrubart infáith* (verum fiet quod dixit propheta) Wb. 13[d]. *promfidir innargnim íarrichte* (gl. quales sumus verbo et praesentes in facto; i. e. probabitur in facto nostro post adventum) Wb. 17[b]. *léicfidir dúib inbrithemnactsin* (gl. sed hoc judicate magis; i. e. concedetur vobis hoc judicium) 6[b]. *ma dudesta ní dibarniris íccfidir* (gl. ut compleamus ea quae desunt fidei vestrae; i. e. si deest aliquid de fide vestra, salvabitur, integrum fiet, pergit gl.: per adventum nostrum ad vos) 25[a]. *nertfidir* (gl. aedificabitur) 10[c]. FITHER: *ní tuccfither rún* (non intelligetur mysterium) Wb. 8[a]. *bieid aimser nad creitfider et dosluinfider* (erit tempus quo non credetur et negabitur) 28[c]. *acomoicfider* (gl. in utraque continua syllaba) Sg. 59[a].

Plur. FITIR, FITER: *sóifitir iclóini* (gl. in omni seductione iniquitatis his qui pereunt; i. e. vertentur in iniquitatem, cf. *soifesiu*, *soisiu*, vertes, vertis, Ml. 33[a], *dosoat*, gl. convertere so-

lent, Sg. 209[b]) Wb. 26[a]. *adrimfiter*, *adrimfeter* (gl. sed haec postea reputentur; i. e. reputabuntur, referentur) Sg. 153[b]. Prisc. Cr. 60[b]. *roithfiter* (gl. contrudentur, in ultimum) Ml. 15[c].

Obvia etiam post *r, n* terminatio THAR sine nota futuri, cum vocali *a*, ut in activo eadem vocali sine nota temporis designatur futurum (cf. p. 436. 443). Exempla e Wb.: *indinducbál dobérthar dom ínim* (gl. gloriam meam; i. e. gloriam quae offeretur mihi in coelo) 10[d]. *diambad mathi ropia indfochricc dobérthar dúnni* (gl. angustiamini in visceribus vestris eandem habentes remunerationem, 2. Corinth. 6, 12. 13; i. e. si estis boni, erit remuneratio quae dabitur nobis) 16[a]. *ni tibérthar digal fuiribsi am. sodin* (gl. oro deum, ut vos quod bonum est faciatis; i. e. non sumetur vindicta de vobis hoc modo) 18[b]. *neich rogníith et gentar* (gl. et si habuerim omnem scientiam; i. e. ejus quod factum est et fiet) 12[b]. *dogéntar aidchumtach tempuil less* (fiet reaedificatio templi per eum, Antichristum) 26[a]. Legiturque etiam *-thir: génthir* .ı. *comadasigfithir* (gl. rite actitabitur, pascha) Cr. 44[b].

Tempora secundaria.

Solum futurum notam suam induit; praesens et praeteritum particulis *no* et *ro* distinguuntur. Terminatio tertiae personae est ITHE (IDE), THE. Usus triplex ut in activo.

Praesens secundarium.

Indicativus: *nolíntae* (gl. solebat repleri; *-tae* pro *-the*, p. 84) Ml. 32[b].

Conjunctivus: *nach fírianugud forchomnucuir hi rect conocomalnithe indiunni* (gl. ut justificatio legis impleretur in nobis) Wb. 3[d]. *conocomalnide andurairngred do abar.* (gl. ut in gentibus benedictio Abrahae fieret; i. e. ut impleretur quod promissum est Abrahae) 19[b]. *duforbaithe* (gl. veneretur). *nosroiglide* (gl. permisit flagellari; i. e. ut flagellaretur) Ml. 31[c]. 32[c]. *conulintae* (gl. ut compleretur) Ml. 32[b]. *arna eperthe isairi robóisom octatháir imdibi hóre ni roimdibed* (gl. nos enim sumus circumcisi; i. e. ne diceretur: ideo fuit vituperans circumcisionem, quia non fuit circumcisus) Wb. 23[d]. *nofoirbthichthe* (gl. decebat eum consummari; i. e. ut consummaretur) Wb. 32[d].

Conditionalis: *forócrad dúib am. bid fiadib nocrochthe* (gl. ante quorum oculos proscriptus est in vobis crucifixus; i. e. descriptus est vobis acsi coram vobis crucifigeretur, Christus) Wb. 19[b]. *am. doberrthe* (gl. acsi decalvetur) 11[c].

Praeteritum secundarium.

Possit exspectari secundum analogiam terminationis cambricae hujus temporis *-asit*, *-issit*, etiam hibernica *-aste;* sed sunt obvia mihi exempla quaedam solummodo sine signo praeteriti.

Indicativus: *de rét ailiu roainmnichthe* (gl. significatione denominativa, nomen in des, Prisc. 2, 6; i. e. de alia re denominatum est) Sg. 31[a].

Conjunctivus: *combad uad roainmnigthe* (ut sit inde nominatum) Sg. 106[b].

Conditionalis: *iscumme dí roberrthe* (idem ei acsi esset tonsa, femina) Wb. 11[c]. *du na ructhae act oentuistiu* (cui natus esset nonnisi unus infans) Tirechan. ap. O'Don. p. 436.

Futurum secundarium.

Indicativus: *ani huanainmnichfide* (gl. illud, significat: quasi ad aliquid dictum est quod quamvis habeat aliquod contrarium et quasi semper adhaerens tamen non ipso nomine significat etiam illud; neque enim ex illo nominationem accipit, ut dies, nox, dextra, sinistra, Prisc. 2, 5; i. e. id e quo erit denominatum) Sg. 30[a].

Conjunctivus et conditionalis: *maniptis tóbaidi intogar. tiagdde in í ropad an.peneuilt noacuitigfide indib huare astimortae peneuilt* (gl. accentus perfecti vocativi in his servatur, Virgili, Mercuri. Si enim non esset abscisio, debuerunt hujusmodi vocativi, id est qui in i desinentes penultimam correptam habent, antepenultimam acuere, Prisc. 7, 5; i. e. si non essent abscisi vocativi qui exeunt in i, antepenultima esset acuenda, quia est correpta penultima) Sg. 120[a]. Pergit ibidem textus: quod minime licet, nam penultimam acuimus, et addit glossator: *combad an.peneuilt noacuitig. indib* (i. e. minime licet, ut antepenultima accentu acuto proferatur), in quo item *noacuitig.* = *noacuitigfide*, conjunctivus futuri secundarii.

Conjunctivus praesentis.

Obtinet vocalis *a*, ut in activo (p. 455), in terminationibus, quae sunt ATHAR, THAR et AR: *arná érbarthar isprecept arbiad nammá* (gl. omnia sustinemus, ne offendiculum demus; i. e. ne dicatur quod est doctrina propter victum tantum) Wb. 10[d]. *arna ǽrbarthar, arna érbarthar* (ne dicatur) Wb. 29[b]. 31[c]. 33[b]. *doberthar indæpistil scríbther dosuidib conárlægthar duibsi* (feratur epistola quae scribitur illis, ut praelegatur vobis) Wb. 27[d]. *arna furastar* (gl. ne fuscetur, candor tuus) Ml. 15[b]. *coatomsnassar* (gl. ut ego inserar) Wb. 5[b]. *arnarimfolṅgar diltod do* (gl. ne fratrem meum scandalizem; i. e. ne fiat ei scandalum) Wb. 10[c].

Imperativus.

Non differunt terminationes a modo dictis conjunctivi: *dodiusgadar indanim dodénam maith* (expergefiat anima ad faciendum bonum) Wb. 5[c]. *roerthar dúib uili* (gl. communicatio sancti spiritus sit vobiscum omnibus) 18[b]. *doberthar indæpistil* (afferatur epistola) 27[d]. *berar imchomarcc* (feratur salutatio) 7[b].

Infinitivus.

Colligenda formatio ATHAR, THAR (e term. activa -*ad*, addita terminatione passiva) videtur ex his: *no bendachthar* (gl. benedici, si vultis) Ml. 33[d]. *mestar* (gl. aestimari, sinas ab omnibus) Ml. 24[a].

Participia.

Sunt duo, ut in lingua latina, passivi participia, praeteriti et futuri.

1. Participium praeteriti terminatum in ITHE, THE (THA, interdum cum *d* pro *th;* britann. -*et*, -*etic*, lat. -*atus*, -*itus*, -*tus*): *iséilnithe amenme et achocubus* (gl. inquinata eorum mens et conscientia) Wb. 31[b]. *drúáilnithe aciall* (gl. homines corrupti mente) 30[c]. *cid druailnide m̄bes chechtar indarann* (gl. quamvis sit ex corruptis, cum separetur compositum, Prisc. 12, 5; i. e. quamvis sit corrupta utraque pars) Sg. 202[b]

ropo infolgithe irrúnaib (erat ignotum, velatum in mysteriis) Wb. 21[c]. *imaircide do persin moysi insalmso. asduchrist asimmaircide insalmso* (Moysi, Christo est inscriptus psalmus hic) Ml. 2[b]. 16[a]. *dorairngred dam rombad oirdnide achland* (promissum est etiam, quod esset electum semen ejus) Wb. 2[c]. *aspersan oirdnithe* (gl. scio enim cui credidi) Wb. 29[d]. *remeperthae* (antedictus) Sg. 4[a]. *comchlante* (gl. consitus, conseminatus) Sg. 24[a]. *accomallte* (gl. socius) Wb. 5[b]. *acomoltae* (gl. conjunx, i. e. conjunctus) Sg. 60[b]. *ind .e. timmorte* (e correpta) Sg. 12[a]. *aidchuimthe. loiscthe* (gl. cauteriata, conscientia) Wb. 28[c]. *imdibthe ó lanamnas* (gl. circumcisus aliquis vocatus est; i. e. circumcisus a conjugio, expers conjugii) Wb. 10[a]. *aurgabtha* (gl. demtus, dominus a Judaeis; i. e. captus) Cr. 41[a]. *etarḟuillechta* (gl. interlitus) Sg. 24[a]. *bid cuimrechta* (gl. alligatus erit) Sg. 39[b]. *bad ǽrsoilcthe* (gl. aperta sit, porta) Sg. 147[b]. *foircthe* (gl. eruditus; = *forcithe*) Ml. 35[d]. *brathnigthe. forloiscthe* (gl. igne exanimatus) Ml. 31[c]. *arnatomnathar bed foammamichthe deacht dondóinacht* (ne cogitetur esse subjectam deitatem humanitati) Wb. 13[c]. *mesraigthe* (gl. modestus; i. e. moderatus) Sg. 60[b].

Alii casus: *dothaidbsiu indǽe infolngithi* (ad demonstrationem dei ignoti) Wb. 10[d]. *nabad mebul lat precept cr. crochthi* (ne sit tibi pudori doctrina Christi crucifixi) 29[d]. *dindtrediu remeperthu* (de tribus antedictis) Sg. 3[b]. *formúchthai* (gl. abscondita, voce) Sg. 9[b]. *amárthórmachtai* (gl. macte id est magis aucte) Sg. 76[a]. Plur.: *siglithi* (gl. signati nos, spiritu sancto) Wb. 21[a]. *amtar forṅgarti* (gl. Cecropidae jussi; i. e. qui erant jussi) Sg. 31[b]. *remfoiti* (gl. praemissa; = *remfoidthi*) Ml. 30[c]. *úadfialichthi* (gl. nos omnes revelata facie) Wb. 15[b]. *doṡuidigthi* (adposita) Sg. 63[a].

2. Participium futuri in ITHI, THI (cum signo productionis in *i* finiente in uno loco Wb. 1[d]: *déntí*, faciendum, quae producta vocalis, quamvis in aliis jam neglecta inveniatur, bene comprobatur formis britannicis, armor. vet. *-itoe, -itoi*, cambr. hod. *-adwy* = *-itê, -atê*): *ni aírmithi arní* (gl. neque qui plantat est aliquid; i. e. est aestimandus aliquid) Wb. 8[c]. *fodlaidi* (gl. aequa distributione findendas, vocitamus horas) Cr. 33[b]. *cáith bed ṡrethi* (gl. acus substernendum gallinis) Sg. 68[a]. *beth eperthi* (gl. dicendum, aliquid habet dictio; i. e. quod est dicendum) Sg. 25[b]. *ní ǽdparthi inso* (gl. minime hoc est adhibendum) Sg. 6[b]. *cid*

asdénti frisin tra (gl. quid ergo fratres? i. e. quid faciendum in hoc ergo?) Wb. 12[d]. *preceptori nuiadnissi mór ní asdénti ní airriu* (gl. quomodo non ministratio spiritus erit in gloriam? i. e. praeceptores doctrinae novae, magni aliquid faciendum de illis) Wb. 15[a]. *asberat isarindeb isdénti tol dǽ* (gl. qui existimant quaestum esse pietatem, discede ab ejusmodi; i. e. qui dicunt propter lucrum esse faciendam voluntatem dei) Wb. 29[b]. *isforcanti* (gl. intimandum est) Cr. 33[d]. *ol ascocarti* (gl. quod sit emendandum) Sg. 90[a]. *dindínit bed ṡastai* (gl. Cato de agna pascenda) Sg. 39[b]. *isimcasti* (gl. consideranda, animi firmitas) Ml. 18[d]. *bid comsrithi* .ı. *bid aisndissi* (gl. cum his manus conserenda est; i. e. contendendum est, affirmandum; leg. *aisndisti*) Ml. 16[a]. *ní eclustai* (gl. proprietas est excutienda) Sg. 27[a]. *bed airillti* (gl. ad promerendam, benignitatem) Ml. 22[d]. *isaichti* (gl. metuenda) Sg. 33[b]. *isairi isimcabthi* (gl. stultas quaestiones devita sciens quod generant lites; i. e. ideo vitandum est) Wb. 30[b]. *bed erngabthi* (gl. fugiendam infidelitatem, monet) Ml. 16[a]. *nicumscaichthi cumachtae* (gl. hoc potestatem literae mutare non debuit; i. e. non mutanda potestas) Sg. 6[a]. *bid cuimlengaithi* .ı. *bid conflechtaigthi* (gl. congrediendum) Ml. 16[a].

Flexio impersonalis.

Flexionis hujus, quae in recentioribus dialectis, inprimis in gaelica, omne fere verbum pervadit, initia jam sunt in vetusta hibernica, in quibusdam verbi substantivi formis (de quibus infra), praesertim autem in verbo passivo. In hoc enim lingua primam et secundam personam utriusque numeri designare consuevit per unam formam tertiae personae singularis, ita scilicet, ut infigerentur utriusque personae pronomina, tam singularis quam pluralis, inter particulas *no* vel *ro* verbales praefigendas et verbum, si simplex, vel inter praepositionem et verbum, si compositum est (cf. p. 335. 414. 415. 418). Exempla tam indicativi quam conjunctivi in codicibus reperi haecce.

Praesens.

Sing. 1. pers.: *nomglantar* (gl. emungor) Sg. 178[b]. *nomthachtar* (gl. angor) Sg. 143[a]. *nomdeithidnigthersa* (gl. sollicitor,

magna cura; subst. *dethiden*, cura) Ml. 29[d]. *fommálagar* (gl. consternor; mox activ. *foalgim*) Sg. 146[b]. *fordomchomaither* (gl. servor tibi; cf. p. 335) Sg. 139[b]. *cotomerchloither* (gl. agor, actus) Sg. 17[a]. *cotammeicnigthersa* (gl. conpellor; i. e. cogor) Ml. 21[b]. *coatomsnassar* (gl. ut ego inserar) Wb. 5[b].

2. pers.: *hotuislider* (gl. quo laberis; = *o-t-t.*) Ml. 2[d].

Plur. 1. pers.: *nonlíntarni* (gl. implemur) Ml. 18[c]. *corronertamni cách hifoditin fochide am. nonnertarni ho dia* (gl. ut possimus consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo, 2. Corinth. 1, 4; i. e. ut confortamur nos a deo) Wb. 14[b]. *am. nonœícdichtherni* (gl. sicut blasphemamur) Wb. 2[a]. *fonsegar* (gl. tribulamur) Wb. 14[b]. *conintorgáitar* (gl. ut non circumveniamur, a Satana) Wb. 14[d]. *honuntogaitarni* (ex quo fraudamur) Ml. 32[a].

2. pers. desidero exemplum. Essent haud dubie *noblíntar, nobnertarsi* (implemini, confortamini) etc.

Praeteritum.

Sing. 1. pers.: *issirrœchoir immumruidbed* (gl. circumcisus sum octava die, ex genere Israel, Philipp. 3, 5) Wb. 25[d].

2. pers.: *arnachitrindarpither frisinfírini* (gl. noli altum sapere sed time; i. e. ne sis exheredatus, expers factus justitiae) Wb. 5[b].

Plur. 1. pers.: *rondlúmigedni in óenchorp tribaithis* (gl. omnes nos in unum corpus baptizati sumus) Wb. 12[a]. *dorondonadni* (gl. consolati sumus) 16[b]. *fonrochled do airitiu hirisse* (gl. conclusi nos in eam fidem quae revelanda erat) 19[c]. *isdo donrograd* (gl. deus elegit nos ut essemus sancti; i. e. ad id electi sumus) 20[c].

2. pers.: *istree robhícad* (per eam salvati estis, misericordiam) Wb. 5[c]. *robclandad et robfothiged do sunt* (gl. radicati et fundati vos, in ea, in caritate) 21[d]. *dobrograd condibfeil icorp cr.* (gl. scientes fratres electionem vestram; i. e. electi estis, ut sitis in corpore Christi) 24[c].

Futurum.

Sing. 1. pers.: *nomlínfidersa* (gl. complebor) Ml. 33[b]. *fomfirfidersa* (gl. omni studio praeparabor) Ml. 33[b]. *fomchridichfi-*

dersa (gl. accingar, in opus ultionis; cf. *focridigedar,* gl. accingit, Ml. 35[c]) Ml. 31[c].

Plur. 2. pers.: *nibíccfither trechroich cr. ma fogneith dorecht* (gl. si circumcidamini Christus vobis nihil proderit; i. e. non salvabimini per crucem Christi, si servitis legi) Wb. 20[a]. *islib atá arogu tra mad ferr cotobsechfider dichossec alailiu* (gl. quid vultis in virga veniam an in caritate? 1. Corinth. 4, 21; i. e. est penes vos ergo electio, si est melius, ut instituendi sitis alio modo) 9[a].

Verba anomala.

I. Verbum substantivum, quatuor radices exhibens, tres defectivas *a* (*i*), *tá*, *fil* pro praesente, et *bi* per omnia tempora.

1. Radicis A (I) sunt formae *am* (sum), *as*, *is* (est; dependentis positionis vel absolutae), *ammi* (sumus), *it* (sunt): *am irlam* (gl. promtus sum) Wb. 1[b]. *am slán* (gl. sanus sum) Sg. 143[a]. *isfollus doib asnoipred fir oirdnithi* (est clarum eis, quod est opus viri excellentis) Wb. 1[b]. *ished asmaith dúib* (est hoc quod est bonum vobis, hoc bonum vobis) 6[c]. *ammi irlaim hicach láo* (sumus parati quotidie) 4[b]. *ammi dée huili* (sumus dei omnes) 6[b]. *ammi corp do cr. et iscenn som duunni* (sumus corpus Christo, et est caput ipse nobis) 5[d]. *ithuissi. itcointsi* (gl. digni sunt morte) 1[c]. *biit sualchi and itfoilsi* (gl. facta bona manifesta sunt) 29[a]. *ithé se inna briathra* (haec sunt verba) Sg. 4[b].

Est et flexio impersonalis, i. e. tertia persona sing. juncta pronominibus primae et secundae, idque absolutis: *ismé féin asbiur* (ego ipse sum qui dico, ego ipse dico) Wb. 14[c]. *nimé asbéo* (non ego sum vivus) 19[a]. *issnisni ata bobes q. aramus terram cordium hominum* (gl. propter nos, i. e. nos sumus boves qui etc.; *is-sn.*) 10[d]. *isissi intempulsin* (vos estis templum hoc, sanctum dei) 8[d].

2. Radicis TÁ (e *do-a?*), ATÁ, ATTÁ (*at-tá?*) major est varietas formarum.

Flexio personarum. Sing. 1. pers.: *isocprecept sos. attó* (gl. evangelii factus sum ego minister) Wb. 21[c]. *isaraprecept attósa isslabrid* (gl. pro evangelio legatione fungor in catena) 23[a]. *isocca attóo. isocca dam attósa* (sum in eo) 26[d]. 29[d]. *sechaní ittóo* (gl. ne quis me existimet super id quod videt me; i. e. quod sum) 17[d].

nida apstal apstil (gl. Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, Galat. 1, 1; i. e. non sum apostolus apostoli) 18[c]. *itáu darcenn sosceli* (gl. in vinculis evangelii; i. e. in quibus sum pro evangelio) 32[a]. *isbec asmao oldáusa* (gl. parvo major est quam ego) Sg. 45[a].

2. pers.: *nipadíless duit aní hitái* (non est in commodum tibi id in quo es) Wb. 5[b]. *bid ferr oldái* (gl. judicabit te, i. e. erit melior quam tu es) 1[d].

3. pers.: *atá dethiden fuiri cene* (gl. sapientia carnis legi dei non est subjecta; i. e. est sollicitudo ei jamjam) Wb. 3[d]. *atáa lib uile* (gl. nil deest vobis) 26[b]. *hóre attá innarleid cia conicc ní dúun* (gl. si deus pro nobis, quis contra nos?) 4[b]. *attáa lemsa asainredsa* (est mihi haec proprietas) 32[a]. *condonroib indindocbál itá cr. innim* (ut sit nobis gloria in qua est Christus in coelo) 15[b]. *nítta ní indit móide* (gl. ubi est gloriatio tua? exclusa est; i. e. non est aliquid in te, de quo glorieris) 2[b]. *níbtá torbe de* (non est vobis commodum inde) 19[b].

Plur. 1. pers.: *attaam arndiis icuimriug archrist* (gl. salutat te Epaphras concaptivus in Christo; i. e. sumus nos duo in vinculis pro Christo) Wb. 32[a]. *ni uáinn fesine ataam fortectiri* (non a nobis ipsis sumus dispensatores vestri) 15[a]. *ni tam toirsech* (gl. non angustiamur) 15[b]. *conricci innaimsir hitaam* (gl. usque adhuc, i. e. usque ad tempus quo sumus) 9[a].

2. pers.: *ni foarmáam ataid* (non sub nostro jugo estis) Wb. 9[a]. *hore ataaithsi immelei* (quia estis insimul) 10[a]. *hóre ataad icath* (gl. accipite armaturam dei; i. e. quia estis in pugna) 22[d]. *nitad lib fésin* (gl. non estis vestri) 9[d]. *arnidad foirbthisi* (nam non estis firmi) 14[a].

3. pers.: *ataat danorpe rogab abram* (sunt duae haereditates quas accepit Abr.) Wb. 2[c]. *attaat scela linn* (sunt nobis nuntii) 18[d]. *ni tat æcni huili* (non sunt omnes sapientes) 8[a]. *isfollus nandat foirbthi uili* (apertum est, quod non sunt omnes firmi) 26[b].

Sunt etiam composita hujus radicis: *artáa* (gl. mei super, i. e. superest, mihi) Sg. 215[b]. *ished inso arathá* (gl. reliquum est) Wb. 10[b]. *remitaat* (gl. praesunt) 25[a]. *desta, testa* (deest; cf. decompos. DO-ES-) Wb. Cr. Cum particulis *ca* et *na* occurrunt et formae *te (de), teet: indoich side do náde nídoich* (num vero est simile hoc in eo? non est, non videtur vero simile) Wb. 4[b].

nate rachualatar (non! audierunt) 5[a]. *asbeir cate infírinne hó hiriss* (gl. quae ex fide est justitia? sic dicit) 4[d]. *cateet diuitiæ* (quid sunt divitiae, de quibus antedictum) 5[c]. Ex eadem radice residua videtur *d* finiens particulas quasdam, e. gr. *mad* (si est, si), *manid* (nisi), *ondid* (ex quo) etc.

Formae relativae, sing. *daas*, plur. *date* post praep. *ol* (ultra, ulterius quam): *isferr precept oldaas labrad ilbéelre* (melius est docere, quam loqui varias linguas) Wb. 12[d]. *isferr deserce oldate uili* (est melior caritas, quam sunt omnes, virtutes) 12[b]. *oillu oldate cóiccet fer* (gl. plus quam quingenti fratres) 13[b].

Flexio impersonalis latere videtur in quibusdam formulis, non tamen infixis pronominibus, sed suffixis, ita ut pro *nintá* (non sumus), *nobtá* (estis) sint (*ni*)TAN, ADIB: *nidan chumachtig fornirisse* (gl. neque dominamur fidei vestrae) Wb. 14[c]. *arnitan* (gl. non sumus, reprobi) 18[b]. *isdichéin immunrordad condan maicc togu* (gl. praedestinavit nos in adoptionem filiorum; i. e. dudum destinati sumus, ut simus filii electionis) 20[d]. *adib óis muntire infectso* (gl. estis cives et domestici dei), *adib atrab do dia infectso* (gl. vos aedificamini habitaculum dei) 21[c]. In prima tamen pers. sing. pronomen infixum: *nímptha fírion* (non sum justus), *nimtha laám* (non sum manus) Wb. 8[d]. 12[a].

3. Radix FIL est tertiae pers. sing. tantum indicativi et conjunctivi: *fil ní de asfír* (gl. ex parte credo; i. e. est aliquid in eo verum) Wb. 11[d]. *nifil fíal etronn et cr.* (non est velamen inter nos et Christum) 15[a]. *taibrid afil lib* (gl. ex eo quod habetis, i. e. date quod vobis est) 16[c]. *afil armochiunn* (gl. ad destinatum persequor bradium, Philipp. 3, 14; i. e. bravium, quod coram me est) 24[a]. *conidfil inindocbáil* (gl. reformabit corpus nostrum; i. e. ut sit in gloria) 24[a]. *conafil dualchi* (ne sint malefacta) 20[c]. *conáchfil etir* (gl. chirographum tulit de medio; i. e. ut non sit amplius omnino) 27[a]. Ita et in compositis: *dofil cr. conasoscelu* (gl. prope est verbum; i. e. adest Christus cum evangelio suo) 4[d]. *ni confil tra belre issin cen fogur* (gl. nihil sine voce est, i. e. non prodest) 12[d].

Forma relativa *file*, post substantiva numeri singularis et pluralis, exceptis substantivis neutris, post quae est *fel* (*fil*), *feil*, quae item est loco conjunctivi vel conditionalis: *ismór indethiden file domsa diibsi* (magna est cura quae est mihi de vo-

ois) Wb. 26[d]. *huilib nóibaib file in achaia* (omnibus sanctis qui sunt in Achaia) 14[b]. *andechor feil eter corpu nemdi* (differentia quae est inter corpora coelestia) 13[c]. *conrici andechur feil ettarru* (gl. usque ad divisionem animae et spiritus) 33[b]. *do cach bélru fil lagrecu* (gl. patronymicorum forma in des dicitur communis; i. e. cuivis dialecto quae est apud Graecos) Sg. 31[b]. *ciasberat dofeil laa m̃brátha* (gl. ne terreamini quasi instet dies domini; i. e. quamvis dicant, quod adsit dies judicii) Wb. 26[a]. *manudfel inspirut nóib indiumsa* (gl. si ego cum gratia participo; i. e. si est spiritus sanctus in me) 11[c].

Flexio impersonalis. Sing. 1. pers.: *romrír mothol cholnide condumfel fomám pectho* (compulit me voluntas mea carnalis, ut essem sub jugo peccati) Wb. 3[c]. Plur. 1. pers.: *ni indráigne dúib cininfil lib* (gl. non detrimentum patiemini ex nobis; i. e. non detrimentum vobis, quamvis non sumus apud vos) 16[b]. 2. pers.: *dobrograd condibfeil icorp cr.* (electi estis, ut sitis in corpore Chr.) 24[c]. *ma nudubfeil in ellug coirp cr. adib cland abrache* (gl. si autem vos Christi ergo Abrahae semen estis) 19[c]. *atluchur dodia cerubaid fopheccad nachibfel* (gratias ergo deo, quod fuistis sub peccato, non estis) 3[b]. 3. pers. cum pron. pers. infixis; sing.: *cenodfil do* (quamvis est ei) Sg. 192[b]; plur.: *nisfil* (gl. obsoleverunt, non exstant hodie) Sg. 178[b]. *nisfil leo* (gl. neque interrogativa nomina nec relativa, quae omnia carent demonstratione, vocativos pollicentur, Prisc. 13, 4; i. e. non sunt eis, vocativi) Sg. 208[b].

4. Radix BI (BA) formis locupletissima, per tempora et modos.

Tempora primaria.

Praesens. Sing. 1. pers.: *biuusa ocirbáig darfarcennsi* (gl. glorior de vobis) Wb. 16[d]. *intain nombíu ocirbáig áirib* (gl. confundor in vobis; i. e. cum sum glorians de vobis) 20[a]. *combíu icuimrigib* (gl. in quo, evang., laboro usque ad vincula, i. e. donec sum in vinc.) 30[a]. *nibadimicthese libsi ciabeo hifochidib* (gl. ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, i. e. quia sum in trib.) 21[d]. 3. pers. *biid (bith, bid), bii (bí; pi* post negationem); *bad, ba (pa, bba* post neg.) positionis aut absolutae aut depen-

dentis: *biid est hi foetsecht* (gl. si dico bonus homo subaudio est; i. e. est est in subintellectione) Sg. 27[b]. *rofitir intí imbíi inspirut nóib rúna dée* (scit is in quo est spiritus sanctus mysteria dei) Wb. 8[b]. *ni bí dechor* (non est differentia) Sg. 27[a]. *nipi glǽe et nipi fírderb* (non est clarum et non est omnino certum), *nípí ciall* (non est intelligentia) Wb. 12[c]. 29[b]. *bad liter sain g* (est litera alia g, quam c) Sg. 6[b]. *ba dochu lem són* (pro *bad dochu?* est verisimilius mihi hoc) Wb. 5[b]. *imba immalei do. . . náte níba hed* (num est simul cum eo? non est, non est hoc) Wb. 4[b]. *nibba cenadærscugud dineuch son* (gl. non possunt esse absoluta, Prisc. 3, 5; i. e. non est sine differentia sua ab aliquo) Sg. 45[a]. *nipa anse dúib mo intsamil* (gl. estote sicut ego; i. e. non difficile vobis imitari me) Wb. 19[d].

Plur. 1. pers.: *bimmi æcni et bimmi foirbthi uili* (sumus sapientes et sumus firmi omnes) Wb. 12[c]. *cororannam isamlid bami cohaeredes má confodma am. cr.* (gl. haeredes sumus haeredes quidem dei, cohaeredes autem Christi) 4[a]. 2. pers.: *rofetar ní biedsi hicobodlus lasuidiu* (scio non estis in communione cum his, fornicariis) Wb. 9[b]. 3. pers. *biit* (bit), *biat, bat* (post negat. *pat*): *biit atriur do anmaim indeiúin* (sunt tria pro nomine avis, gl. vultur, vulturis, vulturius) Sg. 93[a]. *bithé na precepta cétni* (sunt hae doctrinae primariae) Wb. 17[b]. *arníbiat inanmanaib lait.* (gl. y et z causa graecorum nominum; i. e. nam non sunt in nominibus latinis) Sg. 6[b]. *loc imbiat arma* (gl. armamentarium) 35[a]. *nípathé indíi beta thuicsi diiudeib nammá* (non sunt qui sunt electi e Judaeis solum) Wb. 4[c].

Praeteritum. Sing. 1. pers.: *robá occanaithisigud* (gl. prius fui persecutor et contumeliosus, Christo, 1. Timoth. 1, 13) Wb. 28[a]. *robá oclegund* (gl. si dicam utinam adhuc legerem, ostendo coepisse; i. e. fui legens) Sg. 148[a]. *intain rombá issuidi* (gl. Thessalonicam in usum mihi misistis, Philipp. 4, 16; i. e. cum fui ibi) Wb. 24[b]. Sine nota praeteriti: *basa iudide ó écosc* (gl. factus sum Judaeus quasi sub lege essem; i. e. fui Judaeus habitu) Wb. 10[d]; atque residua sola *b* radicis, sine nota praeteriti vel cum eadem: *nipsa iudide ó béssaib* (non fui Judaeus moribus) Wb. 10[d]. *nipsa tróm for nech* (gl. nulli onerosus fui) 17[c]. *nirbsa dagduine itossuch* (non fui bonus homo in initio) 18[c]. *ropsa beo* (fui vivus) 3[c]. *isdo ropsa* (gl. omnia factus sum ut omnes fa-

cerem salvos; i. e. ideo fui, omnia) 11[a]. 3. pers. rarius *ba, bai, be,* sed assimilatione *bo, bu, boi (bbo, po)* post signum *ro: robói camaiph, robói són dam leo* (fuit etiam, hoc apud eos) Sg. 75[b]. *robói aimser nadrochreitsid* (gl. aliquando et vos non credidistis) Wb. 5[c]. *robói buinne fochosmuilius ṅadarcae side* (gl. tuba corneta; i. e. fuit tuba ad similitudinem cornu haecce) Ml. 2[b]. *amal rombói, am. rombo, am. rumbói* (ut fuit), *intain romboi, intain rombo* (cum fuit) Wb. fq. *istriahiris rambái cach maith* (gl. non per legem promissio facta est Abrahae sed per justitiam fidei) Wb. 2[c]. *ropo thol dondathir* (fuit voluntas patri) 14[b]. *rupu accubur leu* (fuit voluntas eis) 33[a]. *robbu digaim ind .f.* (fuit digamma f) Sg. 17[a]. *nirrobe in ihu. est et non* (gl. non fuit est et non) Wb. 14[c]. *nisrabæ andurairngred doib* (gl. nuntiatum est sed non profuit illis) 33[b]. *intí diarobe briathar linn riam* (gl. is de quo jam dixi; i. e. de quo fuit verbum nobis ante) Sg. 197[b]. Nota praeteriti aut omissa aut contracta: *am. som bo ainmnetach ocfulung fochide* (ut ipse fuit patiens in tolerandis tribulationibus, Christus) Wb. 26[b]. *cid intain ronmoitsem ní bo arseirc móidme* (etsi laudavimus nos, non fuit amore laudis) Wb. 17[a]. *nípo diaairchissecht* (non fuit in ejus auxilium, Pharaonis) Wb. 4[c]. *nipo lobur ahires cepu friaicned* (non fuit infirma ejus fides, quamvis fuit contra naturam) 2[c]. *nírbu faás foruigéni* (gl. gratia ejus in me vacua non fuit) 13[b]. *nirogabsamni anidparta hóre narbo lour linn afoirbthetu* (non accepimus eorum donationes, quia non fuit sufficiens nobis firmitas eorum) 24[b]. *cíarbu, cíarbo* (quamvis fuit) 13[b].

Plur. 1. pers.: *arisindóiri robámmar* (gl. habemus redemtionem; i. e. nam fuimus in captivitate) Wb. 20[d]. *nírbommar utmuill ocfoigdi. . . nirbommar tromdi:::* (gl. non inquieti fuimus inter vos) 26[b]. 2. pers.: *cerubaid* (quod fuistis) 3[b]. 3. pers.: *irbága robatar leosom* (contentiones fuerunt inter eos), *ni robatar accobra colna leosom* (non fuerunt cupiditates carnis in eis) Wb. 7[d]. 20[a]. *robbatar 7 bíet* (gl. ad praesens praeterita et futura intelliguntur; i. e. quae fuerunt et erunt) Pr. Cr. 60[b]. *robtar irlim* (fuerunt parati) Wb. 7[b]. *nirubtar gáitha forcomairli* (non fuerunt sapientes vestrae intentiones) 18[c]. *roptar irlithi armoge dún* (fuerunt obedientes nobis servi nostri) 29[b]. *innahí ruptar ardda* (ea quae fuerunt alta, sidera) Cr. 18[b]. *hore romtar óis teglig* (quia fuerunt familiares; pro *rombatar, rombtar*) 7[b]. In Sg. 31[b]: *amtar*

forngarti (gl. Cecropidae jussi) videtur *amtar* pro *ambtar, ambatar* (qui fuerunt).

Futurum. Sing. 1. et 2. pers. non obvia exempla. 3. pers.: *bieid, bied* (pro quo interdum et *bid*) absolutae positionis, vel *bia* cum part. *ro* (p. 416): *bieid crich. isand dem bieid crich* (erit finis; tum autem erit f.) Wb. 13[b]. *bieid aimser nadcreitfider* (erit tempus, quo non credetur) 28[c]. *bied aimser námba lobur* (gl. stabit autem; i. e. erit tempus, quo non est infirmus) 6[b]. *bied afortacht linn beos* (gl. adhuc eripiet nos; i. e. erit ejus auxilium nobis adhuc) 14[c]. *bid maid som iarum* (erit bonus is postea) 5[d]. *bid immalle asseirset* (simul resurgent) 13[b]. *robia indocbáal tarahési* (erit gloria pro eo), *robbia indocbál darahéssi* (gl. labor vester non est inanis; i. e. erit vobis gloria) 4[b]. 13[d]. *rotbia lóg* (erit tibi merces), *isglé limsa rombia buáid* (est certum mihi, quod erit mihi victoria) 6[a]. 11[a]. *ropia lóg farsáithir* (erit merces laboris vestri) 23[c]. *isintsenmim dedenach arnibia senim terchomric iarsin* (gl. in novissima tuba; i. e. in sonitu ultimo, nam non erit sonitus postea) 13[d]. *nipia detsiu insin* (gl. mutabuntur, tu autem idem es; i. e. non erit de te hoc) 32[c].

Plur. 1. pers.: *arnaepret indheritic nipiam friaithirgi* (ne dicant haeretici: non erimus cum poenitentia) Wb. 30[b]. 3. pers.: *bieit cit geinti hiressich* (erunt adeo gentes fideles) Wb. 4[c]. *bieit anamait foachossaib* (erunt inimici ejus sub pedibus ejus) 32[c]. *ítuil dée biet huili* (in voluntate dei erunt omnes) 9[d]. *bit messa assammessa* (gl. proficient in pejus) 30[c]. *asenud uille tra nibiat inoéntu muintire nime* (gl. neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt) 9[c]. *foditiu fochide tresindippiat fochricci* (toleratio tribulationum per quam erunt remunerationes) 25[d].

Tempora secundaria.

Praesens. Sing. 1. pers.: *cetabiinn* (gl. sapiebam ut parvulus; i. e. primum eram) Wb. 12[c]. 3. pers. indicat.: *snáthe nobíth himchenn nasacardd ocindedpairt* (gl. a filo filamen quod per syncopen flamen; i. e. filum erat circum caput sacerdotum in offerendo) Sg. 54[a]. *nobith leo cum in principio 7 in fine* (gl. antiquissimi utrumque dicebant cum me et mecum) 203[a]. Conjunct.: *nombíth* (gl. esse dicebant, i. e. quod esset) Sg. 148[b]. *combed hed*

nobed and (ut ita hoc sit, eveniat) Wb. 3[b]. *combad tothim cen éirge nobed nitha diaméit* (gl. numquid sic offenderunt ut caderent? absit! i. e. ut esset casus sine resurrectione? non est omnino) 5[b]. *combadhé æcrichdatusin nobed and* (ita ut esset ibi infinitum) Sg. 148[b]. *conabad éicen doberad ní domsa huaitsu act combad tol* (gl. ne velut ex necessitate bonum tuum esset sed voluntarium) Wb. 32[a]. Pertinent huc formulae compositae frequentes: *cobeid, combed* (ut esset), *mabeith, mabeid, mabed* (si esset, sit), *mainbed* (= *manibed*), *arminibed* (nisi), et forsan sine *d: combe, arambe, manibe, conibe* etc. Conditionalis: *manudfel inspirut nóib indiumsa nábith fochunn uaimm fein domæcnduch* (gl. si ego cum gratia participo quid blasphemor? 1. Corinth. 10, 30; i. e. non esset a me ipso causa) Wb. 11[c]. *iscumme dó bid imdibthe* (est idem ei acsi esset circumcisus) 1[d]. *am. bid do dia* (gl. tibi hoc opus quasi ad deum devoveo, i. e. acsi esset ad deum) Sg. 2[a]. *ni arindí bed leth ngotho nobed indibsem* (gl. semivocales sunt appellatae quod plenam vocem non habent sicut vocales; i. e. non acsi dimidium vocis esset in eis) Sg. 5[a]. *am. bid emelides nobed and* (gl. Aemilianus loco patronymici positum, Prisc. 2, 8; i. e. acsi esset Aemilides) 33[a]. *mani bed crois nibiad etrad* (si non esset gula, non esset libido) Wb. 9[d]. *níbad samlaid son ma duelltis* (non esset idem, si declinarentur) Sg. 4[b]. *níbad samlaid son mad ónchetnidiu nobed* (non esset idem, si a primitivo esset) 207[b]. *ba uisse, ba coir* (justum esset) Wb. fq. *ba méite limm niscartha friumm* (esset magni mihi, si non abesses a me) Wb. 29[d]. *niba maith rúun* (non esset bonum mysterium, in die judicii) Wb. 1[d]. (Occurrunt eaedem formae, ut videtur, interdum cum iis praesentis primarii).

Plural. 1. pers. conjunct.: *commimmis less huili* (gl. dei sumus, in hoc Christus mortuus est; i. e. ut simus ejus, apud eum, omnes; = *combimmis*) Wb. 6[b]. *commimmis angraib dúibsi dogabaal desimrechta díinn* (gl. ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos) 26[b]. *commimmis ecil hifochidib* (gl. non dedit deus nobis spiritum timoris; i. e. ut simus timidi in tribulationibus) 29[d]. Conditionalis: *am. nombemmis érchoilti* (gl. deus nos ostendit tamquam morti destinatos; i. e. acsi essemus destinati), *am. bimmis octarche* (gl. tamquam purgamentum hujus mundi facti sumus) Wb. 9[a]. *am. nibimmis cutrummi frib* (gl. non quasi pertingentes ad vos) 17[b]. 2. pers. conjunct.: *cobethesi* (ut sitis)

Wb. 19[d]. *nabad do reír farcolno beithe* (ne sitis in servitio carnis vestrae) 6[b]. Conditionalis: *mad inchruthsin beithe, mad inchruthsin bethe* (cum tales estis, si essetis) 18[b]. 24[b]. 3. pers. indicat.: *ithé són leuiti olchene nobítis octimthirecht innanidbart* (gl. qui altari deserviunt; i. e. sunt hi ceteri Levitae qui erant in ministerio sacrificiorum), *locc imbítis primsacairt ocirnigdi* (gl. in sacrario; i. e. locus in quo erant summi sacerdotes ad orandum) Wb. 10[d]. Conjunctiv.: *comtis indbaid iniris. combetis inindiub fochricce domsa* (gl. omnium me servum feci ut plures lucrificarem; i. e. ut essent lucrificati in fidem, ut essent in lucro mercedis mihi) Wb. 10[d]. Conditionalis: *ni arindí nombetis* (non acsi essent) Sg. 39[a]. *maniptis tóbaidi intogar.* (si non essent abscisi vocativi) 120[a].

Praeteritum. Differt signo *ro* a formis praecedentibus. Sing. 2. pers. exemplum videtur e Wb. 4[c]: *cid rombetha imetarceirt amessa imdia* (gl. o homo tu quis es qui respondeas deo?). 3. pers.: *nibo decming rombed imthanad hisuidib combad uáisliu cach grád alailiu* (non fuit fortuitum quod esset alternatio in his, potestatibus coelestibus, ut esset nobilior quivis gradus altero) Wb. 21[a]. *imbed comrorcon and et inrobe* (an esset error ibi, et an fuerit, inquisivi) 18[d]. *fobesad fir trebuir crenas tíir diachlainnd cid risíu robǽ cland les issamlid arrobertsom arniccni cid risíu robeimmis etir* (gl. gratia data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia; i. e. ad instar viri prudentis qui emit terram liberis suis adeo antequam fuerint liberi, ita paravit ipse salutem nostram etiam antequam fuerimus omnino) Wb. 29[d].

Futurum, cum particula *no* et *ro*: *doarrchet dichéin nombiad adrad dǽ la genti* (gl. sicut scriptum est; i. e. praedictum est dudum, quod erit adoratio dei apud gentes) Wb. 6[d]. *nirbo mebul domsa epert frissom rondbiad failte libsi et robtis maithi formbesasi arachiunn* (gl. siquid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus; i. e. non fuit mihi dedecus dixisse ei, quod foret ei gaudium apud vos et quod boni forent mores vestri coram eo) 16[b]. *conroibtis ocdenum rectche la riga* (gl. quidam aberrantes conversi sunt volentes esse legis doctores, 1. Timoth. 1, 7; i. e. ut essent futuri ad conficiendas leges apud reges) 28[a].

Conjunctivus.

Cum praevalente *a* in terminationibus, ut alias. Sing. 2. pers.: *comba soilsesiu* (gl. inluminabitur tibi Christus; i. e. ut sis lux; additur: sicut Christus lux est) Wb. 22[c]. *armba cháinchomraccachso* (ut sis benevolus) 30[b]. 3. pers. Obviae formae *combe, arambe* (ut sit), *manibe* (nisi), *conibe* (ne sit); saepius tamen sola *b* vel *p* restat post particulas (infigitur in quibusdam syllaba *di*), e. gr. in *condib, condip* (ut sit), *arimp, arndip, airn̄dip* (ut sit), *conroib, conrop, corrop* (ut sit), *arnab, arnap* (ne sit), *cip* (quicunque sit), *cinip, cenip* (quamvis non sit), *manip* (si non), *sechib, sechip* (quicunque sit), *duúsindip* (an sit), *imb, imp* (= *in-b*, num sit, sive sit, *imb-imb*, sive-sive): *conibé eter inpec.* (gl. ut tollatur de medio; i. e. ut non sit omnino peccatum) Wb. 9[b]. *connabæ nii indid* (ne sit in ea aliquid; gl. perscrutanda est conscientia) Wb. 11[d]. *nitorban na aé manibæ desercc* (non fructus eorum, si non est amor) 12[b]. *manibée dechur* (si non est distinctio) 12[c]. *condib cuimse less ameit* (gl. per unam sabbati unus quisque seponat quod ei bene placuerit, 1. Corinth. 16, 2) 14[a]. *condib ferr donberaidsi oldaas cách* (gl. abundatis insuper et caritate vestra in nos ut et in hac gratia abundetis; i. e. ut sit melior quam vos fertis, quam quivis) 16[c]. *condip slán áanim* (ut sit salva ejus anima), *condip follus dochách* (ut sit clarum cuivis) 9[b]. 12[c]. *arimp domórad dæ uile* (gl. abundet in gloriam dei; i. e. ut sit ad magnificandum deum omne) 15[c]. *arimp follus* (gl. evidens fiat, communicatio fidei tuae) 32[a]. *guidmini airn̄dip maith aforcell doberam díibsi* (gl. oramus semper pro vobis; i. e. oramus, ut sit bonum testimonium quod dabimus de vobis) 25[d]. *asbertar ananman arndip rucce doib* (gl. scis hoc quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt ex quibus Phigellus et Hermogenes, 2. Timoth. 1, 15) 30[a]. *conroib, conrop, corrop, corop* (ut sit) fq. *condonroib* (ut sit nobis) 15[b]. 20[c]. *arnaconroib* (ne sit) 15[d]. *conaroib* (ne sit) 21[a]. *arnaroib* (ne sit) 5[a]. 22[c]. *arnap mebul domsa moirbág. arnap mebul dúibsi et dúnni* (gl. ne quod gloriamur de vobis evacuetur; i. e. ne sit dedecus mihi gloriatio ma, ne sit dedecus vobis et nobis) 16[d]. *cip cruth* (qui sit modus, quocunque modo) 12[d]. *act cinip lour* (sed si non sit satis) 11[d]. *manip tol* (si non est voluntas), *mainip*

inchrudso (si non hoc modo) 9[d]. 10[a]. *sechib grád* (quicunque sit gradus, status) 10[a]. *sechiphé dán doberthar doneuch* (quodcunque sit donum, quod datur alicui) 13[a]. *sechiphé* (quicunque sit) 14[d]. 20[b]. *duisindip fochunn icce do* (gl. notate ut confundatur; i. e. ut sit forsan causa salutis ei) 26[b]. *imp óge fa lánamnas* (an sit virginitas, sit matrimonium; i. e. sive est coelibatus, sive conjugium) 10[a].

Plur. 1. pers.: *conrobam iflathemnacht la cr.* (gl. nos transtulit in regnum filii dilectionis suae; i. e. ut simus in gloria apud Christum) Wb. 26[b]. 2. pers.: *arnabad toirsig dimchuimriugsa* (gl. misi ipsum ut consoletur corda vestra; i. e. ne sitis tristes de captivitate mea) Wb. 27[c]. 3. pers.: *combat irlamu de* (ut sint promtiores) Wb. 12[d]. *armbat irlamu de indfir. armbat irlithiu de* (ut sint promtiores viri) 22[c]. 22[d]. *conrobat in hellug coirp cr. innim* (ut sint in communione corporis Christi in coelo) 29[c]. *arnapat toirsich dimchuimregaibse* (gl. ut consolentur corda ipsorum; i. e. ne sint tristes) 26[d]. *fribarpecthu arnarobat lib* (gl. irascemini et nolite peccare; i. e. ir. ob peccata vestra, ne sint vobis) 22[b]. *conarobat dualchi lat* (gl. sollicite cura te ipsum, i. e. ne sint malefacta tibi) 30[b]. Ut in sing. et hic *e, ei* pro *a: imbem imbethu imbem imbaás* (sive simus in vita sive in morte) Wb. 25[c]. *mad inchrudso bemmi* (si tales sumus) 31[c]. *cobeit am. innahí nadtectat* (ut sint ut ii qui non habent) 10[b]. *cinibet samlumsa* (gl. quamvis non sint ut ego) 9[d]. *cenchometecht diambésib mainbet mathi* (= *manibet*, gl. sine offensione estote Judaeis et gentibus; i. e. sine communicatione cum moribus eorum, si non sunt boni) 11[c].

Formae relativae.

Ut in verbo regulari, utriusque numeri et in duobus temporibus, praesente et futuro.

Praesens sing.: *áis biis ocirchollud* (gl. qui aliis maledicunt, maledici; i. e. aetas quae est maledicens) Wb. 9[c]. *lester chorthón bís ocedpartaib dodeib* (gl. futilis, Prisc. 4, 5; i. e. futile, vas sacrum) Sg. 56[b]. *cretem bes ifarcridiu* (fides quae est in corde vestro) Wb. 7[d]. *rofitemmarni bes sonirt forniressi* (scimus, quod est firma fides vestra) 14[b]. *corruphǽ bas óen airchinnech* (gl. ut sit in omnibus ipse primatum tenens) 26[d]. Cum *an, n* relativa:

ní áirmi ambís iarnachúul dindséit act ambís arachiunn (non curat quod est in tergo suo de via, sed quod est in facie, cursor) 24[a]. *intan m̄bís* (cum est), *huare m̄bis* (quia est) Sg. 6[a]. 161[b]. 182[b]. 190[b].

Plur.: *induili bíte icoitsecht* (gl. omnes discant, i. e. qui sunt in collegio) Wb. 13[a]. *bite immuntaras* (gl. intus passi sumus timores haereticorum, i. e. qui sunt in ecclesia) 16[a]. *inna eperta bíte isinchoms.* (dictiones quae sunt in compositione) Sg. 73[b]. *intan m̄bíte* (cum sunt), *intan m̄bíte anóinur* (cum sunt soli) 207[a]. 212[a]. 220[b].

Futurum sing.: *ished ón bias and* (gl. hoc confidens scio quod manebo; i. e. est hoc quod erit, eveniet) Wb. 23[b]. *bias dúib innim* (gl. spes futurae gloriae, i. e. quae erit vobis in coelo) 26[d].

Plur.: *ithé sidi im̄ beta hícthi* (gl. qui secundum spiritum, i. e. sunt hi qui erunt salvati) Wb. 3[d]. *nípathé indíi beta thuicsi diiudeib nammá beite isindinducbáilsin* (non sunt ii qui erunt electi ex Judaeis solum, qui erunt in gloria illa) 4[c].

Imperativus.

Sing. 2. pers.: *naba thoirsech* (ne sis tristis) Wb. 29[d]. 3. pers.: *cip cruth bíid páx libsi fricách* (quocunque modo sit pax vobis cum quovis) Wb. 5[d]. *am. dorograd bid samlid* (ut constitutum est, ita esto) 10[a]. *bíith dam farcuitsi occa* (sit et ejus cura vestra), *biid arcuitni occa* (sit nostra cura) 11[b]. 24[a]. *bad ærsoitcthe* (gl. aperta sit, porta) Sg. 147[b]. *bad carthi* (gl. amatus sit vel esto) 148[a]. Post negationem et particulas *ro, conro* etiam sola *b, p*: *niib fínn combi mescc* (gl. episcopum oportet esse non vinolentum; i. e. ne sit vinum donec est ebrius) Wb. 28[b]. *nip sain anasberat et immerádat* (gl. non bilingues; i. e. ne sit diversum quod dicunt et cogitant) 28[c]. *nib machdad lat* (ne sit mirum tibi) Sg. 158[a]. *conroib óintu etrunni* (esto unitas inter nos) Wb. 12[b]. *rop fír* (sit verum; = amen) Pat. post. ap. O'Don. p. 443. *rop slán, corop slán* (sanum esto) Incant. Sg.

Plur. 1. pers.: *baán tairismich doirnigdi* (gl. orationi instantes, simus) Wb. 5[d]. *ban buidich issí ardagairle* (gl. habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti sumus, 1. Timoth. 6, 8; i. e. simus grati) 29[b]. 2. pers.: *bad faitig frisinfoirinsin* (gl. observate eos, falsos) 24[a]. *nabad anfoirbthisi* (ne sitis infirmi) 12[d].

bed adthramli (gl. imitatores mei estote) 9[a]. *nabith icobadlus doib* (gl. nolite communicare operibus tenebrarum) 22[b]. 3. pers.: *bat spirtidi arñgnímae* (gl. spiritu ambulemus; i. e. sint spirituales actus nostri) 20[c]. *bat idain fri cach réit* (gl. servi in omnibus fidem bonam ostendentes, sint) 31[c].

Infinitivus.

Nom.: *buith cen æccne fofera anfírinni* (gl. non est justus quisquam non est intelligens; i. e. esse sine cognitione profert injustitiam) Wb. 2[a]. *ropo tochomracht linn buid imbethu* (gl. ut taederet nos etiam vivere, i. e. esse in vita) Wb. 14[b]. *ropo thróg laiss armbuith fomám pectho* (gl. misertus est nostri deus, i. e. esse nos sub jugo peccati) 21[b]. Genitiv.: *dliged buthe inbocht fomam intsommai* (ratio, jus, quod est pauper sub jugo divitis; graece: νόμος τοῦ εἶναι) Ml. 27[d]. *tre gnuis ambuithe in hil.* (gl. pluralia usu ut manes, arma; i. e. per usum ea esse in plurali) Sg. 73[a]. *buithe dúibsi ipeccad* (gl. ut non cum venero tristitiam habeam, i. e. esse vos in peccato) Wb. 14[d]. *buithe cen forñgarthid dondí asuolo* (gl. aliam quidam rationem conati sunt reddere, i. e. esse sine imperativo verbum volo, rationem τοῦ εἶναι) Sg. 163[b]. Dativ.: *ba uissiu dúib oldáte pecthe dobuid and* (gl. portate dominum in corpore vestro; i. e. est justius vobis, quam esse peccata in eo, ad verbum: quam sunt peccata ad esse in eo) Wb. 9[d]. *bith má de dobuith daitsiu hi coimthecht* (est melius esse tecum in consensu) Sg. 2[a]. Composit.: *isassu lasna rímairu di huáir deac namma duthesbuith* (facilius est computatoribus, duodecim horas tantum deesse) Cr. 3[b]. Accusat.: *isairi asbiursa ambuith immallei* (ideo dico eos esse una) Wb. 10[a]. *ciasidruburt ambuith* (quamvis dixi ea esse), *ciasidbiur abuith huandí asuitis* (quamvis dico id esse a vitis derivatum) Sg. 58[b]. 59[a].

Est etiam forma futuri *both,* in Wb. 25[a]: *both dún ifochith* (gl. praedicabamus vobis passuros nos tribulationes, i. e. futuros esse nos in tribulatione). Eadem in glossa mutila in Wb. 26[b]: *bot:: cen biad ma::: irgn:::* (gl. denuntiabamus vobis siquis non vult operari non manducet; i. e. futurum esse sine victu, siquis non operatur).

Videntur esse etiam passivae formae verbi substantivi:

sechib grád imbether and. . . istaschide timne dée dochomalnad and (quicunque sit status, in quo existitur, est necessarium mandata dei implere) Wb. 10[a]. *cip cruth bíid páx libsi fricách ciabethir ocfarningrim* (gl. si potest fieri quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes; i. e. quocunque modo sit pax vobis cum quocunque, quamvis sit in persecutione vestra, quamvis persequatur vos) Wb. 5[d]. Eodem modo: *cindas filter lat indiu* (quomodo est tibi hodie?) e libro hibern. ap. O'Don. p. 254. Addo *buithi* formam participii futuri passivi: *isamlid isbuithi dochách* (talis debet esse quivis) Wb. 24[a]. *aní ba buthi arthuus dothochur fodiud* (gl. praeposterum) Ml. 29[a].

II. Verba anomala alia quaedam, sive sunt ob radicum et formarum nimiam mutabilitatem, e. gr. radicum *fit, fis, finn* (scire), *clo, cluin, cual* (audire), sive etiam ob singularem proprietatem aliquam.

1. Radix FIT (scire) cum formis suis variantibus flexionem verbi deponentis sequitur et signum praeteriti prae se fert, eadem proprietate ut in aliis linguis etiam forma praeteriti ejus verbi obtinet, e. gr. in graec. *οἶδα*, goth. *vait* (quod item alternat cum forma *viss*). Sing. 1. pers.: *rofetar, rofetarsa* (scio) Wb. 3[c]. 9[a]. 9[b]. 16[d]. 28[c]. 3. pers.: *rofitir, rafitir* (scit), *nifitir, nisfitir* (nescit, nescit id) Wb. fq. Plur. 1. pers.: *rofitemmar, rofitemmarni* (scimus) Wb. fq. *ní fitemmar* (nescimus) Sg. 32[b]. 2. pers.: *hore rofitis isoccmaid atáa* (gl. subditi estote potestati non solum propter iram sed etiam propter conscientiam; i. e. quia scitis, quod cum bono est) Wb. 6[a]. *rofitis mo bésgnese frib* (scitis consuetudinem meam in vos) 14[c]. *rofitit cid aridfuirig afoilsigud* (gl. quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore, 2. Thessalon. 2, 6) 26[a]. *isderb liumm cid sisi dam ronfitidni* (persuasum mihi est, quod et vos nos noscitis) 15[c].

Radicis forma FIS, FES, FIAS. Sing. 2. pers.: *can rofestasu* (gl. unde scis?) Wb. 10[a]. 3. pers.: *rofestar cachmbelre* (scit omnem linguam) Wb. 12[d]. *nifiastar som* (nescit ille) 12[d]. Plur. 2. pers.: *rafesid* (scitis) Wb. 12[c]. Conjunct. et condit.: *confeser, confeiser* (donec scias) Wb. 29[a]. Sg. 209[b]. *confestar cách* (ut sciat omnis) Wb. 28[d]. *ni dernat ni nad fiastar side* (non faciunt aliquid, quod nesciat hic) 22[d]. *cofessid, confessid, corofessid, corrofessid* (ut sciatis) Wb. 14[d]. 23[a]. 27[c]. *marrufeste, ma-*

rufeste (si sciretis) 9[c]. 9[d]. Passiv.: *confesta andechur* (gl. non aliter possunt discerni a se partes orationis, nisi etc.; i. e. ut sciatur earum differentia, pro *confeste*) Sg. 26[b]. Praeteriti passivi loco occurrit *rofess* (pro *rofessid?*) in Wb. 23[b]: *rofess cid itaig ríg am. rofess itaig cáich* (gl. ut vincula mea manifesta fierent in omni praetorio et in ceteris omnibus, Philipp. 1, 13; i. e. notum fuit adeo in domo regis, ut notum fuit in domo cujusvis).

Formae FINN exempla: *iséside rodfinnad* (gl. qui se sciret) Sg. 209[b]. *inlínn rofitir apeccad finnad accúrsagad* (gl. peccantes coram omnibus argue; i. e. qui scit peccata eorum, sciat eorum reprehensionem) Wb. 29[a]. *am. nad fintar andugneither hisuidi* (ut nescitur quod fiat hac, nocte) Ml. 30[a]. *biit alaili and rofinnatar apecthe rosíu docói grád forru alaili isiarum rofinnatar. . . biit sualchi and itfoilsi . inchaingnímai aili isiarcéin rofinnatar* (sunt aliqui quorum peccata sciuntur antequam conferas gradum eis, sunt alii quorum postea sciuntur; sunt benefacta quae sunt manifesta, benefacta alia postea fiunt manifesta) Wb. 29[a].

Ad formam praeteriti conferenda sunt etiam verba latina ejusdem formae *memini, novi*. Inveniuntur hibernica quoque alia ejusmodi cum nota praeteriti: *ni ruforaithmenairsom afirinni fudesin* (gl. justitiae suae non meminit) Ml. 24[a]. *ni ruforaithmenair dd. isintsalmso andurigni abisolon fris* (non meminit David in hoc psalmo, quod fecit Absolon ei) Ml. 24[c].

2. Radices variantes *clo, cluin, cual* (audire) item terminationes verbi deponentis addunt.

CLO: *imb icéin fa inaccus beosa niconchloor act forcáinscél* (gl. digne conversamini, ut sive cum venero et videro vos sive absens audiam de vobis quia statis etc., Philipp. 1, 27; i. e. non audio nisi bonum de vobis nuntium) Wb. 23[b]. *cloithir* (gl. involvitur imbecillus objectionibus; i. e. audit) Ml. 16[b]. *ished asdilem limm ciacloid* (gl. ne moveamini per epistolam tamquam per nos missam quasi instet dies domini, nequis vos seducat ullo modo, 2. Thessalon. 2, 3; i. e. hoc mihi maxime instat, quia auditis) Wb. 26[a]. Praeteritum significari formis *cluin* vel *cual*, docent exempla mox infra sequentia; futuri non legi exemplum. Tempora secundaria: *nip ar irlami farcúrsagtha mani cloimmis forndrogscéla* (gl. audivimus inter vos quosdam ambulare; i. e. non est ob promtitudinem in reprehensionem vestram, si non audivissemus

malos de vobis nuntios) Wb. 26[b]. *am. bid o dia rachlóithe* (gl. cum accepissetis a nobis verbum auditus dei; i. e. acsi a deo audivissetis) 24[d]. *canigóo dúibsi anasberid aiudeu conicloitis geinti tairchital cr. nate rachualatar* (gl. dico numquid non audierunt? i. e. annon falsum vobis quod dicitis, o Judaeì, quod non audiverint gentes doctrinam Christi? non, audierunt!) 5[a]. Passiv.: *condamchloithersa ón* (ut audiar hoc, significat; imperson. p. 474) Ml. 21[a]. *cochonerchloatar* (gl. ut per multos gratiae agantur, 2. Corinth. 1, 11) Wb. 14[c]. Praeteritum *rochlos* (ut supra *rofess*): *ished inso sís rochlos et adchess innabésaib et agnímaib* (hocce auditum est et cognitum de ejus moribus et factis, Christi; *adchess* ejusdem formae ex *adchí*, quod in aliis non est contra solitam flexionem, e. gr. *adcí*, videt, cognoscit, *acai*, vides, *adced*, videtis, *adcethe*, videretis, in Wb. Cr.) Wb. 23[c]. Cf. O'Donov. p. 226.

CLUIN: *aratucca cách acanas. . . et araréla dochách rodchluinethar* (gl. docentes et commonentes vosmet ipsos; i. e. ut intelligat quivis quod praecipit, et ut explicet cuivis quod audivit) Wb. 27[b]. *inlinn rodchluinethar* (gl. peccantes coram omnibus argue ut et ceteri timorem habeant; i. e. pars quae audivit, ii qui audierunt) 29[a]. *niscluinethar* (gl. dicta dissimulat; i. e. quod non audiverit ea) Ml. 21[b]. *aracarat anrochlúinetar* (ut ament, quod audierunt, laudat praeceptor scientiam discipulorum) Wb. 11[a]. Passiv.: *intan nád forchluinter* (quando non auditur, animadvertitur, venit fur) Wb. 25[b].

CUAL in pluralis tantum 1. et 3. persona terminationes verbi deponentis praesentis addit, sed ut forma *cluin* cum particula *ro* praeteritum significat in his: *rachúala uaimse* (audivisti a me) Wb. 28[c]. *rochuale cách huanni* (audivit quivis a nobis) 5[a]. *rochualammarni huaitsiu* (audivimus a te) 5[a]. *sech racualid asné* (gl. si illum audivistis, Christum) 22[a]. *innád cualaidsi* (annon audivistis?) 5[a]. *rachualatar* (audiverunt) 5[a]. *inthí rochualatar inprecept* (qui audiverunt doctrinam) 30[a]. *ciarudchualatar* (quamvis audiverunt) 12[d]. *indí nachidchualatar* (qui id non audiverunt) 25[d]. Conjunctivi loco eadem forma esse videtur in hoc: *conidchuale éitsecht dǽ* (gl. invocanti auditum suae auris) Ml. 20[a].

3. ÉIT, TÉIT, TÉT (ire, e *do-éit?*), DOTÉT (adire, venire). Praes. sing. 3. pers.: *tét alaithe dichiunn dotét aidche* (it dies e facie, decedit dies, venit nox) Ml. 21[c]. *am. dotéit side in-*

tan nád nacastar (ut venit iste, fur, cum non animadvertitur) Wb. 25[b]. *ished dothéit de treilar nandáne* (gl. aedificatio corporis Christi; i. e. evenit haec per multitudinem donorum) Wb. 22[a]. *aris frisasechmadach. dotet inchoms.* (nam in praet. intrat compositio), *isairi ni táet coms. fri rang. huare ascoibnesta do brethir* (gl. non possunt participia componi, quippe cum sint cognata verbis) Sg. 158[a]. 159[a]. Praeteriti exempla videsis inter composita in fine; futurum videtur esse in Wb. 5[a]: *ní roitea cuccu etir* (gl. quomodo praedicabunt nisi mittantur? Rom. 10, 15; i. e. nemo ibit ad eos, cum *ro*, ut *robia* et verba sub 4). Imperat.: *ma eterroscra friafer ni téit cofer ńaile act bed ingenas* (gl. praecipio uxorem a viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam; i. e. si discesserit a viro suo, ne eat ad alium virum, sed sit innupta) Wb. 9[d]. *na teít illánamnas* (gl. circumcisus aliquis vocatus est non adducat praeputium; i. e. ne eat in conjugium) 10[a]. *toet do flaithius* (adveniat regnum tuum) Pat. nost. ap. O'Don. Forma relativa *téte* (cf. *file* p. 478): *fo béesad fir téte do chath* (ad instar viri qui it ad pugnam) Wb. 9[a]. Infinitivus: *ocmothoéitse for apstalact* (in aditu meo ad apostolatum) Wb. 26[c].

Sunt etiam composita alia, interdum in significationem activam transeuntia: *các conéit doib* (gl. in errorem mittentes; i. e. quemvis qui adit eos, seductores) Wb. 30[c]. *conétat indeb inbetho* (adeunt, quaerunt lucrum mundi; e quibus prodit radix *éit, ét,* cujus *t* si statuenda derivans, manet vocalis radicalis *ê*) Wb. 31[b]. *conétid inclaidebsin* (gl. galeam salutis induite et gladium spiritus; cf. *étach,* indumentum, vestis?) Wb. 22[d]. *mani coméitis do conalobri* (gl. si propter cibum frater tuus contristatur, Rom. 14, 15; i. e. si non adivisti ad eum propter ejus infirmitatem) Wb. 6[c]. Inde derivata: *na coméitged dó* (ne concordet cum eo) Wb. 10[a]. *hore conéitgid doib* (gl. vetus homo corrumpitur secundum desideria erroris) 22[a]. subst. *cometecht* (convenientia) Wb., de quo inter composita *com-*. Porro: *forthét* (adjuvat) Sg. 187[b]. *fortét* (gl. juvat; subst. *fortacht,* auxilium, Wb.) Cr. 33[a]. *fristait sochuide domsa and* (gl. adversarii multi; i. e. obstat multitudo mihi) Wb. 14[a]. *fristait frisom* (adversatur ei) Ml. 23[c]. *derbaid cenél dam isuidib aní remitaét* (gl. ex antecedente cognitione possumus ad quod genus vel numerum refertur, persona, scire, Prisc. 12, 1; i. e. significat genus etiam in his id, quod praecedit)

Sg. 197[b]. Particula *ar-* vel *ad-* cum nota praeteriti *ro* videtur obtinere in his: *isdo arroiéitsa gratiam* (ideo accepi gratiam) Wb. 6[d]. *ma arroéit oigetha* (gl. si hospitio recepit) Wb. 28[d]. *isuaidib arróit colinn et ithé dorraidchiuir* (gl. nusquam angelos adprehendit sed semen Abrahae, Hebr. 2, 16; i. e. ab eis accepit carnem et eos redemit) Wb. 32[d]. *arróet aimnigud* (gl. nomen accepit) Sg. 154[a]. *nisnarroétmarni sidi* (gl. non assumsimus, literam ψ) Sg. 16[a]. *aróiitid dam mo precept* (gl. evangelium quod praedicavi vobis quod et accepistis) Wb. 13[a].

4. IC, IG radix verbalis cum particulis *ro* et *do* composita varias formas producens ROIC, RIC, RIG, TIC fluctuantes inter significationem verbi neutri (venire) vel activi (assequi, attingere vel subvenire, juvare). Cui varietati accedit proprietas gutturalis finalis non solum alternantis *c, cc, g,* sed etiam transeuntis in *ch,* adeoque evanescentis in formis RÍ, TÍ. Contra has attenuatas leguntur etiam ampliatae formae DONICH (ANICH), TANIC, illa praesentis, haec praeteriti. Sequentia legi exempla.

Praes. Formatio cum *ro: rigthir cuccuib* (venit ad vos) Wb. 9[a]. *conrictar huili genti* (gl. donec plenitudo gentium intraret; i. e. donec veniunt omnes gentes; formae verbi passivi, an deponentis pro *rigithir, ricetar?*) Wb. 5[c]. Formae activae est etiam significatio activa: *corricci se .ı. conricci innaimsir hitaam* (gl. usque adhuc; i. e. donec attingit hoc, attingit tempus quo sumus) Wb. 9[a]. *ni roig di huáir deac* (gl. nequaquam ad spatium duodecim horarum pertingere posse constat) Cr. 33[b]. *hic ostendit ce roích himeit 7 lagait anías oratio* (gl. oratio dicitur etiam liber rhetoricus, Prisc. 2, 4; i. e. ostendit hic, quod attingat in magnitudine et parvitate vox oratio, sensu ampliore et arctiore) Sg. 26[a]. *conrí alainn* (donec assequitur coronam, currit cursor) Wb. 24[a]. *sechihed rii aless arintaibrid di* (gl. adsistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit, Rom. 16, 2; cf. *ruicim less, roiccu,* p. 438) Wb. 7[b]. Passivum ejusdem: *docoith dígal forru matis tuicsi ní rígad* (gl. prostrati sunt in deserto; i. e. data est eis vindicta, si erant electi, non impletum est) Wb. 11[a].

Formatio cum *do;* simplex: *cotí infírbrithem* (donec venit verus judex) Wb. 8[d]. *cotí irchre flatho román* (donec venit interitus imperii Romanorum) Wb. 26[a]. *cotí lae messa* (donec venit dies judicii) Ml. 26[a]. *arnadich cách assadligud inadaltras tri lathar*

demuin (gl. ne tentet vos satanas; i. e. ne veniat quivis ex officio suo in adulterium per tentationem daemonis) Wb. 9[d].

Ampliata forma est significationis activae (juvare; i. e. subvenire, succurrere, cf. supra *fortét*): *indonich nech uáib do epert inso* (gl. sed dicet aliquis; i. e. num juvat aliquem e vobis dicere hoc!) Wb. 13[c]. *dia domnich beos* (deus me adjuvat adhuc) Wb. 14[a]. *nonanich dia dicach imniud. nonanich dia calléic* (gl. ecce vivimus ut tentati et non mortificati) Wb. 16[a]. *aingid imdibe arbibdamnact rectto arba bibdu báis leusom intí nád imdibthe* (gl. circumcisio quidem prodest; i. e. prodest circumcisio in damnationem legis, nam erat reus mortis apud eos qui non erat circumcisus) Wb. 1[d]. *aracumactte nangid ní ármisom archumactte* (gl. non est potestas nisi a deo; i. e. nam potestatem, quae non prodest, non numerat potestatem) Wb. 6[a]. Inde subst. *ainech: ni imdidnibter ainech and octabirt coibsen allae sin* (gl. unusquisque propria, referet; i. e. non concedetur auxilium in danda ratione die illa) Wb. 15[c]. *mad fíu lib moainechsa* (gl. si dignum fuerit ut et ego eam; i. e. auxilium meum) 14[a]. Juxta haec nuda occurrit forma *ain: nísnain ciasberat níntanicc recht* (gl. non personarum acceptio apud deum; i. e. non juvat eos, si dicunt: non venit nobis lex) Wb. 1[d]. *níba cuit adíll cucuibsi acht ainfa lib arnidad foirbthisi* (gl. apud vos forsitan manebo, 1. Corinth. 16, 6; proderit vobis) 14[a]. *ni ainfed liumsa* (non prodesset mihi) 32[a].

Praet. sing. 1. pers.: *tanacsa aalbain* (veni e Scotia) Marianus Scotus ap. Pertz 7, 481. 3. ps.: *nipo irgnae contanicc lex* (gl. peccatum non imputabatur cum lex non esset; i. e. non fuit cognitio, donec venit lex), *intain nád rairigsiur peccad condanicc recht* (cum non perpetravi peccatum, donec venit lex) Wb. 3[a]. 3[c]. *o domanicc foirbthetu ni denim gnímu macthi* (ex quo venit mihi firmitas, non facio actus pueriles) Wb. 12[c]. *robói aimser nadrochreitsid condubtanicc mis .di.* (gl. aliquando et vos non credidistis deo; i. e. fuit tempus quo non credidistis, donec venit vobis misericordia dei) Wb. 5[c]. In plur. *tancamar, tancatar* supponendae sunt secundum Wb. 6[c]: *arni ráncatar som less ascríbint mainbed díarnertadni hifochidib* (gl. quaecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt).

Futur., cum *ro* et *do*, adeoque combinatis *do-ro-*. 1. pers.: *riccubsa* (veniam) Wb. 9[a]. 28[c]. *intain ronicub féin* (cum venima

ipse) Wb. 18[b]. 3. pers.: *dosnicfa cobir cid mall bith maith imr. intain dondiccfa* (gl. scriptum est in Esaia: veniet ex Sion qui eripiat et avertat impietatem ab Jacob, Rom. 11, 26; i. e. veniet eis auxilium etiam celeriter, erit bonum autem cum veniet) Wb. 5[c]. *nípa ammithiu intain ronicfea* (gl. veniet cum ei vacuum fuerit; i. e. non inconveniens erit, cum veniet) 14[a]. *isamlid dorriga dia* (ita veniet deus) 25[b]. *niba úaithed* [*intain*] *dondriga* (gl. in adventu domini nostri cum omnibus sanctis ejus; i. e. non est singularis, cum veniet) 25[a].

Tempora secundaria, cum *ro* et *do: am. ni risinse dobarcoscsi riccubsa cæm* (gl. tamquam non adventurus sim ad vos, sic inflati sunt quidam; i. e. acsi non venirem ad vestram correptionem, veniam tamen) Wb. 9[a]. *condid tísed indaimser ba chomadas dó* (gl. proposuit in dispensationem plenitudinis temporum; i. e. donec veniret tempus quod esset conveniens ei) 21[a]. *robtar irlithi ar*[*mog*]*e dúun resíu tised hiress* (fuerunt obedientes nostri servi nobis, antequam veniret fides) 27[c]. *am. bid me féin notheised cucut* (acsi ego ipse venirem ad te) 32[a]. *donicfad cucunn* (gl. speravimus; i. e. quod venturus sit ad nos) 21[a]. Compos. *cotí* cum significatione activa obtinere videtur in hoc: *machotísmis* (gl. quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, et semel et iterum, sed impedivit nos satanas, 1. Thessalonic. 2, 18; i. e. si assequeremur, si possemus) Wb. 25[a]. Forma passiva: *ni recar less legind and* (gl. prophetiae evacuabuntur; i. e. non necessarium fit legere in eis) Wb. 12[c]. *ní recar less ainmneda la .svi.* (non indigetur nominativo in sui, pronomine) Sg. 209[b].

Infinitivus: *aruntáa uili techt archenn cr.* (superest nobis omnibus venire coram Chr.) Wb. 25[d].

5. OL (dicit, inquit), verbum in hac una forma obvium: *iss. domuinursa ol priscien. . .* (gl. quod propterea puto et relativum esse, Prisc. 13, 5; i. e. id puto, dicit Priscianus . . .) Sg. 209[b]. *ol pátræc* (dicit Patricius) Marian. Scot. ap. Pertz 7, in imit. codicis ad p. 481.

6. Fuerint et aliae radices abnormes, quarum exempla non praebent codices nostri. Reduplicationis verborum quorundam in eisdem obvia hic locum amplius habeant: *ni conchechrat act ní bas tol doib* (gl. erunt homines se ipsos amantes; i. e. amabunt nil nisi quod est desiderium eis) Wb. 30[c]. *fordubcechna* (gl. qui

vos commonefaciat, Timotheum misi; praes. *forchanim*) 9[a]. *tairchechuin resíu forchuimsed* (gl. praedixit Esaias; i. e. pr. antequam eveniret) 4[d]. *magthad lasuidiu cretem dogeintib hore nad tairchechnatar fathi doib* (mirum his, Judaeis, credere gentes, quia non prophetarunt prophetae eis; praes. *doaurchanim,* gl. sagio, Sg.) Wb. 5[a]. *cách rotchechladar ocprecept* (gl. te ipsum salvum facies et eos qui te audiunt) 28[d]. *oinecht appec. am. noinect rombebe colinn cr.* (gl. mors Christo ultra non dominabitur, qui enim mortuus est pro peccato mortuus est semel) 3[b]. *hóre rombebe cr. darcenn indóesa lobuir* (gl. peccantes in fratres; i. e. quia mortuus est Christus pro infirmis) 10[c]. *hóndí adroigegrannatar* (gl. persequendo; i. e. eo quod persecuti sunt; *ingrenm,* persecutio, p. 265) Ml. 25[b]. *gigestesi dia linn arafulsam arfochidi* (gl. eripiet nos adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis; cf. Ml. 21[b]: *nongesmais,* gl. deo novimus supplicare) Wb. 14[c].

II. Verbum britannicum.

Observat adhuc lingua britannica haud dubie systema generale verbi celtici (p. 411. 412), et plenius adeo utitur quibusdam, e. gr. temporibus secundariis tam activi quam passivi, quamvis in aliis minorem formarum copiam servaverit, quam hibernica. Rudera enim tantummodo temporis futuri exhibet, mixto eodem cum praesente, et seriërum conjugationis distinctionem hibernicam ignorat, nisi et hic rudera videre velimus in variantibus vocalibus terminationum (e. gr. *-am, -im; -ant, -ent; -as, -es, -is*). Flexio impersonalis sola obtinet in passivo in cambrica quoque dialecto, quamvis hujus inter britannicas sit major adhuc formarum copia; in cornica et armorica eadem et activum invasit. Hujus ergo paradigma sisto primum, exhibens vel etiam supponens (supposita uncinis circumdo) formas cambricas praesertim vetustiores, dein exempla vetustiora ipsa.

Activum.

Tempora primaria.

Praes. sing.	1. *caram*		Plur.	1. *carun*
	2. *ceri*			2. *carauch*
	3. *ceir, car*			3. *carant.*
Praet. sing.	1. *cereis*		Plur.	1. *carasam*
	2. *cereist*			2. *carasauch*
	3. *caras*			3. *carasant.*
Futur. sing.	1. (*carboim*)		Plur.	1. (*carbom*)
	2. (*carboi*)			2. (*carboch*)
	3. (*carib, carab*)			3. (*carboint, carbont*).

Tempora secundaria.

Praes. sing.	1. *carun*		Plur.	1. *carem*
	2. *carut*			2. *careuch*
	3. *carei*			3. *cerint.*
Praet. sing.	1. *carasun*		Plur.	1. *carasem*
	2. *carasut*			2. *caraseuch*
	3. *carasei*			3. *ceresint.*
Futur. sing.	1. (*carbun*)		Plur.	1. (*carbem*)
	2. . . .			2. . . .
	3. . . .			3. . . .

Tempora primaria.

Praesens.

Patet e terminatione primae personae hujus temporis in vetustis codicibus *-am*, quae est eadem ac vetusta hibernica *-im*, sed et eadem ac recentior *-af*, quae est terminatio futuri in recentiore lingua cambrica, esse factam, si non dicimus inversionem, tamen mixtionem in usu praesentis et futuri. Excussa nota futuri *b* sive *f*,

quae in quibusdam formis tantum residua est, deletum erat etiam discrimen praecipuum discernens inter utrumque tempus.

Sing. 1. pers. AM. Cambricae glossae vetustiores, Oxonienses: *ladam* (caedo), *conam* (arguo), *rannam* (partior), *lammam* (salio), *credam* (vado), *clutam* (struo), *temperam* (condio). Derivata per *i: gruiam* (suo), *diniam* (tinnio), *guirgiriam* (hinnio), *enmetiam* (innuo), *scruitiam* (screo). Derivata per *a, ah* denominativa: *etncoilhaam* (auspicio), *lemhaam* (arguo), *datolaham* (lego), *mergidhaham* (evanesco). Inter glossas Luxemburgenses non solum eadem in *doguorennam* (profundo), sed etiam terminatio IM in *treorgtim* (perforo), siquidem non legendum est *treorgam* vel *treorgtam*.

In Leg. et codice rubro tam in terminatione AF quam in sequentibus hujus temporis interdum adhuc praesentis est significatio, plerumque tamen jam futuri: *minneu ae guadaf* (ego id nego) Leg. 2. 6. 2. *mae mwyhaf gwreic agarafi yw hi* (maxime inter mulieres quam amo ipsa est) Mab. 1, 17. *mi ae talaf* (ego solvam id) Leg. 2. 5. 4. *minneu abaraf* (ego efficiam), *paraf yrofi a duw os gallaf ynllawen* (efficiam, per deum, si potero libenter) Mab. 1, 20. 264.

Cornice AF, AFF ejusdem item usus: *pan welaff ow mab* (cum video filium meum, dolor me pervadit) Pass. 166, 4. *tan ow feth nyth nahaf* (per meam fidem, non te negabo) 49, 4. *in meth an goyff me ny wraff kentrow* (dixit faber, ego non faciam clavos) 155, 1. *ny strechyaff pell* (non tardabo amplius) 158, 3. *pare del won lavaraff thys* (ut scio dicam tibi) 8, 1.

Armoricae terminationes AF, AFF et IF, IFF (in hodierna lingua mutatae in *-ann, -inn*), ita tamen usu discedentes, ut prior praesentis significationem sibi sumserit, posterior futuri (quae eadem differentia inter vocalem *a* et *i* etiam in sequentibus personis obtinet) jam in Buh.: *ouzouchuy goulen a menaff* (vobis praecipere volo) 36, 17. *hac ez gourchemennaf affet* (et jubeo instanter) 210, 4. *mar gallaf glan* (si possum) 50, 24. *guelet ne gallaf quet* (videre non possum) 192, 7. *dan ylis guen em em teniff* (in ecclesiam albam pergam) 34, 14. *aman ez chimiff ne griff* (hic manebo, non faciam) 118, 5. *ne chaniff* (non tardabo) 34, 16. *ez rentif ma speret* (reddam spiritum meum) 96, 2.

2. pers. Cambrice E in vetusta glossa Lxb.: *douolouse* (gl.

depromis); I externa inficiens vocalem radicis in recentioribus libris: *peth aroydy emy, aroydy ymy* (quid das, dabis mihi?) Leg. 2. 1. 26; 2. 4. 9. *awely di y medyant yssyd ymi* (num vides potestatem quae est mihi?) Mab. 1, 7. *agennhedy dy . . . kanhadaf* (num permittis? permitto) Mab. 2, 7. *oia uorwyn dec a bery di bot vymmarch i am arueu yn vnletty ami heno* (o formosa puella, num facies tu esse meum equum et arma mea in uno loco mecum hic?) Mab. 1, 264. *ac yna ti aglywy dwryf mawr. athi a tebygy ergrynu y nef ar dayar gan y twryf* (atque tunc audies strepitum magnum et cogitabis concuti coelum et terram per strepitum) Mab. 1, 8.

Cornice Y in uno loco (scriptione certa, cum sit ad praecedentes *y* assonantia): *arluth mar ny yl bos ken bethens kepar del vynny* (domine, si non potest esse aliter, sit sicut vis) Pass. 57, 4.

Frequentior terminatio est YTH vel ETH (cujus *th* e radice pronominis *t* prodiisse videtur, ut *th* infixum): *mar a mynnyth govynny an rena a yll the disky* (si vis interrogare, hi possunt te instituere) P. 80, 2. 3. *me ad wre arluth bras ow honore mar mynneth* (ego te faciam magnum dominum, me honorare si vis; *-eth* ad praecedentes syllabas easdem finales assonans) 16, 4. *marth an bes kymmys drok wothevyth ha te vyth eraga fyn na gewsyth . . . betegyns te ny scoyth* (miraculum mundi, quantum mali tu sustines, et quod nihil tu contra eos dicis, attamen tu non debes) 120, 1. 2. 4.

Armorica terminatio I ex *-iff* (*-inn*) in verbo subst.: *ez vizi, ra vizi* (eris, sis) Buh. 76, 17. 178, 5. 208, 7. Ex *-aff* (*-ann*) est EZ (= corn. *-yth*): *perac guirion na sarmonez nac ouzomp guer ne leuerez* (cur libere non sermocinaris et nobis verbum non loqueris?) 56, 8. 9. *porz mez mar compsez gou* (habe dedecus si dicis false) 166, 12.

3. pers. Cambrice interna I mixta saepius cum vocali radicis vel derivationis: *ac o geyll henne* (et si potest hoc), *nyny adeuedun eckeyll egur escar ahy* (nos dicimus quod potest vir separari ab ea), *ac o geil* (et si potest), *ac ony eill* (et si non potest; verb. *gallu*, posse) Leg. 2. 1. 27; 66; 70. *kafreyt aeyrc* (lex mandat; rad. *arch*) Leg. 2. 1. 66. *ac ef a wyl pawb or a del y mywn. ac nys gwyl neb euo* (et ipse videt quemvis qui intrat et non videt aliquis eum) Mab. 1, 273. *pa dyn a gwyn* (quis plorat? *kwynaw*)

Mab. 2, 234. *ac ef a vennyc fford itti* (ipse tibi monstrabit viam; *manag*) Mab. 1, 6.

Deest etiam *i* inficiens: *edyn ae kemer ac nys tal* (homo qui id recipit nec solvit) Leg. 2. 1. 77. *ar wreic vwyhaf agar pob un gyt ac ef* (et mulier quam maxime amat quivis cum eo) Mab. 1, 284.

Verbi exeuntis in A (quam Davies dicit communem hujus personae terminationem) exemplum non legi; inter glossas Luxemb. occurrit *dodimenu* (gl. decreat; pro *dodimena?*).

Cornice et armorice eodem modo. Corn.: *gyll, a yll, yl* (potest; e *gall*) Pass. fq. *y a seff* (stant; impers.) 226, 3. *ol an dusma a lever* (omnis hic populus dicit; *lavar*) 129, 2. Juxta *wy an kyff* (invenietis eum) 256, 3 occurrit: *me ny gaffa* (non invenio) 117, 4. Armor.: *alan so breman souzanet mar quell e lin* (Alanus nunc est sollicitus quod perdit linum suum; rad. *coll*) Buh. 172, 3. Sine infectione: *mar car touet* (si amat, vult jurare) 170, 16. *ma lauar gaou a te prouffe* (si dicit false, an probares tu?) 158, 10.

Plur. 1. pers. Cambr. UN (pro *-um, -om*, praevalente radice pronominali *n* hujus personae, ut *ch* sequentis): *ny adeuedun, nyny adeuedun* (nos dicimus) Leg. 2. 1. 69; 70. *nyny eyssyoes aadun guad* (nos tamen admittimus negationem) Leg. 2. 1. 36. *mynwn heb y gweisson* (volumus, dixere pueri) Mab. 1, 35. *weithon ni aymdidanwn a thi* (nunc colloquimur, colloquemur tecum) Mab. 1, 5. *am hynny y llosgwn ninneu hi* (propterea nos comburimus, comburemus eam) Mab. 1, 35.

Corn. YN: *del redyn, del redyn ny y lyffrow* (ut legimus, ut l. in libris) Pass. 204, 3. 206, 2. *dall en ny welyn yn fas* (coeci sumus, non videmus bene) 220, 3. *ken migtern ny vennyn* (alium regem nolumus) 148, 4.

Armor. cum *m* primitiva OMP, EMP: *mar guellomp* (si possumus) Buh. 86, 4. *ez dlehemp* (debemus) 22, 15. IMP significans futurum: *dalchimp* (capiemus) 32, 17. *ez sezlouhimp* (audiemus) 52, 13.

2. pers. Cambr. AUCH, AWCH (abnormis item terminatio orta e radice *ch* pronominis *chwi*, vos, obvia tamen jam inter glossas Oxon. in praet. *guodeimisauch*, sustulistis): *a wydawch chwi* (num scitis vos?) Mab. 1, 257.

Corn. OUGH (= cambr. *-auch*): *pyth a vynnough why . pan dra yw a vynnough wy* (quid vultis vos?) Pass. 39, 1. 67, 2. *neb a whelough why* (quem quaeritis vos?) 68, 2.

Armor. ET (= *-it* inficiens praecedentes vocales, hibern. vet. *-id* = *ith*): *gourhemenet scler a queret* (jubete prompte quod amatis) Buh. 124, 1. *pe leueret huy* (quid dicitis vos?) 160, 1. *lesel an bet arenquet* (relinquere mundum debetis) 26, 2. IT in significatione futuri: *hoz em quifit* (vos vos invenietis) 152, 2. Convenit tamen etiam ECH huic personae: *mar bech ama en ty man renoncc dan bet aranquech* (si estis in domo hac, renuntiare mundo debetis) 20, 8. 10.

3. pers. Cambr. ANT: *os kyn e seythuet vullydin edescarant. os o uaru e guahanant* (cum ante annum septimum secedunt, si morte discedunt, separantur, mariti) Leg. 2. 1. 9; 11. *peth a vynnant hwy uelly* (quid ita volunt ipsi?) Mab. 1, 290. *ny chlyweist eiryoet yth wlat dy hun kerd kystal ac aganant* (non audivisti in tua regione cantum tam dulcem, quam canent, aves illae) Mab. 1, 8. *ac ayvant . . ac agyscant* (et bibent et dormient) Mab. 3, 302.

Corn. ANS vel ONS. Non reperi exemplum certum in Pass. Apud Pryce (Archaeol. cornu-brit. p. 41) legitur forma *guelanz* (vident; *-anz* = *-ans*, *-ant*).

Armor. ONT pro praesente, INT pro futuro, hodie quoque.

Praeteritum.

Sing. 1. pers. Cambr. IS in vetusta glossa Lxb.: *strouis* (gl. stravi); in recentioribus libris EIS (inficiens antecedentes vocales, hod. *-ais*, ex *-îs*, p. 116): *y gaer y gweleis i yndi* (castrum, in quo vidi) Mab. 3, 271. *yr pann yth weleis a gereis yn vwyhaf* (cum primum te vidi, amavi maxime) Mab. 1, 264. *mi ae lledeis* (ego eum occidi) Mab. 1, 244. *yn ymlad ar pryf hwnnw y kolleis i vy llygat* (certando cum serpente hoc perdidi oculum meum) Mab. 1, 271. *pan ercheis i ytti dyuot* (cum mandavi tibi venire) Mab. 2, 44. *yna y menegeis i yr gwr pwy oedwn* (tunc demonstravi ego viro, quis essem) Mab. 1, 5.

Corn. et armor. IS, YS. Corn.: *han pyth a screfys screfys yn meth Pylat thethe y* (quod scripsi scripsi dixit P. eis) Pass.

188, 4. Apud Pryce: *gueleiz* (vidi; = *-eis*). Armor.: *guer ne liuiris ne sellis* (non verbum dixi, non vidi) Buh. 122, 16. 17. *egaou en toeys* (false juravi) 162, 4. *te a goar doe nen autreis na nep guis concedis quet* (tu scis, deus, quod non cessi ei nec ullo modo consensi) 44, 23. 24.

2. pers. Cambr. EIST (ex *-is* et *ti* pronomine?): *athitheu ae dieleist* (et tu vindicatus es eos; subst. *dial*, vindicta) Mab. 1, 262. *peredur dec coffa dy gret arodeist ti ymi pan rodeis ytti y maen pan ledeist yr adanc* (Pered. formose, reminiscere promissionis tuae, quam dedisti mihi, cum dedi tibi lapidem, cum cecidisti draconem) Mab. 1, 282. *nys gorchymynneist* (non jussisti) Mab. 2, 48.

Corn. SYS: *gortheby te ny vynsys* (respondere noluisti) Pass. 144, 3. Apud Pryce leguntur formae propiores cambricae *guelyst, ti a ueleist* (vidisti).

Armor. SESDE (= *seste?*) in Buh.: *petra neuez so hoaruezet na gelsesde quet eguetou sarmon nac prezec* (quid novi accidit, quod non potuisti nobis sermocinari nec praedicare?) 74, 1. 2. 3. In hodierna lingua *kanzoud, kanjoud* (cecinisti; i. e. *kansud, kansut*).

3. pers. Cambricae terminationes sunt variae, partim concordantes cum hibernicis, e. gr. *s* praeteriti cum vocalibus diversis *-as, -es, -is, -us, -wys,* et *t* post liquidas, ut in tertia verborum hibernicorum serie. Propria cambricae linguae est terminatio *-awd.*

AS. Vetustiora exempla inter glossas Luxemb.: *roluncas* (gl. guturicavit), *rogulipias* (gl. olivavit). Recentiora e Mab.: *y gwelas yno kynan* (vidit ibi C.) 3, 271. *aphan welas y gwr. yny welas y gaer* (et cum, donec vidit), *ac yno y gwelas* (et tunc vidit) 1, 22. 33. 36. *apha ofut bynnac agafas ef* (et quamvis quandam difficultatem habuit), *yny gafas* (donec cepit), *ny chafas dyn* (non habuit quisquam) 1, 28. 30. 236.

ES post vocalem radicis *o* in sequentibus exemplis: *Heuel arodes yaudurdaut udunt* (H. dedit eis auctoritatem) Leg. praef. *erodhes, ae rodes attau, roes* (dedit, dedit ei) Leg. fq. *er agheureyth redigones* (actus illegalis quem commisit) Leg. 2. 10. 5; 9. *ny ffoes yr amherawdyr arthur eiryoet* (non fugit imperator A. unquam) Mab. 2, 381. *hiraeth yssyd arnaf am owein. a golles y gennyf*

meint teir blyned. ami awn panyw o ymdidan kynon y kollas owein y gennym (desiderium mihi est circa Owenum, qui periit mihi inde a tribus annis, et scio quod est propter narrationem Cynonis, quod discessit O. a me) Mab. 1, 21. *athrannoeth y kyuodes* (et post noctem surrexit) Mab. 1, 26. *ae porthes o bop bwyt* (et eum nutrivit omni cibo) Mab. 1, 33.

IS inficiens vocales praecedentes: *ac y peris arthur* (et jussit A.) Mab. 1, 258. *yderchis arthur* (mandavit A.) Mab. 2, 389. *owein awnaeth aerchis y vorwyn oll* (O. fecit quae praecepit puella omnia) Mab. 1, 15. *gofyn fford aoruc owein yr gwr du. ac ynteu ae menegis* (quaerere viam O. a viro nigro et ipse monstravit eam) Mab. 1, 12. *edeuis, edewis, emedewis, ymedewis* (sivit, reliquit; verb. *adaw*) Leg. Mab. fq. *gwarchetwis* (servavit; *gwarchadw*) Mab. 2, 377.

US, WYS, prior in Leg. posterior in codice rubro, in verbis desinentibus in infinitivo in *u, w,* in derivatis in *-wng,* denominativis in *-a, -aw: barnus* (judicavit), *ekeskus* (dormivit; *kyscu,* dormire), *lekerus* (corrupit; *llygru,* vitiare), *eystedus* (sedit), *edelleghus* (misit; *ellwng* mittere), *gurhaus* (nupsit; *gwra,* nubere, e subst. *gwr*), *elluydhaus* (profectus est in armis; *lluyd,* expeditio bellica) in Leg. In Mab.: *y kysgwys genthi* (dormivit cum ea) 3, 271. *nyt y llys agyrchwys* (non ad aulam perrexit), *y neuad agyrchwys* (aulam intravit; *kyrchu*) 1, 26. 36. *mae mi ath vyrywys* (ego sum qui te superavit; *bwrw*) 1, 244. *y dygwydwys y kyuoeth* (cecidit potestas ejus; *dygwydaw,* cadere) 1, 252. *y tyfwys* (crevit), *y dygwydwys* (decrevit) 2, 232. *llud aatnewydwys muroed llundein. o anriuedic tyroed aedamgylchynwys* (L. renovavit muros Londinii, innumeris turribus id circumdedit) 3, 297. *y goleuhawys yr awyr* (luxit aer; *goleuhau,* lucere, *e goleu,* lux) 1, 23. *ar llu y babyllywys* (et exercitus castra metatus est; *pebyllyaw* a *pebyll,* tentorium) 1, 30. *y kennigywys* (obtulit) 2, 372.

T (TH post *r*) post liquidas: *ef a gant y pader* (cecinit suum pater noster) Mab. 1, 239. *ac ae gwant dros bedrein y uarch yr llawr* (et feriit eum supra tergum equi in solum), *ac ae gwant dyrnawt* (eumque feriit plaga) Mab. 1, 258. 268. *e peth e kemirth* (res quam elegit), *can kemerth anilis en lle dilis* (nam elegit insecurum loco securi; interdum minus accurate *kemirt*) Leg. 2. 6.

30; 2. 11. 35. In codice rubro semper quoque *kymerth* (sumsit; = *kym-berth* ut hibern. *as-bert,* infin. *kymryt*).

AWD frequentissima et omnibus verbis communis terminatio, ita ut in hodierna lingua eadem (scripta *-odd*) sola pro hac persona in usu sit. Exempla e Mab.: *ac y parawd arthur eu bedydyaw* (et fecit A. eos baptizari; supra *peris*) 1, 266. *ny adawd neb yny chedymdeithas* (non admisit aliquem in societatem ejus; supra *edewis*) 1, 236. *marchawc aymwanawd athi* (eques qui concurrit tecum; supra *gwant*) 1, 260. *yna ydygwydawd y uam yn varw lewic* (tunc cecidit mater ejus in animi deliquium) 1, 237. *ydeistedawd wrth gaer ruuein* (stetit contra urbem Romam) 3, 272. *ef a lywyawd y gyuoeth* (rexit regnum suum) 3, 298. *ef ae byryawd oll yr llawr wynt* (ipse eos dejecit omnes in solum) 1, 280.

Corn. AS, YS, S: *Jesus yn dore a scryfas* (J. in solum scripsit) Pass. 33, 3. *han gwyn ef a ranas yntretha* (et vinum divisit inter eos) 45, 1. *Christ a settyas an scowerns hag an dythglyas* (Chr. posuit aurem et restituit) 71, 3. 4. *Pedyr a gowsas. Jesus a gewsys* (P. J. dixit) 34, 3. 84, 4. *onan a sevys* (stetit quidam) 81, 1. *gureck a leverys* (mulier dixit) 84, 3. *arluth a worthebys* (dominus respondit) 67, 4. *pub onan a ylwys* (quivis clamavit) 43, 2. *gulas nef a roys* (regnum coeli quod dedit) 23, 4. *onan a ros. Pylat a ros* (quidam, P. dedit) 81, 2. 250, 1. ES juxta *-as: y an kemeres. an arghans a gemeras* (eum sumserunt, argentum sumsit) 70, 1. 103, 2, in quo tamen verbo etiam obtinet finalis T: *pan gemert kyg* (cum sumsit carnem) 3, 2.

Armor. AS, IS, S: *goas ne guelas den* (puerum nemo vidit) Buh. 118, 4. *me suply doe nep am croueas dren dour neuez a descueuzas* (supplico deo qui me creavit, per aquam quam novam expergefecit) 106, 17. 18. *em dascorchas* (expergefecit me) 12, 25. *coff ha quein ez breiniz* (= *is;* venter et dorsum putrefactum) 12, 18. Eadem persona in constructione impersonali: *me guelas* (vidi) 88, 23. *me ho prestis. mo goestlas* (praestiti, spopondi ea) 158, 12. 14. *me ho ros hoantec* (dedi libenter) 164, 10. *me ros dezi* (dedi ei, fem.) 168, 17.

Plur. 1. pers. Cambr. ASAM, ASSAM, SAM: *suydhocyon eryfassam ny huchot* (servi quos enumeravimus supra) Leg. 1. 1. 3. *rey redeuedassam ny huchot* (ii quos diximus supra), *mel edeue-*

dassam ny, val edeuedassam ny vchot (ut diximus supra) Leg. 1. 5. 12; 2. 1. 7; 36; 2. 11. 38. *mwy noc adywedassam ni uchot* (major quam diximus supra) Mab. 2, 6. *kanys rodassam ni idaw ef* (nam dedimus nos ei) Mab. 1, 265. *aphan doetham ni yma ni agawssam lewenyd apharch* (et cum venimus illuc, cepimus laetitiam et honorem) Mab. 1, 36.

Corn. SYN terminatio exspectanda esset e Pass., cujus tamen non legi exemplum. Apud Pryce: *guelson, ni a uelsan* (vidimus).

Armor. SOMP. Etiam hodie *kanzomp, kanjomp* (cecinimus), *dlezomp, dlejomp* (debuimus), *leverzomp, leverjomp* (diximus) pro *kansomp, dlesomp, leversomp.*

2. pers. Cambr. ASAUCH, ISAUCH. Vetustum jam exemplum inter glossas Oxon.: *guodeimisauch* (sustulistis).

Corn. SOUGH (= cambr. *-sauch*): *del welsough* (ut vidistis) Pass. 255, 2. *gwyr a leversough* (verum dixistis) 50, 4.

Armor. SOT. Hodie quoque *kanzot, kanjot* (cecinistis), *leverzot, leverjot* (locuti estis) pro *kansot, leversot.*

3. pers. Cambr. ASANT, ASSANT, ISSANT, SANT: *er hen kefreythyeu a esteryasant arey onadunt aadassant yredec a rey a emendassant ac ereyll en kubyl a dyleassant ac ereyll o neuuyt a hosodassant. . . . ac auarnassant eu cadu* (veteres leges examinarunt, viri sapientes cambrici, et quasdam ex eis reliquerunt intactas, et quasdam emendarunt, et alias omnino abrogarunt, et alias de novo posuerunt, . . et decreverunt eas esse servandas) Leg. praef. *elloskasant Aruon. . . etrikassant en e lluyd* (incenderunt Arbonem, . . remanserunt in armis) Leg. 2. 2. 1. *chwech ereill agymerth vy arueu. ac ae golchassant. . . adodassant llieineu ar y byrdeu. ac a arlwydassant vwyt. . . adiodassant vy lludeticwisc* (sex aliae, puellae, sumsere arma mea et lavarunt ea, . . et straverunt lina supra mensas et ministrarunt cibum, . . et detraxerunt vestem meam pulverulentam) Mab. 1, 4. *y kerdassant wynteu ac y goresgynnassant. . . . ac y lladassant eu gwyr oll. ac y gadassant y gwraged yn vyw* (profecti sunt ipsi et depopulati, . . et interfecerunt eorum viros omnes, et siverunt mulieres in vita) Mab. 3, 274. *ac agyuarchassant well idaw. ac awiscassant ymdanaw* (et salutarunt eum, et vestiverunt eum) Mab. 2, 8. *y trigyassant y nos* (manserunt per noctem) Mab. 1, 270. *ac y*

gwrhayssant y arthur (et juraverunt in servitium Arthuri; *gwrhaw*) Mab. 1, 266. *aphan welsant y teulu. . . y kychwynnasant* (et cum viderunt domestici, perrexerunt) Mab. 1, 258. *sef agawsant yn eu kyghor* (ita decreverunt in concilio suo) Mab. 1, 21.

Corn. SANS, SONS: *orth Pylat ol y setsans* (Pilatum impulerunt omnes) Pass. 117, 1. *y ny vynsans y rane* (noluerunt dividere eam, tunicam) 190, 3. *y hawlsons oll . . . onon y welsons . . hag y lavarsons thotho* (quaesiverunt omnes, unum viderunt, et dixerunt ei) 154, 2. 3. 4.

Armor. SONT. Hodierna item verba: *kanzont* (cecinerunt), *leverzont* (dixerunt) pro *kansont, leversont.*

Futurum.

Signum futuri B exstitisse etiam in lingua britannica, patet ex residua F (orta e *b*, p. 160) in formis quibusdam dialectorum tam futuri secundarii (de quibus infra), quam et hujus ipsius primarii. Armorice e. gr. post particulam *mar* (si) servatur *f* in futuro verbi in Buh.: *mechant dezaf mar gouzauefez hennez pan duy dit a gray mez* (miseriam hujus, infantis, si tolerabis, cum venit, tibi faciet dedecus; a *gouzau, gouzaf* = vet. cambr. *guodeim,* p. 134. 136) 86, 11. 12. Eandemque formationem per omnes personas adhuc e lingua cornica exspirante refert Pryce (Archaeol. cornu-brit. p. 41): *mar guylfym* (si videbo), *mar guylfydh* (si videbis; = *yth*), *mar guylyf e* (si videbit); *mar guylfon* (si videbimus), *mar guelfo* (si videbitis; in aliis *-oh* = *-ough*), *mar guylfynz* (si videbunt; = *-yns*). Inde etiam in hodiernae linguae cambricae forma significante futurum *carif* (amabit; Owen. gramm. p. 110) equidem vetustatis notam non denegaverim, quamvis eam oppugnet Davies (Gramm. p. 99. 100).

Cum eodem signo ergo futuri supra in paradigmate restitui poterunt formae primitivae. Excussa autem nota, commixtio orta est usus temporis praesentis et futuri, observanda, ut in supra enumeratis praesentis, etiam in hujus temporis exemplis cambricis paucis.

Sing. 1. pers. WYF (e vetusto *-boim?*): *ny welwyfi dydi* (non video te) Mab. 1, 14. *ny chatwyf vy wyneb. . . yny gaffwyf* (non monstrabo faciem meam, . . donec inveniam) Mab. 1,

243. *ny wnelwyf. . . yny wypwyf aallwyf* (non faciam, donec sciam an possim) 1, 253.

2. pers. WYT hodie cum *t* pronominis *ti* procul dubio. Vetusta terminatio OI cum signo futuri obtinere videtur in glossa Oxoniensi *hacboi* (gl. excutiendus erit, pulvis; i. e. excuties) 39[a], de qua videsis in Appendice.

In codice rubro accedente *ch* alias incognita in hac persona fit terminatio YCH (inversa et mutata *-fwy, -fy?*): *ae yma ae yn y lle y mynych* (aut hic aut in loco ubi voles) 1, 285. *cymer y niver a vynnych gyt athi amwyhaf agerych om fydlonion* (sume numerum quem vis tecum et quos maxime amas e fidelibus meis) 2, 30. Addita particula praeteriti fit futurum exactum: *kyt rywnelych di* (quamvis feceris tu) 3, 304.

Cornice pro cambr. *-wyf* esse videtur terminatio OFF: *ny allof* (non possum; cf. verb. subst. *off* = cambr. *wyf*) Pass. 156, 4. Peculiaris est 3. pers. sing. terminatio YTH: *da gober eff an gevyth* (bonam remunerationem accipiet) P. 44, 4. *moy wy a glewyth* (plus vos audietis; flexio impers.) 132, 4. *wy am weleyth* (vos me videbitis) 93, 4.

Armorica lingua terminationem IM, IF, hodie *-in, -inn* (cf. supra in praesente p. 498), in usum futuri vertit. Dominatur vocalis *i* etiam per ceteras personas, exceptis 3. sing. *-o*, et 2. plur. *-ot*, quae e primitivo vetusto futuro residuae putari possunt soluta *b* vel *f* cum vocali sua in vocalem *o*. In recentis linguae grammaticis hae formae sistuntur. Sing. 1. *kaninn* (canam), 2. *kani* (canes), 3. *kano* (canet). Plur. 1. *kanimp* (canemus), 2. *kanot* (canetis), 3. *kanint* (canent). Inserviunt hae eaedem cum part. *ra* ad significandum conjunctivum (cf. hibern. conjunct. p. 416). Sg. 1. *ra ganinn* (canam), 2. *ra gani* (canas), 3. *ra gano* (canat). Pl. 1. *ra ganimp* (canamus), 2. *ra ganot* (canatis), 3. *ra ganint* (canant). Ita apud Legonidec (p. 109. 110). Apud Dumoulin (Pragae 1800, p. 106) haec norma: Sg. 1. *ra garin* (amem), 2. *ra gari* (ames), 3. *ra garo* (amet). Pl. 1. *ra garimp* (amemus), 2. *ra garfet* (ametis), 3. *ra garint* (ament). Notanda hic forma *carfet* terminationis *-fet* cum *f* futuri residua, quae supra est soluta in *-ot*.

Tertia persona in O saepius obvia in Buh.: *doe a miro* (deus servabit) 6, 25. *eff a guelo* (ipse videbit) 192, 14. Eadem in con-

structione impersonali: *me a laeso* (relinquam) 8, 7. *me compso* (dicam) 18, 24. *ny a pedo* (petemus nos) 16, 9. *ny a caffo* (capiemus) 32, 2. *niz sezlouo* (nos ea audiemus) 74, 8. *huy a guelo* (vos videbitis) 100, 8.

Tempora secundaria.

Praesens secundarium.

Sing. 1. pers. Cambr. WN (= hibern. *-in*, corn. *-yn*, *-en*, *-an*, armor. *-en*). Indicativus: *cedymdeith ymi oed ef mwyaf a garwn or byt* (socius erat mihi, quem maxime amabam in mundo) Mab. 1, 32. *walchmei nyt atwaenwn i didi* (W., non cognoscebam ego te) 1, 25.

Conjunctivus: *gofyn aoruc ef ymi pale y mynnwn vynet. a dywedut aorugum idaw py ryw wr oedwn. aphy beth ageisswn* (quaerere coepit ex me, quo ire vellem, et dicere ego, qui vir essem et quam rem quaererem) Mab. 1, 7.

Conditionalis: *pei asgwypwn mi aedywedwn* (si id scirem, dicerem) Mab. 2, 233. *pei dywedut ti ymi y peth a ovynnaf ytti. minneu a dywedwn y titheu yr hwnn aovynny ditheu* (si diceres tu mihi rem quam interrogabo te, ego dicerem tibi id quod interrogabis me) Mab. 1, 237.

Corn. YN (in praet. secund. et verbo substantivo leguntur etiam terminationes *-en*, *-an*). Indicativi exemplum: *ny gowsyn yn tewolgow* (non loquebar in tenebris) Pass. 79, 4. Ad significandum hoc tempus saepius occurrunt formae praeteriti secundarii.

Armor. EN: *ma hunan ez manen* (ego solus manebam) Buh. 12, 20. *ne gallen muy* (non poteram amplius) 42, 24. *ret eo maz ministren cusul* (rectum est, ut sumam consilium) 20, 17. *pan gouzafen* (si tolerarem) 40, 5.

2. pers. Cambr. UT (hod. *-ud* vel *-it* ex *i-t*). Indicativus: *am uenegi ohonafi dy les. lle nys metrut dy hun* (ob monstratum a me commodum tuum, quod tu ipse non cogitabas) Mab. 1, 19.

Conjunctivus: *gwydwn ydout ti ym keissaw* (sciebam quod tu venires me quaesitum) Mab. 1, 25.

Conditionalis: *pei rodut ti dy gret vygaru i yn vwyhaf*

gwreic mi a rodwn itt uaen ual y gwelut euo pan elut y mywn. ac ny welei ef dydi (si dares mihi fidem tuam, pollicereris, me amare maxime inter mulieres, ego darem tibi lapidem, ita ut videres eum, serpentem, cum intrares, et non videret ipse te) Mab. 1, 273. *pwy oed y gwr mwyhaf agarut titheu. myn vygcret etlym gledyf coch oed y gwr mwyhaf a garwn i* (quis esset vir, quem maxime amares? fidem meam, E. gladii rubri esset vir, quem maxime amarem) Mab. 1, 276.

Corn. YTH, ETH secundum analogiam. Exemplum non reperi.

Armor. EZ: *col a grez fier manen grez* (jacturam faceres magnam, si non id faceres) Buh. 164, 8.

3. pers. Cambr. EI. Indicativus: *ny doethoedynt yno namyn ar gwr mwyhaf a garei bop un onadunt* (non ibant nisi cum viro, quem maxime amabat quaevis earum) Mab. 1, 36. *ny chyuannhaei nar ystwffwl nar cledyf* (non concrescebat nec clavus nec gladius) Mab. 1, 247.

Conjunctivus: *eu hemendyth ar y nep egkemry alecrey* (maledictionem suam, dixerunt, in eum in Cambris, qui vitiaret, legem) Leg. praef.

Conditionalis: *pei gwyppei y marchawc hynny y deuei yth amdiffyn* (si sciret eques hoc, veniret ad liberandum te) Mab. 1, 32.

Corn. E. Indicat.: *morogeth a vynne* (equitare volebat) Pass. 28, 4. Impersonaliter: *me ny gaffe scyle vas may fo dampnys* (ego non inveniebam causam justam, ut sit damnatus) 142, 4. Conjunct.: *y theth pesy may halle* (ivit, ut orare posset) 53, 3. *o a gymmys ras may wethe corf heb pedry* (tantae virtutis erat, unguentum, ut servaret corpus non putrescens) 235, 2.

Armor. E: *aman ma hunan ez manen den a nep pen nem goulene* (ibi ego solus manebam, homo nullo modo me interrogabat) Buh. 12, 20. 21. *doe maz care dre e aeur am grahe saluet* (deus si amaret, deo si placeret, per potentiam suam me faceret salvum) 106, 23. 24. *ne galle den chom* (non posset aliquis manere) 94, 2. In constructione impersonali: *eno me carhe* (tunc amarem, mihi placeret) 158, 15. *me crethe rigoal ez falhe* (crederem quod R. falleretur) 164, 12. *a te prouffe, a te proffe* (an tu probares?) 158,

10. 164, 6. *a te touhe* (an tu jurares?) 164, 15. *a huy a toehe* (num juraretis?) 160, 6.

Plur. 1. pers. Cambr. EM (cum *m* servata): *ha unbenn. ni aymdidanem a thi. ony bei lesteir ar dy vwyt* (o princeps, nos colloqueremur tecum, si non esset impedimentum ob prandium tuum) Mab. 1, 5.

Corn. EN indicat hanc personam in sequente tempore; hujus exemplum non legi.

Armor. EMP: *ez grahemp pechet* (ut faciamus peccatum, non vultis) Buh. 38, 19.

2. pers. Cambr. EWCH: *pei nam goganewch mi a gyskwn* (si me non turbaretis, ego dormirem) Mab. 1, 2. *pei mynnewch chwi vyui drostaw ef. miui aawn y chwi* (si vos velletis me pro eo, ego irem contra vos) 1, 35.

Corn. armor. EGH, ECH. Cornicum exemplum mihi non suppetit; armoricum e Buh.: *maz carech ma quemeret ez rahen requet* (si amaretis, si vobis placeret, me recipere, ego facerem mandatum) 20, 4.

3. pers. Cambr. INT: *ac wynt awelynt yno eilun dyn* (et videbant tunc formam hominis) Mab. 1, 27. *ac y kerdassant yny ol o achaws eu kedymdeithas. a meint yd ymgerynt* (et secuti sunt eum propter amicitiam suam, et valde se amabant) 1, 285. *na guenelynt dym* (ne faciant aliquid) Leg. 1. 7. 17. *kani vr nabo da ydau a deuedint* (nam nescit, an fuerit bonum ei quod dicant) Leg. 2. 11. 24. E glossis Luxemb.: *iolent* (gl. praecentur), *omcobloent* (gl. apocant), si est conjunctivus non imperativus.

Corn. ENS solita terminatio. Indicat.: *gans queth y ben y quethens. y cuthens y ben gans queth* (tegmine ejus caput tegebant) Pass. 96, 1. 97, 1. *y ny yllens y wethe* (non poterant eum impedire) 243, 4. *en deskyens del vye* (eum instituebant ut erat) 248, 2. Conjunct.: *gwythe na guskens* (cavere ne dormirent, jussit) 241, 3. Legitur etiam ONS: *nos o ny welons yn fas* (nox erat, non videbant bene) 64, 3.

Armor. ENT: *amen pidy. . . maz rohent y ho benediction* (et peto ego, ut dent mihi benedictionem suam) Buh. 118, 23.

Praeteritum secundarium.

Cambrica exempla obvia sufficiunt ad comprobandum etiam hujus temporis usum triplicem.

Sing. 1. pers. ASUN, ASSWN, ISSWN, SWN: *mi auynnasswn dy dihunaw yr meitin* (ego volueram te expergefacere valde mane) Mab. 2, 42. *ny darparysswn y rodi y neb* (non cogitaveram eum dare alicui) 2, 231.

2. pers. ASSUT, SUT: *buassei well itti pei rodassut nawd yr mackwy* (fuisset melius tibi, si recepisses in tutelam puerum) 1, 265. *pei asgorchymmynnassut nysgadwn* (si jussisses, non concessissem) 2, 48.

3. pers. ASEI, ASSEI, ISSEI, SEI. Indicativus: *y twrwf yn dyuot yn vwy yn da noc ydywedassei y gwr du im* (strepitus veniens multo major, quam dixerat vir niger mihi) 1, 9. *odyno y gwelwn mal y managyssei y gwr du ymi* (tunc videbam, ut descripserat vir niger mihi) 1, 8. *y kwn a nottayssei* (canes quos notificaverat) 2, 239. *ual y gnottayssei, megys y gnottayssei* (ut consueverat) 2, 33. 3, 304. *sef y gwelei y gweison yn saethu eu kylleill yn y lle y gwelsei gynon* (ibi videbat pueros sagittantes suos cultellos in loco, ubi viderat Cynon) 1, 12. *yd oed yn y uarw lewic rac meint y dolur agawssei* (erat animo deficiens prae magnitudine doloris, quem senserat) 1, 258. *a gofyn aoruc yr hynn o adawssei arthur udunt* (et quaerere de eo, quod eis permiserat A.) 1, 2.

Conjunctivus: *ar vorwyn adoeth yn erbynn y that ac y ovynnawd idaw. py achaws y parassei carcharu y mackwy o lys arthur* (puella ivit obviam patri et interrogavit, quae causa effecerit injici in carcerem puerum ex aula A.) 1, 289. *deffroi aoruc arthur a gofyn agysgassei hayach* (expergefactus est A. et interrogavit, an dormiverit aliquantum) 1, 11.

Plur. 1. et 2. pers. ASSEM, SEM, ASSEWCH, ISSEWCH, SEWCH haud dubie; sed desidero exempla.

3. pers. ASSINT, ISSINT, SINT: *kyfodi awnaethant y wassanaethu owein mal y gwassanaethassynt gynon* (surrexerunt ad serviendum Oweno ut serviverant Cynoni) 1, 12. *argwyr auyn-*

nyssynt y deffroi (viri qui voluerant eum expergefacere) 2, 8. *ny chlywyssynt eiryoet twryf achawat kyffelyb y rei hynny* (non audiverant unquam strepitum et tempestatem talem ut hanc) 1, 23. *diheu oed gantunt na chlywyssynt eiryoet kerd kystal ar adar yn kanu* (persuasum erat eis, quod non audivissent unquam cantum tam amabilem quam avium canentium) 1, 23. *hyspys oed gan bawp. . . na welsynt eiryoet un wympach no hi* (persuasum erat cuivis, . . quod non vidissent unquam formosiorem, quam eam, puellam) 2, 27. Pertinet huc e glossis Luxemb. *roricsent,* ut legendum credo pro *roricseti* (gl. sulcavissent).

Cornica et armorica exempla indicativi et conjunctivi rariora sunt. Conditionalis hujus temporis et praecedentis mixtus jam animadvertitur in exemplo cambrico supra allato (alia sequentur infra in syntaxi): *pei asgorchymmynnassut nysgadwn* (si jussisses, non concessissem), ubi *nysgadwn* est pro *nysgadasswn.* Vicissim in cornica et armorica lingua hujus temporis formae omnino in significationem conditionalis praesentis (ut in armorica etiam formae futuri secundarii) transierunt, nec est interdum etiam indicativi et conjunctivi hujus et illius temporis differentia.

Cornica exempla. Indicativi vel conjunctivi: *Pedyr a omdenas yn urna del rebeghse* (Petrus abiit simulac peccaverat) Pass. 86, 3. *own mear as kemeras rag an merthus rewelsens* (timor magnus eos cepit ob miraculum quod viderant) 254, 4. *ef a doys bythgueth ef nan guelse* (ita legendum pro *guelfe;* juravit quod nunquam eum viderit) 85, 3. 4. Conditionalis: *hethou pan ethys yn mes clevas vyth nyth kemerse* (hodie si ivisses foras, morbus non te cepisset) 157, 4. *an denma nyn drossen ny bys deso* (hunc virum non tulissemus tibi, si non esset malus; *drey,* ferre) 99, 2.

Conditionalis designatus praesentis primarii: *screfys yw a ken me nyn lavarsen* (scriptum est et aliter ego id non narrarem) P. 183, 1. *a pe ow thus thewy nym delyrssens* (si esset mihi populus, a vobis me non liberarent; angl. *deliver*) 102, 2. Item indicativi et conjunctivi praesentis primarii significatio: *Pylat a vynse gwythe bewnas Jesus. ef a vense gwethe Christ* (P. volebat servare vitam J.) 125, 1. 127, 2. *del lavarsa ragon ny* (ita loquebatur, orabat Christus, pro nobis) 56, 2. *kymmys tra a lavarsa* (quidquid loquebatur, refutabant) 112, 1. *thy wethe nan kemerse y skerans* (observare, jussit, ne eum auferrent), *Pylat a ros aga ro*

may leversens (P. dedit mandatum, ut dicerent; ita quidem lego pro corruptis *kemerre, leverrans*) 241, 2. 250, 2.

Armoricum exemplum conjunctivi hujus temporis e Buh.: *a huy proffe . . ez rosech lin* (an probaretis, quod dederitis linum?) 170, 14. Sed hodierna lingua ex hoc tempore sibi conditionalem formavit hoc modo: Sing. 1. *kanzenn* (canerem, pro *kansenn*), 2. *kanzez*, 3. *kanze*. Plur. 1. *kanzemp* (caneremus), 2. *kanzech*, 3. *kanzent*.

Futurum secundarium.

Servata est in armorica lingua hujus temporis forma originaria, qua quidem non amplius significatur indicativus, sed conditionalis, in quem praecipue sensum jam transiit etiam hibernicum futurum secundarium (p. 454), in quem item et transiit armoricum praeteritum secundarium, ut modo demonstratum est. Cornica, quae temporum secundariorum praeterito tantum frequentius utitur, multo minus quam praesens servavit futurum secundarium.

Formae armoricae hodie quoque concordantes cum formis temporum secundariorum praecedentium sunt hae. Sg. 1. *kanfenn* (canerem), 2. *kanfez*, 3. *kanfe*. Pl. 1. *kanfemp* (caneremus), 2. *kanfech*, 3. *kanfent*. Impersonaliter: Sg. 1. 2. 3. *me, te, eon a ganfe*. Pl. 1. 2. 3. *ni, chui, hint a ganfe*. Eadem forma cum particula *ra* conjunctivi indice armorica significat conjunctivum praesentis secundarii: *ra ganfenn* (ut canerem), *ra ganfemp* (ut caneremus).

In cambrica lingua, quae signum futuri ubique amisit, commixtio inter hoc tempus et praesens secundarium eodem modo orta est, ut inter futurum et praesens primarium. Attamen existimandum est, plures hujus temporis personas servatas esse, eas scilicet quarum terminationes differunt vocali *o* (quae soluta fuerit e signo futuri *f* cum vocalibus suis; cf. p. 160) a terminationibus cum vocali *e* vel *i* praesentis secundarii. Quae terminationes cum vocali *o* etiam a grammaticis hodiernae linguae sub futuro vel etiam futuro secundo reponuntur. Sunt usus indicativi vel conjunctivi, cum conditionalis significetur praesente secundario.

Exempla e Leg. et codice rubro. Sing. 1. et 2. ps. non pos-

Concordant cum cambricis cornicae et armoricae formae. Cornicae: *te ny wothas* (tu nescis) Pass. 46, 2. *pare del won lavaraff thys* (ut scio dicam tibi) 8, 1. *da y won y vos a ras* (bonum scio esse in ejus favore) 104, 3. Legitur tamen etiam *wotham: an den ma gallas ny wotham pele* (vir hic abiit, nescio in quem locum) 245, 3. 3. pers. cum *r* finali *wor, wour* (cambr. *gwyr*): *me ny wour* (nescio; impers.) 141, 2. *del wour me as gura* (ut scio, faciam) 158, 3. *benenas a wor bos ow feynys bras* (mulieres quae sciunt esse dolores meos magnos) 168, 4. Praes. secund.: *ef a wothye, ef a wothya, del wothye* (sciebat, ut sciebat) 36, 4. 54, 2. 85, 3.

a ban nag es a wothye gurelle gwell (ita ut non sit qui sciret facere melius) 158, 4. *y ny wothyens* (nesciebant) 254, 3.

Armoricae e Buh.: *pan gousoch* (cum scitis) 40, 12. *ne gon* (nescio) fq. *iez goar an hol ardou* (scit omnes artes) 116, 21. Flexio impersonalis: *me goar* (scio) 24, 4. 30, 17. *te a goar* (tu scis) 44, 23. *huy goar net* (vos certo scitis) 22, 17.

Legitur idem verbum compositum cum verbo substantivo cornice et armorice, ut cambrice, quamvis aliorum verborum ejusmodi exempla in his dialectis vix occurrant. Corn.: *gothvethough ketoponon* (scite omnes singuli) Pass. 141, 3. Armor.: *gouzuizit ha na tardit* (scite, ne tardate) Buh. 150, 17. *da gouzout* (ad sciendum; = *gouzbout*) fq. *da guelet . . hac an guirionez gouzuezet* (ad videndum, et sciendum veritatem) 36, 12. *arriu eo dez maz gouzuezher* (propinquus est dies quo scietur) 84, 12.

2. Verbum cambr. *clybot* (*clyw-bot*, p. 545; armor. magis regulariter *cleuet*) plurima tempora communi modo format e radice *clyw*: *wrth aglywafi* (secundum quod audio) Mab. 2, 25. *pa odwrd aglywafi y gennwch chwi* (quod colloquium audio a vobis!) 2, 30. *or clywy diaspat* (si audies clamorem) 1, 238. *ny aglywn y kyrn* (audiemus cornua) 2, 9. *ef a glywei diaspat* (audiebat tumultum) 1, 248. *y clywynt* (audiebant) 1, 16. *y twrwf mwyhaf aglywssei neb* (tumultus maximus quem audiverat aliquis) 2, 47. *ny chlywyssynt eiryoet twryf achawat kyffelyb y rei hynny* (non audiverant unquam tumultum et tempestatem ut haec) 1, 23. *ny chlywir arnaf* (non audietur de me) 2, 54. *nyt om henw ym clywir* (non nomine meo audior, nominor) 2, 375. *pei clywit arnat* (si audiretur de te) 2, 381.

Peculiaris formae tamen, reduplicatae et non mutatae per personas, est praeteritum primarium: *pei clywut ti ymdidan y marchogyon racko mal y kiglef i* (si tu audivisses sermonem equitum illorum, ut audivi ego) Mab. 2, 40. *mi a giglef gan vn or gweisson* (ego audivi ab uno puerorum) 2, 53. *dial duw arnaf o chigleu i dim ywrth y gwr a ovynnwch chwi* (vindicta dei super me, si audivi aliquid de viro, quem vultis) 2, 232. *ny ry giglif i eirmoet dim y wrth y uorwyn* (non audivi unquam aliquid de puella) 2, 213. *aphan gigleu gei eubot yn dyuot* (et cum audivit C. eos venire) 1, 261. *ar ymdidan hwnnw a gigleu enit* (et colloquium hoc audivit Enita) 2, 37.

Cornice et armorice flectitur e *cleu*. Corn.: *Pedyr a holyas may clewo leff Jesus* (Petrus secutus est, ut audiret vocem Jesu) Pass. 77, 4. *ef a clewas an colyek ow cane* (audivit gallum canentem) 86, 1. *dew a thuk dustunny yn clewsons ow leverell* (duo dederunt testimonium, quod audiverint eum loquentem) 91, 1. *neb a vynno y glewas* (qui voluerit id audire, verbum dei), *mar callo clewas* (ut posset audire) 12, 4. 109, 3. *lavar pan vo clewis* (sermo cum fuerit auditus) 109, 4. Leguntur formae abnormes: *golsowens ow lavarow* (audiat verba mea, qui vult salvari) 2, 1. *whans the wolsowas* (desiderium audiendi) 1, 2.

Armor.: *maz cleuimp* (ut audiamus) Buh. 24, 10. *cleu* (audi) 170, 21. *guitibunan cleuit, cleuet christenien* (omnes audite, audite Christiani) 130, 6. 132, 17. *ez vezo cleuet ma peden* (erit audita oratio mea) 16, 21. *da clefuet, da cleuet* (ad audiendum) 52, 6. 54, 2.

3. Cambrica defectiva: *heb* (inquit) frequentissimum in Mab. Ejusdem significationis *med: edyrn uab nud yw med ef* (E. filius N. est, dixit ipse) Mab. 2, 23. Afferuntur apud Davies (p. 139. 140) duo solummodo tempora: *meddaf* (ajo), *meddi, medd* etc.; *meddwn* (ajebam), *meddit, meddai* etc. Porro *hwde* (en, accipe!) e Mab.: *hwde di y votrwy honn* (en tibi hunc annulum), *hwde vodrwy yn arwyd* (sume annulum in signum) 1, 14. 285.

Cornicum verbum *meth*, cui solet praecedere *yn* (pro *y*, intrusa *n*), in 3. pers. sing. et plur. saepius occurrit in Pass.: *pema y meth Christ thythy neb a vyn the guhutha. den vyth nynges yn methy* (ubi, dixit Chr. ei, est qui vult te accusare? non est aliquis, dixit ipsa, mulier) 34, 2. 3. *ow horf a ve yw henna yn meth Christ* (hoc est corpus meum, dixit Christus) 44, 2. *in meth Christ. in meth Pilat* (dixit Chr., Pil.) fq. *in methens y forth nynges in may hallo bos distam guris* (dixerunt: via non est, ut possit fieri excusatio; videtur utraque *in* obtinere ob sequentem *m* pro *i, y*) 32, 4. *yn methens y ny a wra dampnye den* (dixerunt: nos faciemus damnari virum) 99, 4.



GRAMMATICA CELTICA.

E MONUMENTIS VETUSTIS

TAM HIBERNICAE LINGUAE

QUAM BRITANNICAE

DIALECTI CAMBRICAE CORNICAE ARMORICAE

NEC NON E GALLICAE PRISCAE RELIQUIIS

CONSTRUXIT

J. C. ZEUSS

PHILOS. DR. HISTOR. PROF.

VOLUMEN SECUNDUM.

LIPSIAE

APUD WEIDMANNOS.

MDCCCLIII



LIBER QUARTUS.

DE PARTICULIS.

Nomine particularum comprehenduntur aut voculae flexionis expertes primitivae et plerumque originis obscurae, aut voces vel formulae ex aliis orationis partibus praesertim nomine petitae et idem agentes, scilicet alias voces comitantes et, quae his earumque flexionibus exprimi non possunt, varias rationes subtiliore modo indicantes et complentes. Quae particulae vel formae earum vice fungentes, praestantiorum praesertim partium orationis, nominis et verbi, comites, varia igitur agentes, aut accuratius describentes jutas voces, aut definientes, aut jungentes vel disparantes, aut affirmantes, negantes etc., singulis etiam capitibus describendae sunt secundum codicum nostrorum et monumentorum vetustiorum auctoritatem.

CAPUT PRIMUM.

De adverbiis.

Adverbia, addita verbis ut adjectiva substantivis, praeter primitiva sunt plurimum ex adjectivis sumta in propria pro hoc munere forma. Fit tamen ea adjectio ad verbum (rarior est ad adjectivum vel adverbium aliud) etiam formulis quibusdam, in

quibus continentur substantiva, pronomina, praepositiones. Hae igitur formae formulaeque in hoc capite sunt enumerandae.

I. Adverbia hibernica.

1. **Adjectivorum forma adverbialis.** Esse hanc dativi, generis neutrius, nisi malumus subintelligere subst. *cruth* (modus),* cum formis articuli hujus casus nudis non comite praepositione aliqua, patet ex his exemplis: *inbiucc* (gl. paulatim) Sg. 12^b. *inbiuc iarum* (gl. paulo post; adj. *becc, bec,* parvus, paulus) Ml. 19^b. *innephdilius* (gl. improprie; adj. *díles*, proprius) Ml. 28^d. *intanisiv* (gl. secundum, adv.; adj. *tánise,* secundus, p. 316) Sg. 213^a. *indimdu* (gl. passim; adj. *imde,* multus, p. 75) Ml. 35^b. Alia, in quibus casus dignosci non potest; cum forma articuli IN: *inmár, inmór* (gl. admodum, supra modum) Wb. Sg. fq. *immou* (gl. magis) Ml. 22^c. *inmenicc* (frequenter), *inmeincán* (gl. saepiuscule) Sg. 21^b. 46^a. *inmedón, immedón* (intra) Wb. Sg. *intæcmaiṅgthech* (gl. fortuitu) Sg. 29^a. *inchian riam* (gl. longe ante; adj. *cían* p. 21) Ml. 33^c. *ní buncían riam* (gl. non multo ante) Ml. 32^b. *inchomocus* (gl. fere, gl. juxta) Sg. 188^a. 197^a. IND ante vocales, liquidas: *indoa* (gl. minus; cf. *oa* p. 286) Cr. 33^b. *indoll* (gl. ultra, nihil fecit; cf. praep. *ol*) Sg. 220^a. *indemilt* (gl. moleste) Ml. 36^d. *indandgid* (gl. nequiter; cf. Ml. 31^a *andgaid, angaid,* nequam) Ml. 28^a. *indinricc* (gl. digne; mox *inricc,* dignus) Wb. 7^b. *indutmall* (gl. inordinate; adj. *utmall,* mobilis, Sg. 4^b) Wb. 26^b. *indinidleán* (gl. clanculum; mox adj. *inidil,* gl. clandestinus) Sg. 222^a. *indichtarchu* (gl. inferius; *ichtar*, inferior pars, unde adj. *ichtarach*) Ml. 24^d. *indlaigiu* (gl. minus) Ml. 35^c. *indluindiu* (gl. commotius) Ml. 32^d. *indremdédenach* (gl. praepostere) Sg. 212^a. INT ante *s*: *nintsain* (gl. non aliter; adj. *sáin,* diver-

---

* Pron. *aile* in dativo cum subst. *cruth* sine articulo occurrit in Sg. 58^b: *nach cruth ailiu* (aliter; ad verbum: aliquo alio modo; cf. p. 368). Cum articulo dativi formula *inchruth: inchruthsin, inchrudsin* (hoc modo; cf. p. 354) Wb. fq. *inchruth hí thall* (illo modo) Wb. 26^b.

sus) Sg. 9[b]. *intsoer* (gl. libere; adj. *sóir, sóer*) Ml. 31[b]. *intserbu* (gl. amarius) Ml. 24[c].

Formula adverbialis adjectivi, quae hodie praecipue in usu est, cum praep. *co* (hibern. hod. *go*, gael. *gu*) rarius obvia: *hore predchas commaith et comalnas insosc.* (gl. salutate Ampliatum dilectum mihi in domino; i. e. quia praedicat bene et implet evangelium) Wb. 7[b]. *doberam armenmain colleir* (applicamus mentem nostram industrie; cf. adj. *léir* p. 283, et praep. *co* p. 580) Ml. 21[a].

2. Substantivorum formae et formulae adverbiales. Sequi solent et substantiva eandem formam adjectivorum adverbialem. Ita subst. *dia* (dies) in formula usitata *indiu* (hodie) Wb. Sg., quae tamen complenda est *indiuso*, ut sunt *inchruthso* (hoc modo), *indectso*, *indectsa* (hac vice, nunc; juxta quam *infectso* in forma accusativi, p. 233) fq. Addo alia: *indhé* (heri: *cid indhé*, gl. heri saltem; cf. *déthenachde*, gl. hesternus, Sg. 38[a]) Sg. 148[a]. *indeolid* (gl. gratis; subst. *deolid*, gratia, Wb. 2[c]) Wb. 26[b]. *indadbol* (gl. per Castor scitus, per pro valde, Prisc. 14, 3) Sg. 217[b]. *indemm* (gl. quippe; ortum, ut videtur, ex *indanmim*, germ. nämlich) Sg. 9[a]. Forma dativi curtata (ord. post., ser. II, p. 269) supponenda est in his: *inmade, inmadæ* (gl. sine causa) Wb. 19[b]. 19[d]. *indimmdae* (gl. examussim) Sg. 26[a].

Frequentiora sunt exempla substantivorum ejusdem formae exeuntium in *-ith, -thith, -did, -etid,* terminationes scilicet dativi abstractorum in *-u, -thu, -etu* (ord. poster., ser. IV, p. 273): *inchobaid* (gl. concinnenter) Ml. 14[d]. *indáirmith* (gl. summatim; an supponenda subst. *cobu, ármu?* cf. *áram*, numerus) Sg. 27[a]. *inchenadid* (gl. absque) Sg. 213[b]. *indoindid, indóendaid* (gl. semel, gl. singulatim; subst. *óintu*, unitas) Ml. 34[a]. Sg. 71[b]. *inbéstaid* (gl. forte) Sg. 12[b]. *ní intuasailcthid* (gl. non absolute) Ml. 32[d]. *inchechtartid* (gl. utrobique) Cr. 36[c]. *indsechtardid* (gl. extra) Sg. 213[b]. *indoracdid* (gl. dorice) Sg. 204[b]. *inchuartaigthith* (gl. circum) Sg. 218[b]. *indaicnetid* (gl. naturaliter; *aicned*, natura, e quo supponendum subst. abstr. *aicnetu*, naturalitas) Sg. 211[b].

Possit facile comparari hibern. *in* comes adverbii cum particula cambr. *in, yn*, indicante item adverbium, atque haberi inde praepositio peculiaris postulans dativum. Mihi quidem hibern. *in* nil est nisi articulus; vix enim deesse potest praepositio, facile autem articulus, quod scilicet etiam saepius fit in forma adver-

biali, ita ut dativus nudus appareat, comitante nec praep. *do,* quae dativo adesse solet, vel alia aliqua, nec articulo. Exempla: *todochai. gair biuc iartain* (gl. paulopostfuturum; i. e. futurum propinquum paulo post; supra *inbiuc*) Sg. 147[a]. *imthanu* (vicissim; subst. *imthánu,* accus. *innimthánad,* gl. talionem, Sg. 181[a], cf. et *tánise,* secundus) Ml. 21[c]. *isdiriug* (gl. recte) Wb. 17[b]. *isdiriuch andechor deg cinte persana* (gl. rectissime finit personas, pron.) Sg. 197[a]. *adbeir fornairchinnech féisne tossuch* (gl. primus Moyses dicit; i. e. dux vester ipse primum) Wb. 5[a]. Conferendus etiam nudus dativus *siu* (hoc loco, hic; e pronom. *se,* p. 353) et forsan *cetu, ciatu* (primum; de quo infra sub n. 6). Addo quaedam, in quibus dativi forma non manifesta est: *adbol baithigim* (gl. effutio, i. e. valde f.; supra *indadbol*) Sg. 56[b]. *made* (gl. sine causa; supra *inmade*) Ml. 19[c]. *moch* (gl. mane) Ml. 21[c]. *act ba samlid dúib* (si ita vobis est) Wb. 19[d]. *níbad ṡamlaid son* (non est ita; *samlid, samlu?* e rad. *samal*) Sg. 4[b].

Invenitur et nudus dativus numeri pluralis substantivorum sensus adverbialis: *níbiat rems. friu huaraib. biit rems. huaraib cen briath. leo* (gl. saepe verbis desunt praepositiones et praepositionibus verba, Prisc. 14, 2; i. e. non sunt praepositiones apud ea, verba, interdum, sunt praepositiones interdum sine verbis cum eis; dat. pl. *huaraib,* horis, i. e. interdum, a sing. *uáir,* p. 27, ut germ. vetust. *stundum*) Sg. 215[a]. Eodem modo se habet formula *diblínaib* (in duabus partibus, utrobique; cujus plura exempla transeuntis in usum pronominalem videsis sub pronomine, p. 374): *ní dene comrud frissinulcc arnabad hulcc diblínaib* (ne facias vindictam malo, ne sit malum in utraque parte, utrobique) Wb. 5[d].

Aliorum casuum praeter dativum proprium significando adverbio vix exempla aliqua proferri possunt. Juxta *indectso* scriptio *infectso* accusativum innuit, temporis, ut videtur, qui in aliis fortasse etiam obtinet, e. gr. *intain, intan* (cum, i. e. tempore quo). Genitivi adverbialis exemplum videtur *calleice* (gl. necessarium existimavi, Epaphroditum mittere ad vos; i. e. omnino) Wb. 23[d]. *

---

* Ejusdem significationis etiam *calléic: nírbu cogno. challéic* (non fuit cogn. omnino) Sg. 31[b]. *briathra aildi la cechtar de frialaile 7 menmae to-*

Formulae adverbiales substantivorum praesertim, interdum et adjectivorum, cum praepositionibus sunt plures. Exempla quaedam: *arécin* (per necessitatem, difficulter) Wb. 10^{a}. *arthuus* (ad initium, primum) Ml. 19^{b}. 29^{a}. *archinn, archenn* (gl. adhuc) Wb. 2^{a}. 25^{a}. *archiunn* (gl. ante) Cr. 31^{b}. *asdeg* (e familia, e domo, primitus, primum: *innaní asdeg rochreitset hicr.*, gl. electorum dei; hib. hod. gael. *asteach,* domi) Wb. 31^{a}. *foḷeith* (per se, separatim; proprie sub dimidio) Wb. 17^{d}. Sg. 188^{a}. 188^{b}. *fodiud* (sub fine, postremo) Ml. 29^{a}. *dogrés, dogress* (continuo, semper; cf. *gresach,* gl. continuus, *ingresgugud,* gl. continuatio, Ml. 28^{a}. 28^{b}. 32^{a}, et *gres,* memoria, monumentum, in inscriptionibus hibernicis vetustis) Wb. Sg. fq. *di éis* (gl. retro) Cr. 31^{b}. *dichéin* (aliquando, dudum) Wb. 6^{d}. *fride* (gl. interdiu) Cr. 33^{c}. *fridei* (die) Wb. 9^{a}. *inaidchi. fridei* (gl. nocte et die) Wb. 26^{b}. *onnurid* (gl. ab anno priore) Wb. 16^{c}. *iartain* (post tempus, postea) Wb. Sg. fq.

3. Adverbia numeralia, e. gr. *fodí* (bis), *fothír* (ter), et adverbia pronominalia, tam nuda quam cum praepositionibus consociata, e. gr. *siu, sund, sís* (hic), *cose* (adhuc), *cene* (jam), *oco, occo, occa* (una, germ. dabei) etc., inter numeralia, pronomina vel praepositiones enumerantur.

4. Adverbia loci peculiaris formae. In pluribus AN praemittitur: *inna huilisa asrubartmar ánall* (omnia haec quae diximus illic) Wb. 8^{d}. *frie anall. frie deṡiu* (gl. ultra citra-

---

gaise calleic la cechtar de (gl. imponere verbis; i. e. verba simulata apud utrumque in alterum et mens fraudis omnino apud utrumque) Ml. 31^{a}. Vox haec contracta videtur e pron. *cach* et subst. obsoleto (*léic* = armor. *lech,* locus?). Invenitur etiam personas significans, posita loco pron. *cachhe, cachóen* (p. 367) in his: *isferr limm rafesid cid calléic* (gl. de spiritualibus nolo vos ignorare fratres; i. e. est melius mihi, quod sciatis etiam quisque) Wb. 12^{a}. *am. ninfessed cách et ronfitir calléic* (gl. sicut qui ignoti et cogniti, ignoti ab hominibus et cogniti apud deum), *nonanich dia calléic* (gl. tentati et non mortificati; i. e. adjuvat deus nos quemcunque) Wb. 16^{a}. *ni derscaigi dindhuiliu cheneul isdihilib im̄ acheniuil feissin diroscai calléic* (gl. marg. de comparativo ad textum: fortissimi fuerunt Graecorum Ajax, Diomedes etc., omnibus tamen his fortior fuit Achilles, Prisc. 3, 1) Sg. 40^{a}. *taressi eiusdem 7 nibí sem són im̄ calléic* (gl. tantidem pro ejusdem, Prisc. 12, 6) Sg. 203^{a}. *noch im̄ ní rolsat som cumachtae ṅde diib calleic tri bas doinachtae crist* (gl. sic agebant omnia quasi qui nolint sub dei legibus vivere; i. e. non tamen meruerunt potestatem dei eorum quivis ob mortem humanitatis Christi) Ml. 16^{d}.

que) Sg. 71[b]. *briathra na salm anall* (verba psalmorum ulteriorum, anteriorum; cf. praep. *ol*, et adverb. *indoll*, gl. ultra, supradictum) Ml. 26[c]. *anúas* (supra, e. gr. dixi, scripsi; cf. praep. *ós*, *úas*) Wb. Sg. fq. In adverbiis item designantibus regiones mundi: *frigrecia aníar et frietáil anáir* (gl. Illyricum regio inter Italiam et Graeciam; i. e. a Graecia in occidente et ab Italia in oriente, germ. westlich, östlich) Wb. 6[d]. *indalanái antúaid alaile andess* (gl. duae arcti sunt; i. e. una in septentrione, altera in meridie, germ. nördlich, südlich) Sg. 67[b]. *friu antúaid* (gl. in India Patalis celeberrimo portu sol dexter oritur, Beda de temp. rat. c. 29; i. e. ab eis in septentrione, germ. nördlich davon) Cr. 35[c]. *antúaid cachn̄diruch* (gl. septentrio, qui et aparctias, flat rectus ab axe, faciens frigora; i. e. recte in septentrione, germ. gerade nördlich), *forlaim deis aníartúaid donfrimgáid biid circius. forlaim chlí anairtúaid biid aquilo* (gl. hinc dexter circius, a sinistris aquilo, Beda de nat. rer. c. 27; i. e. ad dextram in septentrione occidentali a vento principali est circius, ad manum sinistram in septentrione orientali est aquilo, germ. nordwestlich, nordöstlich vom hauptwinde) Cr. 19[c]. Regiones mundi a Celtis denominari e partibus corporis versi in orientem, e parte anteriore vel posteriore, et dextra vel sinistra, jam supra monitum est (p. 67, not.). Deest illa particula, si manus dextra, pars sinistra etc. significatur, non regio mundi: *fa dess no fa thuaith* (gl. nil faciens in aliam partem declinando; i. e. ad dextram vel sinistram, ubi *fa* = *ba*, si non est pro praep. *fo*) Wb. 29[a]. *

Adverbiis loci praemissae porro inveniuntur literae T et S, illa quietem in loco, haec motum in locum significans.

T praemissae exempla: *siu ná tall. siu et tall* (hic non illic, hic et illic) Wb. 3[d]. 28[c]. *intí thall* (gl. ille; i. e. is qui illic) Sg.

---

* De forma *airther, airthir* (προτέρω, in oriente) supra disputatum est (p. 283). Composita substantiva procul dubio sunt *tuaiscert* (regio septentrionalis), *descert* (regio meridionalis): *co feraib tuaisceirt er.* (cum viris septentrionalis Hiberniae) Annal. Ulton. ap. O'Con. 4, 238. *ren uib neill in tuaiscert* (ab O'Neillis septentrionalibus), *ri Dalaraide in tuaiscert* (rex D. sept.) Annal. Ulton. ap. O'Con. 4, 23. 205. 208. *giallu descirt herend* (obsides australis Hiberniae) Ann. Inisfal. ap. O'Con. 2, 37. *an deisciort Leatha* (in meridie Letaviae) Hymn. in Patric. str. 5. Jam occurrit in Cr. 33[c] *tuascerd.* (gl. ad boreales partes, ascendit sol).

197[a]. *inna ranna aili asrubart tuas* (aliae partes, quas supra dixit) Sg. 22[a]. *ciasidruburt frit tuas. ciasidruburt túas* (quamvis dixi tibi supra, quamvis dixi supra) Sg. 75[b]. 99[a]. *túas inochtur* (gl. ex titulo frontis; i. e. supra in fronte, in inscriptione, paginae) Cr. 32[a]. *tuas ocus tís* (supra et infra; cf. praep. *ís*, infra, unde et conjicienda formula vetusta *anís*) Glossar. Cormac. ap. O'Donov. p. 269. Designationes regionum mundi *táir, tíar* etc. non obviae, sed aut *airther* (p. 283), aut *anáir, aníar,* ut supra.

S praemissa: *soos* (gl. sursum) Wb. 20[a]. *sech satuirn suas* (ultra Saturnum, planetam, sursum, non pertingunt) Cr. 18[c]. *conscuchad suas ar omun inna sín* (gl. lunam quasi futurae metu tempestatis aliquando altius cornu attollere numquid credibile est? Beda de temp. rat. c. 22) Cr. 33[b]. Formulam *sall*, quae conjici poterit secundum analogiam, non legi; *sís* (deorsum) occurrit in Wb.: *sís fucertar cech ingor suas fuscerdamni* (gl. spem sicut ancoram habeamus animae tutam; i. e. deorsum reponitur omnis ancora, sursum reponamus eam, spem) 34[a]; *sís* etiam pronominale, cujus exempla sub pronomine enarrata sunt (p. 360. 361), referri poterit ad praep. *ís*, si statuetur significatio primitiva *abhinc infra.* E denominationibus regionum mundi mihi obvium in recentiore libro *siar* (versus occidentem): *muir siar* (mare occidentale) Annal. Inisf. ap. O'Con. 2, 37.

Ante consonam SA inficiens legitur in Cr. 33[c]: *sathuaid* (gl. ad septentrionem). Quaeritur, num pro *t* in eadem positione sit *ta* an *do?*

In his praefixis adverbiorum loci cum lateant procul dubio significationes quietis in loco vel motionis in locum, quaeritur an non sit supponenda antedictae particulae *an* significatio primitiva motionis a loco, et interpretanda e. gr. loquendi formula in supra dictis exemplis *anáir fri . ., aníar fri . ., antúaid fri . .* ab oriente ad . ., ab occidente, a septentrione ad . .? Quod etsi fuerit statuendum, ita ut hibern. vetust. *anuas* significet proprie *a superiore parte* (*: ished dosaig anúas óthá quod si ministratio rl. ished dosaig anúas;* i. e. hoc dicit a superiore parte inde a . . ., hoc dicit supra, Wb. 15[a]. 23[c]), *anall* proprie *ab illa parte, illinc* (*: asrubartmar ánall,* diximus illinc, *cosse anall,* ad hoc illinc, hactenus, Wb. 7[d]. 8[d]), ut adhuc in hodierna lingua hibernica opponuntur *anuas*, deorsum, et *suas*, sursum,

anios, ab inferiore parte, *síos*, in inferiorem partem (O'Donov. p. 264. 265), tamen non infitiandum, eam significationem in multis esse debilitatam vel abolitam. Ceterum satis obscura sunt ea praefixa. Nam si etiam credere velimus *t* ortam e praep. *do* secundum analogiam compositorum ex eadem, difficile tamen erit eruere cetera, *s*, *sa*, quod etiam obtinet in nomine: *isósib* (gl. in altis) Wb. 2[b], et *an*, in quo, cum non esse possit articulus ob liquidam *n* servatam ante tenuem (p. 234), forsan obsoleta exstat praepositio.

5. Adverbia temporis peculiaris formae. Sunt duo tantum frequenter obvia: *iarum* (postea), *riam* (antea), derivata e praepp. *iarn*, *ren*, perdita *n*. Alia loci vel temporis adverbia obvia inter adverbia nominalia et pronominalia enumerantur.

6. Adverbia primitiva et quaedam obscurioris originis: *amne*, *etir*, *illei*, *immalle*, *immanetar*, *nammá*, *beos*, *cetu*. Adverbia temporis et loci pronominalia *and*, *sund* jam inter pronomina enumerata sunt (p. 358. 360).

AMNE (ita, sic): *isamne asruluús airi* (gl. et sic effugi manum ejus) Wb. 17[d]. *isnad dixnigedar nach æcne hóre isamne dognither* (gl. sic non est inter vos sapiens quisquam qui poterit judicare inter fratrem suum; i. e. non est sapiens aliquis, quia ita fit) Wb. 9[c]. *inmaith andubso amne* (num bonum hoc atramentum ita? cf. p. 234) Ml. 13[d].

An ejusdem vocis alia forma est *amin?* Sg. 31[b]: *am. bid cogno. do æneus 7 nírbu cogno. challeic acht dorigni amin sic. peleus rl.* (gl. quasi ab Aeneus Aenides, sicut a Peleus Pelides, posuit Virgilius, Prisc. 2, 7). Ibidem 192[b]: *masued amin* (*: par* [ticip.] 7 *sic in reliquis masued amin*, gl. ad textum: sunt eadem et nomina et participia, ut armatus ὁ ὁπλισϑεὶς καὶ ὁ ὁπλιστής, doctus etc., Prisc. 11, 5). Ab hodiern. hibern. gael. *amháin* (tantum) nimis differt.

ETIR, ITIR (omnino): *etir* (gl. omnino) Wb. 13[c]. *ni cumme etir són* (non idem omnino istud) Wb. 19[d]. *ní contalla obbad fair itir* (gl. difficillima recusatio tuae jussionis) Sg. 90[a]. *o nach mud etir* (gl. nullo omnino modo), *o nach múd etir són* (n. m. omnino istud) Sg. 25[b]. 203[b].

ILLEI (huc): *dothuidecht lat illei* (gl. Marcum adsume et adduc tecum mihi) Wb. 30[d]. *dofoidid illei resíu rissa* (gl. dedu-

cite illum in pace, ut veniat ad me) Wb. 14[a]. Apud O'Donov. p. 268 *ille, ale.*

IMMALLE (una, simul). Scriptio frequentior haec *immalle* Wb. 9[b]. 13[a]. 13[b]. Sg. 40[b]. 189[b]. Ml. 31[b]. *nímalle act iscachæ foleith* (non una, sed quisque per se) Wb. 17[d]. Obviae etiam scriptiones *immallei, immalei, immelei* Wb. 4[b]. 10[a]. *isimmallei rofóitea* (gl. cum Onesimo, misi) Wb. 27[c]. An *illei* inde curtatum?

IMMANETAR (invicem, vicissim): *dechur eter corpu nemdi et corpu tal. et dechur eter corpu nemdi immanetar et dechur eter corpu tal. immanetar* (gl. alia corpora coelestia et corpora terrestria) Wb. 13[c]. Scriptio *immenetor: dagnítis dam intṡabindai anísin immenetor* (gl. nomina Sabinorum suis praeponebant nominibus, Romani, et invicem Sabini Romanorum, Prisc. 2, 5) Sg. 28[a]. Num composita *imm-alle, imm-enetor* (cf. *imm* in *imchenda,* gl. anceps, Sg.), an pro *inmalle, inmenetor?* Posterioris *i* incipiens deest in Wb. 31[d]: *arnóis rechto manetar* (gl. invicem odientes, eramus, Tit. 3, 3).

NAMMÁ (tantum, solummodo): *nípathé indíi beta thuicsi diiudeib nammá* (gl. vocavit non solum ex Judaeis) Wb. 4[c]. *issathorbe feisin són nammá* (gl. semet ipsum aedificat; i. e. est ejus ipsius utilitas solummodo), *acht nammáa issamlid istorbe són* (gl. nisi forte etc.; i. e. sed tantum ita est commodum hoc) Wb. 12[c]. *isindib nammá atá andliged* (gl. a capite solum composita; i. e. in eis solummodo est regula) Sg. 113[b]. *isfollus nanmá arbríg labrad ilbélre* (est clarum, tantum ob splendorem loqui variis linguis) Wb. 12[d]. Forma orta, ut videtur, e *namba,* ut germ. *nur* e *ne ware, niwer* (nisi esset, nonnisi, tantum). Cf. tamen cambr. *namyn,* et hibern. *cenmá, cenmithá.*

BEOS (adhuc): *bied afortacht linn beos* (gl. adhuc eripiet nos; i. e. erit ejus auxilium nobis adhuc) Wb. 14[c]. *isoca ataaid beos* (gl. ministrastis sanctis et ministratis) Wb. 33[d]. *hi scríbiunt dá carachtar beos* (gl. antiquam scripturam servamus; i. e. scribendo duas literas adhuc, pro aspiranda *t, th* ut veteres Graeci) Sg. 9[a].

CETU, CETA (primum): *ishé cetu rupredach dúib* (gl. sicut didicistis ab Epaphra; i. e. hicce primum praedicavit vobis) Wb. 26[c]. *ishé céetne fer ceta ruchreti diáis assiæ* (gl. primitius Asiae in Christo Jesu; i. e. est hic primus vir, qui primum credidit ex

Asiaticis) Wb. 7[b]. *apstil ceta thuidchetar issacumtach et fáithi sissi iarum* (gl. superaedificati vos super fundamento apostolorum et prophetarum in ipso summo angulari lapide Christo Jesu) Wb. 21[c]. Obvia et forma *ciatu: ithé cíatu ruchreitset diib* (gl. primitiae Achaicae) Wb. 14[a]. Sed conferendum procul dubio adj. *cétne,* primus, et supponendum forsan subst. *céte* (cf. p. 316. 564).

II. Adverbia britannica.

1. Adjectivorum forma adverbialis. Cambrica adjectiva praemittunt particulam IN, YN: *iniaun, hiniaun, yniaun* (recte, via recta; *iaun,* rectus) Lib. Land. fq. *y gwelwn wr pengrych . . . ae uaryf ynnewyd eillaw* (videbam virum crispum, barba nuper rasa; *newyd,* novus) Mab. 1, 3. *dywedaf yn llawen* (dicam libenter) Mab. 1, 237. Obtinet eadem constructio post verbum substantivum in praedicato separato, nec non in adjectivo juncto cum substantivo, si completur sensus sequentibus vocibus: *hyn adywedaf ytti vot yntebic gennyf bot yntegach yr hacraf* (hoc dico tibi, esse persuasum mihi, esse formosiorem maxime deformem, e puellis), *bot ynwell gennyf* (esse melius mihi; adj. *tebic, tec, gwell*) Mab. 1, 4. 5. *dwy gostrel yn llawn owin* (duae lagenae plenae vino) Mab. 1, 239.

Contra deest etiam particula adverbialis interdum: *ar hit cynbran eithaf bet lychur* (secundum C., rivum, longissime usque ad L.) L. Land. 133. *mynych y dywedut* (saepe dicebas), *y mae mynych yr neb* (saepe accidit alicui; adj. *mynych,* frequens, cf. hibern. vet. *inmenicc* Sg.) Mab. 1, 11. 235. *kyscu ychydic aoruc hi* (dormire paullum coepit ipsa; adj. *ychydic,* paullus, parvus) Mab. 2, 46.

Cornica adjectiva ut cambrica: *ny welons yn fas* (non videbant bene) Pass. 64, 3. *i eth yn vu* (ibant celeriter) 176, 1. *y an scorgyas yn tebel* (ipsi eum tractabant male) 130, 3. *mara kewsys yn ta* (si dixi bene; de consonarum sequentium infectione p. 207. 219) 82, 3. Interdum legitur praemissa praep. *a* (cf. eam).

Armorica adjectiva adverbialiter constructa negligere jam particulam, patet e formulis frequenter obviis in Buh.: *duet mat* (bene aggressus, qui bene advenit, acceptus, salutandi formula), *credet glan, credet plen, credet sur* (credite certe, plene, secure). Vestigium ejusdem adhuc inveneris in Buh.: *te goar en mat* (scis bene) 48, 20. *duet eo en mat* (bene processit, puer) 108, 25.

2. Substantivorum formae et formulae adverbiales. Cambrica substantiva interdum praemittunt item particulam *in*, significantem lat. *ut*, gr. ὡς, e. gr. jam in glossis Oxon.: *hin map di iob* (ut Jovis filius), quae phrasis poterit haberi adverbii loco atque obtinet etiam post verbum substantivum, e. gr.: *ef adele bod en uab yr brenyn* (ipse debet esse filius regis) Leg. 1. 7. 1. *gwyr llychlyn yw y rei hynny. a march uab meirchawn yn tywyssawc arnadunt* (viri Scandinaviae sunt hi, et Marcus filius Marciani dux eis) Mab. 2, 380. Quae eadem particulae consociatio cum verbalibus substantivis vel infinitivis passim occurrit ad significandum participium praesentis activi (cf. p. 522).

Frequentius tamen substantiva cambrica, in significationem adverbiorum, loci et temporis praesertim, transeuntia, cum praepositionibus constructa inveniuntur, praeterea sine praepositione cum articulo vel etiam omnino nuda.

Formulae cum praepositionibus: *diminid, dirminid, diuinid, iuinid* (sursum), *diguairet, dirguairet* (deorsum; i. e. ad montem, ad solum, *di* = *y*, hibern. *do*) Lib. Land. fq. *y uynyd, y waeret* Mab. 2, 211. 246. 376. Eodem modo frequentius occurrunt in Mab.: *yma, yman* (huc et hic; = *do mag, magen*, in locum, in hunc locum, et *in mag*, in loco), *y maes* (foras; e *mages*, i. e. in campum, cf. p. 5), *ymywn* (in medium et in medio, intra, in). *in traus, ar traus* (porro, i. e. in directione) L. Land. fq. *yny vlaen ac yny ol* (ante et post; i. e. in ejus fronte et in ejus tergo) Mab. 2, 378. *yn amgen* (aliter, alio modo; opponitur *nyt amgen*, non aliter, i. e. scilicet, fq.) Mab. 3, 300. *ysgwers, ystalym* (dudum, jam dudum; i. e. inde a spatio temporis) Mab. 2, 229. 3, 14. *hyt nos, hyt dyd* (noctu, die) Mab. 2, 6. Peculiaris est formula subst. *oet* (aetas) cum pronomine possessivo infixo post particulam *eir* (= praep. *ar*?): *duw awyr na weleis i eir-*

moet was well no thidi (scit deus, quod non vidi unquam puerum meliorem te) Mab. 1, 14. *na chiglef eirmoet* (quod non audiverim unquam) 1, 10. Ob frequentiorem tamen usum adverbialem forma *eiryoet* (cum pron. 3. pers. *y*) omnibus personis juncta invenitur: *ny chiglefi kerd kystal a honno eiryoet* (non audivi cantum aeque dulcem cum hoc unquam) Mab. 1, 9. *morwyn deckaf a weleist ti eiryoet* (puella formosissima, quam vidisti tu unquam), *ny chlyweist eiryoet* (non audivisti unquam), *na welut eiryoet* (quod non videbas unquam) Mab. 1, 4. 8. 2, 7.

Formula ejusmodi duplicans praepositionem: *odyma* (abhinc, ab hoc loco; = *o-y-ma*) Mab. 2, 242. Addo hoc loco designationis cambricae regionum mundi exempla: *ar parth gullengin* (leg. *gulleugin* = *gulleuin*) *dir eccluis. in parth gulleuin dir mainti* (ab ecclesia, a domo lapidea in occidente; cf. *yr gorllewin, hyt yggorllewin, parth ar gorllewin, y tu ar gorllewin* Mab. 2, 225. 238. 3, 268) Lib. Land. 231. 232. *wrth parth y dwyrein, yny dwyrein, parth ar dwyrein* (versus orientem) Mab. 2, 202. 225. 3, 268. *ar parth dehou* (ad manum dextram? in meridie? cf. *Deheubarth,* australis Wallia, apud Girald. Cambr.) Lib. Land. 216. *i parth guocled* (in septentrione; cf. *yr gogled, hyt y goglet* Mab. 2, 238), *i parth cled dir cruc* (a colle in septentrione; *cled,* sinister, concordantes ergo duae posteriores designationes cum hibernicis p. 67. 566, diversae duae anteriores) L. Land. 253. 257.

Formulae substantivorum cum articulo vel nudae: *yma* (hic; = *y ma?*), cui opponitur *hwnt* (illic; cf. p. 401) Mab. 2, 222. *y chwinsaf* (vespere) Mab. 2, 44. 216. *yr meitin* (mane) Mab. 2, 42. 48. *yr awrhonn* (hac hora, nunc) 2, 36. 55. *ar boreu* (et mane) 2, 242. *bore, bory* (mane) Mab. fq. *doe* (heri; hibern. vet. *indhé* Sg.) Mab. 1, 17. 23. 33. *doe ac echdoe* (heri et nudius tertius) Mab. 3, 19. *neithwyr* (nocte praeterita) Mab. 1, 247. 2, 8. 42. *diguairet guers* (deorsum aliquantum) Lib. Land. 251. *ruthur y wrthynt* (paullum ab eis) Mab. 2, 384. *teir blyned y bu ef felly* (tres annos fuit ita, in eo statu, amatus ab omnibus), *os uelly y byd* (si ita est; = hibern. vet. *samlid* ex adj. *samal,* cambr. *mal, fal*) Mab. 1, 21. 259.

Cornica et armorica dialectus loco particulae cambricae *yn* adhibent alias (p. 522), corn. *ow*, armor. *oz*. Armoricum exemplum part. *oz* cum subst.: *oz roen vellj raliet* (ut rex, ad

instar regis, vos geratis; germ. königlich) Buh. 38, 5. Frequentissima et haec particula cum infinitivo ad significandum participium (p. 522. 523).

Formulae substantivorum cum praepositionibus non infrequentes in iisdem dialectis.

In cornica: *omma* (leg. *emma, ema?* hic) Pass. 78, 2. 92, 2. 195, 3. *the ves, yn mes* (foras) 30, 4. 33, 4. *then dore* (deorsum, in solum, cambr. *di guairet*) 14, 4. *yn ban* (sursum, erectus) fq. *in deweth* (tandem, in fine) 40, 4. *yn leas* (saepe; cambr. *llaws*, multitudo) 22, 2. *yn gas* (odio, ludibriose) 191, 2. *a thesympys* (statim) 28, 1. 81, 2. 84, 2, sine particula: *desympys* 177, 3. *desimpit* Vocab.

In armorica: *ema* (hic; = *en ma*) Buh. fq. *en maes* (foras) 56, 17. 58, 2. 60, 11. *voar a maes* (foras, extra) 58, 4. *en hent* (*deomp en hent*, abeamus, germ. weg) 58, 8. *dan pret* (aliquando; i. e. ad tempus) 104, 11. *rac drem* (illico; i. e. ante visum) 10, 8. 28, 9. *rac ma tal* (statim; i. e. ante frontem meam) 126, 21. *a cren* (omnino, totaliter) 62, 4. *alies* (saepe; = *a lies*, corn. *yn leas*) fq.

Substantiva cum articulo vel nuda: *ama, aman* (hic; = *an ma, an man*) Buh. fq. *apret* (mox; = *an pret*, ut *abreman*, nunc, = *an pret man*) 8, 9. 32, 7. *cren* (omnino; cf. supra *a cren*) fq., et ita fortasse plures e voculis additis ad augendum sensum frequenter in Buh.: *lem, spes, splet, scaff, sider*. Composita sine articulo: *meurbet* (valde; i. e. magnam rem) 16, 15. 54, 21. *tizmat* (illico) 32, 19. 160, 7. 164, 17. Substantiva cum adjectivis vel pronominibus sine praepositione vel articulo: *pell amser* (diu) Buh. 28, 2. *guellaf pret* (alibi *gant guellaf pret*, optime) 114, 2. 176, 6. *quentaf pret* (primum) 10, 19. 32, 9. *nep ten, nep tro, nep quis* (aliquo modo), *pep tro, pep quis* (omni modo, omnino) fq. *pep tu* (omnino, certe, alibi *a pep tu*) 14, 1. *pep lech* (ubique) 68, 1. *pep amser* (semper) 106, 9.

3. Formulae adverbiales e pronominibus et substantivis. Cambricae: *gweithon, weithonn* (nunc; = hibern. *infechtso*, hac vice, e subst. *gweith, fecht*) Mab. fq. *yr awrhonn* (nunc) Mab. 2, 36. 55. *hediw* (hodie) Mab. fq. *heno* (hac nocte) Mab. 1, 6. 32. *heibaw* (hac via) 1, 237. 2, 242. *peunyd* (quotidie) 1, 236. 267. *peunoeth* (quavis nocte) 1, 293. *eilwers* (alio spatio)

in loquendi formula: *pob eilwers* (unus post alterum) Mab. 2, 17. 39. 3, 266.

Cornicae: *hetheu* (hodie) Vocab. *hethou* Pass. 157, 4. *haneth* (hac nocte) 44, 3. 123, 4, per pleonasmum *yn nos haneth, haneth yn nos* 49, 2. 63, 2. 239, 3. *leman, lemyn* (hic, nunc) fq. *pubur* (semper; i. e. quavis hora) 171, 1.

Armoricae: *endez* (hodie; = *hendez*) Buh. 30, 11. 58, 14. *heflene* (hoc anno) 192, 18. *breman, abreman* (nunc; = *pretman, an pret man,* hoc tempore) fq. *bepret* (semper; = *pep pret*) fq. Non coalescentia *pep tro, pep tu, pep lech* supra.

4. Praepositiones adverbialiter positae. Cambricae, *a.* nudae: *kynt* (ante), *gwedy* (post): *mal kent* (ut antea) Leg. 2. 5. 2. *y fford ydeuthum gynt* (via qua veni antea) Mab. 1, 10. *hyspys yw genyfi na chynt na gwedy na chiglefi* (persuasum mihi est, quod nec antea nec postea audiverim), *na chiglef eirmoet nachynt nac gwedy* (quod non audiverim unquam nec antea nec postea) Mab. 1, 9. 10. *b.* auctae terminationibus: *yna* (tunc, de tempore), *yno* (ibi, de loco; num utrumque e praep. *yn?*), *odyna, odyno* (exinde, ex eo tempore, loco), *racko* (illic), *gynneu* (modo), *drwod* (trans, germ. hinüber), *isot* (deorsum), *uchot* (sursum): *ac yna y menegeis i* (tunc demonstravi ego) Mab. 1, 5. *glewlwyt oed yno* (Gl. erat ibi) 1, 1. *ac odyna ti awely* (inde videbis), *ual na allei owein vynet odyno* (ita ut non posset O. ire inde, ex eo loco) 1, 7. 14. *y gwr hir racko mae arthur* (vir longus illic est A.) 1, 241. *y deuthpwyt attaw gynneu* (ventum est ad eum nunc modo) 2, 391. *dos yna drwod* (transgredere inde), *y deuei drwod* (transgressus est, fluvium; kam hinüber) 1, 32. 274. *gweitheu uchot. gweitheu issot* (modo sursum, modo deorsum) Mab. 2, 200.

Cornicae, nudae: *kyns, kens* (antea) Pass. 194, 2. 254, 2. Auctae: *ena, ene* (tunc) fq. *yno, ynne* (ibi) 77, 3. 233, 4. *thy* (illuc, in eum locum) 176, 2. *isot* (gl. deorsum), *huchot* (gl. sursum) Vocab. 8[b].

Armoricae, nudae: *euel quent* (ut antea) Buh. 154, 16. *goude ez vezo soutenet* (postea sustentabitur) 108, 19. *me carhe gouzout quet goude* (scire velim postea) 170, 18. Auctae: *eno* (ibi, hic), *ahanen* (inde, ex hoc loco; e praep. *a*, ex, de, ut *ahanoff,* de me) Buh. fq.

5. Adverbia primitiva vel obscurioris originis. Cambrica: *neur, byth, ettwa, namyn.*

NEUR (jam): *achynn kyflauanu o neb arnaw. neur daroed y arthur lad y benn* (et antequam accederet aliquis ad eum, cervum, jam abscisum erat ei caput ab A.) Mab. 2, 22. *aphan ordiwedassant y llu. neur disgynassei arthur aelu* (cum processerunt copiae, jam descenderat A. cum exercitu) Mab. 2, 380. Addo exempla formarum NEU et NEUT: *neu chwitheu pan doethawch. neur doetham y erchi olwen dyuerch* (jam vos cur venistis? venimus quaesitum O. filiam tuam) Mab. 2, 219. *y gwr racco neut marw haeach* (vir ille jam mortuus est) 2, 59. *aminneu neut ydynt yn gynyon boneu vy esgyll* (jam sunt destructa fragmenta alae meae) 2, 233. Quaeritur, an non sit *neu* forma primaria, ex qua *neur* cum praeterito, *neut* cum praesente?

BYTH (augens significationem verbi): *ar llew vyth yn disgrechu* (et leo multum, instanter, ejulavit) Mab. 1, 36. *yrofi aduw mi arodaf idaw uarch ac arueu byth* (per deum, ego dabo ei equum et arma certe) 1, 29. *ny doeth vyth drachefyn* (non reversus est unquam iterum), *ny dywedaf ynneu eir byth* (non dicam verbum amplius) 1, 32. 262.

ETTWA (adhuc, jam): *nyt oet ymi ettwa wreicka* (non aetas mihi adhuc ducendi uxorem) Mab. 2, 199. *peth or eneit ettwa* (aliquid vitae adhuc, in mortuo) 2, 58. *nywnn awyt iach iawn ettwa* (nescio, an jam sat sanus sis) 2, 56.

NAMYN (tantum): *namyn vn mab mam a that oedwn i* (tantum unus filius matris et patris eram) Mab. 1, 2. Cf. hibern. *nammá;* cambrica tamen particula cum negatione transire solet in significationem conjunctionis *nonnisi, excepto.*

Cornica. Frequentiora sunt *byth* (omnino), *par* (valde), illud augens significationem verbi, hoc adjectivi. Praeterea: *neffra, neffre* (semper) Pass. 5, 4. 17, 4. 73, 1. *poran* (recta, statim) 66, 3. 210, 3. *neman* (= cambr. *namyn*) fortasse conjici poterit e Pass. 82, 4 (pro *menas*). 146, 2.

Armorica: *neuse* (tunc), *quen* (ita, tam, ante adjectiva), *cals* (satis) in Buh. frequenter obvia. Commonefacit *neuse* cambrici *neu, neur; quen* cambrici *kyn-*, nisi praeferendum adj. *caen, cain* (bonus). Addo alia quaedam obscurioris originis: *hiuiziquen* (jam, abhinc) Buh. 28, 22. 122, 1. 188, 11. *bizuiquen, bizriquen*

(unquam) fq. *bezcoat* (nunquam) 160, 90. *guitibunan* (simul) 50, 23. 130, 6. 200, 14.

CAPUT SECUNDUM.

De praepositionibus.

Sunt praepositiones, praecedentes substantiva posita in casibus obliquis, in linguis celticis aut propriae et singulares, aut nominales, vel substantiva, vix adjectiva, quae una cum propriis praepositionibus adhibentur ut singulares. Casus obliqui, quos regunt propriae, sunt tantum dativus et accusativus, in lingua hibernica vetusta certo adhuc usu discreti. A substantivis nominalium regi genitivum, non est, quod moneatur.

I. Praepositiones hibernicae.

A. Praepositiones propriae.

Sunt monosyllabae vel bisyllabae, quarum una pars regit sequentis substantivi aut dativum aut accusativum, pro significatione sua, scilicet quietis in loco vel motionis in locum, pars altera solum dativum, tertia solum accusativum. Secundum hunc ordinem enumerantur hic, ratione praeterea habita vocalium vel consonarum, a quibus inchoantur vel finiuntur.

1. Praepositiones cum dativo et accusativo: *ar, in, fo, for, con* (*co*), *imme*. Usus casuum idem est, qui in aliis linguis, dativi ad designandum statum quietis, accusativi post verba motum designantia.

AR, cum pronominibus suffixis AIR interdum ER, ut in compositione AIR, ER, IR (e vetusta forma gallica *are-*, et inde inficiens sequentes consonas, p. 6. 196), pro utroque casu a significatione locali primaria (lat. *ad, apud*, germ. *bei, an*) abstrahitur in

alias quasdam; pro dativo in significationes praepositionum latinarum *supra* et *pro* (i. e. loco), pro accusativo praepp. lat. *pro* (i. e. propter), *causa.*

Exempla cum dativo: *archiunn* (ad caput, ad faciem; gl. ante; opponitur *diéis,* gl. retro) Cr. 31[b]. *armochiunn* (ad faciem meam, coram me, apud me, fuit amicus) Wb. 14[d]. *arachiunn, ararciunni* (coram eo, nobis) Wb. fq. *nindías biis archiunn focheirt* (gl. quod futurum est seminas; i. e. non calamus est in capite, ad initium, quod seminas) Wb. 13[c]. *ar cach óen laithiu* (quotidie) Cr. 25[c]. *ni artu ní nim ni domnu ní muir ar nóib bríathraib rolabrastar cr.* (nec altitudo nec coelum, nec profunditas nec mare supra sacra verba quae locutus est Christus; non est ad verba, i. e. non attingit, non superat) Incant. Sg. *arnab uilib cumactib. arnaib grádib nemdib* (gl. supra omnem principatum et potestatem, constituens in coelestibus) Wb. 21[a]. *aṡuidigud aranmmaimm dilius* (positio ejus, pronominis, pro nomine proprio) Sg. 27[a]. *cachae doṡuidigud aralailiu* (gl. invicem pro se posita) Sg. 28[b]. *iscoibnessta .x. do .g. 7 .c. combíid cachae aralailiu* (est affinis x literis g et c, ut sit quaevis pro alia) Sg. 11[b]. *ar erchru* (gl. pro defectu) Ml. 31[a]. *arnaib damdabchaib* (gl. pro torcularibus) Ml. 24[d]. *arnaib mignimaib* (gl. pro male actis) Ml. 27[c]. *arnaib huilib geintib ecnib .ı. arnaib foirtrib* (gl. Graecis ac barbaris, sapientibus et insipientibus, debitor sum, praedicare debeo; = *donaib*) Wb. 1[b].

Cum accusativo: *aruntáa uili techt archenn cr.* (gl. nostra congregatio in ipsum; i. e. superest nobis omnibus venire ad faciem Christi) Wb. 25[d]. *isarchenn focheda dodechommar* (gl. in hoc positi sumus in sollicitudine pro vobis; i. e. in faciem tribulationis, usque ad tribulationem pervenimus) Wb. 25[a]. *arse* (propter id, propterea) Wb. fq. *stipendium ainm indlóge doberr domiledaib armílte* (stipendium nomen mercedis, quae fertur militibus pro militia, propter militiam) Wb. 3[c]. *ni aroén fer rocess* (gl. pro nobis omnibus tradidit illum; i. e. non propter unum virum passus est), *ciacheste aririss cr.* (gl. nemo moveatur in tribulationibus istis; i. e. quia patimini propter fidem Christi) Wb. 4[b]. 25[a]. *ni arnert indomuin guidmit act isarchrist* (gl. obsecramus pro Christo; i. e. non ob virtutem mundi, non virtutem mundi precamur, sed ob Christum) Wb. 15[d].

Alia quaedam, in quibus flexione non discernitur dativus vel accusativus: *arairchissecht dúibsi* (gl. parcens vobis) Wb. 14[c]. *ni áirmithi ar aithis* (non ducendum in culpam, habendum pro culpa) Wb. 15[d]. *desmrecht insin ar aimsir deirb* (exemplum hoc de, pro, tempore certo) Sg. 66[b]. *deich míli briathar ar labrad ilbélre* (decem milia verborum ad loquendum varias linguas) Wb. 12[d]. *isarbethid dúibsi tíagmini bás* (pro vita vestra, ut vivatis vos, accipimus nos mortem) Wb. 15[b]. *isarbiad predchit* (praedicant pro victu) Wb. 24[a]. *ar omun inna sín* (gl. metu tempestatis) Cr. 33[b]. *arimmgabáil ménaichthe* (gl. euphoniae causa) Sg. 8[b]. *arlí* (gl. propter gloriam) Wb. 15[a]. *arbríg* (ob splendorem, ostentationem) Wb. 12[d]. *arluach* (gl. propter foenus) Sg. 41[b]. *ardechor* (gl. differentiae causa) Sg. 28[a]. *arcáinduthracht* (gl. propter bonam voluntatem) Wb. 23[b].

Coalescentis praepositionis cum pronominibus suffixis exempla. Pron. sg. 1. pers.: *cofardumthésidse triguidi náirium hifarnirnigdibsi* (gl. ut adjuvetis me in orationibus pro me ad dominum) Wb. 7[a]. 2. pers.: *guidimse dia nerutsu* (precor deum pro te; *náirium, nerutsu* cum *n* praemisssa, p. 55) Wb. 27[d]. *guide dæ erutsu dogréss* (gl. sine intermissione habeo tui memoriam; i. e. orationem dei pro te semper) Wb. 29[d]. 3. pers.: *nihed améit nonchretidsi act fodaimid fochidi airi* (gl. non solum, ut in eum, Christum, credatis, sed etiam ut pro illo patiamini) Wb. 23[c]. *airi, isairi* (propter id, ideo) frequens loquendi formula. Plur. 1. pers.: *hóre dorrigeni cr. anuileso erunn ni uisse do neuch iarum buith inaccobor colnidiu* (quia fecit Christus omne hoc pro nobis, non justum alicui postea esse in voluntate carnali) Wb. 15[d]. 2. pers.: *intain nombíu ocirbáig áirib* (gl. confundor in vobis; i. e. cum sum glorians de vobis) Wb. 20[a]. *lairnigdi airib féisne* (gl. orantes simul et pro nobis; i. e. in oratione pro vobis ipsis) Wb. 27[c]. *atá leusom diforcrid andudesta airibsi* (gl. id quod vobis deerat ipsi suppleverunt, Fortunatus et Achaicus) Wb. 14[a]. *doluigimse airibsi* (dono, remitto vobis; = *duibsi*) Wb. 14[d]. *isairiubsi* (gl. propter vos) Wb. 15[c]. *ismenic anirnichthe airiubsi* (est frequens eorum oratio pro vobis) Wb. 17[a]. *conroigset dia nairiuibsi* (gl. illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum) Wb. 16[c]. *guidid dia eruibsi dogress* (gl. semper sollicitus pro vobis, Epaphras) Wb. 27[d]. 3. pers.: *tesbanat bóill áiriu* (gl. imbecilles; i. e. desunt membra eis) Wb. 11[d].

andorigeni dia airriu de maid (quod fecit deus eis boni; = *doib*) Wb. 21[d]. *mór ní asdénti ní airriu* (magnum aliquid faciendum de eis, magni habendi sunt) Wb. 15[a]. *fogur cechtar de aralailiu* 7 *foger na liter naile airriusom* (gl. i et u vocales, quando mediae sunt, alternos inter se sonos videntur confundere, Prisc. 1, 2; i. e. sonus utriusque pro altero et sonus aliarum literarum pro eis) Sg. 4[a]. *ciadudrigni dia mór dimaith erriu* (gl. non in pluribus eorum bene placitum est deo; i. e. quamvis fecit deus multum boni eis), *isirchride atellad errusom* (gl. haec omnia in figura contigebant illis, Judaeis) Wb. 11[a]. *ba uisse hirnaigde erru ba liach ánepeltu* (gl. aemulationem dei habent non secundum scientiam, Judaei, Rom. 10, 2) Wb. 4[d]. Notanda est hujus personae pluralis duplex proprietas, duplicata *r*, et terminatio -*iu*, -*u* pro utroque casu, cum alias pro dativo inveniatur -*ib* (p. 342). Ad hoc addo locum, in quo uterque casus promiscue positus invenitur post idem verbum: *dorígeni dia armaccaib isrl.* (gl. haec omnia mirabilia; i. e. fecit deus in filiis Israel), et mox: *innahí dorigeni dia ar maccu isrl.* (gl. scripta autem sunt haec) Wb. 11[a]. Post hanc praepositionem certe usus casuum non tam stricte discretus fuerit, quam post praepositionem sequentem.

IN formam primitivam hanc ante vocales et medias servat et tantummodo mutat in aliis positionibus excutiendo, assimilando vel etiam condensando liquidam suam *n* secundum regulas (p. 52 sq.). Significatio, ut usus, eadem, quae est hujus praepositionis etiam in affinibus linguis.

Cum dativo: *primgeinde som do hireschaib in heseirgiu et in áiritiu indocbále* (gl. est ipse primogenitus; i. e. primogenitus fidelibus in resurrectione et receptione gloriae) Wb. 4[b]. *inengraicc anm̄ae aitherrech.* (gl. loco patronymicorum, invenimus possessiva) Sg. 30[b]. *bad indiutti* (gl. tribuit in simplicitate) Wb. 5[d]. *robói som ingalar* (gl. infirmatus; i. e. erat in morbo, aegrotabat) Wb. 23[d]. *indfoisitiu ingiun imfolngi induine slán* (confessio in ore facit hominem salvum) Wb. 4[d]. *cosmili friadam ingnímaib* (similes Adamo in actionibus; Wb. 14[c]: *cosmuilius ignímaib*, minus bene) Wb. 13[d]. Excussa vel assimilata *n*: *oc tuiste dúile hitossuch* (apud creationem mundi in initio), *ismé féin asbiur itossuch* (gl. Christus per nos praedicatus est, per me, per Silvanum et Timotheum; i. e. me ipsum primum dico) Wb. 5[c]. 14[c]. *isair-*

dircc icachthir (est celebre in omni terra) Wb. 1[a]. *iccach lucc* (gl. in omni loco), *isirdirc forniress icach lucc* (gl. in omni loco fides vestra) Wb. 7[d]. 24[c]. *ammi irlaim hicach láo dodul martre* (sumus parati quotidie ad suscipienda martyria) Wb. 4[b]. *iccach æcnu asæcne dodia* (gl. in dei sapientia non cognovit) Wb. 8[a]. *icomairbirt núidi* (gl. in novitate spiritus, servimus, i. e. in novo testamento) Wb. 3[c]. *ambess hicridiu* (quod est in corde) 5[d]. *adfiadar isoscelu* (asseritur in evangelio) 18[c]. *am. donairchet hí fáithib et rofiugrad irrect et am. asñindedur issoscélu* (gl. secundum scripturas) 13[a]. *bad hi forcitul* (gl. qui docet in doctrina) 5[d]. *cretem bes hifarcridiu* (fides quae est in corde vestro) 7[d]. *mabeid hibarcumung* (gl. quod ex vobis est; i. e. in vestra potestate, = *hi far c.*) 5[d]. *imbrecairecht* (gl. in astutia, ambulantes) 15[b]. *illobad et legad* (gl. in corruptione, seminatur) 13[d]. *ni bí som illestur ferce* (non est in vase irae, deus) 22[b]. *inmedón, immedón* (in medio) Sg. 151[b]. 157[b]. *rofiugrad irrecht* (praedictus in lege) Wb. 18[c]. *am. rofiugrad irrúnaib recto* (gl. velamen in lectione veteris testamenti) 15[a]. *condán éolich irrúnaib deachte* (gl. ad inluminationem scientiae) 15[b]. *forcomnacair buith a maiccsom hi róim* (supponitur esse filium ejus Romae) Sg. 148[a].

IARN eandem cum praecedente sequens analogiam, ideoque et induens formas IAR, IARS. Significatio eadem quae est lat. *post*, de tempore, ex qua et ortus intellectus lat. *secundum, in consequentia*. Significatio lat. *post* de loco rarior est, ad quam tamen conferas quae supra dicta sunt sub V hibernica (p. 67).

IARN: *nagníusa íarnairgairiu* (gl. peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me; i. e. facio post interdictionem)

Wb. 3^c. *acht isiarnarsidib robbátar in tis* (gl. in tis quoque inveniuntur, Laurentis; i. e. sed secundum vetustos) Sg. 57^b. *isinbeothu itáa ihu. iarnesséirgu* (gl. gratia dei in vita aeterna in Christo Jesu), *inducbál iarnesséirgiu* (gloria post resurrectionem) Wb. 3^c. 4^a. *arisand isecne et isfissid cách iarnetarcnu cr.* (gl. in Christo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi) Wb. 26^d. *iarnetargnu riam* (gl. cognitionem secundam significat, relatio) Sg. 197^b. *bad íarn̄dligud hirisse* (gl. secundum rationem fidei; in Sg. 178^a: *iardligud arside*, secundum morem veterum, minus recte) Wb. 5^d. *iarmbaithis, iarmbaithius* (post baptisma) Wb. 12^d. 28^b. Ante pronomina possessiva incepta ab *a: mad slán inball iarnagalar* (si salvum membrum post morbum suum) Wb. 12^b. *nitechtat sens iarnanetarscarad* (gl. sensus in his separatis non potest inveniri; i. e. non habent sensum post separationem suam, composita) Sg. 202^b. *iarnatóbu* (gl. iterum inserere; i. e. post eorum abscisionem) Wb. 5^c. *iarnarnetargnu dúib* (post cognitionem nostram, nobis cognitis a vobis) Wb. 15^a. Exemplum significationis lat. *post* de loco: *ní áirmi ambís iarnachúul dindséit act ambís arachiunn* (non curat quod est post tergum suum de via, sed quod est ante faciem suam, cursor) Wb. 24^a.

IAR: *iar fíach* (gl. secundum debitum, imputatur, non secundum gratiam) Wb. 2^b. *iar fír* (secundum veritatem) Wb. 16^a. *iar far toimtinsi* (gl. in lege justificamini; i. e. secundum opinionem vestram) Wb. 20^a. *iar timnu ihu.* (gl. secundum Jesum Christum; i. e. secundum mandatum J.) Wb. 6^d. *íar tíchte cr.* (post adventum Christi) Wb. 19^b. 21^b. *cumsanad dudia iar tuiste duile* (quies deo post creationem mundi) Wb. 33^b. *ishé arnathir iar colinn* (gl. pater noster secundum carnem), *isiesse asbunad dossom im̄ iarcolinn* (gl. radix Jesse Christi secundum carnem) Wb. 2^b. 6^d. *iar cosmilius abáissom* (gl. in morte ipsius baptizati sumus) Wb. 3^a.

IARS ante articulum: *iardligud arside 7 iarsindligud dam fil hindiu* (gl. utrumque protulit Pacuvius; i. e. secundum regulam veterum et secundum morem qui etiam hodie est) Sg. 178^a. *farcomnucuir rect iarsintairgiriu* (gl. facta est lex, Galat. 3, 17) Wb. 19^c. *iarsincháintoil* (gl. secundum bonum placitum) Wb. 20^d. *iarsinchumung bess lib* (gl. secundum id quod habet voluntas; i. e. secundum potestatem quae est vobis) Wb. 16^c.

iarsindindnidiu araneutsa (gl. secundum exspectationem et spem meam) Wb. 23[b].

Junctae hujus praepositionis cum pronominibus suffixis exempla non occurrunt. Sed cum ex eadem prognatum sit derivatione adv. *iarum* (postea; p. 568), facile etiam, ut e praep. *ren* sunt *rium* (ante me) etc., conjici poterunt formulae *iarum* (post me), *iarut* (post te) etc.

3. Praepositiones regentes accusativum sequentis substantivi: *ol, la, fri, tri, sech, tar, cen, cenmithá* (*cenmá*), *etar, echtar.*

OL (super, de, propter), rarioris usus: *ol ihu. són* (gl. ceciderunt super me; cf. *de iudeib ón, remib són,* p. 595. 600) Wb. 6[c]. *oldia isbriathar insin tra* (de deo est hoc verbum ergo) Ml. 31[c]. *cip cruth tra olse irmith* (gl. volo vestra verba sensu meo loqui; i. e. quomodocunque ergo de hoc judicetis, volo ego etc.) Wb. 12[d]. Formularum pronominalium aliarum *olšuide, olsodin, olšodin* (propter hoc) exempla jam memorata sunt (p. 354). An adducenda sint etiam *al* (gl. ultra) Sg. 217[b] et *indoll* (gl. ultra, adverb., p. 562) Sg. 220[a], quaeritur. De verbo defectivo *ol* videsis supra (p. 495).

LA, rarius LE, ante articulum LAS, quae forma putanda est primitiva, ut *as, es,* e quibus ortae formae *a, e, la, le,* quia post has omnes sunt expertes infectionis consonae sequentes (p. 194). Praepositio significans lat. *apud, cum,* frequentissimi est usus, praesertim cum pronominibus suffixis, cum quibus cessit in locum praepp. *con* et *oc* (p. 586. 594), quae in codicibus nostris cum iisdem pronominibus non occurrunt. Profert interdum et sensum praep. *ar* significantis lat. *pro,* et *do* significantis dativum.

Exempla: *laatacu insin* (gl. paulopostfuturum quod et atticum dicunt; i. e. apud Atticos hoc) Sg. 147[a]. *isairi doroigu dia geinti hore nárbubæ laiudeu creitem* (ideo elegit deus gentes, quia non fuit apud Judaeos fides) Wb. 5[b]. *suthain dam la laitnori anisin* (gl. Latini antiquitatem servaverunt) Sg. 5[b]. *indinteriecht nad rann insce la grecu* (interjectio non pars orationis apud Graecos) Sg. 26[b]. *doarrchet dichéin nombiad adrad dæ lagenti* (gl. scriptum est: propter hoc confitebor tibi in gentibus) Wb. 6[d]. *la nech* (apud aliquem, in aliquo) Wb. fq. *lase, lasse* (apud hoc, in hoc, cum) Wb. Sg. fq. Eadem praepositionis forma ante varios

sonos (ante consonas servandas duras, quamobrem *m* duplicatur, p. 50): *la irnigdi airib féisne* (gl. orantes simul et pro nobis) Wb. 27[c]. *am. m̄bís cometid lammaccu nacharochlat* (gl. lex paedagogus noster fuit) Wb. 19[c]. *lammarbu* (gl. simul rapiemur cum illis) Wb. 25[b]. *accobor lammenmuin maid doimradud* (gl. repugnans legi mentis meae lex in membris) Wb. 3[d]. *la nuelitridi* (gl. postea, i. e. apud recentes scriptores) Sg. 5[b]. *comroirnich. la ranna insce* (numerarunt ad partes orationis, interjectionem) Sg. 26[b]. *conroibtis ocdenum rectche la riga* (gl. volentes esse legis doctores) Wb. 28[a]. *mad maid la dia* (gl. si dominus permiserit) Wb. 14[a]. *ni legend rollegusa la petor act iscúrsagad rondcúrsam dichomitecht et condarcilli fri iudeu* (gl. in faciem ei restiti, Petro, Gal. 2, 11) Wb. 19[a]. *isdílmain lacách arnorcunni* (gl. oves occisionis; i. e. licita cuivis occisio nostra) Wb. 4[b]. *anasmaith la cách* (gl. unusquisque in suo sensu), *istorise lacách* (persuasum cuivis) Wb. 6[b]. 16[d]. *intain bes ninun accobor lenn* .i. *la corp et anim et la spirut* (gl. spiritus adjuvat infirmitatem nostram; i. e. si est eadem voluntas nobis, apud corpus etc.) Wb. 4[a]. *conaroib diupart neich lecele* (gl. illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum ut fiat aequalitas; i. e. ne sit privatio alicujus pro altero; videtur tamen scriptum fere *lelele* = *lialaile?* cf. p. 365) Wb. 16[c].

Deficit praepositio in LI (ut *do* in *di*, p. 598) ante *a* sequentem pronominum: *ocatercbáil 7 liafuined* (in ortu et in occasu eorum, siderum) Cr. 18[a]. *iscoir dochách guide dée liachéle* (gl. (obsecro vos ut adjuvetis me in orationibus pro me ad dominum; i. e. justum cuivis orare deum pro altero) Wb. 7[a]. *bad uáisliu cách lialaile oldaas fessin* (gl. superiores sibi invicem arbitrantes; i. e. sit superior quivis apud alterum, alteri, quam ipse) Wb. 23[c].

Ante articulum: *nicumuing imfogbaidetith nalanamnas maniptol lasinfer. act mad melltach lassinfer* (gl. mulier sui corporis non habet potestatem, sed vir) Wb. 9[d]. *lasinfoilsigud* (gl. secum: ego et tu, in quibus demonstratio ipsa secum genus ostendit, Prisc. 12, 1) Sg. 200[a]. *hore isimmarmus hícr. anasolcc lasin brathir* (gl. si esca scandalizat fratrem, non manducabo carnem) Wb. 10[c]. *intain ropo mithich lasinnathir nemde* (gl. ubi venit plenitudo temporis) Wb. 19[d]. *iss. acognomen són lasna firu aili* (gl. cognomen; i. e. hoc apud alios viros) Sg. 28[a]. *lasna filedasin* (gl. apud comicos; i. e. hos poëtas) Sg. 63[b]. *emith lasnahi* (gl.

tam cum habentibus casus) Sg. 27[b]. Ita et ante pronomen relativum infixum: *inti lasmbi æcne* (is apud quem est sapientia) Wb. 8[d].

Sufficient exempla exhibentia accusativum post praepositionem. Mirum inde, obvia in codicibus nostris esse etiam quaedam exhibentia dativum, in formula scilicet *lasuidib* (apud hos), quae quidem alternat cum meliore *la suidiu.* Scriptio posterior: *ní biedsi hicobodlus lasuidiu* (gl. ne commisceamini fornicariis) Wb. 9[b], alternans cum altera in uno eodemque loco: *ni torbe lasuidiu precept doib mani dénatar ferte occa* (gl. Judaei signa petunt), *ni torbe lasuidib manip sulbair* (gl. Graeci sapientiam quaerunt) Wb. 8[a]. Dativus in Wb.: *níbí sainláa lasuidib act is abstanit doib semper* (non est alia dies apud hos, sed abstinentia eis semper) 6[b]. *atá brithem lasuidib cenuibsi* (gl. eos qui foris sunt deus judicabit) 9[c]. In Sg.: *bes lasuidib* (mos apud hos) 4[a]. *isdiall nois. lasuidib* (gl. participia; i. e. declinatio nominis in his; scriptum tamen erat *hisuidib,* et deleta praep. *hi* supra scripta *la*) 27[a]. *it cétnidi lasuidib* (gl. primitiva sunt, si sequimur Graecorum auctoritatem) 212[b]. Addo his exemplum praep. *cen,* post quam item sequitur accusativus, cum eodem casu in eadem formula: *cen suidib* (gl. sine quibus) Ml. 20[d]. Commixtio orta aut ex incerto usu praepositionum quarundam jam incipiente (p. 579. 585), aut e simili pronuntiatione terminationum *-ib* et *-iu.* Ita etiam in chronicis hibernicis saepius *la Laighnibh* (in Lagenia), quod recte adhuc in vetusto codice Armag. (O'Don. p. 437): *la laigniu.*

Formulae praepositionis junctae cum pronominibus suffixis. Sing. 1. pers.: *ished asdilem lium rath precepte* (gl. orantes pro me ut detur mihi sermo; i. e. hoc acceptissimum mihi, gratia docendi) Wb. 22[d]. *isderb liumm* (gl. spero autem), *isfer liumm* (gl. volo ergo) Wb. 15[c]. 29[a]. *amre liumsa torbæ im̄ dúibsi* (gl. refecerunt et meum spiritum et vestrum, 1. Corinth. 16, 18) Wb. 14[a]. *ansu liumsa indóis anechtir diafius* (gl. ne, cum venerint mecum Macedones et invenerint vos imparatos, erubescamus, 2. Corinth. 9, 4) Wb. 16[d]. *ni liim forsuide* (gl. vir uxorem non dimittat, 1. Cor. 7, 11; i. e. non apud me, non meum placitum, sed domini) Wb. 10[a]. *doadbadar hisvidiu asleim féin* (gl. mei servus; i. e. significatur in hoc quod est apud me ipsum, mei ipsius) Sg. 209[b]. *ba dochu lem són ished rombod doib* (gl. bene! propter incredulitatem fracti

sunt, rami, Rom. 11, 20) Wb. 5[b]. *ní mebul lemm precept sos.* (gl. non erubesco evangelium), *ní mebul lemm ciafadam* (gl. etiam haec patior, sed non confundor) Wb. 1[b]. 29[d]. *isirdurcu epert lim són* (latius mihi hoc dictum) Wb. 9[b]. *isbeic lim inbrígsin. . . isbeicc limsa a bríg* (gl. mihi pro minimo est) Wb. 8[d]. *ní aidrech limm* (non poenitentia mihi), *isglé limm* (persuasum mihi), *dilem limm inso* (gl. hoc oro) Wb. 23[a]. *ished aschomairlle limm athabart* (gl. consilium in hoc do), *ni diliu nech limm alailiu* (gl. pro omnibus vobis deprecationem facio) Wb. 16[c]. 23[a]. *attáa lemsa asainredsa* (gl. nunc vinctus) Wb. 32[a]. 2. pers.: *décce lat corintiu* (ecce tibi Corinthios) Wb. 10[c]. *nib machdad lat* (ne sit mirum tibi, ne mireris) Sg. 158[a]. *ní latt aní ararethi et ní lat incách forsammitter* (gl. tu quid judicas fratrem in non manducando? Rom. 14, 10) Wb. 6[b]. *isderb lium attá latsu* (gl. certus sum quod et in te, habitat fides non ficta) Wb. 29[d]. *acht ni ainfed liumsa mainbed maith latsu* (gl. sine consilio tuo nihil volui facere) Wb. 32[a]. *doadbadar im̄ trisincainaisn̄diis file rath dée latso act nitorbe donach ailiu* (gl. tu quidem bene gratias agis, sed alter non aedificatur, si bene dixeris, 1. Corinth. 14, 17; i. e. probatur bono sermone, eloquentia, quod est gratia dei tecum, sed etc.) Wb. 12[d]. *doguilse dineuch adbaill et dineuch nádetar et dineuch bís lanech nadbí latso* (gl. quae secundum deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur, 2. Corinth. 7, 10) Wb. 16[c]. *islatso* (gl. te penes) Sg. 215[b]. 3. pers. masc.: *lais feisin cen acaldaim nachaili* (gl. secum aliquis loquitur) Sg. 153[b]. *iss. andiall ninmedonach laisem* (haec est declinatio interna ei) Sg. 158[b]. *ropo thróg laiss armbuith fomám pectho* (gl. deus misertus est nostri) Wb. 21[b]. *isimde laiss* (gl. secundum divitias suas, dei) Wb. 24[b]. *istrén ahiress isdiamuin leiss cachthúare* (gl. alius credit manducare omnia) Wb. 6[b]. *nipu accobor leiss* (gl. non fuit voluntas) Wb. 14[a]. *maith les ágnasi* (gl. consentit habitare cum illa, vir cum muliere) Wb. 10[a]. *nipo chóim less frinn* (gl. proprio filio non pepercit, Rom. 8, 32) Wb. 4[b]. *ished aperficere lessom forbe indagimrata centetarcor drogimrato* (gl. perficere: voluntas benefaciendi adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio) Wb. 3[d]. *ité són aptota lessem riam* (gl. his quidam addunt illa quae tam voce quam significatione unum casum habent, ut hujusmodi, istiusmodi, Prisc. 5, 13; i. e. sunt

haec aptota ei, auctori, antedicta) Sg. 77[b]. *iscum̄ae leissem bid .f.* (gl. ambo pro ἄμφω) Sg. 10[a]. Fem.: *isdil laee maid dodénum dúibsi* (gl. salutat vos multum Priscilla) Wb. 14[a]. *accobur lǽ* (voluntas ei, nutrici) Wb. 24[d]. Plur. 1. pers.: *inun accobor lenn* (eadem voluntas nobis) Wb. 4[a]. *isderb linn* (persuasum nobis), *diutte linn et fírinne* (simplicitas nobis et veritas, sit), *nifil linn inbésso* (gl. nos talem consuetudinem non habemus) Wb. 2[c]. 9[b]. 11[c]. *isoéntu forcitil linn hóre isóen rad fil linn* (est unitas doctrinae nobis, quia una gratia est nobis) Wb. 13[b]. *níbbu machdath betis grecdi* 7 *nothath foraib linni* (gl. in dictionibus quas a Graecis sumsimus, Prisc. 1, 4) Sg. 6[a]. 2. pers.: *isdedbir dúib cid mebul lib ataidmet* (gl. quem fructum habuistis tunc in illis, peccatis, in quibus nunc erubescitis? finis illorum mors est, Rom. 6, 21) Wb. 3[b]. *islib atá a rogu* (gl. quid vultis? i. e. apud vos est electio) Wb. 9[a]. *nitad lib fésin* (gl. non estis vestri) Wb. 9[d]. *indfáilte robói do libsi* (gl. solatium quo consolatus est in vobis, Titus) Wb. 16[b]. *nípu libsi intórdso act ba la amiresschu* (gl. hoc apud infideles et non apud sanctos) Wb. 9[c]. 3. pers.: *nírbo sár leu arcocéilsine* (gl. dextras dederunt, Jacobus, Cephas etc.) Wb. 19[a]. *isinteúir léu* (gl. probaverunt hoc sibi utile esse) Wb. 7[a]. *móa léu serce atuile* (gl. voluptatum amatores magis quam dei) Wb. 30[c]. *ni leo anóinur* (gl. non est proprium nominativorum) Sg. 158[b]. *isbésad leusom infid dothóbu et fid aile do esnid and* (gl. si tu ex naturali excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bonam olivam, Rom. 11, 24) Wb. 5[b]. *isbés leosom indaim dothúarcuin* (est mos eis bovem triturare) Wb. 10[d]. *ishecen sainecoscc leosom foraccrannaib innaní predchite* (gl. quam speciosi pedes evangelizantium pacem! Rom. 10, 15) Wb. 5[a]. *dodcad dochách leosom noch isdoibsom adodced sidi* (gl. infelicitas in viis eorum) Wb. 2[b].

FRI in quacunque positione, excepta ea quae est ante articulum, pronomen relativum infixum, in qua obtinet FRIS, FRISS. Quia non inficit sequentem consonam, supponenda est forma primitus terminata a consona (p. 194), FRIS sive FRITH (cf. cambr. *gurth*=*vert*, p. 66, quae radix fortasse est in nominibus gallicis Vertico, Vertiscus Caes.), quae utraque etiam occurrit in compositione. Significatio est praep. lat. *adversus* (ex eadem radice *vert*, unde et goth. *vithra* videtur pro *virtha*), *contra*, ex qua mitescit sensus in significationem motus *ad* aliquem versi vel etiam versi *ab* aliquo.

Significatio lat. *adversus, contra: arimfresna cách frialaile* (gl. nunquam ad scientiam veritatis pervenientes; i. e. nam pugnat quivis contra alterum) Wb. 30[c]. *nabíth debuith duún frinech* (gl. non ad dissidium sumus vocati; i. e. ne sit dissidium nobis contra aliquem) Wb. 10[a]. *robói debaid do philomóin frisuide* (fuit lis Philemoni contra hunc, Onesimum) Wb. 31[d]. *fornét frisaibapstalu darmchensa* (gl. vestra aemulatio pro me, i. e. contra pseudoapostolos) Wb. 16[b]. *isfrideacht afiadnissesin* (gl. testimonium diximus adversus deum) Wb. 13[b]. *occath fri diabul* (gl. commilito; i. e. in pugna contra diabolum) Wb. 23[d]. Significatio lat. *ad, apud, in, cum,* vel. hibern. *do, la: aní tra aschotarsne frihícc ni etarciagessir* (gl. datus est mihi stimulus carnis meae, . . propter quod ter dominum rogavi ut discederet a me, 2. Corinth. 12, 8; i. e. quod est contrarium saluti, cf. *iscotarsne dondúalig insualig,* contrarium est malefacto benefactum, Wb. 9[b], cum praep. *do*) Wb. 17[d]. *dénum maith fricách* (gl. operemur bonum ad omnes) Wb. 20[c]. *fritit* (gl. quae fuit ad Titum, gloriatio nostra) Wb. 16[b]. *biuusa ocirbáig darfarcennsi frimaccidóndu* (gl. de vobis glorior apud Macedonas) Wb. 16[d]. *ished roerbad friatoschid* (hoc relictum ad victum eorum, de victima) Wb. 10[d]. *am. astoisc fribiathad na forcitlaide l. am. astoisc frifoirbthetid caingníme na forcitlaide fadesine* (gl. discant et nostri bonis operibus praeesse ad usus necessarios, Tit. 3, 14) Wb. 31[d]. *issain fricath sain friscor friimthect* (est diversus ad pugnam, diversus in abitu, in processu, sonus tubae) Wb. 12[c]. *intain rombói fricroich* (cum esset in cruce, Christus) Wb. 20[d]. *níuisse domug dǽ buith fridebuid* (gl. servum dei non oportet litigare; i. e. esse in lite) Wb. 30[b]. *am loor fricach réit* (sum contentus in quacunque re, contentus quovis) Wb. 24[b]. *benad friachubus fessin* (gl. in semet ipso tantum gloriam habebit) Wb. 20[c]. *ni góo dún friarcubus* (non falsum nobis in conscientia nostra) Wb. 14[c]. *cách frialailc* (gl. in invicem, exarserunt in desideriis suis) Wb. 1[c]. *fribarpecthu arnarobat lib* (gl. irascimini et nolite peccare; i. e. in peccata vestra) Wb. 22[b]. *córe fridia* (pax cum deo) Wb. 2[d]. 3[d]. *conroib core dúib fricách et dochach fribsi* (gl. dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco) Wb. 26[b]. *cosmili friadam ingnímaib et accobraib* (gl. qualis terrenus tales et terreni), *cosmil fri cr. fessin aathir nemde* (gl. et qualis coelestis), *cosmili fri cr.* (gl. tales

et coelestes; i. e. similes Adamo, Christo) Wb. 13[d]. *cosmil fricethir* (gl. animalis homo; i. e. similis quadrupedi) Wb. 8[b]. *cosmuilius lessom inso frimilid* (similitudo ei hoc cum milite) Wb. 24[a]. *doinscannsom cid cutrummus fri dia* (gl. transfigurat se in angelum legis, Satanas; i. e. incipit adeo similitudinem cum deo) Wb. 17[c]. *cenachondelg frinech* (gl. positivus per se positus; i. e. sine comparatione cum aliquo) Sg. 42[a]. *adcomlatar sidi fricach tuisel* (gl. cum omnibus conjungi casibus dicunt), *isaccomolta frirainn ñaili* (est conjuncta cum alia parte, orationis, praepositio) Sg. 51[b]. 212[a]. Significatio lat. *a, ab: oldaas .c. sain fri .c.* (gl. alia litera g; i. e. quam est c, diversa a c) Sg. 6[b]. *ualailiu mud frisillaba nád tóirñdet folad* (gl. monosyllabae dictiones possunt quodammodo esse syllabae, non tamen sincere; i. e. alio modo a syllabis quae non significant sensum) Sg. 25[b]. *dodechor fri pronomina aili* (ad differentiam ab aliis pronominibus) Sg. 28[a]. *scarad friindeb indomuin* (separari ab utilitate mundi) Wb. 30[a]. *marudscarsid fritola trebás cr. cid arandluthid caratrad friu* (gl. si mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tamquam viventes in mundo decernitis?) Wb. 27[a]. *nibnoibfea fornires inchruthsin et níbscara fribarpecthu* (non sanctificabit vos fides vestra hoc modo et non separabit vos a peccatis vestris) Wb. 13[b]. *ma eterroscra friafer* (gl. quod si discesserit; i. e. a viro suo mulier) Wb. 9[d]. *ced torbe doib etarscarad etir friatola et a pecthu* (gl. utquid et baptizantur pro illis? 1. Corinth. 15, 29; i. e. quae utilitas eis separari omnino a cupiditatibus suis et peccatis?) Wb. 13[c].

Cum articulo: *nascarad frisinfer* (gl. non dimittat virum, si qua mulier habet virum infidelem; i. e. ne secedat a viro) Wb. 10[a]. *bad faitig frisinfoirinsin* (gl. observate eos qui ita ambulant, Philipp. 3, 17) Wb. 24[a]. *inchruthsin robói pol et isamlid isbuithi dochách .ɪ. imbith phennit concomuir frissinlainn .ɪ. frisinfochricc nemdi* (gl. ad ea quae sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis dei, Philipp. 3, 14) Wb. 24[a]. *indóinecht araróit som ónniferiditge frissindeacht arnach érbalamni* (gl. qui est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis, Rom. 8, 35) Wb. 4[b]. *ammi cosmili frisincethir* (gl. marg.) Wb. 13[c]. *indócbál frisarind* (splendor apud, circum, stellam) Cr. 18[d]. *manip hinunn etargnae dondíruidigthiu*

frisacétnide (si non idem sensus derivato cum primitivo) Sg. 188[a]. *oenichthi frisna hireschu* (uniti cum fidelibus) Wb. 32[d]. *nidan chosmili frisna preceptori atobsegatsi artimchellni nidia móidem dosom act arna arnóimatsom nach náile* (gl. non sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex deo, 2. Corinth. 2, 17) Wb. 14[d]. Ante pronomen relativum infixum: *issain indí asidrubart 7 indí frisanérbrath* (est diversa ea, persona, quae dixit, et ea ad quam dictum est) Sg. 220[a]. *isécen coṅdárbastar inne indí frisasamaltar* (gl. hoc interest inter demonstrationem nominum et pronominum, . . quod per nomen non solum ipsorum quae ostenduntur, sed etiam illorum ad quos referuntur demonstrationem habet, ut talis Pyrrhus apparet, qualis pater ejus, Prisc. 13, 6) Sg. 211[a]. *incorp marbde frissaroscarsom* (corpus mortuum, a quo secessit, animus) Wb. 3[a]. Cf. p. 350.

Praepositio cum pronominibus personalibus suffixis. Sing. 1. pers.: *baméite limm niscartha friumm* (gl. desidero te videre) Wb. 29[d]. *andorigeni dimaith frimsa* (quod fecerit boni mihi, scis tu), *dorrigeni mór nuilc frimsa* (gl. multa mala mihi ostendit) Wb. 30[a]. 30[d]. 2. pers.: *digal indancridi dogní nech frit* (gl. talio) Sg. 181[a]. *nephdenum neich diulc frinech dogní olc frit airis uilliu son indaas nadndene olc frinech nadeni olc friut* (gl. amplioris virtutis testimonium; i. e. non facere aliquid mali alicui qui facit malum tibi, nam est amplius hoc, quam quod non facis malum alicui qui non facit malum tibi) Ml. 23[c]. *coniepersa fritso dligim ní duit* .ı. *ni épéer són et ni airbéer fritt* (gl. ego reddam, ut non dicam tibi, quod et te ipsum mihi debes, Philem. 19) Wb. 32[a]. *ciasidbiursa fritsu* (quamvis dico tibi) Sg. 106[b]. 3. pers. masc.: *icosmuilius fris ignímaib et béssaib* (gl. qui signavit nos, deus) Wb. 14[c]. *adcomcisset ilbéim friss. isbéss didu indliacc berir ilbeim friss et intí dothuit foir conboing achnámi intí foratuitsom im. atbail side* (gl. offenderunt in lapidem offensionis, Rom. 9, 32) Wb. 4[d]. Fem.: *ished inso nodascara frie* (gl. discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris) Wb. 28[c]. *roscarsat friæ* (gl. circa fidem naufragaverunt) Wb. 28[a]. Plur. 1. pers.: *frinn fanisin cotondelcfam* (gl. in nobis nosmet ipsos metientes) Wb. 17[b]. *cætte dim farfailtesin frinn* (gl. ubi est ergo beatitudo vestra? Gal. 4, 15) Wb. 19[d]. *hóre nosmóidet iprecept bat chosmuli frinni* (gl. in quo gloriantur tales inveniantur sicut et nos) Wb. 17[c].

2. pers.: *ni epur frib etarscarad frisuidiu* (gl. ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, 1. Corinth. 5, 10) Wb. 9[b]. *rofitis mo bésgnese frib* (gl. non alia scripsimus vobis quam quae et cognovistis) Wb. 14[c]. *am. ni bimmis cutrummi frib* (gl. quasi non pertingentes ad vos), *icutrummus fribsi* (gl. mensura pertingendi usque ad vos) Wb. 17[b]. *congniam fribsi octáircud raith spirito duib conihed fodera fáilti dúibsi et dúnni* (gl. adjutores sumus gaudii vestri) Wb. 14[c]. 3. pers.: *niáil dún arcondelc friu* (gl. non audemus comparare nos quibusdam) Wb. 17[b]. *trisfer friu* (gl. te tertium) Sg. 2[a]. *iscobnesta friu diblínaib* (est affinis iis utrisque) Sg. 162[b]. *nitachummese friusom* (gl. volunt vos circumcidi ut in carne vestra glorientur, mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini, Galat. 6, 14; i. e. non sum aequalis eis) Wb. 20[c].

Praepositio cum pronomine possessivo infixo: *ni imbresnat mognima frimort et mothogairm* (non pugnant actiones meae contra ordinem meum et vocationem meam) Wb. 29[d]. *ainmne frimpeccad et moícc iarum* (gl. misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet Christus omnem patientiam) Wb. 28[a].

TRI, TRE (per) inficiens sequentem consonam (*tri* a vocali terminata in vetustis nominibus gallicis obvia, et cambr. *troi, trwy* = *trê* cum vocali producta), cum adjuncta *s* TRIS, TRISS, TRES tantummodo ante articulum et pronomen relativum infixum.

Exempla: *nipi fírderb anadchither trithemel* (non est omnino clarum quod animadvertitur per tenebras) Wb. 12[c]. *istrichretim ihu. xpi. isfírian cách* (gl. justitia dei per fidem Jesu Christi) Wb. 2[b]. *ciabeid cr. indibsi trefóisitin hirisse* (gl. si Christus in vobis; i. e. per confessionem fidei) Wb. 4[a]. *isbeo indanim trisodin* (est viva anima per hoc), *istresodin bid slán áanim som* (est per hoc salva ejus anima) Wb. 4[a]. 4[b]. *tri nephthóbe* (gl. per praeputium) Wb. 2[c]. *trihiris inchdich cretes áhíc triafuil* (gl. propitiatio per fidem in sanguine ipsius) Wb. 2[b]. *am. rumbói nephimotacht doibsom treamairis atá imotacht dunni trihiris* (ut fuit desertio eis per infidelitatem, est auxilium nobis per fidem) Wb. 33[b]. *ished dothéit de treilar nandáne inilur na persan* (gl. in aedificationem corporis Christi; i. e. venit hoc per multitudinem donorum in multitudine personarum) Wb. 22[a]. *tre essamni*

cumachti (gl. per eam confidentiam qua existimor audere, 2. Corinth. 10, 2) Wb. 17[a].

Praepositio ante articulum: *tresn̄gné* (gl. accepta est figura; i. e. per figuram, loquendo) Sg. 73[b]. *trisinintamailsin* (gl. ad aemulandum provocem et salvos faciam; i. e. per hanc imitationem) Wb. 5[b]. *tresinfuil storidi. . . tresinfuil spirtaldi* (gl. redemtio per sanguinem ejus) Wb. 20[d]. *berir brith foir* .ı. *trissinprecept bésti ituiremar bestatu cáich et ní fristait in béstatidnisin* (gl. si intret quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, dejudicatur ab omnibus, 1. Corinth. 14, 24) Wb. 12[d]. *conicfidsi bede preceptori uili trisanimthanadsa dicoitsea cách frialaile* (gl. margin.; per hanc vicissitudinem, loquentium praeceptorum) Wb. 13[a]. *istrissandedesin biid duine slán et fírian* (per haec duo fit homo salvus et justus) Wb. 4[d]. *ismarb incorp trisnasenpecthu* (est mortuum corpus per vetera peccata) Wb. 4[a]. Ante pronomen relativum infixum: *conroib buáid precepte duun tresaníccatar híli* (gl. aperiat nobis ostium sermonis; i. e. ut sit victoria doctrinae nostrae per quam salvantur multi) Wb. 27[c]. *tresambí bethu suthin* (gl. repleti fructu justitiae; i. e. per quam est vita aeterna) Wb. 23[b]. Item ante pron. *ade: combad tressade hiress apstal* (gl. ut Christus passus est; i. e. ut sit per hoc fides apostolorum) Wb. 25[a].

Congressae praepositionis cum pronominibus suffixis formulae. Sing. 1. pers.: *noibad sochuide trium* .ı. *istorbe cid ed ón* (gl. vivere in carne hic mihi fructus operis est, Philipp. 1, 22; i. e. sanctificatio multorum per me, est utilitas etiam hoc) Wb. 23[b]. Pro 2. pers. conjiciendum *triut*, cujus exemplum non reperi. 3. pers. masc.: *inrect rósárichset istriit atbélat* (gl. factores legis justificabuntur, Rom. 2, 13; i. e. legem contemserunt, per eam peribunt) Wb. 1[d]. *istriit atá gratia* (gl. gratia regnet per Jesum dominum nostrum) Wb. 3[a]. *dofurcabar triit fessin* (gl. per se prolatus intellectum habet, superlativus) Sg. 43[a]. *am. dondrigénsat druid triitsom* (ut fecerunt Druidae per eum, diabolum miracula) Wb. 26[a]. *attlugud boide dodia dibarnicc tritsom* (gl. in nomine domin Jesu gratias agentes deo, vos) Wb. 27[c]. Fem.: *nímchu bandom attach trócaire frib istree robhícad* (gl. obsecro vos fratres per misericordiam dei) Wb. 5[c]. *ní sluindi sill. folad trée feisin* (non significat syllaba intellectum per se ipsa) Sg. 25[b]. Plur. 1. pers.: *istriunni dúibsi indindocbál* (gl. gloria vestra sumus) Wb. 14[c].

2. pers.: *ni triib fadéisne* (gl. liberati estis a peccato; i. e. non per vos ipsos) Wb. 3[b]. 3. pers.: *consoibat cách treu aritmathi side ocaslug* (gl. ex his sunt qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas, 2. Timoth. 3, 6; i. e. fallunt quemvis per eas, nam sunt bonae hae persuasione) Wb. 30[c]. *atercbál treo fesin* (earum, vocalium, prolatio per se) Sg. 4[b].

Praepositio ante pronomina possessiva: *tremintsamilse* (gl. me ipsum humilians ut exaltemini), *treminsamilso* (gl. omnia sustineo ut salutem consequantur; i. e. per imitationem mei) Wb. 17[b]. 30[a]. *dogníat cach pecad treanaslachsom* (gl. captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis; i. e. quae faciunt omne peccatum per persuasionem suam) Wb. 30[c].

SECH ad literas conveniens cum cambr. armor. *hep* (sine; cf. p. 83 et 144) hoc idem etiam primitus significasse videtur. Sed transiit in significationes lat. *praeter, ultra, supra, extra, a.*

Exempla: *ni sech comairli dǽ dam* (gl. Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem dei; i. e. non sine voluntate, non praeter voluntatem dei etiam) Wb. 29[d]. *sech* (gl. super, omnes alias partes orationis, i. e. magis quam aliae) Sg. 197[a]. *sech* (gl. ultra, solem) Cr. 33[d]. *sech cách* (gl. abundantius, gl. amplius; i. e. supra quemcunque, ultra quodcunque) Wb. 13[b]. 16[b]. 18[c]. 25[a]. 25[c]. *sech mochomáessa* (gl. supra multos coaetaneos meos, proficiebam) Wb. 18[c]. *ni tiagait saidai sech satuirn suas* (non pertinent haec, sidera, supra, ultra, Saturnum) Cr. 18[c]. *sech hiriss* (gl. circa fidem exciderunt, gl. a fide) Wb. 29[c].

Non mutatur ante articulum: *sech innaimsir crichnigthi hínnunn* (gl. cis definitum tempus, sicut ultra definitum, Prisc. 14, 3) Sg. 217[b]. *sechaní ittóo* (gl. super id quod videt me, nequis me existimet; i. e. super id quod sum) Wb. 17[d]. *forbeir sechaní asanchiscs* (gl. Anchisiades quasi ab Anchisios; i. e. auget ultra Anchises), *forbart sech afrecndairc* (gl. tremo tremui, pono posui etc., quod in secunda vel quarta conjugatione non potest inveniri; i. e. auctio ultra praesens) Sg. 32[a]. 167[a]. *sech na huili predicta* (gl. super omnia autem haec, caritatem habete) Wb. 27[b].

Praepositionis junctae cum pronomine suffixo mihi obvium hoc exemplum: *ǽit leu precept domsa seccu* (gl. quidam propter invidiam et contentionem Christum praedicant; i. e. aemulatio eis docere me supra eos, melius quam ipsos) Wb. 23[b].

TAR, rarius DAR, ante articulum TARS, significationem primitus haud dubie habuit lat. *trans*, quam adhuc servat in compositione, in qua addita *m* formam TAIRM induit, sed versa inde vel debilitata est in alias quasdam, e. gr. lat. *per* (in jurejurando), *super*, *pro*.

Exempla: *tar crích innunn* (gl. per translationem, praep. cis, in tempore et in aliis rebus), *docoid tar recht ṅaicnid hinnun* (gl. cis naturae leges ut ultra naturae, Prisc. 14, 3; i. e. trans finem, trans, ultra legem naturae, significat etiam cis) Sg. 217[b]. *tar ioib* (gl. per Jovem: per quoque in jurejurando accipitur, ut per Jovem) Sg. 217[b]. *dar timne recto dognither intimmarmus* (gl. per mandatum legis, fit supra modum peccans peccatum, Rom. 7, 13; gl. cum scienter admittitur) Wb. 3[c]. *lambrat bís tar glúne* (gl. mappa, gl. mantile; i. e. manuale quod est super genua) Sg. 172[a]. *temel inna tol domunde tar rosc fornanme* (tenebrae cupiditatum mundanarum super oculum animae vestrae) Wb. 21[a]. *taréssi, darési* (super locum, in loco, pro), *tarcenn, darcenn* (pro capite, i. e. pro) infra inter praepositiones nominales.

Ante articulum: *contuidchissed uita tarsin corpsin* (gl. ut absorbeatur quod mortale est a vita, volumus supervestiri, 2. Corinth. 5, 4) Wb. 15[c]. *tarsna deo* (gl. πρὸς τοῦ διός, male intellectum a glossatore; i. e. per deos) Sg. 217[b].

Praepositionis cum pronominibus suffixis coalescentis formulae obviae: *torutsu* (gl. per te: per te, per qui te talem genuere parentes, Virg. ap. Prisc. 14, 3) Sg. 217[b]. *du cuitig tarais fadeissin arnirobe nech bad huaisliu taratoissed* (gl. deus quoniam neminem habuit per quem juraret, juravit per semet ipsum) Wb. 33[d]. *inbiam fris tra íarnarnetargnu dúib itossuch caní ralsid súil torunn* (gl. incipimus iterum nosmet ipsos commendare?), *ni recam ales rolasid suil torunn itossich* (gl. non iterum nos commendamus vobis, 2. Corinth. 3, 1. 5, 12) Wb. 15[a]. 15[d]. *teora tonna torunni in bab.* (tres inundationes super nos in baptismo) Wb. 27[a]. Inde conjiciendae ceterae formulae: *torum* (per me, super me), *tare* (super eam), *taraib* (super vos), *taru* (super eos).

CEN (sine), inficiens sequentes consonas et persistens in hac forma, extra analogiam praepp. *in, con, ren* posita est, unde supponenda forma primitiva terminata a vocali (forsan *cene, cine* = lat. sine, gr. ἄνευ).

Exempla: *cenchaille foraciunn* (gl. non velato capite, mulier) Wb. 11[c]. *cometecht dianécoscaib cenchometecht diambésib mainbet mathi* (gl. sine offensione estote Judaeis et gentibus) Wb. 11[c]. *cenchuingid neich conech* (gl. cum silentio operantes suum panem manducent) Wb. 26[b]. *airde serce móre insin aforaidmetsom cenchumsanad issindirnigdi cenchumsanad* (gl. memoriam vestram facientes semper in orationibus nostris sine intermissione memores, 1. Thessal. 1, 2; i. e. signum magni amoris hoc, memoria eorum sine intermissione in oratione sine intermissione) Wb. 24[c]. *isingir lem cen chretim dúib* (gl. tristitia est mihi magna) Wb. 4[b]. *icomairbirt núidi iarfoisitin hirisse cenpecad* (gl. serviamus in novitate spiritus; rectius *cenphecad*) Wb. 3[c]. *ní chen dliged anephdiall ó dibrannaib* (gl. non absque ratione non declinantur, alteruter, alterutrius) Sg. 75[a]. *censectti* (gl. sine simulatione) Wb. 5[d]. *cen serbi pectho* (gl. estis azymi) Wb. 9[b]. *cenfodail ceneuil. cenfodail ceniuil* (sine divisione generis) Sg. 41[b]. 152[a]. *cenfoilsigud* (sine manifestatione) Sg. 188[a]. *huaire nád riarfact furuar buid cenengne et cenfírinni* (gl. quisquam non est intelligens non est requirens deum) Wb. 2[a]. *cen fodrúbu* (gl. sine deflexionum moris) Ml. 22[a]. *illobad et legad. cenlobad cenlegad iarsin* (gl. seminatur in corruptione, surgit in incorruptione, 1. Corinth. 15, 42) Wb. 13[d]. *issí diuitœ dǽ precept sos. cen lóg cenaithi* (gl. in simplicitate et sinceritate dei, conversati sumus) Wb. 14[c]. *íforus cen oclatid* (gl. in longanimitate, exhibeamus nos) Wb. 15[d]. De formula abnormi: *cen suidib* (gl. sine quibus) Ml. 20[d], confer supra dicta (p. 604).

Pronomina suffixa praepositioni: *aratá brithem and cenutsu* (gl. quid spernis fratrem tuum in edendo? omnes enim stabimus ante tribunal dei; i. e. nam est judex sine te) Wb. 6[b]. *atá brithem lasuidib cenuibsi* (gl. eos deus judicabit) Wb. 9[c].

Eadem praepositio composita cum voce obscura (quae fortasse latet in adv. *nammá, nanmá,* p. 569), CENMITHÁ vel CENMÁ, significat lat. *excepto*. Accusativus et hic sequens post formam hanc patet e Sg. 201[b]: *cenmá innainmnid* (gl. obliquis solis casibus; i. e. excepto nominativo). Idem casus etiam post illam in sequentibus exemplis, cum nominativum non liceat supponere: *cenmithá etrad* (gl. omne peccatum extra corpus est; i. e. excepta libidine) Wb. 9[d]. *cenmithá anísiu* (gl.

quod est aliud mandatum; i. e. excepto hoc) Wb. 6[a]. *cenmitha se* (gl. ceterum) Wb. 8[a]. *cenmithá inna anmann dílsi* (gl. adjectio aliorum nominum; i. e. exceptis nominibus propriis) Sg. 29[b]. *cenmithá innahí asrubart* (gl. praeterea, gl. cetera; i. e. exceptis eis quae dixit) Sg. 21[b]. 56[b]. In his igitur nonnisi forma *-mithá*, sive numerus singularis adest substantivi, sive pluralis; quaeritur inde, an recta sint quae proferuntur ap. O'Donov. p. 266 *cenmothá, cenmothat.*

ETER, ETIR, ITAR, ad literas cum praepositione lat. *inter* (cf. p. 52. 79) convenit; post eam consonae intactae persistunt.

Exempla: *intain romböi etir tuaith . . eter tuáith . . . etir tuáith* (gl. in operibus bonis testimonium habens; i. e. cum fuit inter populum, inter homines) Wb. 28[d]. *aris eter caratnáimta ataaid* (gl. in medio nationis pravae et perversae, sitis sicut filii dei sine reprehensione) Wb. 23[c]. *dechur eter corpu nemdi et corpu tal.* (differentia inter corpora coelestia et corpora terrestria) Wb. 13[c]. *robói eter corpu et anmana* (gl. medius paries, peccatum) Wb. 21[b]. *óentu eter baullu coirp dunn* (unitas inter membra corporis nostri) Wb. 12[b]. *córe eter dia et duine* (pax inter deum et hominem), *etir fessin et dóini* (gl. mediator; i. e. inter ipsum et homines) Wb. 22[d]. 28[b]. *irbága robatar leosom eter desciplu et debe oéntu im̄ eter amagistru* (gl. significatum est, quod contentiones inter vos sint, 1. Cor. 1, 11; i. e. contentiones fuerunt apud eos inter discipulos et deerat unitas inter magistros eorum) Wb. 7[d]. *hítar remṡamugud 7 foacomol* (gl. communes: conjunctiones praepositivae vel communes vel postpositivae; i. e. inter praemissionem et subjunctionem) Sg. 212[a]. *condib innon infogor hitar hothad 7 hil.* (gl. sola declinabilia possunt habere ex iisdem vocibus tam singularem quam pluralem numerum) Sg. 203[b]. Significatio inde lat. *tam — quam: cense fricách eter carit et escarit* (gl. mansuetus ad omnes; i. e. tam amicum quam inimicum) Wb. 30[b].

Ante articulum: *acobás m̄bís etarn̄dirainn hi comṡuidiguth* (gl. de earum compage; i. e. comp., quae est inter duas partes in compositione) Sg. 2[b]. *atá coitchennas itar indibrethirso inim̄ognom* (gl. interest et refert) Sg. 203[a]. *cid etir na cumcai* (gl. etiam inter angores maximos) Ml. 18[d].

Cum pronominibus suffixis formulae: *ni fil fíal etronn et cr.* (gl. velamen in Christo evacuatur) Wb. 15[a]. *conroib óintu etrunni*

(sit unitas inter nos) Wb. 12[b]. *robo duibsi cinirbo etruib robammarni* (gl. fiduciam habuimus in domino loqui ad vos evangelium, 1. Thessalon. 2, 2) Wb. 24[c]. *andorogbid etruib* (gl. donantes vobis ipsis) Wb. 27[b]. *isetarru biid immacaldaim* (gl. a quibus profertur et ad quos dirigitur loquela) Sg. 200[b]. *ní bí ní etarro* (gl. nulla intercessione interveniente) Sg. 150[b]. Addo peculiarem loquendi modum cum praep. *cen* (sine) ad significandam praep. lat. *cis: cen alpai ñetarru* (gl. cisalpina, Gallia), *cen rian ñetrom* (gl. cis Rhenum; i. e. sine Alpibus inter eos, Alpibus non intermediis inter eos et Galliam, Rheno non intermedio inter me et . . .) Sg. 217[b].

ECHTAR, ad literas lat. praep. *extra* (alias et adverbium, ut latina vox), lat. *cis* significat in Sg. 217[b]: *echtarecht* (= *echtar recht;* gl. cis naturae leges).

B. Praepositiones nominales.

Substantiva, quae cum antecedente praepositione propria sensum simplicium praepositionum praebent, plurima esse possunt, e. gr. *in ochtur, for ochtar* (in superiore parte, supra), *in ichtur* (infra), *di éis* (retro), *inmedón, immedón* (in medium, in medio, intra) etc. Horum ea praesertim hoc loco enumeranda sunt, quae frequentius usurpata sensu substantivi fere amisso in formulas praepositionales transierunt. Pro pronominibus personalibus, quae suffiguntur post praepositiones simplices, in his formulis pronomina possessiva infiguntur inter praepositionem et substantivum.

Sunt ejusmodi substantiva frequentiora: *ése, esse, hése* (vix subst. *esse,* status, locus; cf. forsan supra allatum *di éis,* gl. retro) cum praep. *tar; cenn* (caput) cum eadem praep., interdum et *ar; réir* (voluntas?) cum praepp. *do, fo; bith* (causa) cum praep. *fo; cuit* (ratio, respectus: *biith dam farcuitsi occa. biid arcuitni occa* Wb. 11[b]. 24[a]) cum praep. *ar; rann* (pars), *persan* (persona) cum praep. *a; dead, degaid* (finis) cum praep. *in; ellach* (unitas, communio?) cum eadem. Addenda vox praepositionalis cum genitivo sequente *dochum.*

TARÉSI (cf. praep. *tar*), proprie *trans, super tergum, locum, post,* transiens etiam in significationem *in loco, pro.* Alter-

nant *t* et *d*, *s* et *ss* (p. 61. 613): *bad chách darési áréli* .ɪ. *nabad immalle labritir* (gl. secundum duos aut multum tres et per partes, loquantur; i. e. sit quisque post alterum, ne simul loquantur) Wb. 13ᵃ. *olcc tarési nuilcc* (gl. prudentes apud semet ipsos, malum pro malo reddentes) Wb. 5ᵈ. *ishé dobeir lóg deit tarhési dodagnímo* (gl. dei minister est tibi in bono, potestas; i. e. fert mercedem tibi pro tuo bene facto) Wb. 6ᵃ. *nímbia fochricc darhési moprecepte* (non erit merces mihi pro doctrina mea) Wb. 10ᵈ. *uisse són darési césto* (gl. videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum; i. e. justum hoc pro passione) Wb. 32ᵈ. *athuidecht icride tarési dǽ* (gl. nolite locum dare diabolo) Wb. 22ᵇ. *indinducbál ó dia tarhesi denmo indlibuir* (gl. quam deus annuit suscepti laboris gloria) Sg. 2ᵃ. *cachae tarhéisi araili* (gl. inveniuntur pro se positae, literae) Sg. 10ᵃ. *arba bes lasuidib .u. tarhesi ń́i. ut pessumus pro pessimus* (u pro i) Sg. 4ᵃ.

Cum pronominibus possessivis infixis: *ní déccu darmmési* (gl. quae retro sunt obliviscens, ad ea quae sunt priora extendo me; i. e. non video post me) Wb. 24ᵃ. *madudéll ní taibred ní taraéssi dobochtaib* (gl. laboret operando manibus, ut habeat unde tribuat de labore suo) Wb. 22ᵇ. *iscotarsne dondúalig insualig darahési* (est contrarium malefacto benefactum pro eo) Wb. 9ᵇ. *robia indocbáal tarahési* (gl. diligentibus deum omnia concurrunt in bonum), *robbia indocbál darahéssi* (gl. labor vester non est inanis in domino) Wb. 4ᵇ. 13ᵈ. *nád chomalnathar anasberar friss rambia dígal taraéssi* (gl. domino servite, qui enim injuriam facit recipiet id quod inique gessit) Wb. 27ᶜ. *taranési* (gl. fracti sunt rami ut ego inserar; i. e. pro eis) Wb. 5ᵇ.

TARCENN, alternantibus item *t* et *d*, ejusdem significationis cum praedicta formula: *tarcenn pecca.*, *darcenn pecca.* (pro peccato) Wb. 15ᵈ. 19ᵇ. *hóre rombebe cr. darcenn indóesa lobuir* (gl. peccantes in fratres; i. e. quia mortuus est Christus pro debilibus) Wb. 10ᶜ. *itáu darcenn sosceli* (gl. in vinculis evangelii; i. e. in quibus sum pro evangelio) Wb. 32ᵃ.

Cum pronominibus infixis: *robtar irlim dothecht martre darmchen* (gl. pro anima mea suas cervices supposuerunt) Wb. 7ᵇ. *am. bid ǽet limsa moort dogabál darmchen céin rongabus icarcair* (gl. quidam ex contentione Christum adnuntiant non sincere, Philipp. 1, 17) Wb. 23ᵇ. *fornét frisáibapstalu darmchensa* (gl. vestra

aemulatio pro me) Wb. 16[b]. *taiccéra cách daráchen fessin* (gl. unusquisque pro se rationem reddet deo) Wb. 6[b]. *rocathichsiur darachenn cosse* (gl. quae mihi fuerunt lucra) Wb. 24[a]. *tararcenn* (gl. pro nobis) Ml. 26[d]. *asririusa mochumang darfarcenn* (gl. libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris) Wb. 18[a]. *biuusa ocirbáig darfarcennsi* (gl. de vobis glorior) Wb. 16[d]. *dulmartre tarfarcennsi* (tolerare pro vobis) Wb. 26[d].

Ejusdem substantivi cum praep. *ar* cum dativo vel accusativo formulae ARCHIUNN et ARCHENN supra prolatae sunt (p. 577). Frequentior est prior cum pronominibus infixis: *afil armochiunn* (gl. ad destinatum persequor bravium; i. e. quod coram me est) Wb. 24[a]. *maithi formbesasi arachiunn* (boni vestri mores coram eo), *áirmi . . ambís arachiunn* (respicit id, quod coram eo est) Wb. 16[b]. 24[a]. *ararciunni* (gl. vos dominus multiplicet; i. e. coram nobis) Wb. 25[a].

DORÉIR, FORÉIR (ad voluntatem, sub potestate, secundum, sub): *nabad do reír far colno beithe* (gl. carnis curam ne feceritis in desideriis; i. e. ne secundum carnem vestram vivatis) Wb. 6[b]. *coscitir indfir et doairbertar foreír dǽ* (instituuntur viri et adducuntur sub voluntatem dei, sub deum, a Paulo) Wb. 22[c].

Cum pronomine infixo: *isdiareír roerpad domsa* (gl. credita est mihi secundum praeceptum domini, praedicatio) Wb. 31[a]. *amaicc diareír* (gl. oportet episcopum filios habentem subditos) Wb. 28[b]. *foaréir* (gl. in passione desiderii, ne possideatis corpus vestrum) Wb. 25[b].

FOBÍTH (sub causa, causa, propter): *fobíth sóire ceneiuil inna grec* (gl. Graeci honoris causa suae gentis, dicunt) Sg. 40[a]. *ni epur frib etarscarad frisuidiu* .i. *fri genti fobíith precepte dóib* (gl. scripsi vobis ne commisceamini, . . non utique idolis servientibus; i. e. non dico vobis separari ab his, a gentibus, propter docendum eos) Wb. 9[b]. *do precept sos. isairi asber som inso fobith inna soebapstal asrubartatar rombo descipulsom aps.* (gl. neque veni in Hierusalem ad antecessores meos apostolos, Galat. 1, 17; i. e. ad docendum evang., ideo dicit hoc propter pseudoapostolos, qui dixerunt quod fuisset discipulus apostolorum) Wb. 18[d]. Ejusdem significationis alia formula: *hua accuiss sulbairichthe* (gl. urbanitatis causa) Sg. 45[b].

ARCHUIT (in respectu, ratione, secundum, propter): *is-*

indalmsan arafocair anúas actis foróis tuaithe arfocarar archuit indóissa gráid et indáisa foirbthi ní écen airócre (gl. de ministerio, quod fit in sanctos ex abundantia, est mihi scribere vobis, 2. Corinth. 9, 1; i. e. de eleemosyna, de quo monet supra; sed propter extraneos monetur, propter graduatos et firmos non necessaria exhortatio) Wb. 16[d]. *issi inso fedb asuisse dogoiri in æclis archuit óisa et bésa* (gl. vidua eligatur non minus sexaginta annorum . . . in operibus bonis testimonium habens etc., 1. Timoth. 5, 9; i. e. haecce vidua, quae eligenda est in ecclesiam, secundum aetatem et morem) Wb. 28[d]. *saini archuit cumachti* (gl. quantum ad potestatem, aliae literae i et u, cum in consonantes transeunt) Sg. 7[a]. *archuit suin* (gl. similes sunt diminutivis pendulus, credulus; i. e. quoad sonum) Sg. 59[b]. Cum pronomine: *nímptha fírion arachuitsidi* (gl. non in hoc justificatus sum) Wb. 8[d].

Significatione vix differunt ARAINN, APERSIN (e parte, persona, ratione): *adib mairb arainn pectha bad bii im̄ inihu. cr.* (gl. existimate vos mortuos quidem peccato, viventes autem deo in Christo) Wb. 3[b]. *immormus assinfolud apersain na colno . . . asinfolud tanidiu* (peccatum e sensu ratione carnis, e sensu interno) Wb. 9[c]. Hujus posterioris formulae exempla quaedam jam supra allata sunt (p. 591).

INDEAD (in fine, post), INDEGAID (post): *indead innanísin* (gl. post illos) Sg. 1[a]. *m. indead aathar* (gl. naturale vinculum generis, possidet genitivus, nascitur a nominativo, generat omnes casus sequentes; i. e. filii post patrem suum) Sg. 77[a]. *ished anesséirge leu maic indegaid anathre* (gl. Hymenaeus et Philetus a veritate exciderunt dicentes resurrectionem esse jam factam, 2. Timoth. 2, 18; i. e. est hoc eis resurrectio, filii post patres suos) Wb. 30[b]. *indegaid ṅdé* (gl. post deum, ei imputo, quidquid in me sit doctrinae) Sg. 101[b]. *inbindius tánaise indegaid ṅguttae* (gl. semivocales secundam habent euphoniam; i. e. post vocales) Sg. 5[a].

Vox *indead* (*dead*, cambr. *diwedd*, finis) vix eadem est, quae *indegaid*, prodens formam adverbialem, ut putari possit esse pro *indsechaid* (acsi latine diceretur *sequenter*). Repugnat tamen huic pronomen possessivum infixum ante *degaid: ingute inna degaid* (vocalis post eam, consonam), *lasin ṅgutai inna degaid*

(gl. cum sequente altera; i. e. cum vocali post eam) Sg. 7[b]. Poterit autem facta esse confusio utriusque formulae.

INELLUCH, INELLUG (in unitate, una cum; cf. Wb. 19[c]: *adib ellachti hi cr.*, gl. Christum induistis): *hóre arinrobe buith inelluch coirp cr.* (gl. nos vocavit non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum) Wb. 29[d]. *inellug coirp cr.* (gl. omnibus sanctis in Christo Jesu) Wb. 23[a]. *manudubfeil inellug coirp cr. adib cland abrache am. sodin et itsib ata chomarpi abracham* (gl. si vos Christi, ergo Abrachae semen estis, secundum promissionem heredes, Galat. 3, 29) Wb. 19[c]. *condip maith afuirec innim et conrobat inhellug coirp cr. innim* (gl. divitibus praecipe, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum) Wb. 29[c]. *inællug insce biid dictio* (gl. invenitur et plena oratio in una dictione, ut in verbis imperativis curre, lege, Prisc. 2, 2; i. e. una cum oratione est dictio) Sg. 25[a].

Cum pronominibus infixis: *am. rombo foirbthe cr. condib foirbthe intí bess innaellug* (gl. exhibeamus omnem hominem perfectum in Jesu Christo) Wb. 26[d]. *fri no. 7 uerbum acht ba innanelluch atarímtis* (gl. ideo participium separatim non tradebant partem orationis, quod nulla alia pars orationis semper in derivatione est, Prisc. 11, 1; i. e. separatim a nomine et verbo, sed una cum eis, in eorum combinatione, tradebant) Sg. 188[a].

DOCHUM (ad, apud) sine praepositione: *isillánamnas dorograd dochum ṅdée* (gl. in domino vocatus est servus; i. e. in matrimonium constitutus est apud deum) Wb. 10[a]. *docoid onessimus dochum poil* (fugit Onesimus ad Paulum) Wb. 31[d]. *conosberinn dochum hirisse* (gl. ut eos lucrificarem, factus sum Judaeus; i. e. ut eos ferrem ad fidem) Wb. 10[d]. *airi manip hinunn etargnae dondíruidigthiu frisacétnide fedir am. ṡodin andírui. dochum nacha rainne aile ut bene et male* (gl. in aliud: omnis pars orationis quocunque modo derivativa vel in eadem notione sive definitione primitivi sui accipitur, . . . vel in aliud quod jam ante erat ei suppositum in propria naturali positione, Prisc. 11, 1; i. e. nam si non eadem notio derivato cum primitivo, refertur ita derivatum ad aliquam partem aliam, ut bene et male) Sg. 188[a].

Solvere *do chum* vetat pronomen possessivum, praemissum scilicet, non infixum: *intí téte adochumsi* (is qui it ad eam, meretricem) Wb. 9[d]. *muriissi farndochum* (gl. donec veniam, ad vos)

Ml. 34[a]. *ciasberat doaidbdetar fisi doib et dotiagat angil andochum nichretidsi* (gl. nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum, Coloss. 2, 18; i. e. quamvis dicunt, quod demonstrant sapientes eis, et eunt angeli ad eos, ne credite) Wb. 27[a]. Confero his formulis sine praepositione aliam in Wb. 16[c]: *nipu lugu achuitsidi* (gl. qui modicum habuit, non minoravit; i. e. non erat minus respectu hujus), pro qua cum solita praepositione *ar* exspectanda esset *arachuitsidi*.

II. Praepositiones britannicae.

A. Praepositiones propriae.

b. NO, NA (vel, sive): *comsuidig. liter no sill.* (compositio literarum vel syllabarum) Sg. 4[b]. *nó itlia desill.* (gl. bisyllaba sint vel eo plus) Sg. 44[b]. *proind less hitaig nó airitiu ábiith* (gl. cum hujusmodi, fratre maledico, ne cibum quidem sumere, scripsi; i. e. prandere apud eum in domo vel sumere ejus cibum) Wb. 9[b]. *ni ar oén fer na diis* (non pro uno viro seu duobus) Wb. 4[b]. *ní arlóg na aithi* (non ob mercedem vel victum) Wb. 14[c]. 15[b]. 24[d]. *testas dínn na diibsi* (testimonium de nobis vel de vobis) Wb. 24[c]. *imchloud ceneíuil na diill* (immutatio generis vel declinationis) Sg. 31[b].

c. TRA, DIM, DONO (ergo, igitur). Conjunctionis *tra* scriptio plena in solo codice Cr.: *anísiu trá isécen* (hocce ergo necesse est) 3[b]. In codicibus Wb. et Sg. frequenter obvia breviata semper conspicitur *ẗ*, duobus punctis sive commatibus supra *t* suprascriptis: *cib cenél ẗ* (quodcunque sit ergo genus), *issuaichnid sund ẗ asrect* (demonstratio est hic ergo, quod est lex) Wb. 3[b]. 3[d]. *isfollus asin ẗ* (manifestum inde igitur), *isfoluss dún ẗ* (est manifestum nobis ergo) Sg. 5[a]. 40[b].

Dim: ciarudchualatar ilbélre et cenuslabratar nipat ferr de isfollus dim nanmá arbríg labrad ilbélre (quamvis audiunt varias linguas et loquuntur eas, non sunt meliores; manifestum ergo, nonnisi ad ostentationem est loqui varias linguas) Wb. 12[d]. *act bahé cúrsagad maid madachoisged dilgud ní maid dúibsi dim cendílgud* (gl. sufficit illi objurgatio, . . e contrario magis donetis et consolemini, 2. Corinth. 2, 6; i. e. ea objurgatio bona, si juncta est remissio, non bona ergo sine remissione) 14[d].

Dono, interdum *dano,* quin etiam *dana: arcia dono* (gl. ut quid autem? i. e. ut quid igitur?) Wb. 2[d]. *hóre ronortigestar dia cedono tuidecht friss* (gl. a deo ordinatae sunt potestates, itaque qui resistit potestati dei ordinationi resistit; i. e. quia deus ordinavit, potestatem, quid ergo resistere ei?) 6[a]. *cepu dono adrad dœ dothabirt dopool inchruthsin* (gl. numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? 1. Corinth. 1, 13; i. e. quid ergo adorationem dei dare Paulo hoc modo?) 7[d]. *ciapudono dún indarpe geinte inchruthsin aris innon iress nodonfirianigedar* (gl. quomodo gentes cogis judaizare? nos in Christo Jesu credimus ut justificemur ex fide et non ex operibus legis, Galat. 2, 16; i. e. quid ergo nostra exheredatio gentium hoc modo? nam est eadem fides quae nos justificat) 19[a]. *ní lour inbendachad diammaldachae ní lour dano innebmaldachad mani bendachae* (gl. hospitalitatem sectantes, benedicite et nolite maledicere, Rom. 12, 14; i. e. non sufficit benedicere, si maledicis, non sufficit ergo non maledicere, si non benedicis) 5[d]. *itles dano indangil* (gl. cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae dicit: et adorent eum omnes angeli, Hebr. 1, 6; i. e. sunt apud eum igitur angeli) 32[c]. *isirlam indanim do thuil dée dodiusgadar dana indanim* (est promta anima ad voluntatem dei, expergefiat ergo anima) 5[c].

His forte adnumeranda est pars posterior (*aricc, ricc?*) sequentium formularum interrogantium: *ciaricc* (gl. quid ergo?) Wb. 3[a]. 3[b]. *cericc* (gl. quid ergo?) 3[c]. *cerricc* (gl. quid igitur?) Sg. 199[b]. *arciaricc* (gl. quid enim?) Wb. 2[a]. *arciric* (gl. quid enim?) Cr. 33[b].

d. ACT, NOCH, CAMMAIB, IM. (sed, autem, tamen). *Act,* alternans cum scriptione *acht* (sed): *ni delb adrorsat act iscosmulius delbe* (gl. gloriam dei in similitudinem imaginis mutaverunt; i. e. non imaginem adorarunt, sed similitudinem imagi-

nis) Wb. 4[b]. *nípu líbsi intórdso act ba la amiresschu* (gl. hoc apud infideles et non apud sanctos; i. e. non apud vos hic ordo, sed apud infideles) Wb. 9[c]. Versa saepius est conjunctio in significationem lat. *nonnisi, nisi: nibí nach dethiden foir act fognam dodia* (non est cura ei nisi servitus dei) Wb. 10[b]. *arna conroib dethiden forneuch act tol dǽ do dénum* (ne sit cura alicui, nisi voluntatem dei facere) Wb. 15[d]. *coná ruchretesi doneuch act nech dogned nagnímusin* (ne credatis alicui, nisi qui facit haec opera) Wb. 17[a]. *ní radat som fri sudib acht bréic 7 togais* (non cogitant ii in hos nisi mendacium et simulationem) Ml. 31[a]. *hit lechdacha lesom intan nád techtat acht oin aimsir* (gl. ancipites vel liquidae; i. e. sunt liquidae ei, cum habent nonnisi unum tempus, unam quantitatem) Sg. 5[a]. Negationem praecedit in formula *act nammá* (gl. nisi forte, gl. tantum) Wb. 9[d]. 23[b]. Est et temporalis haec conjunctio, cujus significationis exempla sequentur mox sub *e*.

Noch (autem, tamen, attamen) interdum minus opposita est antecedentibus, e. gr.: *nibí nach dethiden foir act fognam dodia noch ba hed ón ba choir* (gl. qui sine uxore est, sollicitus est, quae domini sunt; i. e. non est cura ei nisi servire deo; esset hoc autem, quod esset justum) Wb. 10[b]. *noch ba hé affasugud anebchomalnad* (gl. non irritum facit, lex, quod promissum est, ad evacuandam promissionem, Gal. 3, 17; i. e. esset autem ejus evacuatio, id non implere) Wb. 19[c]. In aliis conjunctio magis adversativa: *berit insos. do imthrenugud ueteris noch ba uissiu indfigor do imthrenugud ueritatis .ı. noui* (gl. volunt evertere evangelium; i. e. sumunt evangelium ad confirmationem veteris; veruntamen esset justior figuratio, vet. test., ad confirmationem novi) Wb. 18[c]. *cid dianepirsom anísiu noch ni rabatar indfirso riam forecht fetar. ni. ariscumme lessom tect fosmachtu rechto et fognam do ídlaib* (gl. quomodo vertemini iterum ad infirma? Galat. 4, 9; i. e. cur dicit hoc, Paulus ad Galatas? non fuerunt tamen viri hi antea sub lege vetustatis. Resp.: est scilicet idem ei ire sub ritus legis et servire idolis) Wb. 19[d]. *am. nobed noch ní fail* (gl. fecit Anchisiades, quasi ab Anchisios; i. e. acsi esset, attamen non est) Sg. 32[a]. *noch ní cóir son acht corop máa inoensill. in comparit iss. aschóir* (gl. u post q vel g posita amittit vim suam, ut nequior pinguior; quod nisi fiat, contingit, si in consonantem transeat i, pares esse

syllabas genitivo positivi cum nominativo comparativi, Prisc. 3, 1; i. e. attamen non necesse hoc, sed ut sit major una syllaba comparativus, hoc est necesse) Sg. 40[b].

In sententia affirmativa, si nec particula negativa sequitur, nec alia forma verbi substantivi, e. gr. *ba*, ante quamcunque partem orationis forma ejusdem *is* praecedere solet (ex quo usu forsan aliquis deducere velit formam conjunctionis *nochis*): *nochisinduine adras dondédiusin* (gl. deus hunc et hanc destruet, ventrem et escam; i. e. attamen homo huic utrique servit) Wb. 9[c]. *dodcad dochách leosom noch isdoibsom adodced sidi* (gl. contritio et infelicitas in viis eorum, Rom. 3, 16) Wb. 2[b]. *noch is ósuidiu dorratad* (gl. si ex lege hereditas data est, jam non ex promissione, Abrahae autem per repromissionem donavit deus, Galat. 3, 18) Wb. 19[c]. *noch iscoracertussa ón* (gl. psalterium Romae dudum positus emendaveram) Ml. 2[a].

Juncta cum pronomine *ém, ám* (p. 357) conjunctio significat lat. *nam: noch ǽm am ísrahélde* (gl. nam et ego Israëlita sum) Wb. 5[a]. *noch ám fodáli cenél a .us. in .a in .um* (gl. sociumque, in versu Virgilii ap. Prisc. 7, 6: recusant hoc, ûm pro orum, in masculinis habentibus neutra, . . invenitur tamen usus hujuscemodi concisionis. Virgil. in IX. altaque certant prendere tecta manu sociumque attingere dextras, pro sociorum; i. e. nam hoc distinguit genus ex us in a in um) Sg. 121[b].

Cammaib (tamen) varians aliquid in scriptione (p. 72). Praecedit interdum, ut modo dictae conjunctiones, saepius autem postponitur: *camaiph thech. ainm.* (gl. tamen nominativos habeant: quaeritur cur, si mei pro ἐμοῦ et ἐμαυτοῦ et tui pro σοῦ et σαυτοῦ accipiantur et tamen nominativos habeant, sui, cum pro οὗ et ἑαυτοῦ accipiatur, non habeat nominativum? Prisc. 13, 5) Sg. 209[b]. *isamlid cammaib ataidsi in spu.* (gl. si tamen spiritus dei habitat in vobis) Wb. 4[a]. *manimchobrad rad dǽ dagéna cammaib* (gl. infelix ego homo, quis me liberabit de morte corporis hujus? gratia dei, Rom. 7, 24; i. e. si non me juvat gratia dei; faciet tamen) Wb. 3[d]. *ní gatda diib cammaif imnetha inbetho* (gl. si acceperis uxorem non peccabis et si nupserit virgo non peccabit, tribulationem tamen et curam habebunt hujus mundi) Wb. 10[b]. *ni cumcat camaiph ille 7 iste beta naithfoilsigthecha dondí asipse* (gl. non ille et iste referri ad pronomen ipse possunt, Prisc. 12, 1)

Sg. 198[a]. *ceso comprehensio literarum asberr camaiph rl.* (gl. syllaba est comprehensio literarum subsequens sub uno accentu et uno spiritu prolata, abusive tamen etiam singularum vocalium sonos syllabas nominamus) Sg. 21[a]. *iscuit airicc camai ni gaib airechas* (gl. invenio legem resistentem volenti mihi facere bonum, Rom. 7, 21; *camai* in codice pro *camaib, camaif*) Wb. 3[d].

Im. (autem, tamen), in codicibus cum lineola supra ducta supra *m,* etiam in Wb., in quo lineola non est signum duplicatae consonae (praep. *im,* cum linea supra *m* in Sg., in Wb. semper est aut *im* aut *imm*), sed breviatae scripturae. Supponenda igitur sub hac conjunctio eadem, quae in hodierna lingua scribitur *iomorra* (vero, autem), nisi praeferendum est interdum adverb. *immanetar* (vicissim, p. 569). Postponitur et haecce: *níthucci mo menme im̄* (gl. si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est, 1. Corinth. 14, 14; i. e. non intelligit autem mens, si aliena lingua loquor) Wb. 12[d]. *ithé sidi im̄ beta hícthi* (gl. qui secundum carnem sunt quae carnis sunt sapiunt, qui vero secundum spiritum . .; i. e. sunt hi vero, qui erunt salvati) Wb. 3[d]. *ciabeid cr..indibsi trefóisitin hirisse isbeo indanim trisodin ismarb incorp im̄ trisnasenpectu* (gl. si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est, spiritus vero vivit) Wb. 4[a]. *ní derscaigi dindhuiliu cheneul isdi hilib im̄* etc. (non differt ab omni genere, a multis autem . .; cf. p. 565 not.) Sg. 40[a]. Scriptio plenior quidem, sed nondum integra, *imr.* cum lineola supra ducta in Wb. 5[c]: *dosnicfa cobir cid mall bith maith imr. intain dondiccfa* (gl. veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem ab Jacob, Rom. 11, 26; i. e. veniet eis auxilium quamvis sero, erit autem bonum cum veniet). Obvia est interdum una cum *cammaif, noch: rocruthaigsem̄ar camaiph im̄ oenchárac. f tarhesi .p. cotinf. in epertaib latinn̄daib* (gl. nos autem antiquam scripturam servamus, in latinis tamen dictionibus nos quoque pro ph coepimus f scribere, Prisc. 1, 5) Sg. 9[a]. *noch ba ed ba riagolda im̄* (hoc tamen esset regulare) Sg. 66[b]. *noch im̄ ní rolsat som cumachtae n̄dé* (attamen non meruerunt potestatem dei; cf. p. 565 not.) Ml. 16[d].

e. ACT conjunctionis temporalis, significantis lat. *cum, quando,* exempla: *act rísa innem bimmi œcni et bimmi foirbthi uili* (cum assecuti fuerimus coelum, erimus sapientes et firmi omnes; leg. *rísam nem?* cf. p. 495) Wb. 12[c]. *bid maith momenmese act*

rocloor forcáinscéilsi (ero bono animo, cum audierim bonum nuntium de vobis) Wb. 23[d]. *act rocomalnither inso uile* (gl. tunc revelabitur; i. e. cum impletum fuerit hoc omne) 26[a]. *isand istualáng anerta act rachomalnathar rennaprecept* (gl. oportet episcopum esse amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari, Tit. 1, 9; i. e. tunc est aptus ad ejus confirmationem, cum impleverit ante ejus doctrinam) Wb. 31[b]. *act ni robat pecthe less* (gl. sic de pane illo edat, 1. Corinth. 11, 28; i. e. cum, si non fuerint peccata ei) Wb. 11[d]. Ita valde affinis significatio temporalis et conditionalis etiam in aliis exemplis: *am. rongab comadnacul dúun atá comesséirge act rocretem oipred dǽ* (gl. consepulti Christo in baptismo in quo et resurrexistis per fidem operationis dei, Coloss. 2, 12; i. e. ut est consepultura nobis, est consurrectio, si crediderimus operationem dei) Wb. 27[a]. *act ranglana tre athirgi* (gl. erit vas ad omne opus bonum paratum; i. e. si se purgaverit per poenitentiam) 30[b]. *act robǽ quies et tranquillitas regibus bieid dam dúnni andedesin* (gl. gratiarum actiones pro regibus ut quietam et tranquillam vitam agamus, 1. Timoth. 2, 2; i. e. si fuerit quies et tranquillitas regibus, erit etiam nobis haec utraque) 28[a]. Formula *act ropo, act rop* (cum fuerit, si fuerit) saepius significat lat. *dummodo: bíth and beos act ropo ituil dée* (gl. in quo statu vocatus est frater, in hoc maneat apud deum) Wb. 10[a]. *act ropo chon etarceirt innambélresin* (gl. fratres aemulamini prophetare et loqui linguis; i. e. dummodo fuerit cum interpretatione harum linguarum), *farcongair som tra sunt indsamuil precepte et labrad ilbélre act ropo cho torbu æcolsa* (praecipit ipse, Paulus, ergo hic imitationem doctrinae et locutionem linguarum, dummodo sit cum utilitate ecclesiae) 13[a]. *ni confil bas sciith lim act rop ar cr.* (non est mors onus mihi, si fuerit pro Christo) 18[a]. *ni imned lim act rop cr. predches et immerada cách* (gl. quid enim? dum omni modo sive per occasionem sive per veritatem Christus adnuntiatur; i. e. non tribulatio mihi, dummodo Christum praedicat et cogitat quivis) 23[b].

f. AN, DIAN (cum, si). Forma simplex *an* in his exemplis: *anaslui grien foafuined dosoi dondorient conaci anæscae* (gl. tunc sole occidente oritur luna plena, ut quisquis occidentem solem observaverit, cum eum coeperit non videre, conversus ad orientem lunam consurgere videat, Beda de temp. rat. c. 23; i. e.

cum observat solem occidentem, vertitur ad orientem, videt lunam; nisi est 2. pers., cf. p. 432) Cr. 33[b]. *andoforsat* (gl. condens, Victorius; i. e. cum condidit; verb. *doforsat* p. 275) Cr. 40[c]. *andusleicet inna rind* (gl. residentibus sideribus) Cr. 18[b]. *andonaidbdem* .i. *acosmiligm̄er dóli ecsamli* .i. *dochénelaib* 7 *airmib ecsamlib q. isécsamil acenél cet. fil isindí asmare* 7 *asnilus* (gl. nomina demonstrativa possumus diversa ostendentes ad diversa referre, ut si aspicientes mare dicamus, talem esse Nilum, cum sit Nilus masculini, mare autem neutri, Prisc. 13, 6; i. e. cum demonstramus, conferimus res diversas etc.) Sg. 211[a]. *arrucestaigser frissinnebride* (gl. nuper cum Ebraeo disputans; i. e. cum disputasti) Ml. 2[d].

Dian (e *do-an?* cf. p. 598) significationis magis conditionalis: *robad bethu dom dianchomalninn* (gl. mandatum quod erat ad vitam; i. e. esset vita mihi, si implerem) Wb. 3[c]. *arnadenmis cum nobis airdiandenmis cum me. dogenmis dam cum nobis* (gl. noluimus cum me et cum te dicere, ne eadem computatione adjungendum esset cum nobis; i. e. ne faceremus cum nobis, nam si faceremus cum me, faceremus etiam cum nobis) Sg. 203[a]. *diambed dim neu. far cétnu diull ropad far nóeñdeilb nobbiad a ainmnid huath.* 7 *hil.* (gl. nullum neutrum nec primae nec quintae declinationis potest inveniri, nec idem esse singularis nominativus neutri generis in a desinens nec nominativus pluralis, Prisc., 6, 1; i. e. si esset ergo neutrum secundum primam declinationem, quod esset secundum idem paradigma, esset *a* nominativus singularis et pluralis) Sg. 90[b]. *diambad mathi ropia indfochricc dobérthar dúnni* (gl. eandem habentes remunerationem, dilatamini et vos 2. Corinth. 6, 13; i. e. si estis boni, erit remuneratio quae dabitur nobis) Wb. 16[a].

g. MA (si) apparet aut in hac forma simplici aut etiam in auctis. Forma simplex: *bid samlid bid bidbethu ma marbitir facta carnis* (gl. si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis; i. e. erit ita vita aeterna, si mortificantur f. c.) Wb. 4[a]. *ni condigénte . . . marufeste* (non faceretis, si sciretis) 9[d]. *isdígal mani comollnither side* (est vindicta, si non impletur haec, lex) 2[c]. Pro *mani* occurrit et *mini: armini bed crois nibiad etrad* (nam si non esset luxuria, non esset libido) 9[d].

Formae auctae oriuntur accedentibus in fine fragmentis verbi

substantivi, *-d* et *-su* vel *-ssu,* si obtinet singularis numerus subjecti, *-t* et *-tu,* si obtinet pluralis.

MAD, MASU: *mad tairismech hifochidib et mad maith á gním* (gl. mercedem accipiet; i. e. si constans est in tribulationibus et si bona actio ejus) Wb. 8[d]. *act mad melltach lassinfer* (gl. mulier sui corporis non habet potestatem, sed vir; i. e. sed si placet viro), *act mad oéntu dúib occa* (gl. nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus; i. e. si unitas vobis in eo), *mad cotecht di cofer* (si aditus ei, feminae, ad virum) Wb. 9[d]. *masu chundubart* (gl. quid dicit scriptura? i. e. si dubium est) Wb. 4[d]. *massu thol atomaig do* (gl. si volens hoc ago) 10[d]. *massu rect firianigedar cách ní airic ní césad cr. am. sodin* (gl. si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est) 19[b]. *massu ní imdibe ní torb césad cr.* (leg. *torbe?* si est aliquid circumcisio, non prodest passio Chr.) 20[b]. *masued doroigaid* (gl. dicite mihi, qui sub lege vultis esse; i. e. si hoc elegistis) 20[a]. *maso dorchide lanech apredchimmeni ni lanech nodchomalnadar act is lanech nadidchreti* (gl. quodsi etiam opertum est evangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum; i. e. si obscurum est alicui quod praedicamus, non ei qui id implet, sed ei est, qui id non credit) Wb. 15[b].

MAT, MATU: *mathé na briathrasa forcane* (gl. haec proponens bonus eris minister; i. e. si haec sunt verba quae praecipis) Wb. 28[c]. *mat anmann adiechta emnatar and isécen comacomol hisuidib* (gl. nomina diversa, si ad unum referantur, sine conjunctione oportet ea proferre, nisi adjectiva geminentur, ut pius Aeneas, Marcus Tullius Cicero, Prisc. 11, 2; i. e. si nomina adjectiva geminantur, necessaria est conjunctio in his) Sg. 189[b]. *matuhé ata horpamin* (gl. si qui ex lege heredes sunt, abolita est promissio) Wb. 2[c].

h. CE, CI, CIA, significat lat. *quod* et *quamvis,* in forma simplici obvia et in formis auctis, ut praecedens conjunctio.

Forma simplex, reddens pronomen *quid, quod* (p. 361), reddit etiam conjunctiones latinas *quod, quia: atluchur do dia cerubaid fopheccad* (gl. gratias ago deo quod fuistis servi peccati, non estis) Wb. 3[b]. *isburbe dom cia dognéo moidim* (gl. in insipientia dico; i. e. est stultitia mihi, quod facio gloriationem) 17[c]. *naba thoirsech cia beosa hicarcair* (gl. noli erubescere me vinctum;

i. e. ne sis tristis, quia sum in carcere) 29[d]. *cia beith incum̄asc andsom* (gl. nec mirum, nam etc.; i. e. quod est confusio in eis; antecedit: etiam numeros confundit, pronom. sui, sibi, se) Sg. 197[b].

Frequentissimus tamen usus hujus particulae est pro lat. *quamvis, quamquam, etsi.* Exempla quaedam (inter quae formam *ce* usurpantia infixam post eam particulam verbalem *no* exhibent): *cenotad maicsi raith dam ni dílgibther duib* (quamvis sitis filii gratiae etiam, non ignoscetur vobis) Wb. 33[a]. *cenodfil chotarsnataith etarru* (gl. quamvis habeant aliquid contrarium) Sg. 29[b]. *ciarudchualatar ilbélre et cenuslabratar nipat ferr de* (quamvis audiverunt varias linguas et eas loquuntur, non sunt meliores) Wb. 12[d]. *ciatbela indalanái ni epil alaill* (gl. quamvis intereat, non interimit secum etiam illud, aliud, Prisc. 2, 5) Sg. 30[a]. *ciasbiursa ds. iude. et ds. gen. unus est ds.* (quamvis dico deus Judaeorum et deus gentium, unus est deus) Wb. 2[b]. *ciabeid cr. indibsi . . . ismarb incorp* (quamvis est Christus in vobis, est mortuum corpus) Wb. 4[a]. Coalescit cum formis verbi substantivi: *cebtar hé riam* (quamvis fuerunt antea), *cíarbu, cíarbo* (quamvis fuit, pro *cebatar, ciarobo;* cf. *nírbo,* non fuit) Wb. 4[a]. 13[b].

Sunt formae auctae *cid, cesu, ciasu* ante singularem numerum, et *cit, cetu* ante pluralem subjecti.

CID, CIT (quamvis est, quamvis sunt): *cid do uáir* (gl. etsi ad horam; i. e. quamvis sit) Wb. 16[b]. *cid glicc et cid sulbir ocaisn̄dís* (gl. videte nequis vos decipiat per philosophiam; i. e. quamvis sit sapiens et eloquens in disserendo) Wb. 27[a]. *itcorp inboillsin cit íli* (gl. omnia membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt; i. e. sunt corpus haec membra, quamvis sunt multa) Wb. 12[a]. *cit imdi far forcitlidi* (gl. si decem milia paedagogorum habeatis; i. e. quamvis sint multi vobis praeceptores) Wb. 9[a]. Transgrediuntur saepius in significationem lat. *sit adeo, sint adeo,* vel solius lat. *adeo, etiam* in positione absoluta: *cid aingel dianglib nime predchas duibsi nicretid dó* (sit adeo angelus de angelis coeli, qui praedicet vobis, non creditis ei) Wb. 18[c]. *cit sochudi bid huathad creitfes diib* (gl. si fuerit numerus tamquam arena maris etc.; i. e. sint adeo plurimi, singularis credet ex iis) Wb. 4[d]. *atá diṡerc lalait. inna grec coseich. cid acomroircniu* (est amore apud Latinos Graecorum, ut sequantur adeo eorum errores)

Sg. 1[a]. *ní comalnat som cid feissne recht* (gl. neque qui circumciduntur, legem custodiunt, Galat. 6, 13; i. e. non implent ii adeo ipsi, ne ipsi quidem implent, legem) Wb. 20[c]. *cid etir na cumcai* (gl. etiam inter angores maximos) Ml. 18[d].

CESU, CIASU: *cesu dechor* (gl. invenitur tamen; i. e. quamvis sit differentia) Sg. 41[b]. *cesu meinciu aranecar. . . arecar dam* (quamvis frequentius invenitur, invenitur etiam) Sg. 137[b]. *ciasu icolinn am béosa isiress cr. nombeoigedar* (gl. quod nunc vivo in carne, in fide vivo filii dei) Wb. 19[a]. *ciasu airegdu infer* (quamvis superior vir, muliere, sit neuter sine altero) Wb. 11[c].

CETU: *cetu chumascthai* (gl. in promiscuis tamen invenimus, Prisc. 5, 2; i. e. quod sunt promiscua in genere, nomina) Sg. 62[a]. *ni airegdu apersansom oldaas persan nanabstal olchene ceto thóisegu iniriss* (gl. ii qui videbantur esse aliquid, Galat. 2, 6; gl. petur et iacob et ioh.; i. e. non superior persona eorum, quam persona ceterorum apostolorum, quamvis sunt priores in fide) Wb. 18[d]. *ataat persin in noe. 7 in par. ceto écintecha* (gl. personae finitae sive infinitae; i. e. sunt personae in nomine et participio quamvis infinitae) Sg. 203[b].

Addo hic ob significationem ADAS ex his locis codicis Sg.: *adas* (gl. quamvis) 7[b]. 16[a]. *adas* (gl. quanquam) 17[a]. *adaas* (gl. quamvis) 193[a]. *arindi l. adas* (gl. eo) 190[a].

i. CE — CE, IM — IM (sive — sive) conjunctiones disjunctivae duplicatae. Forma simplex *ce — ce: cenonmolid cenonairid ni tabir uáil na toris fornn* (gl. per gloriam et ignobilitatem, exhibeamus nosmet ipsos sicut domini ministros; i. e. sive nos laudatis sive reprehenditis, non dat superbiam vel tristitiam nobis) Wb. 16[a]. Formae auctae *ced — ced, cid — cid: isbeic lim inbrígsin cedmolad cedtatháir domberaidsi domsa isbeicc limsa abríg* (gl. mihi pro minimo est, ut a vobis dejudicer; i. e. parvi mea interest, sive est laus sive reprehensio quod fertis mihi, parvi mea id interest) Wb. 8[d]. *cidcían cidgair* (gl. lex in hominem dominatur quanto tempore vivit; i. e. sit longo, sit brevi) 3[c]. *cid precept cid labrad ilbélre bed am. asinbiursa dogneither* (sive est institutio sive locutio variarum linguarum, fiat ita ut dico) 13[a]. *cid bec cid mar indinducbál ódia* (sive parva est sive magna gloria a deo) Sg. 2[a]. *cid maith cid olc cid álind cid etig* (gl. qualitas), *cid bec cid már* (gl. quantitas: nomen appellativum naturaliter

commune est multorum, quos eadem substantia seu qualitas seu quantitas generalis vel specialis jungit, Prisc. 2, 5) Sg. 28[b]. Inde etiam conjicienda est constructio *cit* — *cit*.

Im — *im* (= *imb* — *imb*, i. e. *in ba* — *in ba*, ut videtur, cum particula *in* primitus interrogativa) formae simplicis: *sech-iphé imdodia imdopheccad* (gl. servi estis ejus cui obeditis; i. e. qualecunque est sive deo sive peccato) Wb. 3[b]. Expressa legitur verbi substantivi, scilicet radicis *ba*, forma nuda *b* ante vocales, interdum etiam plenior: *imbinógi imbilánamnas am. dorograd bid samlid* (gl. unumquemque sicut vocavit deus, ita ambulet; i. e. sive est in coelibatu sive in conjugio, ut electum est, ita sit) Wb. 10[a]. *imbem imbethu imbem imbaás bad lessom* (gl. sive vigilemus sive dormiamus, simul cum illo, Christo, vivamus; i. e. sive sumus in vita sive in morte, sit cum eo) Wb. 25[c].

Loco secundae conjunctionis duplicatae occurrit FA (pro *ba* sine part. *in*; cf. inter particulas interrogantes sub n. 3 interrogationem bipartitam: *imba bás ba bethu*): *sechib grád imbether and impóge falánamnas* (quicunque est status, in quo vivitur, sive est coelibatus sive conjugium) Wb. 10[a]. *imbicéin fainaccus beosa* (gl. sive cum venero sive absens; i. e. sive sum in remoto sive in vicino) Wb. 23[b]. *cosmail leiss cacha orr imcara fá æscare* (gl. marg. ad: parricida, gl. *cosmailoircnid;* i. e. par ei cujusvis occisio, sive est carus sive inimicus; *orr* breviatum *orcun?*) Sg. 12[b]. *imtri dígbail fa thormach indírśuidigud ceille l. suin* (gl. quocunque modo derivata, orationis pars) Sg. 188[a].

k. EMITH — EMITH (tam — quam), conjunctio obvia mihi in solo codice Sg.: *emith* (gl. tam), *emith* (gl. quam: auctoritate tam Graecorum quam Latinorum) 5[b]. *emith ifogur* (gl. nec in sono), *emith* (gl. nec, in sententia: Carthago et caput, sive per c sive per k scribantur, nullam faciunt nec in sono nec in potestate ejusdem consonantis differentiam) 6[b]. *emith lasnahí* (gl. tam cum habentibus casus), *emith* (gl. quam etiam cum non habentibus) 27[b]. *emid di fiur* (gl. tam de mare, quam de femina dicitur hebes) 66[a].

2. Conjunctiones nominales: *méit, céin, dég, óre, amal, intan.* Naturam nominum adhuc ostendunt eo, quod in sequente verbo postulant formam relativam vel, si fieri potest, pronomen relativum infixum vel praefixam notam relativam *no,* ante

m̃edias *n* (*m* ante *b*). Quae formae relativae etiam post conjunctiones quasdam compositas e pronomine et praepositione, e. gr. *arindí, lase,* sequuntur.

MEIT (subst. fem., gen. *méite,* = cambr. *meint,* magnitudo) conjunctionis munere fungitur in formulis *méit* — *méit* (tantum — quantum), *nihed améit* — *act* (non tantum, non solum — sed): *méit donindnagar fornni fochith issí méit insin donindnagar indíthnad* (gl. sicut abundant passiones ita et abundat consolatio; i. e. quantum tribuitur nobis tribulationis, tantum tribuitur etiam consolationis; *n* relativa in *do-n-i.*) Wb. 14[b]. *nabad hed améit nadmbǽ rl.* (gl. nec nominetur in vobis, fornicatio; i. e. non solum ne sit, sed nec nom. etc.) Wb. 22[b]. *nihed amet asned asech. creui intan mbis pro cresco acht is. intain mbís pro uideo* (gl. cerno, crevi; i. e. non solum est praeteritum crevi cum est pro cresco, sed etiam cum est pro video; *is.* leg. *isamlid*) Sg. 182[b]. *ni hed amét ascoitchen araccuis indattaircedo* (gl. non solum relationis causa, sed etiam etc.) Sg. 200[a]. Idem loquendi modus in Wb. 5[b]: *insí ameit friscomartatar* (gl. numquid sic offenderunt? i. e. num est haec ejus magnitudo, qua offenderunt? num tantum off.?).

CÉIN (quam longe, quam diu, dum): *céin asmberr* (gl. dum dicitur), *céin bes nuiednise gnid cach dagním* (quamdiu est novum tempus, faciat quivis bonam actionem) Wb. 33[a]. *céin bas mbéo infer* (gl. quanto tempore vir ejus vivit, mulier alligata est) Wb. 10[b]. *inmug céin m̃biis ocfognam* (servus quamdiu est in servitio; cf. infra: *am. ñguidess, intan m̃biis*) 8[b]. *céin m̃bimme in corpore* (quamdiu sumus in c.), *céin romból in carne* (dum fuit in c.) 12[c]. 21[b].

Ejusdem vocabuli forma CEINE: *ceine nosoifesiu. ceine nosoisiu huáim* (gl. donec, i. e. verteris a me) Ml. 33[a]. Cf. adverb. *dichéin* (e longinquo, dudum, aliquando) et adj. *cian* (remotus).

DÉG (quia, quoniam; subst. causa, cum gen. in Sg. 201[b]: *deg indainmnedo hó choms.,* gl. itaque regula exigit etc., Prisc. 12, 5), cum mox sequente *óre,* et infra sequentibus *ol, ar, arindí,* conjunctio causalis: *robu anfiss dosom inrolég fanacc dég rombu écñdairc do* (erat inscitia ei, patri, num legerit, filius, necne, quoniam erat absens ab eo) Sg. 148[a]. *isdiriuch andechor deg cinte*

persana (gl. super omnes alias partes orationis finit personas pronomen, rectissime tertiarum quoque personarum differentia distincte profertur, Prisc. 12, 1; i. e. est distincta earum differentia, quia definiunt personas) Sg. 197[a].

ÓRE (quia; subst. idem significans cum praecedente?), conjunctio frequens, variatis etiam scriptionibus *uare, hóre, huare: óre donécomnacht spm. scm.* (gl. deo meo; i. e. quia impertitus est; *do-n-éc.*), *isdia som domsa hóre nocretim ihu. xpo.* (est deus mihi, quia credo J. Chr.), *húare rocreitset ardlathi inbetho cretfed cách iarum* (quia crediderunt summae potestates mundi, credet quisque postea) Wb. 1[a]. *hore nondobmolorsa* (quia laudo vos; *no-n-d.*, cf. p. 336) Wb. 14[c].

AMAL, compendio scripturae codicum plerumque AM. (ut, sicut; subst. similitudo, instar, cum gen. in Sg. 24[a]: *am. inlochairnn ṅaffracdai*, gl. quasi laterna punica, et in Wb. 10[b]: *am. innahí nadtectat. am. ndhí nádchiat. am. nahí nadchrenat*, gl. tamquam non habentes, non flentes, non possidentes; i. e. instar eorum qui non etc., cf. adv. *samlid*, ita, p. 564, et subst. adj. *cosmil, cosmilius*, similis, similitudo, *intamail* = *intṡ.*, imitatio): *am. nondubcairimse carad cách. . .* (ut ego amo vos, amet etc.), *am. rondobcarsamni* (ut amavimus vos; *no-n-d., ro-n-d.*, cf. p. 336) Wb. 23[c]. 25[a]. *am. ṅguidess athir amacc. robgadammarni* (gl. tamquam pater filios suos deprecantes vos, 1. Thessal. 2, 12; i. e. ut deprecatur pater filium suum, rogavimus vos) Wb. 24[d]. Scriptio plena in his locis codicis Wb.: *amal foruigensid do peccad fognid do fírinni* (ut servivistis peccato, servite justitiae) 3[b]. *amal isilóu bad sochrud arnimthecht* (gl. sicut in die honeste ambulemus) 6[a]. *amal donuic testimni ó altorib innan ídol dothaidbsiu indæe infolngithi* (gl. iis qui sine lege erant, tamquam sine lege essem, factus sum, 1. Corinth. 9, 21; i. e. ut sumsit testimonia ex altaribus idolorum ad demonstrationem dei ignoti; sequitur glossa latina: *ueri dei ut dixit uidi aram in quo scriptum erat ignoto deo*) Wb. 10[d]. *isamal bid fri cr. frisorthe* (gl. in Christo peccatis percutientes conscientiam infirmam, 1. Cor. 8, 12; i. e. est ut, acsi contra Christum offenderetis) Wb. 10[c]. In eodem codice notat altera manus rarior: *amail* (gl. prout potestis), *amail ata* (gl. ut corpora sua, viri debent diligere uxores suas; i. e. acsi essent) 21[c]. 22[c]. In Sg.: *inna olcsa amal ni-*

bed .ad. and (gl. additionis quoque est praepositio ad, ut ad haec mala, Prisc. 14, 3; i. e. haec mala, acsi non esset ad hic) 217[a].

INTAN, INTAIN (cum, quando; subst. *tan*, tempus), conjunctio temporalis, ut supra allata *act*, et infra sequens *lase*. Nota relationis duplex quoque in formula *intan m̃bis, intain mbíis* (cum est) frequente in Sg., e. gr.: *iss. asber infer intan m̃bis ocindoipred .fotuo goithimm.* (gl. futuo, nubo, verba quae naturaliter ad mares pertinent vel ad feminas, Prisc. 11, 3) 190[b]. Exempla e Wb.: *isand fortéit sps. arnénirtini intain bes ninun accobor lenn* (gl. spiritus adjuvat infirmitatem nostram; i. e. tunc adjuvat infirmitatem nostram, cum est eadem voluntas nobis) 4[a]. *intain nombíu ocirbáig* (cum glorior) 20[a]. *in intain rombói in circum. in intain rombói in ppu.* (gl. in circumcisione an in praeputio?) 2[c]. *nípa ammithiu intain ronicfea* (gl. veniet cum ei vacuum fuerit, 1. Cor. 16, 12), *intain ronicub féin* (gl. praesens: hoc absens scribo ut non praesens durius agam; i. e. cum veniam ipse) 14[a]. 18[b]. *intan durairngert dia duabracham amaithsin ducuitig tarais fadeissin arnirobe nech bad huaisliu taratoissed* (gl. Abrachae promittens deus, quoniam neminem habuit per quem juraret majorem, juravit per semet ipsum, Hebr. 6, 13) 33[d].

Sunt haud dubie etiam alia substantiva ejusdem usus et constructionis, e. gr. *cruth* (modus) in Sg. 109[a]: *inchruth donelltar mús issam. doellatar monosyllabae* (modo quo declinatur, ut declinatur mus, ita declinantur monos.). Post praepositiones eodem modo constructas defecisse pronomen demonstrativum putandum est, ita ut sit e. gr. in Sg. 25[b]. 40[a]: *ol asrann* (gl. quod pars est), *ol donecmaing̃* (gl. quod accidit) pro *ol suide, ol sodin* (propter id quod etc.) cum formis relativis *as, do-n-e.*, ut sequuntur post *arindí, lase.*

3. Conjunctiones pronominales. His adnumerari poterunt inter praecedentes vel sequentes series locatae quaedam plurimum compositae, e. gr. *ce, cid, cit, cesu, cetu, airindí, lase;* hoc tamen loco profero exempla quaedam tantum simplicium *ém* et *didiu*, prononinum primitus (p. 357. 358), sed transeuntium in significationem conjunctionum.

ÉM, ÁM (autem): *cid æm nodomberasa cucuibsi. ni. desidero enim* (gl. desidero enim: obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos.

Desidero enim videre vos, Rom. 1, 10. 11; i. e. quid autem ducet me ad vos? resp. desid. etc.) Wb. 1[a]. *am. ni risinse dobarcoscsi riccubsa ǽm* (gl. tamquam non adventurus sim ad vos, sic inflati sunt quidam; veniam autem ad vos cito, 1. Cor. 4, 19) Wb. 9[a]. *ammi fáilti ǽm calléic in tribu.* (gl. quasi tristes, semper autem gaudentes, 2. Cor. 6, 10; i. e. sumus gaudentes autem quisque in tribulatione) Wb. 16[a]. *raǽra dia duún ǽm* (gl. ipse autem deus et pater noster dirigat viam nostram ad vos, 1. Thessal. 3, 11) Wb. 25[a]. *indinne bís indib riam* .ı. *inne ainm̄nichthe. issí ám inne ainmnich. guthaich. atercbál treofesin* (gl. quas si flectas, mutas, vocales, significatio quoque nominum una evanescit, Prisc. 1, 3; i. e. significatio quae est in eis antea, significatio denominationis; est ea autem significatio nominationis vocalium earum prolatio per se) Sg. 4[b]. *iss. ám anécóir putare rl.* (gl. quid autem sic incongruum, quam . . . . putare? Prisc. 13, 6) Sg. 211[a]. Formulae *noch ǽm* exempla supra prolata sunt (p. 667).

DIDIU (eo, igitur, autem): *ní óg thindnacal. . . andudesta didiu* (non plena receptio, . . . quod deest inde, igitur) Wb. 1[a]. *ní ecen athodiusgud asreracht cene islour dún didiu creitem incholnichtho et esséirgi* (gl. quis descendet in abyssum? id est Christum a mortuis revocare, Rom. 10, 7; i. e. non necesse eum suscitare, resurrexit jam; sufficit nobis igitur fides incarnationis et resurrectionis) Wb. 4[d]. *nitat torbi fritoil dée isdiliu lemm didiu ani astorbǽ oldaas ani asdílmain* (gl. omnia mihi licent, alimenta, sed non omnia expediunt, 1. Cor. 10, 22) Wb. 11[b]. *isand didiu fortéit sps. . . . ninfortéitni inspirut ocsuidiu ished didiu forthéit inspirut intain. . .* (gl. similiter autem et spiritus adjuvat infirmitatem nostram, Rom. 8, 26) Wb. 4[a]. *nipu nach derninnse ǽm act ní tuccfither rún inna cruche mad sulbair et mad án inprecept crux didu ainm dogním inchrochtho acht tremiberar disuidiu conid aimm dunchrunn* (gl. non misit me Christus baptizare sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi, Rom. 1, 17; *didu* pro *didiu*, ut in dativo substantivorum in *-iu* et *-u*) Wb. 8[a].

4. Conjunctiones e praepositionibus sumtae vel cum eisdem compositae: *ó, ar* (*arindí, aran*), *ol* (*oldaas, oldate, indaas*), *sech, con, occo, lase.*

Ó (praep. ex), conjunctionis loco ante verbum: *ó domanicc*

foirbthetu ni denim gnimu macthi (ex quo venit mihi firmitas, non facio actiones pueriles) Wb. 12[c].

AR, AIR (nam, enim; praep. ad, pro, propter): *arciaricc, arciric* (gl. quid enim?) Wb. 2[a]. Cr. 33[b]. *arnibiad rath dílgotho. . . arisdígal manicomollnither side* (gl. lex enim iram operatur, Rom. 4, 15; i. e. nam non erit gratia remissionis, nam est vindicta, si non impletur haec) Wb. 2[c]. *airisdia docách isinchétne tuiste* (gl. primum quidem gratias ago deo meo, Rom. 1, 8; i. e. nam est deus cuivis in prima creatione) Wb. 1[a].

Jam hujus simplicis conjunctionis sensus esse potest relativus lat. *quod, quia,* ut in Wb.: *connách moidea nech arbed áarilliud nodnícad* (gl. ut omne os obstruatur; i. e. ne glorietur aliquis, quod sit suum meritum, quod salvatus sit) 2[b]. *isairi isindocbál cr. predchimme arni predcham arnindocbáil fanisin* (gl. non enim nosmet ipsos praedicamus sed Jesum Christum; i. e. ideo est gloria Christi quam praedicamus, quia non praedicamus nostram ipsorum gloriam) 15[b].

In eadem significatione ARINDÍ, AIRINDÍ (pro eo quod, i. e. quia), eadem scilicet praepositio cum dat. pronominis demonstrativi *intí*, plerumque invenitur in codice Sg.: *ni arindí bed leth ṅgotho nobed indibsem* (gl. semivocales plenam vocem non habent; i. e. non quod esset dimidium vocis in eis, pergitur latine post hibernica: sed quia plenam vocem non habent sicut vocales) 5[a]. *érrethcha airindí asrenat frecrae dondim̄chomurc* (gl. relativa vel redditiva; i. e. redd. quia reddunt responsum interrogationi) 27[a]. *diairisin doratad foir anainm̄sin. . . ní airindí roṅgenadsom isindlucsin* (gl. marginalis, ut videtur ad nomen Euripidis; i. e. ideo datum ei hoc nomen, . . . non quia natus est in eo loco) 31[a]. Saepius in eodem codice 33[a]: *airindí atreba leiss adrad martis* (gl. Martius; i. e. quia est in eo adoratio Martis), *air indí atreba æsorcuin* (gl. caesareus), *atir romanach arindí atrebat romáin and* (gl. romanus ager), et in aliis quibusdam exemplis jam supra (p. 359) allatis.

ARAN (ut) poterit haberi similis antecedenti junctio (an praepositionis cum accusativo articuli generis neutrius? quod *an* scilicet deest, si obtinet negatio, et sequitur regulas articuli *an*): *ishecen sainecoscc leosom . . . aranepertar isdoimmarchor chóre dotíagat indfirso* (gl. scriptum est: quam speciosi pedes evangeli-

zantium pacem, Rom. 10, 15; i. e. necessarius est proprius habitus eis, . . ut dicatur, ad conservandam pacem agunt hi viri) Wb. 5ª. *isdobartinchosc arandernaid andogniamni* (est ad vestram instructionem, ut faciatis quod nos facimus) Wb. 16ª. *arangaba cách desimrecht de* (gl. communicatio fidei tuae evidens fiat; i. e. ut sumat quivis exemplum inde) 32ª. *arasechemmar abésu som* (gl. et propter nos scriptum est; i. e. ut sequamur mores ejus) 2ᵈ. *gigestesi dia linn arafulsam arfochidi* (gl. adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis; i. e. oratis deum pro nobis, ut toleremus tribulationes nostras) 14ᶜ. *ished asbeirsom híc aratartar airmitiu féid donaib preceptorib* .1. *aracomalnither q. dunt.* (dicit hoc, ut feratur honor qui debetur praeceptoribus, ut impleatur quod dicunt) 15ª. Ante medias, excussa *a*, obviae et formae ARN, ARM: *arńdomroibse fochricc* (gl. omnia sustinemus; i. e. ut sit mihi merces) Wb. 10ᵈ. *armbad irlamu de donbúaith* (gl. qui in agone contendit ab omnibus se abstinet; i. e. ut sit promtior ad victoriam) 11ª. Formarum *arimp, arndip, airndip* (ut sit), coalescentium cum verbo substantivo, exempla supra (p. 485).

Interdum eadem conjunctio et praecedit imperativum: *araroib saingné fornaib gnímaib inna preceptore* (esto proprius habitus in actionibus praeceptorum) Wb. 5ª. *arascrúta cid forchana dohícc cáich* (gl. oportet episcopum esse amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, Tit. 1, 9; i. e. scrutetur, quod praecipiat ad salutem cujusvis) 31ᵇ. *am. fongní cach ball dialailiu isincorp arafogna talland cáich uanni dialailiu arammi óin chorp hí cr.* (ut servit quodvis membrum alii in corpore, serviat facultas cujusvis e nobis alii; nam sumus unum corpus in Christo) 12ª. *am. ata cáinchumracig sid armba cháinchomraccachso* (gl. sectare pacem cum his qui invocant dominum de corde puro; i. e. ut sunt benevoli hi, sis benevolus tu; *sid* in codice negligentius pro *sidi*) 30ᵇ.

Cum negatione *na* conjunctio fit ARNÁ. Exempla infra in negatione (n. 4).

OL (quod, quia; praep. super) cum pronomine demonstrativo *suide, sodin*, eundem sensum, ut *airindí*, profert in Sg.: *olsodain assainreth doneuter* (gl. Gadir Salustius neutrum esse ostendit, accusativum nominativo similem ponens, Prisc. 5, 3; i. e. quia hoc est peculiare neutro) 65ª. *graif foraib olsodain as-*

sainreth do rems. (gravis in eis, quia hoc est peculiare praepos.) 213[a]. Etiam si deest pronomen, cum formis relativis (p. 677) significatur idem: *ol donecmaing* (gl. quid autem? quod accidit inter tres vel plures, non tamen ad totum etc.? Prisc. 3, 1; i. e. quia accidit) Sg. 40[a]. *ol asrann* (gl. quod pars est: differt dictio a syllaba non solum quod syllaba pars est dictionis, sed etiam quod dictio dicendum aliquid habet, Prisc. 2, 3) Sg. 25[b]. *cid armad machdad anísin olatá lee dam aningnadso* (gl. nec mirum cum etc., Prisc. 9, 4; i. e. quid habere mirum hoc, quod est in eo, verbo, etiam hic usus?) Sg. 167[a]. Porro in pluribus locis ejusdem codicis suprascribitur *ol* supra *quod,* si est pro *quia.*

Significationi praepositionis *ol* propior est conjunctio *ol,* quae post comparativos significans lat. *quam* consuevit addere formas verbi substantivi *tá: issochrudiu láam oldósa olcoss* (est nobilior manus quam ego sum, quam ego, quam pes) Wb. 12[a].

Frequentius obviae sunt formae relativae ejusdem verbi coalescentis cum conjunctione, OLDAAS et OLDATE, si subjectum est tertiae personae, aut singularis aut pluralis. Exempla supra (p. 478).

Pro hac tamen compositione, obvia in Wb. et Sg., INDAAS exhibet codex Mediolanensis, in quibusdam locis *inda as,* separato distincte *as,* in aliis tamen et junctim *indaas, indas: ised berat indheritic aslaigiu deacht maicc inda as deacht athar aris hoathir arróet macc cumachtae islaigiu dim intí arafoim inda as intí honerc[i nert] 7 is[laigiu] intí danaigther inda as intí nad danaigedar* (gloss. marg.: audent cui datum sit imperium et per hoc minorem unigenitum filium a parte deitatis accipere; i. e. hocce dicunt haeretici, quod est minor deitas filii quam est deitas patris, nam a patre accepit filius potestatem; est minor ergo is qui accipit quam est is a quo habet vim, et est minor qui donatur quam is qui non donatur) 17[c]. *asberat som aslaigiu deacht maicc inda asdeacht athar* (gl. contra haereticos) 24[d]. *air immou ruicim les mairchissechtae inda asdigal dothabair form* (gl. sum miserationis magis; i. e. nam magis indigeo indulgentiae quam est vindicta danda mihi) 22[c]. *indaas artomusnai .i. intomus inchumachtai fil linni islaigiu son indaas chumachtai doinachtae crist* (gl. quam est nostra mensura; i. e. mensura potentiae, quae est nobis, minor est quam potentiae humanitatis Christi) 26[b]. *ni mesa indas talam fortires-*

(gl. vestra terra; i. e. non pejor quam est terra vestrae regionis) 34[a]. Si occurreret *indate,* adesset plena analogia cum illis ante memoratis formulis. Ortae et hae e praep. *in* pro *ol* usurpata cogitari poterunt, quae quidem post comparativum, quamvis in alio sensu, legitur in Sg. 40[b]: *corop máa inóenśill. incomparit iss. aschóir* (ut sit major in una syllaba, i. e. major una syllaba comparativus, quam positivus, hoc est necesse). Hodierna particula hibernica post comparativum est *iona,* corrupta ex *inda, indas.*

SECH (quamquam; praep. secundum, ultra): *sech is óen spirut fotdáli* (gl. datur alii sermo, alii gratia etc., secundum eundem spiritum; i. e. quanquam est unus spiritus qui dispensat) Wb. 12[a]. *sech ba foirbthe a aires sidi* (gl. consenserunt ceteri Judaei ita ut Barnabas duceretur ab eis, Galat. 2, 13; i. e. quanquam firma erat fides hujus) Wb. 19[a]. *sech ni thartsat som ní comtachtmarni* (gl. nulla mihi ecclesia communicavit in ratione dati et accepti nisi vos soli, Philipp. 4, 15; i. e. quamvis non tribuerunt aliquid, adivimus) Wb. 24[b]. Forma coalitione cum verbo substantivo orta *sechib, sechip,* vel etiam *sechi,* i. e. ut sit, transit in significationem lat. *quicunque: sechib grád imbether and* (ut sit gradus, quicunque sit gradus, in quo vivitur) Wb. 10[a]. *sechiphé dán doberthar doneuch* (quodcunque sit donum quod datur alicui) Wb. 13[a]. *adgenammar aséis sechiphé nodapredcha* (gl. non ignoramus cogitationes ejus; i. e. scimus ejus cogitationes, quicunque sit qui eas praedicat) 14[d]. *sechié cretes tucfa runa* (quicunque credet, intelliget mysteria) 15[b]. *sechihed rii aless arintaibrid di* (gl. assistatis ei, Phoebae sorori, in quocunque negotio vestri indiguerit) 7[b]. *sechitatné* (gl. quibuscunque) Cr. 35[d]. Addo formulam *sechichruth* significantem lat. *dummodo: sechichruth dondrón* (gl. si quo modo ad aemulandum provocem, Rom. 11, 14), *saichicrud* (gl. dum omni modo) Wb. 5[b]. 23[b].

CON duplicis sensus, significans aut lat. *ut* aut *donec* (cf. praep. *con* cum dat., *co* cum accus.).

Significatio lat. *ut: conidbarat acorpu* (gl. tradidit illos deus in immunditiam, ut contumeliis afficerent corpora sua; i. e. ut immolarent c. s.) Wb. 1[b]. *coarfemat* (gl. ut excipiant; legend. *con?*) Ml. 15[d]. *conafitir nech diæcnib indomuin* (gl. sapientia quae abscondita est; i. e. ut nesciat aliquis e sapientibus mundi) Wb.

8[b]. *connách moidea nech* (gl. ut omne os obstruatur; i. e. ne glorietur aliquis) Wb. 2[b]. De junctis *cono* et *conro, coro,* et de forma *cond* in *condib, condid* (ut sit), *condumfel* (ut sim) supra dictum est (p. 335. 416. 485).

Significatio lat. *donec: corricci se* .ı. *conricci innaimsir hitaam* (gl. usque adhuc; i. e. donec attingit hoc, donec attingit tempus quo sumus) Wb. 9[a]. *conricci inso béssi indepscuip* (hactenus mores episcopi) 31[b]. *conrici andechur feil ettarru* (gl. usque ad divisionem animae ac spiritus) 33[b]. *ni taibre grád fornech confeser ainruccus dongrádsin* (ne des gradum alicui, donec scias ejus dignitatem ad hunc gradum) 29[a]. *niib fínn combi mescc* (gl. oportet episcopum non esse vinolentum) 28[b]. *cotí irchre* (donec venit interitus) 26[a]. *nipo irgnae contanic lex* (gl. peccatum non imputabatur cum lex non esset; i. e. non fuit cognitio, donec venit lex) 3[a]. *robói aimser nadrochreitsid condubtanicc mis. di.* (gl. aliquando et vos non credidistis deo; i. e. fuit tempus quo non credidistis, donec venit vobis misericordia dei) 5[c]. Forma *condid* et hic: *condid tanicc fessin* (donec venit ipse) Wb. 12[b].

OCCO, OCCA (etiam; praep. *oc* cum pron. suffixo: ad id, cf. p. 341. 594): *cid anuathath nísiu arnaroib occo* (gl. relictus sum solus et quaerunt animam meam; i. e. adeo hanc unicam, ne sit etiam) Wb. 5[a]. *ní torbe lasuidiu precept doib manidénatar ferte occa* (gl. Judaei signa petunt; i. e. non prodest apud hos, docere eos, si non fiunt miracula etiam) 8[a].

LASE (cum; *la se,* apud hoc, interdum et *lasse*), conjunctio temporalis, cum forma relationis sequente, si esse potest: *lase asmbiur* (gl. dicendo, i. e. cum dico) Sg. 29[b]. *lasse gabas immbi* (gl. cum induerit) Wb. 13[d]. *lase conrothinoll* (gl. colligendo; cf. subst. *comthinól,* collectio, Sg.) Sg. 66[b]. *lase cocéitbani* (gl. eadem agis mala voluntate, qui judicas; i. e. cum consentis) Wb. 1[c].

II. Conjunctiones britannicae.

1. Conjunctiones primitivae non tam numerosae sunt quam hibernicae, atque praeter copulativas quaedam disjunctione, adversativae, conditionales, concessivae.

a. Cambr. AC, DAM, HEUIT (et, etiam). *Ac* (et; proprie *ach* = hibern. *ac-us*, cf. p. 174. 638. 639) ante vocales, saepius etiam ante liquidas (ante *n* semper), medias, ante quas alias est A (*ha* in vetustioribus codicibus, p. 139), ut ante tenues quae aspirantur. Exempla vetustiora: *o caitoir hac or achmonou* (gl. pube inguinibusque) gl. Oxon. *douceint torth ha maharuin in irham . ha duceint torth in irgaem. ha huch. ha douceint manudenn* (quadraginta panes et vervex aestate, et quadraginta panes hieme, et porcus et quadragintaıdisci butyri; cf. p. 328), *mormarch. tutnred* + *harodes eltguhebrie* (Mormarch, Tutnerth testes. et dedit Eltguobrius) Cod. Lichf. in append. libr. Land. p. 272. 273. *bryeint eccluys Teliau o Lanntaf a rodes breenhined hinn ha thouyssogion cymry yn trycyguydaul dy eccluys Teliau hac dir escip oll gueti ef* (privilegium ecclesiae Teliavi Landavensis, et dederunt reges hoc et principes Cambrorum in perpetuum ecclesiae Teliavi et omnibus episcopis post eum) Privil. Landav. in libro Landav. p. 113. *rac brennin a rac paup* (coram rege et coram quovis), *dy escop Teliau hac dy gur hac dy guas* (episcopo Teliavi et ejus viris et vassis; mox: *dy escop Teliau ha dy gur ha dy guas*) ibid. Exempla e Mab.: *Arthur ydoed yn eisted diwarnawt yny ystauell. ac ygyt ac ef owein. achynon. achei. agwenhwyuar* (A. sedebat aliquando in cubiculo suo, et una cum eo O. et C. et G.) 1, 1. *apharth ar gaer ydeuthum. ac nachaf y gwelwn deu was* (et versus castrum ibam et proximos videbam duos pueros) 1, 3. *ac aryant oed y bwrd. abliant oed lieineu y bwrd. ac nyt oed un llestyr . . namyn eur* (et argentea erat mensa, et tegmen erat lineum mensae, et non erat unum vas nisi aureum) 1, 5.

Cum pronominibus possessivis et cum articulo particula juncta facit formas *am, ath, ai, ae, ar* etc.: *vymarch am arueu* (equus meus et armatura mea), *vy march ath arueu ditheu* (equus meus et arma tua) Mab. 1, 267. 2, 16. *i tutbulc hai cenetl* (in T. et ejus genus) Cod. Lichfeld. in append. libri Land. p. 271. *brennhin morcanhuc hay gur hay guas* (rex Morcantiae et ejus viri et ejus vassi) Privil. Land. in libr. Land. p. 113. *gwenhwyuar ae llawuorynyon* (G. et ejus puellae manu laborantes) Mab. 1, 1. *y pedeir gwraged ar hugeint ae meirch ae dillat* (viginti quatuor mulieres et equi earum et vestes) Mab. 1, 37. *y bwyt ar llyn* (cibus et potus), *y nef ar dayar* (coelum et terra) Mab. 1, 5. 8.

Particula *ac, a* interdum, ut est diversae significationis, etiam diversae originis videtur ab ante dicta, e. gr. in Mab. 2, 10. 11: *am nat wyt ynenryded dyn a wedo wrthaw ymdidan amharglwydi* (quia non es homo honestus, ut deceat colloqui cum domino meo), *nyt wyt vn enryded di ac y dylyych ymdidan am arglwydi* (non es honestus, ut debeas colloqui cum domino meo). Conferri possit huic formula loquendi supra memorata (p. 307), in qua post adjectivum cum praecedente *kyn* sequitur *a, ac,* praepositio significans *cum*, fortasse etiam latinus dicendi modus: *aeque honestus ac.*

In aliis exemplis particula *a, ac* adversativa est, ita ut videatur ejusdem originis cum hibern. *act* (sed). Quam diversam originem indicat fortasse, quod interdum manet *ac* ante consonas destitutas in Mab.: *ni aymdidanem a thi ony bei lesteir ar dy vwyt. ac weithon ni aymdidanwn a thi* (nos colloqueremur tecum, si non esset impedimentum tibi edenti; nunc autem colloquemur tecum) 1, 5. *nyt o gyuoetheu yn vwyaf yd ymborthei efrawc. namyn o twrneimeint. . . ac ual y mae mynych . . . ef alas* (non de gubernando maxime curavit E., nisi de torneamentis, sed ut fit saepe, . . occisus est) 1, 235. *kyfarch gwell awneuthum idaw. ac rac dahet ywybod ef. kynt y kyuarchawd ef well ymi. no miui idaw ef* (salutare paravi eum, sed propter urbanitatem prius salutavit ipse me, quam ego eum) 1, 4. *ac ef agadarnhaei ygwennwynei ydwfyr hwnnw genedyl ycorannyeit. ac na ladei. ac nat eidiganei neb oegenedyl ehun* (et asseverabat ipse, quod venenaret aqua ea genus pygmaeorum, sed quod non perderet et non laederet aliquem ex ejus ipsius genere) 3, 301. Veruntamen est etiam aspiratio, non destitutio tenuium, interdumque et aliter versa significatio: *drwc yw dy anyan. achanys . . .* (malus est sermo tuus, sed quia etc.) Mab. 1, 19. *ti ageffy nawd heb y gereint. ac ny bu da dy wybot. ac ny buost gyuartal. gan dy uot yn gedymdeith. ac nat elych ymherbyn yr eilweith. ac o chlywy ouut arnaf y achubeit ohonat* (tu habebis gratiam, inquit G., quamvis non fuit bona conversatio tua et non fuisti comis, si eris in comitatu et non ibis contra me alia vice, sed, si audieris periculum de me, adjuvabor a te) 2, 51. 52. *mi arodaf y carcharawr itti ac ny darparysswn y rodi y neb* (ego dabo captivum tibi, quamvis non cogitaveram eum dare alicui) 2, 231.

Particula eadem copulat bis vel saepius posita, dum disjungit particula AE, quarum hoc loco statim consocio exempla.

AC — AC, A — A (et — et, tam — quam): *ygwassanaeth goreu aallwyfi mi ae gwnaf ac idaw ac y uarch* (servitum optimum quem possum faciam et ipsi et ejus equo) Mab. 2, 13. *dygwydaw awnaethpwyt yna agwyr achwn arnaw* (incurrere jussi tunc tam viri quam canes in eum, aprum) 2, 244. Cum pronomine possessivo 3. ps. *ae — ae: naw gwidon eneit yssyd yma o widonot kaeloyw. ae tat ae mam gyt ac wynt* (novem striges, carissime, sunt hic e strigibus Calevensibus, earumque et pater et mater una cum eis) Mab. 1, 256. Per pleonasmum *ae — ac ae: agouyn aoruc idi ae hihi oed yn dodi ydanaw ymadaw ae lwyth ac ae niuer* (et quaerere ex ea, num ipsa eum fecisset relinquere tam populum suum quam exercitum) 2, 34.

AE — AE (aut — aut): *y kaffwyf y arueu ae eu benffic ae ar wystyl* (sumam arma aut mutuata aut in pignus) Mab. 2, 11. *tebic yw gennyf nadoeth ywrthunt heb lad ae rei onadunt ae kwbyl* (persuasum est mihi, quod non it ab eis, quin occiderit aut aliquos ex eis aut omnes) 2, 58. *dy ellwng ae yr eur ae yr aryant ae yr golut pressennawl . .* (liberatio tua aut per aurum aut per argentum aut per donum pretiosum etc.; cf. p. 634) 2, 234.

Cornica et armorica conjunctio copulativa eodem fere modo tractatur ut cambrica, excepto quod tenues sequentes intactae manent.

Corn. HAG, HA: *thotho y tysquethas owr hag arghans gwels ha gueth ha kymmys yn bys us vas* (ei monstravit aurum et argentum, gramen et arbores et quod in mundo est bonum) Pass. 16, 2. 3. *sevell ha cothe* (stare et cadere) 22, 3. *myns us cuntullys ret flamyas ha te ger vyth ny gewsys* (quod disputatum est, te convicit, sed tu verbum non dixisti) 92, 2. 3. Propria particula adversativa cornica legitur *mes* (sed) Pass. 54, 3. 82, 3. 201, 4, vel *mas* (cf. gall. hod. *mais?*) 47, 2. 51, 1.

Cum pronomine possessivo et articulo coalescens: *the worthaff ve ham lays* (de me et lege mea, quaeris) Pass. 80, 1. *ow lays haw lavarow cuel a vynno y glewas* (legem meam et sermones meos qui voluerit audire) 79, 2. *y coth thys gorthye thy du hay hanow* (oportet te venerari deum tuum et ejus nomen) 17, 1.

Armor. HAC, HA: *da monet . . cuff hac vhel eguit quelen*

laesen doe hac e gourhemen (ire ad instruendum, modo dulci et gravi, legem dei et ejus mandatum) Buh. 12, 10. 11. *bez car hac aparchant* (sis carus et placidus) 70, 16. *donet a duy bras ha bihan* (venient magnae et parvae, ferae) 32, 16. Hodie quoque *hag, ha.*

Cum articulo junctio modo deest, modo adest: *me compso dich scler an merit hac an profit* (dicam vobis clare meritum et utilitatem) Buh. 20, 1. *lesel aour hac argant han hol paramantou* (relinquere aurum et argentum et omnes divitias) 26, 3. *setu reson han guirionez* (ecce rationem et veritatem) 78, 6. Cum pronomine possessivo: *da doen ma caffou ham souzan* (ad tollendum moerores meos et curam meam) 52, 17.

Significationis adversativae etiam hujus particulae exemplum in Buh.: *pardonit diff hac nen griff quet rac din nedoff* (ignoscite mihi, sed non faciam, quia non sum dignus) 188, 4.

Posita eadem bis vel saepius: *a griff certen ha noz ha dez* (faciam certe tam nocte quam die) Buh. 182, 10. *setu lesel . . ha mam ha tat ha pep stat relatet hac hoz querent* (oportet relinquere tam matrem quam patrem, tam quemvis familiarem quam cognatos vestros) 26, 4. 5.

Dam (etiam) novi nonnisi e codice Juvenci Cantabrigiensi (ap. Llwyd Archaeolog. p. 221): *mi amfranc dam ancalaur* (ego et puer meus, etiam lebes noster). Solita vox pro hac conjunctione est *heuit.*

Cambrica exempla: *ay arueu heuyt* (et ejus arma etiam) Leg. 1. 5. 5. *ac enryuedodeu ereill heuyt aweleist yno* (et miracula alia etiam vidisti ibi) Mab. 1, 283. *awrda heb hitheu llad yr undyn mwyaf agereis. . . llad y gwr mwyaf a garwn heb hi heuyt* (vir bone, dixit una, occisus est unicus vir quem amavi maxime. . . occisus vir quem maxime amabam, dixit altera, etiam) 2, 58.

Cornice praeter frequentiorem formam *yngueth, ynweth* occurrunt etiam aliae quaedam: *te ger vyth ny gewsys awyeth lemyn mar cothas* (tu verbum non dixisti, etiam cum scivisti) Pass. 92, 3. *on marrek thy ben hag arall thy dreys a weth* (unus miles ad caput ejus, et alius ad ejus pedes etiam) 242, 2.

Armorica forma EUEZ (hod. *ivez*): *me yelo euez mar bez*

ret (ego ibo etiam, si necesse est) Buh. 58, 13. *gant carantez euez ha gant fez don* (cum amore etiam et cum fide profunda) 64, 16.

b. NAC, NA (vel, sive), conjunctio tractata ut copulativa, rarior tamen cambrice (fortasse ob congruentiam cum particula negativa): *yr awelych nac yr aglywych arnafi. nac ymchoeldi dracheuyn* (propter id quod videris vel quod audieris de me, ne revertaris) Mab. 2, 36. *yr neb y delei hwnnw attaw yny helua. . . na marchawc naphedestyr ydel idaw* (ad quem venerit hic, cervus, in ejus statione, sive sit eques sive pedes ad quem venit) 2, 7.

Frequentior forma NEU: *ac enat llys neu ac arall* (cum judice curiae vel cum alio) Leg. 1. 11. 18. *duw nadolic neu duw pasc* (die natali vel die paschatis) Mab. 1, 4. *nyt oed un llestyr namyn eur neu aryant neu vueli* (non erat vas nisi aureum vel argenteum vel e cornu bubali) Mab. 1, 5.

Cornica et armorica dialectus concordant, ut in conjunctione copulativa.

Corn. NAG, NA: *mestry te ny vea waraff ve drok vyth na da onon thys nan rolla* (potestatem non haberes in me, malus vel bonus aliquis tibi si eam non daret) Pass. 145, 2. Ante vocales *nag* secundum analogiam.

Armor. NAC, NA: *aour nac argant mar deux gantaff* (aurum vel argentum num habeat secum, inquirens) Buh. 10, 20. *a te so claff nac anaffet* (num tu es aegrotus vel perturbatus?) 56, 7. *mar be profit na merit glan* (si est utilitas vel commodum certe) 16, 22. *hep fri na laguat* (sine naso et oculo) 106, 12. Cum articulo coalescens: *setu vn feunteun . . an caezraf nan netaf caffet* (ecce fontana, formosissima et nitidissima quae habetur; leg. *han?*) 100, 16.

Propria praeterea utrique dialecto est ejusdem significationis particula, cornicae PO, BO, armoricae PE.

Cornica e Pass.: *lethys bo delyffris* (occisus vel liberatus) 144, 4. *den yonk bo den coth* (homo juvenis vel homo senex) 175, 3. In Vocab. legitur forma *pe*.

Est particula disjunctiva haec etiam duplex vel multiplex: *leverough pe nyle an dus a vyth delyffris po Christ po Barabbas* (dicite, uter virorum sit liberatus, num Chr. an B.) Pass. 125, 3. 4. *kymmys us ordnys bo clevas bo peth kescar bo presonys* (quod-

cunque ordinatum est, aut morbus aut paupertas aut captivitas) 24, 3.

Armorica e Buh.: *monet assur beden cure pe vn re a ve dereat* (ite celeriter ad curatum vel hominem qui sit conveniens) 138, 3. *na paiur quet pe mez laedo* (ne perjura, vel ego te occidam) 172, 4.

Duplex vel multiplex eadem particula: *me carhe gouzout quet goude pe me be ma tra pe nam be pe coll an tra se mar be ret* (velim scire postea, num reddatur res mea mihi, an non reddatur, vel an sit necesse eam perdere) Buh. 170, 18 sqq.

c. PEI (si) conjunctio cambrica conditionalis frequentissima: *ryued oed gennyfi pei gwypei ef uot ar y uorwyn hynny na delei y hamdiffyn. aphei mynnewch chwi vyui drostaw ef. miui aawn y chwi* (mirum esset mihi, si sciret ipse, eques, imminere puellae hoc, quod non iret ad eam liberandam, et si acciperetis me ejus loco, ego irem contra vos) Mab. 1, 35. *pei nam goganewch . . . mi a gyskwn* (si non irrideretis mihi, ego dormirem) 1, 2. *dywedut wrthyf. bei na thybyckwn . . . mi auanagwn itt* (dicere mihi: si non cogitarem, . . ego monstrarem tibi) 1, 5. Frequentior formula cum verbo substantivo *pei na bei* (si non esset): *pei na bei wrthunn gennyf . . . mi abarwn* (si non esset incongruum mihi, ego facerem), *pei na bei o garyat arnat ti ny bydwn yma* (si non esset amore tui, non essem hic) Mab. 1, 18. 255. *nyt oed gyfyg gennyf ymlad athidi bei na bei yr anifeil gyt athi* (non esset mihi difficultas, concurrere tecum, si non esset animal tecum) 1, 34.

Cornice et armorice conjunctio conditionalis est MAR, quae armorice etiam est MA, MAZ. Nolo separare ab his formis corn. MAY, MA et armor. MAZ, quamvis differant significatione, quae relativa est atque etiam in significationem lat. *quod, quia, ut* transit.

Cornica exempla: *mar sos mab du an veyn ma gura bara* (si es filius dei, hos lapides fac panem) Pass. 11, 3. *ow honore mar mynneth* (me honorare si vis, faciam te magnum) 16, 4. *leverough mar pyth sawys* (loquimini, si est salvandus, num sit s.) 95, 1.

Armorica forma *mar: mez mar compsez gou* (dedecus, si falsum dicis) Buh. 166, 12. 172, 11. *mar carhe men rohe dezaff* (si vellet, ego id donarem ei) 164, 14. *tu arall mar gallaf breman a menaff* (in alium locum, si possum, nunc ibo) 90, 19. *dezaf mar gallaf noas*

razas me hoz assur (ei si possum nocere, faciam, affirmo vobis) 88, 2. *Ma* et *maz* ejusdem significationis: *ma lauar gaou a te prouffe* (si dicit falsum, num tu probares?), *me carhe ma be aes* (vellem ego, si esset possibile) 158, 10. 15. *ma caffet dour nin recouro* (si esset aqua, nos eam sumeremus) 100, 9. *ma nen lauer ma nen piniger quet* (si ejus, peccati, non fit lavatio et poenitentia, erit damnatio) 66, 6. *maz pliche gant doe guir roen ster . . me gray veu* (si placeret deo vero regi stellarum, facerem votum), *maz carech scler ma quemeret ez rahen* (si velletis me recipere, facerem) 18, 4. 20, 4.

Corn. *may* relativa conjunctio: *Jesus yn pow may the ef a sawye an glevyon* (J. in regione, ubi erat, salvabat aegrotos) Pass. 25, 1. *y le may then me asderevas* (in locis, ubi eramus, publicavi eos, sermones) 79, 3. *an dyth may vene Jesus sopye* (dies quo volebat J. coenare) 41, 3. *termyn re beve may fyth an begell kyllys* (tempus fuerit, quo erit pastor perditus) 48, 3.

Eadem cum praemissa praep. *rag* significans lat. *quod: gensons cusyll nag o vas rag may fo Jesus diswrys* (fecerunt consilium, non esse bonum, quod esset J. perditus) P. 31, 3.

Corn. *may* significans lat. *ut* (ubi item relatio statui poterit, cum supponitur vox, ut adest armorice, ad quam fuerit primitus): *an gusyll o may fe dres pehadures* (consilium erat, ut duceretur peccatrix, ad eum) Pass. 32, 1. *me a ra the Christ ame may hallough y asswonas* (ego dabo Christo osculum, ut possitis eum cognoscere) 63, 4. Legitur etiam *ma: y fons ow cronkye ma nag ese goth na leyff nag ese worth y grevye* (ceciderunt, ut nec tergum nec manus esset non dolorosum) 132, 2. *gans kymmys nell ma teth an dreyn* (tanta vi, ut venirent spinae) 134, 3.

Armor. *maz* relativa: *arriu eo dez maz gouzuezher* (propinquus est dies, quo scietur) Buh. 84, 12. *en lech maz voe rez badezet* (in loco, ubi recte baptizatus est, infans) 104, 19. *bennoez en eur glan maz ganat* (benedictio boni fati, quo natus est) 100, 1. *dren pez maz eu din. dren pez maz eo onest* (per rem, qua est dignus, honestus; i. e. quia est dignus, honestus) 108, 16. 110, 10. *en hoz quenet emem hetaff . . quement maz ne cafaff . . quement maz off ezaedof claff* (in vestra forma delector ea magnitudine, qua non habeam, . . qua sim aegrotus, i. e. ita ut non habeam, ut sim aegrotus) 38, 10. 12.

Armor. *maz* cum praecedente *dre* vel *rac* significans lat. *quia: dre maz eo den bras hac a stat* (quia est vir insignis et auctoritatis, sit benedictio) Buh. 98, 27. *en hoz quenet emem hetaff dre maz ouch merch huec ha hegar* (in tua pulchritudine delector, quia es virgo dulcis et grata), *gant brut hoz saludaff . . dre maz ouch vaillant ha santel* (cum studio te saluto, quia es gravis et sanctus) 38, 9. 178, 3. *ez gourchemennaf affet dre mazoa vaillant ha santel* (jubeo firmiter, quia erat gravis et sanctus) 210, 5. *distro vn tro ouz an brois rac maz int scuiz stancq gant langour* (vertaris momentum ad habitatores terrae, quia sunt obnoxii languori) 190, 26. *maruaillou so duet . . rac mazoa homan leanes santes* (miracula sunt facta, quia haec fuit sancta monialis) 46, 1.

Armor. *maz* cum praep. *eguit* (p. 653) aut etiam sola significans lat. *ut: eguit maz duy dezaf squient . . deomp en hent* (ut redeat ei conscientia, abeamus) Buh. 58, 7. *me benig da drein a breman euit maz guili gant dipoan* (benedico figurae tuae nunc, ut videas sine difficultate) 124, 13. *maz guillif plen laouenhat mir e guir stat ma crœadur* (ut possim vere gaudere, serva bene infantem meum) 44, 19. *men pidy ma disquiblion maz rohent y ho benediction* (rogabo discipulos meos, ut dent benedictionem suam) 118, 23. *digant roen glen ez goulenaff . . maz vizif glan ha dianaf* (a rege terrae peto, ut sim purus et sine macula) 132, 16. Praecedit interdum haec particula imperativum: *maz vizimp franc dianc diouz pep anquen* (simus liberi, expertes omnis curae!) 28, 21. *maz groahimp apret* (faciamus nunc!) 14, 15. Immo locum etiam obtinet particulae verbalis *ez* (p. 427): *hon chatal hon aneualet so maru . . mazomp paurisset . . maz eo truant hon auantur* (noster grex, nostra animalia sunt mortua . . sumus facti pauperes. . . misera est sors nostra) 128, 9. 11. *duet eo he pret maz eo ret decedy* (venit tempus ejus, est necesse decedere) 140, 7.*

d. KYN, KYT (quamvis): *ac ymgyrchu aorugam. achyn bei drut hynny. ny bu hir yni ymbyrrywyt i* (et concurrere coepimus,

---

* Omnino differt *maz, mez* pro *me a,* vel pro pronom. *ma,* addita *z: maz off duet* (veni, locatus sum) Buh. 14, 1. *mez a quemeren em pennaig* (sumsi in consilium meum) 122, 18. *oll dre maz quis ez punisser* (omnes secundum meam consuetudinem puniuntur; = *dre ma quis?*) 111, 10.

et quamvis esset valido modo istud, non longum fuit donec dejectus sum) Mab. 1, 9. *gordercha hi. kyn nyth vynno* (ama eam, etiam si non te voluerit) 1, 238. *achyt dywettit uot porthawr ar lys arthur. nyt oed yr vn* (et quamvis diceretur, esse portarium ad aulam A., non erat omnino) 1, 1. *amenegi y mae idaw bot yn well idaw treulaw blodeu y ieuenctit ae dewred ynkynnal yderwyneu ehun. noc yn twrneimeint diffrwyth kyt caffo clot yndunt* (demonstrare ei, esse melius ei impendere florem juventutis et virtutem suam ad defendendos fines suos quam torneamentis infecundis, quamvis acciperet gloriam in eis) 2, 29. Scriptio *ked* in Leg.: *ked deker treys arney* (quamvis infertur vis ei), *ked as guato ef* (quamvis id negaverit) 2. 1. 80; 4. 9.

Cum negatione *kany, keny: athydi amgwely i kany welwyfi dydi* (et tu videbis me, quamvis ego non videbo te) Mab. 1, 14. *keny deleho kyd uuyta ac ef. ef adele kyd evet* (quamvis non debuerit una edere cum eo, debet una bibere) Leg. 1. 9. 18.

Cornicae formae *ky, kyn* in Pass.: *gans an ioul kyn se temptys. . . ganso ky fes tewlys te a yl sevell orte* (a diabolo quamvis sis tentatus, per eum quamvis fueris invasus, tu poteris stare contra eum) Pass. 22, 1. 4. *Jesus a ve hombroukys. . . kyn tho du* (J. erat ductus, quamvis fuit deus) 163, 4. *kyn nag off den skentyll . . lavaraff thys* (quamvis non sum vir sapiens, dicam tibi; legend. pro *llyn nagoft*) 8, 1. *kyn fallens ol me a wort yth servis* (quamvis omnes cadant, ego stabo in servitio tuo; leg. pro *llyn fylleas*) 49, 1.

Armorica exempla desunt.

e. CAN, KAN (quia): *can buost yn ormes yn gyhyt ahynny mi awnaf na bych byth bellach* (quia fuisti monstrum hucusque, ego faciam ne sis omnino amplius) Mab. 1, 272. *ydiolchaf y duw kaffel gwas kyndecket a chyndewret athi. kan ny cheueis y gwr mwyhaf a garwn* (gratias agam deo, quod accipio juvenem tam formosum et strenuum ut tu, quia non accepi virum quem maxime amabam) 1, 276.

Est et forma aucta CANYS (addito, ut videtur, verbo substantivo): *kanys gwell yw gennytti. menegi ohonafi ytti dy afles noth les mi ae managaf itt* (quia magis placet tibi, monstrari a me tibi incommodum tuum, quam commodum, ego id monstrabo tibi) Mab. 1, 6. *drwc yw dy anyan. achanys vy lles i ydoedut ti yny*

uenegi im. manac pa fford vei hynny (malus est sermo tuus, sed quia eras in eo ut commodum meum monstrares mihi, indica quomodo sit hoc) 1, 19.

Deficiente magis significatione relativa particulae, significat idem quod lat. *nam, enim: hyt hediw ydwyfi yn darparu gwled ytti. kan gwydwn ydout ti ymkeissaw* (usque hodie sum parans epulas tibi; nam sciebam quod venires me visitatum) Mab. 1, 25. *drwc uu gan arthur kyfaruot a chei y gofut hwnnw. kanys mawr y karei* (dolebat A., accidisse Caio malum hoc; nam valde eum amabat) 1, 258. Idem significat et MEGYS (cf. conj. *mal*): *agafi gennyt ti gennat yuynet att y uorwyn draw y ymdidan ahi. megys ardidawl y wrthyt ygwelaf* (num accipiam a te licentiam eundi ad puellam illam ad colloquendum cum ea? nam remotam a te eam video) Mab. 2, 45.

Cornice et armorice eadem significatio alio modo expressa legitur, e. gr. praepositione *rac*, cujus exempla infra sequentur.

f. NOC, NO (quam, post comparativum) analogiam sequens conjunctionis copulativae: *yn vwy yn da noc ydywedassei . noc ydywawt* (multo melius quam dixerat, quam dixit) Mab. 1. 9. 12. *hyn gwr wyt agwell ymdidanwr no mi* (senior vir es et melior narrator quam ego) 1, 2. *llawenach y nos honno nor nos gynt* (laetior haec nox quam nox praeterita), *glassach nor ffenytwyd* (viridior quam pini) 1, 7. 10.

Constructio comparativa lat. *tam — quam* non propriis, ut latine, particulis exprimi solet cambrice, sed proprio loquendi modo, qui convenit cum latino *aeque — ac* (p. 222. 307). Constructio *mor — a* idem significans rarior est: *ymadrawd mor warthaedic a hwnnw* (sermo tam rudis quam hic) Mab. 1, 11. Sola particula *mor* praemissa adjectivis occurrit adverbii magis vel interjectionis loco: *mor tru* (gl. heu, i. e. quam miserum!), *mor liaus* (gl. quam multos) gl. Oxon.

Cornica particula comparativa differt, scilicet IS, YS, ES: *tecke ys houl* (pulchrior quam sol) Pass. 226, 4. *moy ys, moys* (magis quam), *kyns ys, kens ys* (antequam) fq. *ken migtern ys Caesar* (alius rex quam C.) 148, 4. *ken mam es hyhy* (alia mater quam haecce) 198, 4. Fortasse conjunctio haec est nonnisi verbum substantivum, e formula pleniore scilicet residuum, quae occurrit in eodem libro: *gweth agis cronek* (foedior quam bufo)

47, 4. *moy agis gavel tredden* (magis quam ruina putrida; = *ac is?*) 237, 2.

Comparativi loquendi modi cambrici vestigium cornicum exstat in formulis *kepare ha, kepar ha, kepar ha del, kepar del* (*par* alias intensiva particula, p. 575): *kepar ha te* (aeque ac tu) Pass. 172, 3. *gweskis yn arvow kepare ha del eñs then gas* (armati aeque ac sunt ad bellum) 64, 2. *kepar ha del wovynny* (aeque ac vult, ut vult) 39, 3. *kepar del ves, kepar del ve* (ut eras, ut erat) 192, 1. 247, 2. Alia formula occurrit *maga — del: maga town ty del wothye* (tam profundum jusjurandum, quam scivit) P. 85, 3. *maga tek del rebye* (tam pulchrum quam fuerat) 71, 4. Legitur *mar* (cf. cambr. *mor*) pro *maga* in constructione ecliptica: *mar fol* (tam stulti, sermones; i. e. quam erant ii qui prodebantur) Pass. 100, 2. Lat. *ut — ita* cornice redditur *fatel — del: fatel vye am bewnans del yw screfys yn lyffrow* (ut esset vita mea, ita scriptum est in libris) 73, 2. Vox *del* (= cambr. *delw*, hibern. *delb?*) primitus substantivum elucet ex aliis formulis: *yn delma, y della, yn ketelma* (hoc modo) 14, 1. 193, 1. 259, 2. *yn ketella* (eodem modo; = *yn keth del ma*) 170, 2.

Armorica dialectus comparationem item alio modo significare consuevit (cf. praep. *eguit*).

g. HAGEN (attamen, tamen) cambrice: *nyt oed yr vn porthawr. Glewlwyt gauaelawr oed yno hagen ar ureint porthawr* (non erat omnino portarius, in aula A.; attamen G. erat ibi in munere portarii) Mab. 1, 1. *pwy bynnac a vynno ennill clot . . ef aekeiff yno. . avynnei hagen arbennicrwyd clod ac etmyc. gwnn y lle y kaffei* (quicunque voluerit adipisci gloriam, . . . accipiet eam ibi, . . qui vellet tamen primatum gloriae et honoris, scirem locum, ubi acciperet) 1, 284.

Cornicum hujus vocis non inveni vestigium.

Armorice HOGEN: *mazeo truant ma auantur hogen vn tro me yelo sur beden prellat* (misera est sors mea, ibo tamen semel ad praelatum) Buh. 192, 11. *pep tro te vezo poan. . . hoguen doe roen tir a miro* (semper tibi erit dolor, attamen deus rex terrae servavit, te) 6, 25.

2. Conjunctiones nominales: *mal, pan, lle, pryt, achaws* etc.

MAL (ut, sicut; hibern. *amal*) cambrica forma curtata jam

in vetustis finium descriptionibus, e. gr. in libro Landav.: *mali-duc* (i. e. *mal i duc,* ut ducit, fluvius, lacus etc., i. e. secundum fluvium etc.) fq. *ac ual y mae mynych* (et ut fit saepe) Mab. 1, 235. Formula *ac ual* novam narrationem incipiens, significans lat. *cum, cum autem,* saepius obvia in Mab.: *ac ual yd oed walch-mei diwarnawt. . . edrych aoruc* (cum esset W. aliquando, . . vidit). *ac ual yd oed owein diwarnawt yn bwyta . . . nachaf uo-rwyn yn dyuot* (cum autem esset O. aliquando coenans, . . puella venit) 1, 21. 26. Magis differt a solita significatione: *ac mal y crettoch doet un ar uyndwy ysgwyd i yma ohonawch* (et ut creda-tis, veniat unus in humeros meos huc e vobis; = armor. *maz,* corn. *may*) Mab. 2, 234. Contra in significationem conjunctionis hujus comparativae transit supra dicta *megys: ti awely ystrat megys dyffrynn mawr* (videbis planitiem ut magnam vallem) Mab. 1, 7.

Cornice AVEL, AVELL: *avel du y fethyth guris* (ut deus fies) Pass. 6, 4. *avel brathken aga dens y a thiskerny* (ut molossi suos dentes nudabant) 96, 4. *ef a holyas abell avell un ownek* (secutus est a longinquo ut timidus) 77, 2.

Armorice EUEL: *bout pen ysel euel dall* (esse capite de-misso ut coecus) Buh. 4, 24. *euel vn foll an oll ez em collez* (ut stultus omnino te perdes) 72, 2. Frequens est loquendi formula *euel hen, eual hen* (ut hoc, i. e. sic, ergo) 66, 10. 126, 21. 140, 5. 184, 18. 188, 15.

PAN (cum, quando). Substantivum (num idem cum hibern. *tan,* tempus?) * indicant adhuc praecedentes cambricae praeposi-tiones *o* et *y* (= *di*) junctae cum articulo (p. 621. 625): *or pan do-tho y hebauc yn emud eny tenno allan* (a tempore, quo posuerit ac-cipitrem in cavea, donec exemerit) Leg. 1. 10. 16. *yr pann yth weleis gyntaf a gereis yn vwyhaf gwr* (ex quo vidi te primum, amavi maxime virorum), *yr pan yth weleis gyntaf mi ath gereis* (ex quo te vidi primum, ego amavi te) Mab. 1, 264. 273. *yr pan golles y gyuoeth hyt hediw* (ex quo amisit regnum usque hodie) Mab. 2, 21. Eodem modo usurpatur subst. *awr* (hora): *yr awr*

---

* Expono supra congruentem hujus particulae constructionem cum con-structione substantivorum, quae sunt loco conjunctionum. Si tamen eadem vox conferenda est cum conjunctione lat. *quando,* ut lat. *quinque* est eadem ac brit. *pimp,* haud dubie primitiva statuenda est britannica conjunctio *pan,* et formula *or pan* vel *yr pan* supplenda in *or hynn pan, yr hynn pan* (p. 398).

y kenych ef aa y nywl ymeith. . . ac yr awr y rodes unllef arnaw. yd aeth y nywl ymeith (ab hora, qua cecineris eo, cornu, abibit nebula; et ex quo dedit unum sonitum eo, abiit nebula) Mab. 2, 65. 66. Cf. et mox sequens *pryt.*

Positio absoluta cambrica, veluti primitivarum conjunctionum e. gr. *pei, can* (cf. p. 424), non minus frequens est, quam cornica vel armorica: *pan geissych di vyui keis parth ar india* (quando tu quaeres me, quaere versus Indiam) Mab. 1, 273. *aphan deuthum yno. hoffach oed gennyf* (et cum venirem illuc, magis placuit mihi) Mab. 1, 6. Ejusdem usus absoluti nec non et significationis ejusdem invenio subst. *lle* (locus): *am uenegi ohonafi ytti dy les. lle nys metrut dy hun* (propter monstratum a me tuum commodum, cum tu ipsa id non cogitares) Mab. 1, 19.

Oppositae sunt formulis cambricis *or pan, yr pan,* significantibus terminum, *a quo* incipitur, formulae *hyt pan, behet pan, bet pan,* significantes terminum, *ad quem* ducitur aliquid, non minus frequentes, e. gr. in descriptionibus finium libri Landav.: *nant y bard nihyt yr guairet hyt pan dyscynn yndour. dour ny hyt y guairet hyt pan discynn y guormuy* (vallis bardi per longitudinem deorsum donec descendit in D., secundum D. deorsum donec descendit in G.), *taratyr ny hyt y guairet hyt pan discynn y guy. vuy nyhyt hit pan discynn yn hafren* (secundum T. deorsum donec cadit in G., secundum G. donec cadit in Sabrinam) 127. *ar hyt ir claud bet pan dyscynn yn lyfni* (secundum fossam donec descendit in L.) 138. *ar ihit bet pann discinn in lecha* (secundum eam, vallem, donec descendit in L.) 231, et in pluribus aliis locis. E Mab.: *dyrnawt arodes y marchawc y walchmei hyt pan troes yr helym y ar y wyneb* (plagam dedit eques in W., donec cecidit, ut caderet cassis a facie) 1, 25. *botheu agatwant gwres yndunt. . . hyt pan deler yr gorllewin* (lagenae servabunt calorem in se, donec venietur in occidentem) 2, 225.

Occurrit praeterea cambrica forma *panyw,* composita ut videtur e conjunctione et verbo substantivo, significans lat. *quod: ydywedassant wynteu panyw merchet ieirll oedynt* (dixerunt eae, quod filiae comitis essent) Mab. 1, 36. *ac y dywawt y gwr llwyt panyw peredur ae goruuassei* (et dixit vir fuscus, quod P. eum vicisset) 1, 266.

Cornica exempla: *henna pan glewas a brederys* (hoc cum au-

divit, meditatus est) Pass. 11, 1. *pan welas ef a vynnas* (cum vidit, cogitavit) 13, 1. 2. Formula *a ban* (ex quo, quia), *bys pan* (donec): *ny strechyaff pell a ban nag es a wothye theugh parys as gurelle gwell* (non tardabo multum, quia non est paratus qui sciret vobis facere melius) 158, 3. 4. *peynys bys pan ve marow* (cruciatus donec erat mortuus) 2, 4.

Armorica: *ni hoz desquo pan vezo pret* (docebimus vos, cum erit tempus) Buh. 112, 19. Frequenter particula singularis idem significat, quod corn. *a ban: me yel cren pan off quemennet* (ego ibo illico, quia sum jussus) Buh. 122, 13. *deompny pan aedy pardon* (eamus, quia est remissio) 52, 10. 11. Pro eadem occurrit etiam forma brevior PA: *ioae ameux hel pa oz guellaf* (gaudium habeo magnum, quod vos video) 184, 20. *oll ny aiel . . pa hon goulen* (omnes eamus, quia nos jubet) 140, 2. 5. *mez supli net bed an rector duet poz peder* (rogo te, veni ad rectorem, quia flagitaris; = *pa oz*) 122, 7.

Pro eadem conjunctione causativa cambrice ponitur subst. PRYT (tempus): *pyderw ytti pryt nat atteppych y neb hediw* (quid est tibi, quod non respondes alicui hodie?) Mab. 1, 18. *pa uedwl yw dy teu di pryt na bwyttehych* (quae est meditatio tibi, quia non manducas?) Mab. 2, 63. Cornice legitur *avos, awos* (= cambr. *achaws?*) Pass. 155, 3. 158, 2, et armorice obscura vox *palamour: te vezo poan palamour glan da roen an bet* (tu habebis dolores, quia es purus coram rege mundi) Buh. 6, 24.

3. Conjunctiones quae sunt primitus praepositiones: *o, am, yr, tra, kyn, gwedy* etc. Sunt plurimum cambricae, quae servant adhuc naturam praepositionum, si sequitur, ut fit saepius, infinitivus verbi. Forma relativa particulae negativae, si adest, etiam indicat omissum saepius pronomen demonstrativum *hynn* (p. 398). Exempla harum omnium praemittam.

O ante consonas, ante vocales et interdum etiam ante consonas OS, OR, ut hibern. *o* significans lat. *ex quo*, sed transiens in significationem conjunctionis conditionalis: *offoy di racdaw. ef ath ordiwed. os arhoy ditheu eno. athi yn uarchawc. ef ath edeu yn bedestyr. ac ony cheffy di yno ofut. nyt reit itti amofyn gofut trwych vyw* (si tu fugis ab eo, ipse te vincet, si exspectabis tu, ut eques, ipse te sinet ire peditem, et si non ceperis ibi angorem, non necesse tibi quaerere de angore quamdiu fueris vivus) Mab. 1, 8.

o bei gares itt goreu kargwreic oedyt. o bei orderch itt goreu gorderch oedut (si esset amica tibi, optimus amator esses, si esset sponsa tibi, optimus sponsus esses) 1, 14. *ac or byd da gennyt ti arglwyd miui aaf y edrych . . . ac os uelly y byd mi aarchaf idaw* (et si placet tibi, domine, ego ibo visum . . ., et si ita est, ego rogabo eum) 1, 259. *ti aglywy chwedleu odianghaf . . . os byw uydafi . . . ordianghafi or twrneimeint . . . onidiaghaf inheu* (tu audies nuntium, si morte decessero, . . si vivus ero, . . si morte decessero torneamento, . . si non decessero) Mab. 2, 12. 16.

Cum accedente participio praet. pass. *oderuit* (si factum est; e verb. compos. *daruot,* an praet. pass. e verb. *deru, daru?*), saepius obvium in Leg., idem significat, quod simplex conjunctio.

AM, GWRTH (circa, propter quod; i. e. quia): *paham heb yr hi. am nat wyt ynenryded dyn* (cur? dixit ea. quia non tu es homo honestus) Mab. 2, 10. *pauedol yw y teu di. medylyaw am na wn pa le ydaf heno* (quae meditatio est tibi? meditatio, quia nescio, quo loco sim hac nocte) Mab. 2, 13. *wrth nat atwaenat neb yny dref mynet aoruc yr henllys* (quia non cognoscebat eum aliquis, ire coepit ad aulam vetustam) Mab. 2, 12. Cum infinitivo: *torri y gallon . . . am welet y cledyf ynllad y wyr* (frangi cor ejus, . . ob videre, quia videbat gladium caedentem viros) Mab. 3, 99.

YR (ad quod? i. e. quamvis): *mynet serch y uorwyn yn ympob aelawt idaw yr nas gwelsei eiryoet* (venire amor puellae in omnem animum ejus, quamvis non eam viderat unquam) Mab. 2, 199.

TRA (trans quod; i. e. quamdiu, donec): *tra vwyf vyw* (quamdiu ero vivus, faciam) Mab. 1, 37. *ahi auu wreic trauu vyw hi* (et ea fuit uxor ejus, donec fuit viva) 1, 36. Additur per pleonasmum *hyt: hyt tra vont hwy yn y lle kadarn hwnnw. nydaw gormes y ynys prydein* (quamdiu fuerint in loco hoc firmo, non continget miseria insulae Britanniae) Mab. 3, 302. Fit haec interdum etiam conditionalis: *ti a geffy nawd tra uych yn dywedut* (tu habebis gratiam, si dixeris) Mab. 1, 271.

CYN (ante quod; i. e. antequam): *achyndristet oed bop dyn yno achyn bei agheu* (tam tristis erat quivis ibi, uti antequam esset mors, i. e. ut ante mortem) Mab. 1, 33. Saepius sequitur infinitivus: *cin circhu taf* (antequam pervenitur ad T., cf. p. 660)

L. Land. 247. *kyn bod achaus ydau ahy* (antequam rem habet ipse cum ea) Leg. 2. 4. 9. *achynn eudyuot. . ydoeth un* (et antequam venirent, ante eorum adventum ibat aliquis) Mab. 2, 23.

GWEDY (postquam): *gwedy na welont hwy dydi drwc vyd gantunt* (postquam non viderint te, aegrum erit eis) Mab. 1, 14. Cum infinitivo verbi: *gwedy ffo y lluoed. mynet arthur yny llong* (postquam fugerant copiae, ire A. ad navem) Mab. 2, 240. *gwedy llad y gwyr hynny y rodes* (postquam occiderat viros hos, dedit) 2, 243.

Quamvis non est inter praepositiones, usurpatur ut conjunctio et est ejusdem constructionis cum infinitivo vox cambrica NES (prope quod? i. e. donec, nisi; cf. *nes, nesaf,* propior, proximus, p. 306): *mynvygcret ny chysgaf hun lonyd nes gwybot chwedyl* (per fidem meam, non dormiam somnum plenum, donec sciam nuntium) Mab. 1, 284. *nes dyuot gilennhin urenhin ffreinc ny helir twrch trwyth vyth hebdaw* (donec veniet G. rex Franciae, non capietur T. T. sine eo unquam) 2, 226. *nyt aruaeth kaffel llefrith y bawp nes kaffel botheu rinnon* (non potest capi lac recens cuivis, nisi sumantur lagenae R.) 2, 225. *ny cheffir mabon uyth nes caffel eidoel* (non invenietur M. unquam, nisi invenitur E.) 2, 226.

His conjunctionibus etiam adnumeranda videtur cambr. YNY (donec; ut adv. *yno,* ibi, e praep. *yn*): *aegolchassant yny yttoedynt gynwynet ar dim gwynnaf* (et ea lavarunt, arma, donec erant aeque alba ac res maxime alba) Mab. 1, 4. *kymer y fford uchot. yny delych yr koet* (sume viam sursum, donec veneris ad silvam) 1, 6.

Cornicae et armoricae sunt pauciores praepositiones quaedam, quae adhibentur ut conjunctiones.

Cornicae. A (cambr. *o*) conditionalis: *a pe yn della ve neffre ny vean fethys* (si ita esset, nunquam captus essem) Pass. 73, 1. *a pe ow thus thewy nym delyrsens yn delma* (si esset populus meus, mihi populus, non tradidissent me vobis hoc modo) 102, 2. Cum negatione: *an ve bos fals an denma nyn drossen ny bys deso* (si non esset falsus hic vir, non attulissemus eum ad te; = *a nave bos fals,* si non esset esse falsum) 99, 2.

DRE (dum): *dre vons y ow plentye Jesus yn dore a scryfas* (dum accusabant ii, Jesus in solum scribebat) P. 33, 3. Forma

aucta DRES significat lat. *ut* ibidem 68, 4: *y nyngens gyw the wethyl dres y vynnas* (non erant habiles ad faciendum, ut volebant).

YM (circa) et RAG (propter) causativae: *the du ny goth thys temptye ym peb onan a sperisys lemyn prest y honore* (non oportet te deum tuum tentare, nam quisque spirituum nunc paratus ad eum honorandum) P. 15, 2. *drethough why bethens lethys rag ynno me ny gaffe scyle vas may fo dampnys* (per vos sit occisus, nam in eo ego non inveniebam causam bonam, ut condemnetur) 142, 3. 4. *te yw dall rag genen cregis neb es den glan yw* (tu es coecus, calumnians, quia qui suspensus est nobiscum vir probus est) 192, 2.

Armoricae. DRE (per) forma simplex una cum part. *maz* est significationis causativae (p. 691); forma aucta DREZ concordat cum corn. *dre, dres* (dum, quamdiu, ut): *drez vizimp beo* (quamdiu erimus vivi) Buh. 52, 15. *drezoa deffri proficiet* (ut est praedictum, eligamus eum) 184, 6.

RAC ut cornica praepositio eadem: *mecher no neux quet a roedou rac voar an placc donet a duy bras ha bihan* (damnum, quod non habemus retia, nam in hunc locum venient magnae et parvae, ferae) Buh. 32, 14. 15. 16. *reit en mat oz benigaden rac dreist pep pen hoz goulener* (date bene vestram benedictionem, nam supra omnem rem jubemini vos) 122, 8. 9. Formulae *rac maz* (quia), consociatae ut *dre maz* (= *dren pez maz,* per rem, qua, i. e. quia) et *quent maz* (antea quam, i. e. antequam), exempla jam allata sunt (p. 691). Ut in hac armorica *quent maz,* etiam in cornica *kyns ys* (prius quam), cum particula usitata post comparat. *ys,* adverbium est potius statuendum quam conjunctio.

CAPUT QUARTUM.

De particulis negandi, interrogandi, respondendi et exclamandi.

I. Particulae hibernicae.

A. Negantes.

Discerni potest negatio propria et negatio prohibitiva, quarum utraque occurrit aut in directa vel absoluta aut in indirecta vel dependente sententia. Tam directae negationis quam indirectae fuit peculiaris primitus forma in linguis celticis. Haec forma, qualiscunque est, non solum simplex sed etiam duplex et multiplex esse potest, vel vocibus quibusdam negandi vim augentibus ampliata.

1. Negationis propriae absolutae particula hibernica vetusta est NI (saepius accentu notata *ní*): *ní chumcamni ón* (non valemus id), *ní conchoscram* (non destruimus) Wb. 2[b]. 4[a]. *ni cóir* (non justum est), *ní coimtig* (non frequens) Sg. 4[b]. 90[a]. *ni torbe do* (non utilitas ei) Wb. 2[a]. *ni tairmthecht rechto maniairgara recht* (non transgressio legis, si non vetat lex) Wb. 2[c]. *ni mebul lemm precept sos.* (gl. non erubesco evangelium) Wb. 1[b]. De statu consonarum post negationem, infecto vel non infecto, jam supra disputatum est (II. 2, Hibern. A. I. 8. B. I. 7), ut de formis coalescentibus *nip, nipsa, nirbo, nirbsa* inter formas verbi substantivi (p. 480. 481. 485).

Pro MANI (si non) saepius perspicue scriptum reperitur MAIN (infecta *a* a regressa *i*, ut *muir* prodiit e vetere *mori*, mare) in Wb.: *mainba æcne lib act conda anecne* (gl. alioquin velut insipientem accipite me, 2. Corinth. 11, 16; i. e. si non sum sapiens vobis, tamen sim insipiens) 17[c]. *arnirâncatar som less ascríbint mainbed díarnertadni hi fochidib* (gl. quaecunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt) 6[c]. *mainbed maith latsu* (gl. sine consilio tuo nihil volui facere) 32[a]. *concho-*

metecht diambésaib mainbet mathi (sine concordantia cum eorum moribus, si non sunt boni) 11[c]. *armain accuiss na preceptesin* (gl. alioquin debueratis de hoc mundo exisse, 1. Cor. 5, 10; i. e. si non esset causa hujus doctrinae, vestrae) 9[b]. Eadem infectio cum manente *i* sequentis formulae *nip: mainip inchrudso* (si non ita est) Wb. 10[a]. *cainipsa sóir* (= *canipsa:* annon sum liber?) 10[c].

2. Particula negativa sententiae dependentis vel relativae est NA (ut *as* dependens contra *is* absolutum), pro qua frequentiores occurrunt formae auctae duae, NAD et NACH.

NA invenitur juncta cum consonis residuis pronominis vel articuli infixi: *arnamtomnad námminduine* (gl. ne quis me existimet super id quod videt me; i. e. ne me cogitet, quod non sim homo; addit glossa latine: *sed deus*) Wb. 17[d]. *doménarsa bamarb peccad hóre nánrairigsiur* (gl. sine lege enim peccatum mortuum erat, Rom. 7, 8; i. e. puto quod fuit mortuum peccatum, quia non id perpetravi) Wb. 3[c]. *bied aimser námba lobur* (gl. stabit autem; i. e. erit tempus, quo non erit infirmus; *ná-m-ba, ná-n-ba,* cum *n, m* relativa) Wb. 6[b]. *asber infectso asmug et nancoimdiu* (dicit nunc, quod est servus et non dominus) Wb. 17[a].

NAD, NÁD: *intí nád imdibthe* (is qui non circumcisus) Wb. 1[d]. *aní nad comnactar dóini trianecne* (id quod non concipiunt homines cognitione sua), *indí nád ní libsi* (quae non sunt res vobis, nullius momenti apud vos) Wb. 8[a]. *am. innahí nadtectat setchi* (gl. tamquam non habentes, uxorem), *am. nahí nádchiat* (gl. tamquam non flentes), *am. nahí nadchrenat* (gl. tamquam non possidentes; i. e. similitudine, instar eorum, qui non etc.) Wb. 10[b]. *ni taibrid for nech ní nád accobra* (ne detis alicui rem, quam non vult) Wb. 6[c]. *ba nephimmaircide nad techtád som dliged coimdemnachtae isnaib dulib doforsat 7 immanaccai* (esset inconveniens, quod non haberet jus dominationis in rebus, quas creavit et perspicit) Ml. 17[b]. Item post conjunctiones nominales *intan* (cum, tempore quo), *óre, hóre, huare* (quia) etc., post quas obtinet relatio: *intan nádnacastar et nádforchluinter* (tempore quo non arripitur et non auditur, venit fur), *intain nadtomnibther athichtu* (cum non cogitabitur adventus ejus, aderit dies judicii) Wb. 25[b]. *ropsa beo intain nád rairigsiur peccad* (fui vivus, cum non perpetravi peccatum) Wb. 3[c]. *hóre nád coméicnigther nech fritoil* (quia non cogitur aliquis contra voluntatem, non omnes

sunt salvi) Wb. 28b. *hore nádmair peccad diaforgénsam cose* (gl. nunc soluti sumus a lege mortis, Rom. 7, 6) Wb. 3c. *huaire nád riarfact furuar buid cenengne et cenfírinni* (gl. quia non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum), *huaire nád riarfactatar dia* (gl. omnes declinaverunt, Rom. 3, 10. 11. 12) Wb. 2a. *huare nád forcmat inninni* (quia non augent sensum), *huare nad comsuidigther* (quia non componitur) Sg. 50a. 159a.

Post conjunctionem nominalem *amal* in eodem loco Wb. 10b, qui exhibet cum pronomine *am. innahí nád, am. nahí nád,* sequitur *ni* cum praesente secundario, cum non adsit idem pronomen: *am. nístectitis* (tamquam eam non haberent), *am. ni cetis* (tamquam non flerent), *am. ni airbertis bith* (gl. tamquam non utantur hoc mundo). Differunt tamen bene *ní* et *nád* in aliis exemplis ejusdem codicis: *ní nád m̃bed arse dichorp* (gl. non ideo non est de corpore, si dixerit pes: quoniam non sum manus, non sum de corpore) 12a. *am. nád robe mesrugud forsindimmarmus nibia mesrugud forsindígail* (gl. quicunque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt; i. e. ut non fuerit moderatio peccandi, non erit moderatio vindictae) 1d.

NACH, NÁCH: *nabad indebthib* .i. *nabad hé fornimbradud nách maith aní itáa* (gl. infirmum in fide adsumite, non in disceptationibus cogitationum, Rom. 14, 1; i. e. ne sit ea vestra cogitatio, quod non sit bonum quod est) Wb. 6b. *ishé* [*rofitir*] *inneuch rochéssusa nách gáo dom anasbiur* (gl. deus scit quod non mentior, 2. Cor. 11, 31; i. e. ipse scit, in quo passus sum quod non est falsum quod dico) Wb. 17d. *cid nách intsamlid* (gl. nostis domum Stephanae? 1. Cor. 16, 15; i. e. cur non imitamini? quid quod non etc.?) Wb. 14a. *isfollus nach mór bríg artic. linni* (manifestum est, quod non est magni momenti articulus nobis, Latinis) Sg. 26b. Pro *nách* NAICH interdum obvia: *iséside rodfinnad naichñdeirsed* (gl. qui se sciret non deserturum) Sg. 209b. Etiam haec forma, ut praecedens, ponitur post conjunctiones nominales: *am. nách annse ñdúib* (gl. magnificate dominum omnes populi; i. e. ut non est difficile vobis) Wb. 6d. *óre asñduil foruigensat nach dúlem* (gl. propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae, Rom. 1, 26; i. e. quia est creatura, cui serviverunt, non creator) Wb. 1b. *uare naich hí sus tiagait* (gl. scindo scidi

scissus findo fidi fissus, excipiuntur ussi ustus torsi tortus, Prisc. 11, 9; i. e. quia non in sus exeunt) Sg. 196[a].

Cum pronomine infixo inter particulam negativam et verbum invenio hanc ipsam formam: *indí nachidchualatar* (gl. qui non noverunt deum) Wb. 25[d]. *doneuch naichidfitir* (alicui, qui eam nescit, dicere rationem) Ml. 27[d]. *atluchur dodia cerubaid fopheccad nachibfel* (gl. gratias ago deo quod fuistis servi peccati; i. e. quod fuistis sub peccato, quod non estis) Wb. 3[b]. Rarior cum eodem est illa prior: *lanech nadidchreti* (ei qui non id credit; cf. p. 671) Wb. 15[b].

Particulae cum verbo substantivo coalescentis est NAND forma numeri singularis, NANDAT pluralis: *coasagnoither nand sech.* (ut intelligatur, quod non est praeteritum) Sg. 180[b]. *isbec nand sinunn andéde nísiu* (gl. nominativus abusive dicitur casus, quod ex ipso nascuntur omnes alii vel quod cadens a sua terminatione in alias facit obliquos casus, Prisc. 5, 13; i. e. paulum abest, quin sit idem utrumque hoc) Sg. 76[a]. *inchruth nand rann insce s. isfortórmach* (gl. quomodo in ubique undique: quê quando vimet significationem conjunctionis non habet, syllaba est non pars orationis, quomodo etc., Prisc. 14, 5; i. e. modo quo non est, ut non est pars orationis, sed ad auctionem) Sg. 221[b]. *cruth nandat choms. sidi leo 7 nád tech. tinf.* (gl. quomodo nec illic illac: quidam haec, hoc istoc, hac istac, magis per metaplasmum finis quam per compositionem proferri confirmant, unde nec aspirationem servant, quomodo nec illic illac, Prisc. 12, 5; i. e. quomodo non sunt composita haec eis et non habent aspirationem) Sg. 201[b]. NANT pro *nand,* ut *nat* pro *nád* (quod et ipsum pro *nand* accipi poterit, scilicet *ná-d* cum *d* residua verbi substantivi, in aliquibus exemplorum sub NAD), in Ml.: *asrubartatar nant he macc dæ rogenair iarcolain 7 nant hæ rocrochsat* (gl. judaicae dictionis improbitas; i. e. dixerunt, quod non est is filius dei, qui natus est secundum carnem, et quod non est is quem crucifixerunt; cf. ibid. 25[b]: *asberat nat he macc dǽ rogenair nachrochsat,* dicunt, quod non est is filius dei, qui natus est, vel quem crucifixerunt) 24[d]. Non differt forma, ut videtur, in sententia directa: *nant ní les insommae pecthach* (non est ei aliquid dives improbus) Ml. 36[a].

3. Negationis prohibentis particula primitus fuisse videtur

NA, frequentius scilicet obvia; sed ingressa est pro eadem etiam *ni.* Ponuntur porro *nach, arnach* jam in sententia absoluta.

NI: *ní dene comrud frissinulcc* (gl. noli vinci a malo; i. e. ne fac vindictam in malum) Wb. 5[d]. *ni taibrid* (ne date!) 6[c]. Formularum *nib, niib, nip* (ne sit!), particulae coalescentis cum *b* verbi substantivi, exempla supra allata sunt (p. 487).

NA: *na cuindig* (ne quaere!), *na tuic* (ne sumas!) Wb. 10[a]. *na seichem* (ne sequamur!) 25[c]. *naba thoirsech* (ne sis tristis!), *nabad mebul lat* (gl. noli erubescere) 29[d]. *nabad anfoirbthisi* (ne este infirmi!), *nabith icobadlus doib* (gl. nolite communicare eis!) 12[d]. 22[b].

NACH: *taibred cách airmitin dialailiu et nách taibred dofessin* (gl. honore invicem praevenientes; i. e. det quivis honorem alteri et ne det sibi ipse) Wb. 5[d]. Cum pronomine infixo: *nachibmided* .1. *nachibberar ismachtu rechta fetarlicce* (gl. nemo vos judicet in cibo aut in potu, Coloss. 2, 16; i. e. ne vos judicet aliquis, ne feramini sub ritus legis vetustatis!) Wb. 27[a]. *nachiberpidsi dam ibarcumachtu* (gl. vos domini eadem facite illis remittentes minas, servis, Ephes. 6, 9; i. e. ne vobis confidatis etiam in potestate vestra) Wb. 22[d].

ARNACH: *hóre asnamairessach fodúacair* .1. *arnách airbirid biuth* (gl. siquis dixerit: immolatitium est! nolite manducare propter illum qui indicavit, et propter conscientiam, 1. Cor. 10, 28; i. e. quia infidelis est qui indicat, nolite manducare!) Wb. 11[b]. Particula positiva *aran* praecedit ante imperativum (p. 680); inde jam formulae negativae *arna, arnach* colligendae sunt pro imperativo prohibente.

4. Negationis prohibentis particulae in sententia dependente sunt *arna, arnach, conna, connach.*

ARNA, ARNACH: *arná érbarthar isprecept ar biad nammá et arna dergabalinn cretmech* (gl. omnia sustinemus, ne offendiculum demus; i. e. ne dicatur: est doctrina propter victum solummodo, et ne deficiant credentes) Wb. 10[d]. *arnaderlind* .1. *arnarimfolngar diltod do* (gl. ne fratrem meum scandalizem, non manducabo carnem, 1. Cor. 8, 13) Wb. 10[c]. *arnách róllca derchoiniud dílgid dó et dandonid* (gl. ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui hujusmodi est, donetis et consolemini, 2. Cor. 2, 7) Wb. 14[d]. Cum pronomine infixo: *arnachitrindarpither frisinfi-*

rini (gl. noli altum sapere, sed time; i. e. ne sis exheredatus, ne excidas e veritate) Wb. 5[b].

CONA, CONNACH: *connách moidea nech* (gl. ut omne os obstruatur; i. e: ne glorietur aliquis) Wb. 2[b]. Saepius tamen deflectitur haec particula in significationem lat. *ita ut non: conafitir nech diæcnib indomuin* (gl. loquimur dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, 1. Cor. 2, 7; i. e. ita ut nesciat aliquis e sapientibus mundi) Wb. 8[b]. *conách fil etir* (gl. tulit de medio, chirographum, Coloss. 2, 14; i. e. ita ut non sit omnino) Wb. 27[a]. *connách ase ditia dobuith uandí asdis* (gl. hic et haec dis ditis, unde hi et hae dites et haec ditia, cujus nominativum singularem in usu non inveni; debet tamen secundum analogiam hoc dite esse, nam in is finire neutrum non potest, Prisc. 6, 12; i. e. ita ut non sit possibile ditia esse e dis) Sg. 104[b]. *meus. . . nomréla et nometargnigedar. conaich ǽicen mo .no. díles do eipert* (meus, pronomen, manifestat et notificat me, ita ut non sit necesse meum nomen proprium dicere) Sg. 200[b]. *conaich rann insce foleith isuidiu* (gl. jus dictionis proprium perdit, praepositio composita) Sg. 212[a]. Accedit significatio *quod non: accuis aile connach articol .o. la lait.* (gl. deinde articulum Romani non habent, Prisc. 13, 4; i. e. argumentum aliud, quod non est articulus ό apud Latinos) Sg. 207[b].

5. Particulae NI — NI duplicatae vel etiam multiplicatae exempla quaedam: *isdo isuisse. ni do dóinib ni do dulib* (gl. deo gloria in secula seculorum; i. e. ei debetur, gloria, nec hominibus nec creaturis) Wb. 18[c]. *ni artu ní nim ni domnu ní muir arnóib bríathraib rolabrastar cr.* (nec altitudo nec coelum nec profunditas nec mare supra verba sancta quae locutus est Christus) Incant. Sg. NAND — NAND particulae forma coalescentis cum verbo substantivo duplicata: *hit lechdacha lesom intan nádtechtat acht oin aimsir. isfollus asin tra nand ainm̄ 7 nand cumachte legas do lechdagaib acht isaim̄serad nam̄a* (gl. vocales apud Latinos omnes sunt ancipites vel liquidae, hoc est quae facile modo produci modo corripi possunt, Prisc. 1, 3; i. e. sunt liquidae ei, Prisciano, cum habent nonnisi unum tempus; est clarum inde quod est nec nomen nec potestas, quae tribuat liquidis, sed est temporalitas solummodo) Sg. 5[a].

6. Negatio ampliata. Sequitur aut pronomen aut substanti-

vum aliquod addens vim negationi. Formulae ejusmodi frequentiores sunt *ni — nach, ni — ní.*

NI — NACH (non ullus, nullus; cum *nach* pronomine, p. 368): *ni nach aile assidbeir* (gl. ecce ego Paulus dico vobis; i. e. non certo alius dicit id) Wb. 20[a]. *nibí nach dethiden foir* (non est ei cura, nulla ei est cura) Wb. 10[b]. *bete banscala occartimthirect ni du nach oipred ailiu im.* (gl. numquid non habemus potestatem mulierem, sororem circumducendi? 1. Cor. 9, 5; i. e. sunt feminae ministrae ad nostrum servitium, ad nullum tamen aliud opus) Wb. 10[c]. *isnad dixnigedar nach æcne* (gl. sic non est inter vos sapiens quisquam? 1. Cor. 6, 5; i. e. est quod non est aliquis sapiens!) Wb. 9[c].

NI — NÍ (non res, non aliquid, nihil; cf. Ml. 17[b]: *mór ní,* gl. admirabile, i. e. magna res): *ní bí ní etarro* (gl. nulla intercessione interveniente) Sg. 150[b]. *sí feisine 7 ní bí ní tarahesi* (gl. l manet per se; i. e. ea ipsa et nihil est pro ea) Sg. 165[b]. *arni fil ni frisambed andechor* (nam nihil est, a quo differat) Sg. 183[a]. *ní torban dom nii disin* (non utilitas, nihil commodi mihi ex hoc) Wb. 12[b]. *ni dír dúib ní disund* (non congruum vobis aliquid de hoc) Wb. 27[a]. *ni dernat sidi ní nadfiastar side* (non faciunt hi, servi, quod nesciat hic, dominus) Wb. 22[c]. *ní inchoisget sidi ní* (non significant aliquid) Sg. 202[b].

Non dubium est, fuisse etiam alia substantiva negationem augentia. His adnumerandum videtur subst. *loun* (cf. p. 39): *ni tucsam loun linn ishibithsa* (gl. nihil intulimus in hunc mundum) Wb. 29[b].

B. Particulae interrogantes.

Sunt particulae interrogationem indicantes in celticis linguis, ut in latina vel aliis. Interrogatio ipsa, ut negatio, est aut directa aut indirecta vel dependens, non est tamen particularum interrogantium in hac vel illa positione differentia. Discernitur porro interrogatio simplex vel duplex sive bipartita, utraque aut positiva sine negatione aut cum negatione.

1. Interrogatio directa simplex positiva inducitur a particula IN (ante labiales IM; = lat. *an*): *inintsamlammarni* (gl. an aemulamur dominum? i. e. an imitamur?) Wb. 11[b]. *inanfossigid* (gl.

nescitis?) Wb. 8[d]. *india indoich side do* (gl. quis accusabit adversus electos dei? deus qui justificat? Rom. 8, 33; i. e. an deus? an simile hoc ei?) Wb. 4[b]. *indosa* (gl. nuncubi, gl. num et ubi; i. e. num alicubi?) Sg. 14[b]. *incoscramni* (gl. legem destruimus?) Wb. 2[b]. *imba immalei do* (gl. simul Jesus? Rom. l. c.) Wb. 4[b].

Interrogationis indirectae simplicis positivae particulam affirmo eandem *in* ex interrogatione duplice, quamvis non legerim exemplum simplicis indirectae. Ejus naturam etiam prae se fert formula DÚS IN (IM ante labiales; lat. *an forte, si forsan* in sententia dependente) non infrequens in Wb.: *duús incomalnid arrupredchad dúib issos.* (gl. ideo scripsi ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis, 1. Cor. 2, 9; i. e. an impleatis quod praedicatum est vobis in evangelio) 14[d]. *doairfenus doib dús imbed comrorcon and et nirobe* (gl. ascendi Hierosolymam secundum revelationem et contuli cum illis evangelium, Galat. 2, 2; i. e. contuli cum eis, an forte esset error ibi, et non fuit; vel legendum *inrobe:* an fuerit?) 18[d]. Porro: *combat cét leu buid domsa iniriss et duús inintamlitis* (gl. si quomodo salvos faciam: quamdiu sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad aemulandum provocem carnem meam et salvos faciam aliquos ex illis, Rom. 11, 14) 5[b]. *ni epur frib etarscarad frisuidiu* .i. *frigenti fobíith precepte dóib duús induccatar fohiris* (gl. scripsi vobis in epistola: ne commisceamini . ., non utique etc., 1. Cor. 5, 9; i. e. non dico vobis separari ab his, a gentibus, propter docendum eos, an forsan suscipiantur in fidem) 9[b]. *nascarad frisinfer dús inríctar triagnáissi* (gl. si qua mulier fidelis habet virum infidelem et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum; i. e. ne secedat a viro, ut forsan convertatur per consuetudinem ejus), *teccomnocuir inso isairi didiu asbiursa ambuith immallei dús inríctar indalanái trialaile* (gl. sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, 1. Cor. 7, 13. 14), *cechoníiscor dosétche uait níiscoirther act indnite dús im comchétbuid dúib* (gl. servus vocatus es, ne sit tibi cura de libertate, sed etsi potes liber fieri, magis utere, ibid. v. 21; *im* pro *imb:* exspectate, si forsan sit consensus vobis) 10[a]. *duús indip fochunn ícce do aindarpe aoentu* (gl. non communicamini cum illo ut confundatur, 2. Thessal. 3, 14; i. e. num forte sit causa salutis ei ejus excommunicatio) 26[b]. *duús indobfochad* .i. *duús infaás far-*

saithar (gl. ne forte tentaverit vos is qui tentat et inanis fiat labor vester, misi ad cognoscendam fidem vestram, 1. Thessal. 3, 5) 25[a]. *dúus indaithirset* (gl. nequando deus det illis poenitentiam et resipiscant a diaboli laqueis, oportet mansuetum esse ad omnes servum domini, 2. Timoth. 2, 25; *dúus ind-* hic ante vocalem, dum supra sunt *in-*, *dús in-*) 30[b].

2. Interrogatio simplex negativa incipit a particulis cum particula negativa compositis *inná* et *cani*.

INNÁ: *inná tecta cumachte indoilbthid inna criad* (gl. annon habet potestatem figulus luti?) Wb. 4[c].

CANI: *cani messe immoforling cretim dúibsi* (gl. nonne opus meum vos estis in domino?) Wb. 10[c]. *cani góo dúibsi anasberid* (annon falsum vobis quod dicitis?) Wb. 5[a]. *cani tú féin* (gl. quis enim te discernit? i. e. annon tu ipse?) 8[d]. *cani doich* (annon probabile?) 5[b]. *cani mebuir lib insenchasso* (gl. legem non legistis? i. e. annon vobis est memoria legis?) 20[a]. *décce lat corintiu et genti cani rochretset* (ecce tibi Corinthios et gentes, annon crediderunt?) 10[c]. *canipu uissiu athabairt dúnni* (gl. si alii potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? 1. Cor. 9. 12; i. e. annon esset justius, eam dare nobis?) 10[d]. Sunt etiam scriptiones CONI, CINI: *congniam fribsi octáircud raith spirito duib conihed fodera fáilti dúibsi et dúnni* (gl. adjutores sumus gaudii vestri; i. e. collaboramus vobiscum in efficienda gratia spiritus vobis; annon hoc fert gaudium vobis et nobis?) Wb. 14[c]. *cini glé lib* (annon cognitum vobis?) 12[d]. *cini inonn riagul linn* (gl. nonne eodem spiritu ambulavimus?) 18[a]. Scriptiones *cain*, *cainip* in Wb.: *cain ronóibad abracham trihiris* (annon sanctificatus est A. per fidem?) 2[c]. *cainipsa sóir* (annon sum liber?) 10[c], sunt e *cani*, *canip*, ut *main*, *mainip* (p. 701. 702) e *mani*, *manip*. Differre videtur *can* (quomodo?): *can rofestasu* (gl. unde scis?) Wb. 10[a].

3. Interrogatio bipartita priori parti praemittit notam solitam interrogationis IN (IM) et parti posteriori, si est positiva, FA (formam verbi substantivi pro BA, quae scriptio etiam invenitur), sin autem est negativa, finit FANACC.

Exempla interrogationis directae vel indirectae. *a.* Cum parte posteriore positiva: *imba bás ba bethu* (gl. quid eligam ignoro; i. e. utrum sit mors an vita, vel etiam directe: utrum est mors an vita? cf. *nibba, nipa*, non est, p. 480, et supra *imba*)

Wb. 23[b]. *imbat da .g. bete and ba .g. 7 .n.* (gl. in hoc veritatem videre: ostendit Varro his verbis: aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. In hujuscemodi Graeci et Attius noster bina gg scribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre facile non est, Prisc. 1, 7; i. e. utrum duae g sint hic, an g et n) Sg. 15[a]. *do línad intšliuchta uerbi airciasberasu potior ní lán chiall and confeiser ciadiacumachtaigther .ı. induit fein fa donach ailiu* (gl. omnis genitivus verbo adjungitur ad perfectionem sensus, ut mei vel illius potior, Prisc. 13, 5; i. e. ad perf. s. verbi, nam si dicis potior, non plenus sensus hic, donec scias, cujus, utrum tui an alius cujusquam) Sg. 209[b]. *isinderb immasc. fá fem.* (gl. dubia sunt genera; i. e. est incertum, sitne masc. an fem.) Sg. 61[a]. *issinméit inbis indepert .ı. immar fa bec* (gl. figura dictionis in quantitate comprehenditur) 73[a].

b. Cum parte posteriore negativa: *cain ronóibad abracham trihiris intree cǽm didiu fanacc* (gl. dicimus quia reputata est Abrachae fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? Rom. 4, 9. 10; cf. p. 358) Wb. 2[c]. *imba nacol dom fanac* (gl. ut et vos sciatis quae circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, Ephes. 6, 21) Wb. 23[a]. *:::digail forib ma:::d irlaithi arrofitir side imbo hochridiu fanacc* (gl. servi obedite, timentes dominum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, Coloss. 3, 22. 23; i. e. dabit vindictam vobis, si non estis obedientes; nam scit ipse, num fuerit ex corde necne) Wb. 27[c]. *robu anfiss dosom inrolég fanacc* (fuit ignotum ei, an legerit necne) Sg. 148[a].

C. Particulae respondentes.

Respondetur hibernice plerumque iterando verbo, praesertim verbo substantivo, aut affirmando aut negando quod interrogatum est. Ita sententia biblica: sit sermo vester: est, est; non, non (germ. ja, ja! nein, nein!) in hodierna lingua hibernica est: *go madh é bhur cómhrádh dhaoibh, A seadh, a seadh; Ní šeadh, ní šeadh,* quae formulae fuissent in vetusta: *is ed, is ed. ní ed, ní ed.* Exempla responsionis eodem modo negantis, formulae praecipue NATE, NADE (cum *a*, ut *cate,* an e verbo *atá?* cf. p. 361. 477. 478), plura occurrunt in Wb.: *india indoich side do náde ní doich* (gl. deus, qui justificat, accusabit? i. e. an deus? an proba-

bile hoc in eo? non! non est probabile!), *imba immalei do occartaithricc et occarnáinsem náte níba hed nisí arsercc less* (gl. quis est qui condemnet? simul autem Jesus Christus qui mortuus est? Rom. 8, 34; i. e. num simul est redimens nos et condemnans? non! non est ita! non is ei est amor nostri) 4[b]. *indoich bid indirge dodia insin. nate ni clóin* (gl. numquid iniquitas apud deum? absit! Rom. 9, 14) 4[c]. *cani epir náte atbeir* (gl. an et lex hoc non dicit? scriptum est enim etc., 1. Cor. 9, 9; i. e. num non dicit? non! dicit) 10[d]. *incoscramni . ní conchoscram* (gl. legem destruimus? absit! Rom. 3, 31) 2[b].

Non tamen inde poterit affirmari, defuisse in lingua vetusta hibernica particulas respondendi peculiares, ut sunt in aliis linguis. Nam quamvis non appareat particula responsionis affirmans in codicibus nostris, apparet tamen particula negans NAICC (germ. *nein!*) in Wb. 2[b], glossans lat. *non!* in loco epistolae ad Rom. 3, 27: "ubi est gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? factorum? non!" Non differt procul dubio NACC in formula jam memorata *fanacc*.

D. Particulae exclamantes.

Particulae appellandi vel exclamandi, quas dicunt interjectiones, occurrunt quaedam in codicibus hibernicis. Frequentior est *a, á, ha* (lat. o!), praemissa vocativo (exempla in declinatione nominis). In Sg.: *upp* (gl. ei, Virgil. ap. Prisc. 7, 5) 120[b]. *uch mochliab a nóib ingen* (vae pectus meum, o sacra virgo! glossa marginalis scriptoris codicis) 211[a]. Nescio an sit etiam interjectio in glossa item marginali: *uit mochrob* Sg. 176[b] in dextera folii parte, in cujus parte sinistra legitur *sca. brig.* (sancta Brigitta!)

II. Particulae britannicae.

A. Negantes.

1. Cambrica particula negativa simplex absoluta est NI, NY: *ni cein guodeimisauch* (gl. non bene passa, manus) gl. Oxon.

ny chlywyssynt eiryoet twryf a chawat kyffelyb y rei hynny (non audiverant unquam tumultum et tempestatem tantam ut hanc) Mab. 1, 23. Status consonarum sequentium primitivi vel infecti regulae memoratae sunt supra (in libri I cap. II inter Britannica A. I. 7, B. I. 5, C. I. 11).

Ante vocales est solita forma NYT: *nyt oed gyuanhed yny gaer* (non erat domicilium in castro), *nyt oed un llestyr, nyt oed un dalen* (non erat unum vas, folium) Mab. 1, 4. 5. 9. *nyt yspeilwys ynteu vi* (non spoliavit ipse me) Mab. 1, 10. *nyt attebei ef* (non respondebat is) 1, 267. *nyt atwaenwn i didi* (non cognoscebam ego te), *nyt adwaeney neb or teulu euo* (non cognoscebat aliquis ex agmine eum) 1, 25. 267. *nyt o gyuoetheu yd ymborthei* (non de imperando curavit) 1, 235. Immo occurrit etiam ante consonas: *nyt reit itti* (non necessarium tibi) Mab. 1, 8. 21. *nyt velly y mae iawn itt* (non ita tibi bene est) 1, 25. *nyt dyd hediw y neb y gerdet* (non dies hodie alicui proficiscendi) 1, 288. Subjacet etiam aucta *nyt*, ut *nat*, ante tenues aspiratas (p. 211), dum *ny, na* destituentes (p. 220) putandae sunt primitivae formae.

Formae ejusdem locum interdum obtinere videtur NYS: *achyuarch gwell aoruc idi. ac nys attebawd yr iarlles* (salutavit eam, sed non respondit comitissa) Mab. 1, 18. *wrth hynny nys atwaenat neb or llu ef* (propter hoc non cognovit aliquis ex agmine eum) 1, 24. Sed ob praecedens subjectum vel objectum *s* saepe pronomen infixum personale 3 pers. habendum est (p. 381): *os gallafi les mi ae gwnaf. afles nys gwnaf inneu* (si potero commodum faciam, incommodum non faciam) Mab. 1, 256. *dim oc awch da nys mynnaf* (aliquid ex vestro bono nolo) 1, 272. *ny chyuarchafi well ytti. kan nys dylyy* (non salutabo te, nam non mereris) 1, 283.

C o r n i c a NY destituens sequentes consonas: *ny yl den vyth amontye* (non potest vir unquam computare) Pass. 40, 2. *mar ny yl bos ken* (si non potest esse aliter; = *gyl*) 57, 4. *y vos kyllys ny vynna* (eum esse perditum noluit) 7, 3. *yn nef ny vethith tregis* (in coelum non eris receptus) 46, 3. Pro cambr. *nyt, nys* videtur obtinere NYN: *henna ganso nyn io poys* (hoc ei non erat molestum) P. 10, 2. Cf. tamen additae *g, ng, ni* exempla supra (p. 537).

A r m o r i c a NE, post quam non semper notatur infectio de-

stituens, quae etiam hodie obtinet, in Buh.: *ne gon* (nescio), *ne gallo* (non poterit) 4, 12. 48, 9. *ne gorreif ma drem* (non tollam vultum meum) 42, 17. *ne vezo ganet credet glan* (non erit natus, credite) 4, 21.

2. In sententia relativa vel dependente eadem particula britannice, ut hibernice, est NA.

Cambrica exempla: *mackwy ual hwnn yr na allei dywedut* (puer ut hicce, qui non poterat loqui) Mab. 1, 267. *y gynnedyf yw na daw marchawc ar y dir ef na mynno ef ymwelet ac ef* (consuetudo ejus est, quod non veniat eques in terram suam, quin velit ipse pugnare cum eo) Mab. 2, 50. *mae ryued na thodeis yn lynntawd* (mirum est, quod non ceciderim in furorem) 1, 10. *diheu oed gantunt na chlywyssynt eiryoet kerd kystal* (persuasum erat eis, quod non audiverint unquam cantum talem) 1, 23. *ar y llech y mae kawc aryant wrth gadwyn aryant. mal na ellir eu gohanu* (in lapide est vas argenteum in catena argentea, ita ut non possint separari) 1, 8. *medylyaw am na wn pa le ydaf heno* (meditor, quia nescio, in quem locum eam hac nocte) 2, 13. Cum pronomine infixo: *ryued yw gennyfi nam atwaenost* (mirum est mihi, quod non me cognovisti) Mab. 2, 7. Sequitur interdum post negationem vox, a qua dependet: *na chymeraf myn vygkret. . . na rodaf myn vygcret* (non sumam, non dabo, per fidem meam; i. e. per fidem meam, quod non etc.), *na rodaf yryfi a duw* (non dabo, per me omnino) Mab. 1, 264. 265.

Sunt etiam hic formae NAT et NAS differentes ut absolutae *nyt, nys.*

NAT: *ryuedu aoruc arthur na deffroes gwenhwyuar ac nat ymdroes yny gwely* (mirabatur A., non expergefieri G. et non moveri in lecto suo) Mab. 2, 8. *dywedut wrthunt awnaethpwyt . nat yr amarch arnunt y dodit islaw y teulu* (dicebatur eis, quod non ad contemtionem eis ponerentur infra familiam) Mab. 1, 276. *ar da arannei owein. hyt nat oed vwy gan y gyfoeth garyat* (et bona distribuebat O., ita ut non esset major apud subditos amor) 1, 21. *ry dycko iarll ieuanc. am nat aei yn wreic idaw* (comes juvenis abstulerit, quia non ibat ut uxor ad eum) 1, 28.

NAS: *ny dele mab uchelur uod en penteulu. sef achaus nas dele* (non debet sublimis esse major domus; haec causa quod non

debet) Leg. 1. 7. 1. *ac yrof a duw nas rodwni euo* (ac per me certo non darem ego eum, equum) Mab. 1, 10.

Cornica exempla: *ef a doys gans Christ na vye tregis* (juravit, quod cum Christo non esset conversatus) Pass. 85, 4. *the demptye guthyll pegh neb na ylly* (ad tentandum facere peccatum, quod non potest) 20, 4. Quae forma legitur etiam post subjectum inchoans sententiam: *te na yllyth omwethe* (tu non potes cavere), *ef na gaffas* (ipse non invenit, causam) P. 20, 3. 116, 4, siquidem haec recte impressa sunt in libro mendoso. Ante vocales pro cambr. *nat* cornice est NAG: *kyn nag off den skentyll* (quamvis non sum homo sapiens, dicam) Pass. 8, 1. *gensons cusyll nag o vas* (ceperunt consilium, quod non esset bonum) 31, 3.

Armorica: *euit vnan na duy, palamour sascun da vnan na duy* (propter aliquem, qui non venit) Buh. 4, 20. 6, 10. 11. Ante vocales item NAC: *perac guirion na sarmonez nac ouzomp guer ne leuerez* (quae causa, quod non libere sermocinaris, et quod non nobis verbum dicis? ubi *ne* ante *leuerez* superflue versus causa videtur additum) Buh. 56, 8. 9.

3. Negationis prohibentis particula non differt. Cambrica in sententia directa NA, ante vocales NAC: *na dos ditheu yny gyvyl ef* (ne eas in vicinitatem ejus, equitis!) Mab. 1, 248. *na cheryd ui ny wydwn i hynny* (ne maledic mihi! nesciebam hoc) 1, 287. *kyrchu y llamhystaen. Na chyrch heb y gereint* (sumere nisum, coepit eques. Ne sume! dixit G.) 2, 16. *nac ymchoeldi dracheuyn* (ne invertere retro!) 2, 36.

Poterit videri posse, ut in hibernica lingua vetusta, etiam obtinere NY, e. gr.: *ny bo gressaw duw wrthyt* (ne sit salutatio dei tibi!) Mab. 1, 292, nisi est statuendus sensus indicativi futuri: non erit, non fuerit.

Cornica: *na wra nay moy pegha* (ne facias amplius peccatum!) Pass. 34, 4. *na as troys na leyff na vo golhys* (ne omitte pedem vel manum, quominus sit lavata) 46, 4. Conjicienda est forma NAG ante vocales, cujus exemplum non legi.

Armorica: *na grit dif caffou na saouzan* (ne facite mihi curas vel dolorem) Buh. 38, 21. *duet na tardet muy* (venite, ne tardate amplius) 76, 6. Non differt forma ante vocales: *na ehan quet* (ne tarda!), *na esma quet* (ne time!) Buh. 4, 2. 146, 6.

4. Negatio prohibens indirectae sententiae cambrice signifi-

catur praepositione *rac* cum infinitivo verbi: *ylety eu er escubaur ebrenyn rac dale muc ar yadar* (habitatio ejus, falconarii, est in horreo regis, ne afficiat fumus ejus aves) Leg. 1. 10. 4. *ykymerassant kyt gyghor ynamgen. . . rac gwybot or corannyeit adywettynt* (sumserunt una consilium alio modo, ne sciretur a pygmaeis, quod dicerent) Mab. 3, 300. Abnormis hic loquendi modus est, quia in ceteris dialectis idem sensus negationis prohibentis non per singulariter positam praep. *rac* (ad, cornice cum infinit., p. 643), sed per formulam *rac na* cum verbo personali interdum significatur.

Cornica particula et armorica in sententia dependente eadem est, quae in absoluta.

Cornica: *ef a yrghys gwythe tam na guskens* (jussit cavere bene, ne dormirent) Pass. 241, 3. *na veny lethys nynges forth the omwethe* (ne occidamur, non est modus ad observandum) 245, 4.

Armorica: *mir na filli. mir na gruy da damnation* (cave ne decipias, cave ne efficias condemnationem tuam) Buh. 166, 4. 7. *ne caffaf span gant oun na ven daffnet* (non habeo tranquillitatem prae timore ne damner) 162, 5. 6. Formula armorica *rac na: niz sezlouo . . vn guez arall an tra se rac na hoarfe goall* (audiamus id, alia vice res haec ne accidat mala) Buh. 74, 8. 9. 10. *ahanen reson eo monet rac nam be blam oz chom aman* (ab hoc loco necesse est ire, ne mihi sit dedecus, si maneo hic) 98, 6. 8.

5. Negationis duplicis vel multiplicis formula britannica est NA — NA, ante vocales NAC. Cum non appareat *ni — ni*, ut in hibernica lingua, et ante verbum sententiae semper praeter eam formulam praecedat particula negativa, in eadem conjunctionem *nac — nac, na — na* (vel — vel, p. 688) suspicari poterimus.

Cambrica exempla: *ny byd reit itt torri na gwaew na chledyf* (non est necessarium tibi frangere nec hastam nec gladium), *ny byd ryd heno nac auory na threnhyd* (non liber erit hac nocte nec cras nec tertia die) Mab. 1, 259. 289. *hyspys yw genyfi na chynt na gwedy na chiglef i kerd kystal* (persuasum est mihi, quod nec antea nec postea audiverim cantum aeque dulcem) 1, 9. *ny welynt neb ryw dim. na thy nac aniueil. na mwc. na than. na dyn. na chyuanned* (non videbant aliquid, nec domum nec animal nec fumum nec ignem nec hominem nec habitaculum)

3, 146. Cum articulo vel pronomine infixo coalescens particula: *pandaeth yr gaer nadyn. na mil. nar baed. nar cwn. na thy. nac anhed. nys gwelei yny gaer* (cum veniebat ad castrum, nec hominem nec animal nec ursos nec canes nec domum nec habitationem, nil videbat in castro) Mab. 3, 151. *ny at yr arueu estronawl mawr racco welet nae wyneb ef nae bryt* (non est propter arma mira magna illa videre nec ejus vultum nec ejus formam) 2, 10.

Cornica: *dal na bothar ny athe nag omlanas nag onon na claff a vyth ow crowethe mar pesy a lenn golon* (coecus vel surdus non erat nec claudus ullus nec aegrotus unquam lecto adfixus, cum petiit fideli corde) Pass. 25, 2. 3.

Armorica: *nemeux na ioa na cuff na car* (non habeo gaudium nec cognatos nec amicos) Buh. 8, 23. Ob praecedentem ante verbum negationem sufficit etiam semel posita particula *na: gat na louarn ne espernaff* (nec lepori nec vulpi parcam) Buh. 32, 8.

6. Ad ampliandam negationem dialectus quaeque suas sibi voces elegit.

Cambrica pron. *neb* (aliquis), subst. *dim* (res) frequentius addit: *ny chaffwn i neb* (neminem inveni) Mab. 1, 10. *dim oc awch da nys mynnaf* (nihil de vestris bonis cupio) 1, 272. *ni chigleu i dim* (non audivi aliquid) 2, 232. 233.

Cornica praefert subst. *banna* (in Vocab. *banne*, gutta, stilla): *gans queth y ben y quethens guellas banna na ylly* (involucro ejus caput involvebant, ut videre aliquid non posset) Pass. 96, 1. *dal o ny wely banna* (coecus erat, nil videbat) 217, 2.

Armorica negationi addere vocem *quet* (leg. *ket*, utrum pron. an subst.? in sententia positiva in Buh. 170, 18: *me carhe gouzout quet goude*, scire velim postea) ita adamavit, ut facta sit perpetua fere negationis comes, ut gall. hodiern. *pas* (= passus), atque hodie quoque *ket* in eodem continuo usu sit. Exempla quaedam negationis qualiscunque cum ea voce e Buh.: *ne deux quet* (non habetur) 16, 16. *ne guallaf quet* (non possum), *ne gallen quet* (non poteram) 56, 13. 78, 13. *na ehan quet* (ne tarda) 4, 2. *na tardomp quet* (ne tardemus) 32, 12. 146, 17. 210, 8. *doe roen tir a miro dit tra hedro na nouso quet* (deus rex mundi custodiet, tibi res mala ne noceat) 6, 26. Est eadem adeo et comes praep. *hep* (sine): *hep gou quet* (sine falso) 116, 15. *hep quet*

nam, hep quet anam (sine macula) 72, 16. 104, 6. 146, 17. *hep quet amar* (sine mora) 204, 16, in quibus loquendi formulis fere possit videri idem quod pron. lat. *aliquis.* Rarius comitatur negationem vox *quen* (alibi etiam verbo positivo addita, = hibern. cambr. *cain,* bene?): *ne galaf quen* (non possum) Buh. 94, 21. *nem bezo quen* (non erit mihi) 132, 4. *hon credit na compsit quen* (credite nobis, ne loquamini amplius) 188, 12. *nen prouffen quen* (non id probarem) 170, 15.

B. Particulae interrogantes.

1. Interrogationem simplicem positivam, tam directam quam indirectam, cambrice significat AE ante nomina, A ante verba: *ae amser ynni vynet yr byrdeu* (num tempus nobis eundi ad mensas?) Mab. 1, 11. *ae gwr y arthur wyt ti* (num vir Arthuri es tu?) 1, 243. *gofyn aoruc owein ae dyn bydawl* (quaerere coepit O., an esset homo mundanus) 1, 31. *gofyn aoruc owein aoes uarch ac arueu yr iarlles* (quaerere O., an esset equus et arma comitissae) 1, 29. *gofyn aoruc owein yr uorwyn aoed le y gallei ef kaffel bwyt* (quaerere O. e puella, num esset locus, ubi posset capere cibum) 1, 32. *a bery di* (an facies tu?) 1, 264.

Cornice A: *a wotta* (an vides?) Pass. 195, 3. 255, 4. *a ow cows why an clewas* (num loquentem vos eum audivistis?) 95, 1.

Armorice A, ante vocales AC: *a guir eo tra se* (an verum est hoc?) Buh. 126, 20. *a te so claf* (num tu aegrotus es?) 56, 7. *ac eff so muy* (an sunt plures?) 120, 18. *da gouzout scler a huy ve quemeret* (ad sciendum bene, num vos sitis recepti) 20, 20. *huy goar net a hy so parfet* (vos scitis, an ea sit proba, puella) 22, 16. *leueret spes ac ef so hoz esper* (dicite, an id sit vestra spes) 22, 12. *grit huy vn odiance ac eff reiz en breiz man a deuhe* (facite augurium, an ipse recte in hanc Britanniam veniat) 88, 11. 13.

2. Interrogationis simplicis negativae notae britannicae sunt eaedem fere, ut hibernicae.

Cambrica PONY (hibern. *cani*): *pony wydut ti nat edewis y gawat hediw na dyn na llwdyn yn vyw* (annon scis, quod non siverit tempestas hodie nec hominem nec animal vivum?) Mab. 1, 9. *ponyt oed da mynet y geisaw* (annon esset bonum, ire

quaesitum?) 1, 11. *aphonyt y geissaw dial* (et quidni sumere vindictam?) 2, 18.

Cornica A NA, A NY: *a na wylta* (annon vides?) Pass. 120, 3. *a ny wothas ow mestry* (annon novisti potestatem meam?) 144, 3.

Armorica ANA, ANE conjicienda est et obvia, si recte video, in Buh. 158, 8: *anedindy duet guenede* (annon sunt allati tecum, argentei?)

3. Interrogationis bipartitae vix exempla occurrunt. Cambricae iteratae particulae AE — AE vel A — A, si pars posterior est affirmans, colligi possunt ex interrogatione simplici et e Leg. 2. 1. 27: *edeueyt e kefreith na vyr nep beth eu hy ai moruyn ae gureic* (lex pronuntiat neminem posse scire, quid sit ipsa, utrum virgo an mulier; cf. p. 686). Num in parte posteriori negativa in usu fuerit formula *ae nac, a nac,* exemplum non comprobat.

Cornicae ut armoricae formulae poterunt item conjici A — A, AC — AC. Sed in libris exempla non legi.

C. Particulae respondentes.

Cambrice respondetur saepius etiam ut hibernice repetenda voce, tam substantivo quam verbo, quo fit interrogatio, vel affirmando vel negando.

E. gr. affirmando: *ae amser ynni vynet yr byrdeu. Amser. arglwyd heb yr owein* (num tempus nobis eundi ad mensas? Tempus! domine, respondit O.) Mab. 1, 11. *a bery di bot vymmarch i am arueu yn vnletty ami heno. Paraf* (num facies esse equum meum et arma mea in uno loco mecum hac nocte? faciam!) 1, 264. *aoes chwedleu o newyd gennyt ti. Oes arglwyd heb yr ynteu* (num nuntii novi sunt tecum? Sunt! domine, respondit ille) 2, 6.

Si negatur, obtinet particulae forma NA, ante vocales NAC: *dywet heb ef. a vu ef gennyt ti a gwneuthur amuod arnat. Na vu myn vygret heb hi* (dic, inquit, num fuit is apud te ad faciendum contra voluntatem tibi? Non fuit, per fidem meam, dixit ipsa) Mab. 1, 240. *a vorwyn heb y peredur adoy di y dangos ymi yr anifeil hwnnw. Nac af ny lyuasswys dyn uynet yr*

fforest yr ys blwydyn (puella, inquit P., num ibis tu monstratum mihi animal hoc? Non ibo! non concessit homini ire ad silvam inde ab anno) 1, 293. *aatwaenost di y marchawc racco mawr. nac atwen heb yr ynteu* (num cognoscis tu equitem illum magnum? Non cognosco, respondit ille) 2, 10. Inde et formula NAC EF (non id! germ. nein!): *tydi vychwaer heb y peredur. myvi a rannaf y bwyt ar llynn. Nac ef eneit heb hi* (tu mea soror! inquit P., ego distribuam cibum et potum. Non id! anima, dixit ipsa) Mab. 1, 251. *arhowch vi yma heb y peredur mi aaf y ymwelet ar pryf. Nac ef arglwyd heb wynt. awn ygyt y ymlad ar pryf* (exspectate me hic, inquit P., ego ibo ad pugnandum cum serpente. Non ita! domine, dixerunt illi; ibimus una ad certandum cum serpente) 1, 277. Hodie quoque *nag e* in sententia biblica: *bydded eich ymarweddiadIë, ië; Nag e, nag e* (sit sermo vester: est, est; non, non!).

Inde vix in usu fuerit particula *nac* sola, ut hibernica particula negativa respondens *naicc* (p. 711); occurrit tamen ut substantivum (germ. *das nein*): *dyuot o gennat arthur anac genthi o iwerdon. . . gwedy lleueryd nac udunt. kyuodi aoruc bedwyr* (rediri a legatione Arthuri coeptum et non, i. e. negatio, repulsa, cum ea ex Hibernia . . . Postquam dictum non, negatum erat eis, surgere B.) Mab. 2, 240.

E contrario sunt peculiares particulae respondentes affirmativae quaedam cambricae, quas nescit hibernica lingua. Frequentior est IE, IEU: *ae gwr y arthur wyt ti heb ef. Ie myn vygkret heb y peredur, heb y gwalchmei* (num vir Arthuri es tu? dixit ille. Ita! per fidem meam, inquit P., G.) Mab. 1, 244. 285. Saepius tamen particula non respondet, sed affirmat solummodo, interdum et exclamat: *awn ygyt y ymlad ar pryf. Ie heb y peredur ny mynnafi hynny* (nos ibimus una ad certandum cum serpente. Certo, inquit, P., non permitto hoc) Mab. 1, 278. *datlewygu aoruc yr iarlles. Ie vy mab kychwyn a vynny. Ieu heb ef gan dy genyat* (resuscitata ex animi deliquio comitissa: revera, fili mi, abire tu vis! Ita! inquit, cum tua licentia) 1, 238. *can dy genyat heb y peredur mi a gychwynnaf ymeith. Ie hynny vymrawt avynny. Ieu myn vygcret. aphei na bei o garyat arnat ti ny bydwn yma hyt y bum* (cum tua licentia, inquit P., pergam foras. Heu hoc, mi frater, vis! Ita! per fidem meam; et si non fuisset amore tui, non

fuissem hic quamdiu fui) 1, 255. *Ieu heb y peredur yma y bydwn heno* (certo, revera, inquit P., hic erimus hanc noctem) 1, 256.

Particula nonnisi post interrogationem affirmans est DO (ita): *deffroi aoruc arthur agofyn agysgassei hayach. Do arglwyd heb yr owein dalym* (erpergefieri A. et quaerere, an dormivisset aliquantum. Ita! domine, inquit O., aliquid temporis) Mab. 1, 11. *a ymwelas ef athi heb hi. do heb ef* (num convenit ipse tecum, interrogavit ipsa. Ita! respondit is) 2, 24.

Cornice et armorice responderi item verbo praesertim, quo interrogatum est, iterando vel affirmative vel negative, colligere licet jam e memoratis et patet e pluribus exemplis, saltem armoricis. Sunt etiam armoricae particulae respondentis affirmativae peculiaris YA quaedam exempla in Buh.: *a huy a toehe noz boe y. Ya tizmat hep laquat sy* (num vos juraretis, quod non habuistis eos, argenteos? Ita! illico sine haesitatione) 160, 7. *a te touhe tam an tra man. Ya tizmat hep nep atfer* (num tu jurares revera hanc rem? Ita! statim sine aliqua perturbatione) 164, 15.

D. Particulae exclamantes.

Cambrica frequentior interjectio et particula appellans, praemissa ut in lingua hibernica vocativo, A, HA, jam adest in glossis Oxon.: *a mein funiou* (vittae tenues!), *a hir etem* (instita longa!), *ha arcibrenou* (o sepulti!). Ita et in Mab.: *a unbenn, ha unbenn, ha iarlles* (o domine! comitissa!) fq. *a vorwyn, ha vorwyn* (o puella!) 1, 28. 293.

Particulae magis exclamantes sunt OCH et OI, quarum illa interdum, haec semper appellantem *a* post se habet.

OCH: *och heb y riannon paham yrody di atteb uelly* (o, inquit R., cur das tu ita responsionem?) Mab. 3, 21. *arthur awisgawd ymdanaw y vynet y ymwan ar marchawc. Och arglwyd heb y gwalchmei gat ymi vynet y ymwan ar marchawg yn gyntaf* (A. se induit iturus certatum cum equite. Heus! domine, inquit G., permitte mihi ire ad certamen cum equite primum!) 1, 24. *Och ereint heb ef ae tidi yssyd yma* (heus Gerenti, tune es hic?) 2, 54. OCH A: *erchi y vendyth awnaeth. Och a truan heb ef ny dylyy gaffel bendyth* (poscere benedictionem coepit. Heus! miser, inquit, non mereris accipere benedictionem) Mab. 1, 287. *och awr*

heb y gereint. paham y colleist ditheu hwnnw (eheu, vir, inquit G., cur perdidisti tu hoc?) 2, 14. *och aenit heb ef pa gerdet yw hwnn* (eheu, Enita, inquit, qualis profectio est haec!) 2, 55.

OIA: *oia uorwyn dec a bery di* (ohe, puella pulchra, num facies tu?) Mab. 1, 264. *oia wr pa le yd ymordiwedawd ef athi* (ohe, vir, ubi superavit is te?) 2, 24. *oiawr kanyat y mor marw dlws yndaw* (o vir, an permittit mare in mortuo esse pretiosa?) 2, 216. *oi awrda y mae ymi gedymdeith. kynnydycko y gerd honn* (o vir nobilis, est mihi socius, sed non intelligit hanc artem) 2, 229. *oia arglwyd duw heb ef pwy yssyd yngorffen vyndiua i* (eheu domine deus, inquit, quis est, qui perficit ruinam meam!) 3, 154.

Sunt praeterea et aliae quaedam particulae cambricae exclamandi vel lamentandi: *oiaduw heb ef gwae vi vymot yn achaws* (o deus, vae mihi, quod sum ego causa) Mab. 3, 97. *oiaduw holl gyuoethawc gwaeui heb ef nyt oes neb heb le idaw heno namyn mi* (heu deus omnipotens, vae mihi, inquit, non est aliquis, cui non sit locus hac nocte, nisi ego) 3, 143. *gwae ui heb hi os om achaws i y mae* (vae mihi, dixit ipsa, quod propter me est, quod etc.) 2, 35. *vb wyr nawd duw ragoch. yr y byt na wnewch hynny* (heu viri, gratia dei sit vobis! per mundum ne facite hoc! cf. hibern. vet. *upp*, gl. ei, Sg.) 2, 216. *y mam heb ef peth ryued ryweleis yghot* (ohe mater, quod mirum vidi in silva!) 1, 236.

Cornicae interjectiones vix leguntur. Ne appellans quidem *a* in usu est in Pass.: *arluth du y a armas* (domine deus, exclamaverunt ipsi) 42, 4. *arluth du yw me henna* (domine deus, num ego sum?) 43, 2. *arluth gwyr a leversough* (domine, verum dixisti) 50, 4. *guas te a thek an grows* (puer, fer crucem!) 174, 2.

Armorice item appellatio fit sine particula *a* in Buh. Aliae quaedam interjectiones ex eodem libro: *ach autrou* (heu, eheu domine!) fq. *ach roen tron te goar guirionez mar e meux carez dellezet* (eheu rex thronorum, tu scis veritatem, num reprehensionem meruerim) 50, 3. *ach goa me breman* (heu, vae mihi nunc!) 174, 1. *eza merdeidi mazaimp prest* (eja, nautae, simus parati) 14, 11. Frequentiores sunt porro ibidem interjectiones excitantes *allas* (gall. hod. *hélas!*), *cza, orcza, orzca, orcza cza* (gall. hod. *ça! ça ça!*), et demonstrans *setu* (ecce!).

LIBER QUINTUS.

DE DERIVATIONE ET COMPOSITIONE.

Voces simplices omni flexione et omni syllaba accessoria carentes, sensum tamen significantes, elementa vocabulorum, quibus omnis lingua constat, cognitae radicum vel vocum radicalium nomine, in celticis linguis monosyllabae inveniuntur, ut in ceteris linguis affinibus. Ejusmodi syllabas radicales jam per se solae vocales efficere possunt, quibus si accedunt ab utroque latere vel una consona vel duae connexae, quo fiunt numerosissimae radices, vel etiam tres, quo pauciores oriuntur, discerni possunt formulae vel classes radicum hae.

I. Sola vocalis radicem constituens: *a, e* (pronn. possess.), *ê* (ire), *ó* (ex, a), *au* (nepos).

II. Unica consona inchoans: *me, mo, do, tu* (pronomina), *ma, ni, na, do* (particulae).

III. Unica consona finiens: *al* (alere), *ag* (timere) etc.

IV. Unica consona inchoans et finiens: *ber* (ferre), *ger,* (vox), *par* (parare), *cat* (pugna), *dûn* (oppidum) etc.

V. Duae consonae inchoantes: *tri* (tres), *tre* (per) etc.

VI. Duae consonae finientes: *alb, alp* (mons), *arb* (heres), *ard* (altus) etc.

VII. Duae consonae initiales cum unica finali: *bret, brât* (judicium), *brîg* (valor), *dlig* (debere).

VIII. Unica consona inchoans cum duabus terminalibus: *verg* (efficax), *delb* (figura), *delg* (*condelc*, comparatio) etc.

IX. Duae consonae inchoantes itemque finientes: *cland, plant* (proles), *crund* (rotundus), *slind* (pecten), *flesc* (linea).

X. Tres consonae inchoantes cum unica finiente: *scrîb* (hibern. *scribend*, scribere). Hujus classis, cujus sunt etiam lat. *stlata, strepo, strido,* jam pauca sunt exempla.

Celticae radices autem vel latinae rarae sunt, quae incipiunt a tribus, desinunt in duas consonas, ut lat. *splendeo, stringo,* et vix invenitur aliqua terminata a tribus, ut germ. *berht* (goth. *bairht*, clarus, quae eadem radix etiam subest nomini vetusto *Burcturi* Tab. Peut., quod alibi commodius ori romano est *Bructeri*), *tenht* (in nomine vetusto *Tencteri*), siquidem et hae sunt merae radices, et non derivatae voces. Multo minus exspectandae sunt voces secundum formulas, quae adhuc construi possint, SCERCT, SCRERCT, si consonae incipientes SC, SCR, finientes RCT significantur.

Earum radicum copiam omnem colligere et per varias classes vocabulorum singulorum origines et propagationes indagare, lexici haud dubie negotium est, non grammatices, quae potius pluribus communia observat.

E syllaba radicali nuda fiunt voces bisyllabae vel plurium syllabarum flexione, derivatione, compositione. Flexionis syllabis indutae voces primitivae quidem adhuc dicuntur, non derivatae scilicet, auctae tamen sunt, servientibus literis terminationum nominis vel verbi, quae in praecedentibus libris enumeratae sunt, formatae. Derivatarum et compositarum vocum formulae vel regulae in sequentibus capitibus tradentur.

CAPUT PRIMUM.

De derivatione.

Celtica derivatio non minus copiosa quam in aliis linguis affinibus, ut in his, fit tam vocalibus quam consonis. Vocales derivantes possunt quidem alternare cum derivationibus consonarum vel syllabis derivantibus ab iisdem formatis, non subsequuntur tamen ipsae solae bis vel ter, ut syllabae cum consonis derivantes.

Est igitur consonarum tantum derivatio praeter simplicem, etiam duplex vel multiplex.

I. Derivatio hibernica.

A. Derivatio vocalium.

Nomina linguarum affinium stirpis indeuropaeae desinere primitus in vocales tres principales A, I, U, docuit grammatica comparata. Concordat prisca gallica, quae servat modum primitivum in medio compositorum, ubi voces priores exhibet terminatas ab iisdem vocalibus, sola excepta A, cujus locum obtinet O in plurimis nominibus, e. gr.: Lugodunum, Lupodunum, Sigovesus, Bellovesus, Cingetorix. Finalis I prioris partis compositi item frequens est in nominibus vetustis: Moridunum, Moricambe, Moritasgus, Cassivellaunus, Cassignatus, Nivimagus. Et finalis U: Esunertus, Viducasses, Bituriges, Caturiges, Mandubratius.

Inter has primum loco cedit A (O), e. gr. in compositis Lausdunum, Atismara, Lugdunum. Non habere videtur eandem tenacitatem, ut ceterae duae, I et U, quae etiam prae omni alia vocali vel diphthongo inserviunt derivationi. Jam fit utraque derivans, si illa (O = A) intercedit copulans, ut fit saepius, inter partem priorem terminatam ab his duabus, I et U, et posteriorem compositi; e. gr. post I: Noviomagus, Noviodunum, Mediolanum, Mediolacus, Mediomatrici, Bodiocasses, Velliocasses, Ambiorix (ita ut etiam conjici possint Moriodunum, Cassiognatus), et post U: Boduognatus, Epomanduodurum (cf. Mandubratius).

Eodem modo extra compositionem occurrit derivans utraque vocalis accedente vocali alia terminationis alicujus. I: Curia Itin., Stuccia, Ravius, Novius, Tobius (fluvii Brit. et Hibern.) Ptol., Ollius, Mincius (fluvii Galliae cisalp.), Larius (lacus), Tausius (Tunger, Capitolin. Pertin. c. 11), Commius Caes., Cassius (gallicae originis?), Vasio (urbs Vocontiorum, Mel. 2, 5. Plin. 3, 4), Sirione (ablat.) Itin. A., Albion (nomen vetustum Britanniae, ap. Mel. Plin. Ptol.), Bergion (Mel. 2, 5), Juliacum, Clipiacum

etc. Teutobodiaci, Bodiontici (cf. Segobodium Tab. Peut.) Plin. Frequentissime *i* derivat inter syllabas derivantes *-at, -et, -it, -ant, -ont* etc. et *-on* vel *-ac:* Tutatione, Stabatione, Colatione, Bregetione, Saletione, Tinnetione (cf. ad Bilitionem castrum Greg. Tur. 10, 3, hod. Bellinzona), Brigantione, Derventione, Vesontione, Revessione, Petovione, ablativi nominum locorum in Itinerariis. Avenio, Arausio (= ion; oppida Galliae Narbon., Mel. 2, 5), Divitiacus, Segontiaci, Magontiacum etc.

U: Atesui (Galliae pop., Plin. 4, 18; cf. Essui Caes.), Mesua (collis Gall. Narb., Mel. 2, 5; cf. *Μεσούιον* Ptol. in Germ. magna), Addua (fluv. Gall. cisalp.; cf. quidam nomine Adduus, Vellej. 2, 102 et Aduatuci Caes.), Aedui, Vidua (fluv. Hibern., Ptol.; cf. Viducasses Plin.), Ateboduus, Maroboduus (cf. p. 27), Cartismandua (Britannor. regina, Tacit.), Veromandui, Abrincatui Ptol. Plin., Ambitui Plin., Meduana (torrens prope Andegavum, Gregor. Tur. 10, 9; ita etiam in Actis SS.), Medoacus (fluvii duo Galliae cisalp., Plin.), Meduantum Tab. Peut., Sequana, Sequani, Nantuates (i. e. Vallenses), Cotuatus, Gutruatus Caes., Bituitus (Flor. 3, 2; cf. Bituriges), Aruanna, Teruanna Itin., Adcantuannus, Arduenna Caes. Sunt adnumeranda forsan etiam nomina Helvii, Helvetii, Nervii, Carvilius, Arverni.

Praeter has duas vocales usitatissimas in derivatione priscae linguae vix alia correpta occurrit, e. gr. *e* in Correus (Bellovacus, Caes. 8, 6. 19), siquidem non longa est haec et recte concepta). Solent illae etiam servare in vocibus, quibus conveniunt eaedem, suum locum ante consonas derivationis accedentes; e. gr. *i:* Morini, Toutillus Inscript. (cf. Toutia, Toutiorix, p. 38), Bodincomagus (Plin. 3, 16), et praesertim *u:* Esubii (pop. Gall. ap. Caes.), Esuggius (nom. viri ap. Murat. 1986, 7. Orell. 2062; cf. Esunertus Inscript., i. e. Marte validus, compos. cum nomine dei gallici Hesus Lucan., Esus Inscr.), Mandubii Caes. (cf. Epomanduodurum, Cartismandua), Meduli, Medulli Plin., *Μέδουλλον* Ptol., Medullius Inscript. (Grut. 1038, 9; cf. Meduana, Meduantum), Catullus (cf. p. 6; nomen viri cambr. vet. *Catell* in chron. cambr. in praef. Leg. p. IV), Catuso (Inscr. Orell. 273), Catussa (Sequanus, Inscr. Orell. 4803), Bellatullus, Belatulla (Inscript. Orell. 287. 4983; cf. Bellatumara p. 19, Belatucardus Inscr. Mur. 43, 1).

Vocales junctae in diphthongos derivantes in vetustis nominibus poterunt dici *ai, ei, au, eu,* quarum tamen vocales posteriores accedente flexione solvuntur in spirantes. Exempla ideo sequentur infra sub spirantibus.

In lingua hibernica jam vetusta evanuerunt non solum vocales tres primitivae intermediae in compositis, sed etiam *i* et *u* finales substantivorum, e. gr. in *muir* (= *mori,* mare), *buáid* (= *bôdi,* victoria; in quibus duabus vocibus *i* pereuntis vestigium latet adhuc in vocali radicis infecta), *fid* (= *vidu,* arbor), *bith* (= *bitu,* mundus), *cath* (*catu,* pugna). Plurimum tamen perstitit *i* derivans formularum substantivorum *-sion, -antion, -ention* etc., et adjectivorum *-ati* (conjiciendum est adj. gall. vet. *gaisati,* hasta praeditus, p. 64), *-eti* etc. Conveniunt enim cum illis substantiva hibernica in *-siu, -isiu,* gen. *-sen, -itiu,* gen. *-iten* (e. gr. *úrphaisiu, déicsiu, fóisitiu;* cf. lat. *divisio, -ionis*), cum his autem adjectiva derivata in *-te, -de, -ithe* (e. gr. *dálte,* forensis, *gaide,* hasta praeditus) cum *e* deficiente ex *i.* Substantivorum trium generum (cf. p. 245. 257) vel pronominum finalis *e* in quibusdam haud dubie ejusdem originis est, e. gr. in derivatis in *-aire, -ire, -se* (*notaire,* notarius, *caim̄se,* camisia), in pronom. *aile* (alius), *uile* (omnis), in aliis tamen forsan ex aliis vocalibus orta, forsan et residua postquam amissa est consona finalis, e. gr. *s,* abolita certo in pluribus formis hibernicis. Ita etiam *-e, -i, -u* prodiisse ex *-ed, -id, -ud* putandae sunt in substantivis *tene,* gen. *tened* (ignis), *fili,* gen. *filed* (poëta), *máthrathatu,* gen. *-thatad* (matrimonium), *ailidetu,* gen. *-detad* (alternatio).

Subjungo nomina quaedam desinentia adhuc in *-e* vel *-u,* praesertim alibi non memorata, sive sint diversi generis substantiva sive diversae originis terminationes.

E finalis substantivorum: *ette* (gl. pinna) Sg. 67[a]. *cuilae* (gl. culina) Sg. 51[b]. *lainne* (gl. acrimonia, gl. acredo) Sg. 50[b]. 52[a]. 62[b]. *lindæ* (gl. termes) Sg. 102[a]. *rucce* (dedecus) Wb. 24[a]. 26[b]. 30[a]. *bethe* (gl. buxus, arbor) Pr. Cr. 24[b]. *gainae* (gl. silex) Sg. 61[a]. *tinne* (gl. chalybs) Pr. Cr. 47[b]. *slice* (gl. lanx) Sg. 20[a]. *scotae* (gl. violarium) Sg. 35[b]. *athinne, aithinne* (gl. torris, gl. fax) Sg. 70[a]. Pr. Cr. 48[a]. *enchache* (gl. scurrilitas) Wb. 22[b]. Adjectivorum:

áithæ (gl. acutus) Sg. 108ª. *buide* (gl. flavus) Sg. 14ª. *torisse, tarisse, toraisse, taraisse* (fidelis, firmus, securus) Wb. 25ᶜ. 27ᶜ. 30ᵈ. Ml. 27ª. *sommae* (dives), *domme* (inops) Ml. 36ª. 36ᶜ. *cumme* (aequalis, idem) fq. Adjectiva derivata in *-ithe, -the, -te* cum finalem vocalem saepius in *a* mutent in Sg., ex eodem quaedam aliae voces his addi poterunt, e. gr. *derba* (certitudo) 66ᵇ. *sechta* (gl. mechanice) 33ª.

U terminalis: *áru* (gl. rien) Sg. 96ᵇ. *muirmóru* (gl. Siren) Sg. 96ᵇ. *orddu lámae* (gl. pollex) Sg. 68ᵇ. *cundu* (gl. supparus) Sg. 70ª. *adircliu* (gl. cornix; *adarc,* cornu) Sg. 69ª.

B. Derivatio consonarum simplex vel duplex.

Sunt primum enumerandae formulae monosyllabae consonarum derivantium, et inter eas quae inveniuntur frequentioris usus bisyllabae vel elisa una vocali duarum saltem consonarum. Vocalis syllabae derivantis non solum est correpta, quae interdum decidit, ut consona nuda ad radicem accedat, sed etiam producta esse potest vel diphthongus. Consona derivans ipsa est aut singularis, aut juncta tam secum (derivatio geminata) quam cum alia (derivatio connexa). Tam formulae derivationis connexae, cujus consona prior frequentius est liquida N, spirans S vel tenuis C, rarius R, vix L, quam formulae bisyllabae in hoc conspectu enumerantur secundum consonam posteriorem. Praemitto et hic exempla vetusta gallica, ut sit fundamentum tam hibernicis quam britannicis.

1. Derivatio liquidarum.

L singularis derivantis exempla vetusta gallica vel britannica. *a)* Accedentis excussa vocali ad radicem: *Ἐβλάνοι* (pop. Hibern.) Ptol. Sumlocenna (colonia ad Nicrum, in Inscriptt.; cf. Samulocenis leg. Sumulocenis Tab. Peut. et Sumelonius Inscr. Grut. 851, 7). Segla (nom. pr. fem.) Inscr. Murat. 1213, 2. Cuslano sacr. (cf. Cosli, nomen vetust. oppidi Cusel, et Cuses Orell. 484) Inscr. Orell. 1985.

b) Accedentis cum vocalibus correptis. AL: Teutalus (Gallus) Sil. Ital. 4, 198. Magalus (rex Bojorum) Liv. 21, 29. *Tal-*

ζαλοι, Ταιζάλων (ἄκρον, Britann.; cf. Azali Plin. 3, 25) Ptol. Mantala (Allobrog.) Tab. Peut., Petromantalum (Galliae oppid.; cf. Cata-mantal-edis fil. Caes.?) Tab. Peut. Montalomagensis vicus Gregor. Tur. 7, 47. Cucalonis fil. Inscr. Orell. 4903. EL: Ocelum, Grajoceli Caes. Vindelici Horat. (od. 4, 4). Vindelicus amnis Flor. 3, 2. IL: Sicila (vicus Galliae) Lamprid. Alex. Sever. c. 59. Basilia (cf. Basilus Caes. 6, 29) Ammian. 30, 3. Jopilia Bolland. Sept. 5, 597. Virgilius, Vergilius Martial. Sidon., Vergiliae stellae (cf. p. 14). Carvilius Caes. Vindilius Inscr. Stein. 298. OL: ἄλβολον (pulegium herba Gallis) Dioscor. 3, 30. Anisola (amnis, monast.; cf. Anisus) Boll. Mai. 3, 608. Jun. 3, 355. UL: Meduli Auson. epist. 4. 7. Camulogenus, Taximagulus Caes. Camulus (Mavors) Inscr. Orell. 1977. 1978. σκούβουλουμ (strychnus herba Gallis) Dioscor. 4, 71. Βρίγουλος (vetustius nomen Araris vel Saugonnae) Plut. ed. Reisk. 10, 729. 730. Dammula Inscr. Murat. 1305, 1. Itulus Grut. 807, 7. 853, 9. Domnulus, Dumnulus Sidon. epist. 4, 25. 9, 13. Venuleius Lamprid. Alex. Sever. c. 68. Benuleia (fem.) Inscript. Murat. 1313, 10.

c) Accedentis cum vocalibus productis. ÂL derivantis exempla quaedam forsan quaerenda sunt inter supra dicta in *-al*, formae adjectivi, quae cambrice est *-aul*, *-awl*. Diphthongi in nominibus Καμβαύλης ap. Pausan. 10, 19, Sugeulo in Inscr. ap. Orell., si sunt derivata, non composita (cf. hibern. vet. *éola*, *éula*, sapiens, p. 42).

d) Derivans LL in nominibus gallicis vel britannicis. ALL: Οὐέξαλλα (aestuar. Brit.) Ptol. villa Bonalla, Boll. Mai. 3, 608. monast. Pentallum in pago Rotomag., Mabill. saec. 2, 478, in quibusdam alternans cum *-ell:* in vico Marsallo, Marsello Trad. wizenburg. n. 215. 230, Concurcallum, Concorcellum ap. Vales. In Italia superiore adhuc Guastalla, Varallo, vix alius quam gallicae originis. Sunt et formulae bisyllabae cum tenuibus vel liquidis aut praecedentibus aut sequentibus: Caracalla („Aur. Antoninus Bassianus Caracalla, Lugduni genitus, cum e Gallia vestem plurimam devexisset, . . . de nomine hujusce vestis Caracalla cognominatus est") Aurel. Vict. epit. c. 21. Avallocius vicus Greg. Tur. 4, 50. Aballone (loc. Gall.) Itin. Ant. ELL (in femininis praesertim deminutivis, ut videtur): Mosella (cf. Mosa). Οὔξελλα (oppid. Brit.) Ptol. Maurella (nom. propr. fem.) Mabill.

dipl. suppl. p. 93. villa Nivella, Boll. Jul. 3, 61. locus qui dicitur Morsella (Belg.; cf. Mursella et Mursa, Pannon. loc. in Itin. Ant.), Mabill. saec. 3. 1, 17. 18. Vincella (super fl. Icaunum, hod. Vincelle) dipl. a. 634, Mabill. dipl. p. 465. silva forestella (p. 93). Plur.: Vercellae Plin. 3, 17. Vipellis, Viscellis (Noric., Pannon.) Tab. Peut. Porro: Uxellodunum Caes. locus Oscellus (in Sequanae insula), Boll. Mai. 6, 803. capellus, capella, capellum (minor capa, tegmentum, gall. hod. *chapeau*, pileus) ap. Cang., a quo non dissidet Capellatium (vel Palas, nomen regionis, i. e. limitis imperii romani quondam transrhenani) Amm. 18, 2. ILL (demiuens subst. masc. et fem.): regillus (gl. regulus) gl. Isid., frequentissima derivatio nominum propriorum masc. et fem.: Roscillus, Celtillus Caes. Toutillus, Troucillus, Sorillus, Borillus, Capillus, Pistillus in Inscriptt. ap. Grut., Murator. et Orell. Feminina: Fadilla, Procilla (Nemausensis generis) Capitolin. Anton. P. c. 1. Livilla, Drusilla Sueton. Calig. 7. 24. Babilla, Vindilla, Excingilla, Gabrilla etc. in Inscriptt. Non infrequens haec formula etiam in duplici derivatione cum liquidis vel tenuibus: Cavarillus, Abducillus Caes. Otacillus, Otacilla Inscript. Orell. 373. Varicillus, Jovincillus, Carantillus Inscr. Grut. et Murat. Cabillonum Caes. ULL ut praecedens: Marullus Inscript. Orell. 4019. Sabullus Grut. 1003, 1. Titullus Murat. 1501, 7. Catullus (Tricassinus, Vesontinus) Murat. 1068, 7. Orell. 2064. Germullus Grut. 955, 12. Cintullus, Centullus Murat. 1281, 6. Feminina: Marulla Orell. 5060. Magulla Grut. 912, 10. Titulla Murat. 1501, 6; cum alia derivatione: Bellatullus, Belatulla Orell. 287. 4983. Caratullus Grut. 862, 2. In nominibus locorum: Cuculle (prope Juvavum; cf. bardocucullus, Trebell. Poll. Div. Claud. c. 17, cuculli bardaici, Capitolin. Pertin. c. 8) Tab. Peut. *Μέδουλλον* (Raetiae oppid.) Ptol. Praeponderant ut in simplici etiam in geminata derivatione vocales *i* et *u* cum principe *a*; *e* et *o*, si occurrunt, ab illis prioribus transgressae videri poterunt.

Hibernica vetusta exempla concordantia cum hactenus enumeratis.

a) Simplex L non intermedia vocali ad radicem accedens:

dál (cambr. *datl, datol,* cf. p. 20. 82). In substantivis desinentibus in *-le: túithlae* (gl. gibbus) Sg. 22[a]. *tuthle* (gl. gibbus, gl. cancer) Prisc. Cr. 9[a]. Wb. 30[b]. *saltlae* (gl. calx), *certle* (gl. glomus) Sg. 50[a]. 70[b]. *sercla* (gl. irritamenta, gulae) Sg. 63[a]. *isintuaichli* (gl. in astutia, sapientes) Wb. 8[d]. *sotli* (gl. animositates) Wb. 18[a]. *icumachtu et miathamli dǽ* (gl. in forma dei, cum esset Christus) Wb. 23[c]. In derivatione cumulata *-lid: forcitlid* (praeceptor; e *forcital*) Wb. Fit idem ante terminationes flexionis: *donaib íslib* (gl. ad inferna; adj. *isel*) Ml. 27[b]. *bed adthramli* (gl. ut sitis sine querela et simplices) Wb. 23[c]. *sainemli* (peculiares) Wb. 12[b], e derivatione duplici *-amil,* de qua mox infra dicetur.

b) Liquida simplex accedens cum vocalibus correptis ad radicem.

AL derivans 1. substantiva masc. et neutr.: *tindnacal* (distributio), *amal, samal* (similitudo) Wb. fq. Nom. propr. virorum: *Cathal* Ann. Inisf. ap. O'Con. 2, p. 20. *Tuathal* (= Publius, e *tuath*, populus) Tigern. ap. O'Con. 2, 31. In aliis substantivis, e. gr. *tóxal* (gl. verriculum) Sg. 33[b]. *tre foxal* (gl. per metaplasmum) Sg. 201[b]. *forcital* (doctrina) Wb. fq. *intinscital* (inceptio) Ml. 15[a], sunt duplices derivationes SAL, TAL. 2. Adjectiva: *huasal* (superus) Cr. 33[d]. *uasal* (nobilis) Wb. fq.

EL in substant. masc.: *tuisel* (casus) Sg. fq. *temel* (obscuritas) Wb. 12[c]. 21[a]. E dativo adj. *ísiul* et *hisul* Cr. 18[b]. 33[d] licet colligere formam *isel* et *isal* (inferus); britannice idem est *isel,* ut *uchel* (altus), cui tamen respondet hibern. *uasal.*

IL in adject. *cosmil* (similis; pro *cosam-il,* compos. cum *co-*), unde subst. *cosmilius* (similitudo) Wb. Sg. fq.

Ex eadem radice progressa videtur formula bisyllaba -M-L adjectivorum, quae tamen aequalis est omnino derivationi, mutans vel elidens vocales: *sainemail* (praestans) Wb. 3[c]. *athramil, mádramil* (paternus, maternus) Wb. 13[d]. *ócmil* (gl. tyro; i. e. juvenilis) Sg. 47[b]. Accedentibus flexionibus elisio secundae vocalis: *gnímu sainemli* (facta praeclara) Wb. 12[b]. *sainemlan* (gl. bellus) Sg. 37[b]. *bed adthramli* (gl. sitis simplices sicut filii dei) Wb. 23[c].

Eandem originem, compositionem ergo primitivam, indicat ipse codex Sg.: *sainsamail* (gl. optimas) 50[a]. *sainsamail* (gl. potis; = *sainemail,* pl. *sainemli* Wb.) 39[b].

OL et UL alternantes in substantivis: *mebol* (dedecus) Wb.

8[a], *mebul* 1[b]. 3[b]. *tindnacol* (traditio) Sg. 209[b]. *tindnacul* (in his locis nominativus vel accusativus, non dat.) Wb. 9[b]. 21[c], quod etiam alternat cum *tindnacal* Wb. Ejusdem formae et radicis est *adnacul* (sepulcrum) Wb. 27[a]. Ml. 22[b]. Dubium est, an huc etiam pertineant: *sóol, seol* (gl. velum, gl. carbasus) Sg. 14[a]. 70[a]. *diol* (gl. lodix) Sg. 69[a]. *dorochol* (gl. foramen) Sg. 54[a]. Praeterea in UL: *saigul cáich* (gl. tempus acceptibile, novi testamenti) Wb. 15[d]. *bágul* (colligendum e genit. in loco: *dogabáil báiguil,* ad capiendam praedam) Wb. 25[b]. *gabul* (gl. furca, gl. patibulum; cf. med. lat. *gabalus, gabala, gabalum,* crux, patibulum, ap. Cang.) Sg. 45[b]. 53[a].

c) Cum vocalibus productis eadem vel diphthongis. ÂL frequentior in substant. verbali fem. *gabáal, gabál* (sumere, sumtio, p. 461) Wb. fq. cum suis compositis: *imgabáal* (vitare, vitatio) Wb., *imcabál* Sg. 203[a], *dígbál* (ablatio) Sg. 9[a], *etargabál* (gl. intercapedo) Sg. 52[a], *tercbál* (ortus) Cr. 18[c], *indocbál, inducbál* (gloria, splendor) Wb. fq. Cr. AUL conjicienda in adj. *remdedólte, remdedoldae* (gl. antelucanus; cf. p. 40) Sg. 36[a]. Ml. 21[c], et forsan etiam quaerenda est diphthongus in *-âl,* si confertur enumeratis exemplis cambr. *cafael.* Hibernica adjectiva derivata in *-ál,* ut cambrica in *-aul, -awl,* mihi non obvia sunt.

d) Derivantis LL exempla e codicibus vetustis. ALL: *aball* (gl. malus, arbor; cf. Aballone Itin.) Sg. 61[b]. *fugall* (cui adscribit alia manus *fugell,* gl. negotium, adversus alterum; mox dat.: *ófugull,* gl. judicio, contendit) Wb. 9[c]. *pupall* (gl. tentorium) Sg. 50[a]. *fannall* (gl. hirundo) Sg. 52[b]. *connall* (gl. stipulam, colligendo) Sg. 66[b].

ELL: *srogell* (gl. flagrum) Sg. 48[b], genit.: *sainchenelæ srogill* (peculiare genus flagelli) Wb. 17[d].

ILL: *inill* (gl. tutor; si recte lego, est enim dubia scriptura) Sg. 13[a]. Nom. pr. *Sinill* Tigern. ap. O'Con. 2, 177; cf. p. 304.

OLL, ULL: *mocoll lín, mocol lín* (gl. subtel; gael. *mogul*) Sg. 63[a]. Pr. Cr. 25[b].

M derivans gallica. *a*. Singularis accedens sine vocali ad radicem: Ὄγμιος (Gallorum deus; cf. *ogam,* p. 1. 2) Lucian. Trocmi (pop. gall.) Liv. Plin. Acmodae (insulae) Plin.

b. Cum vocalibus correptis. AM: Cinnamus (nom. viri) Inscr. Grut. 842, 10. Loutius Clutami fil. Inscr. Orell. 4994. Trigisamo (locus, item fluvii, hod. Treisam, influens in Danubium unus, in Rhenum alter) Tab. Peut., compos. et deriv. Tri-gis-am? Videtur tamen obtinere -S-M duplex derivatio in nomine *Βελίσαμα* (aestuar. Brit.) Ptol. Miner. Belisamae Inscript. Orell. 1431 (Belisanae Orell. 1969). EM: *πονέμ* (herba artemisia vel serpyllum, rapium Gallis) Diosc. 3, 117. petra quae Artemia dicitur, vir Artemius nomine (cf. hibern. *Artur*, cambr. *Arthur*) Boll. Jul. 1, 53. 114. IM: Bergimus (deus) Inscr. Orell. 1971. 1972. pars agri quod vocatur Sissima, dipl. a. 634 ap. Mabill. p. 465. Post aliam derivationem: Carpusimo Inscript. Murat. 1441, 4. OM: Bergomum (opp. Gall. cisalp.), Vindomum (Brit.) Itin. Vertacomacori (pagus gallicus, compos. Ver-tacomo-cori? cf. Dacoma Inscr. ap. Emele p. 67) Plin. 3, 17. Venaxomodurum (Raet. oppid.) Notit. dignit. UM: Maidumo, dipl. a. 862 ap. Mabill. p. 537. in villa nuncupante Cuchuma (ad Mosell.), Martène 1, 184.

c. Cum vocalibus productis vel diphthongis derivantis *m* non exstant exempla.

d. Geminatae MM derivantis gallicum item non apparet exemplum. Ejus locum obtinere videri poterit SM: Osismii (pop. gallic.) Strab. Plin. civitas Ecolismensium Libell. de provinc. Rom., Ecolisma (hod. Angoulême) Greg. Tur. 2, 13. 37. nemus cui Molismus nomen est, Vita S. Roberti primi abb. Molism., Boll. Apr. 3, 670. Bellismum castellum, Orderici Vital. histor. eccl. Norm. (Vales. p. 72. 79). *λειούσματα ἢ λεγούσματα. εἶδος καταφράκτου. Γαλάται*, Hesych. ed. Alb. 2, 442. Sed vix dubium, ortam esse hanc e derivatione supra memorata duplici *-s-m*, e. gr. in nomine Belisama ap. Ptol.

Hibernica M derivans. *a)* Simplex accedens vocali non intermedia ad radicem terminatam vocali in substantivis masc.: *gním*, gen. *gnímo* (actus), e verb. *gníu*, facio. In pluribus substantivis terminatis ab *-m* vel *-me* ob flexiones *-man, men* prodeuntes in casibus obliquis (p. 264 sq.) *n* amissa et derivatio ergo *-m-n* duplex statuenda est, e. gr. in his: *bém* (verber), *ainm* (no-

men), *togairm* (invocatio), *menme* (mens) Wb. fq., ad quae forsan pertinent etiam: *sleidm* (gl. sanies) Sg. 218[b]. *félmae* (gl. sepes) Sg. 50[b]. *aicmae* (genus) Sg. 34[b]. Aggressio eadem ad radicem fit accedente in fine flexione vel alia amplius derivatione: *dénmo* gen. a *dénom* (facere) Wb. fq. *dílmin* (licitus) Wb. *sechtmaine* (septimana) Cr. *tairismech* (constans) Wb.

b) Simplex cum vocalibus correptis. AM in substantivis diversi generis: *áram*, gen. *áirme*, dat. *árim* (numerus), *fognam*, gen. *fognamo*, dat. *fognom* (servitus) Wb. Sg. Porro: *solam* (gl. solarium) Sg. 53[a]. *todernam* (gl. supplicium) Sg. 133[b]. Ml. 27[c]. *accaldam* (appellatio) Wb. Sg. Cumulata derivatio in subst. *altram* (nutritio) Wb. 28[d]. Sed et hic *-m* residua est interdum ex *-m-n*: *talam* (terra), gen. *talman*, adj. *talmande*. Opprimitur vocalis radicis in *fognam* (servitus; a *fogniu*, servio). Addenda sunt adj. *airlam*, *irlam* (paratus, promtus; *airle*, voluntas) Wb. fq., adv. *riam* (antea; a praep. *re*, ante) fq.

EM in subst. fem. (p. 259. 260) e verbis (p. 461. 462): *móidem* (laus), *cretem* (fides) Wb. fq. *airégem* (gl. querimonia) Sg. 51[a]. *tairissem*, *terissem* (positio, status) Sg. 74[b]. Ml. 34[c]. In masculinis e substantivis, terminatis ab *-em*, e. gr. *brithem* (judex) Wb. 6[b]. 8[d]. 9[c], *n* amissa etiam statuenda est, quae apparet scilicet in formis *brithemin* (judices), *brithemnacht* (judicium). Ejusmodi alia: *dálem*, *dalem* (gl. caupo; e subst. *dál*, concio, forum) Sg. 63[a]. *dúlem* (creator) Wb. 1[b]. *cairem* (gl. sutor) Sg. 156[b]. Substantivum tamen abstractum etiam hujus generis (vel neutrius?) e Ml. 34[a]: *indainsemo* (gl. accusationis; nom. *áinsem* Wb. 4[b], cf. *ainsid*, accusativus, Sg.). Derivationes duplices vel acervatae *-amil*, *-emil*, *-amin*, *-emin*, *-amnacht*, *-emnacht* jam memoratae sunt aut infra proferentur.

IM. Substantiva *anim* (animus) Wb. 4[a]. *senim* (sonitus) Wb. 13[d] ob formas casuum obliquorum *anmin*, *senman* ad formulam *-m-n* reduci debent.

OM, UM in frequente subst. verbali *dénom*, *denum* (facere), gen. *dénmo*; in adv. *iarum* (postea, p. 568). Subst. *ciadcholum* (gl. palumbes) Sg. 70[a] pars posterior *colum* est e *columb*. Est etiam *-um* in derivatione duplici *-umain*.

Geminata MM in memorato *colum* (= *columb*, *columm*, p.

75) quidem notanda est; primitiva tamen ejusmodi derivans geminatio vix exstitit.

N derivans in nominibus gallicis vel britannicis. *a*) Juncta radici sine vocali: Limnus, Dumna (insulae prope Brit.) Plin. 4, 16. Dumnorix Caes., et aucta derivatione: *Δαμνόνιοι* (pop. Brit.) Ptol. Isca Dumnoniorum (opp. Brit.) Itin. Domnotonus, Dumnissus (fluvii) Auson. epist. 5, 15. 31. Mosell. 8. Arebrignus (pagus) Eumen. c. 6.

b) Singularis cum vocalibus correptis. AN: Rhodanus, Sequana, Duranius (fluv.) Auson. Sidon. Taranis Lucan. *Γαγγανοί* (pop. Hibern.) Ptol. Rauranum Itin. Ant. Victisirana Inscr. Grut. 700, 6. *σαπάνα* (anagallis herba Gallis) Dioscor. 2, 209. EN: Belenus (deus Gallorum) Auson. prof. 10. Ruteni (pop. Gall.) Caes.* *Βρεμένιον* (oppid. Britann.) Ptol. Cinnenius Inscr. Stein. 537. IN: Mutina Propert. Morini Virg. Ricina (insula ap. Brit.; cf. Rucinates, pop. Vindel.) Plin. Fevina, Bassina Inscr. Grut. 763, 6. Stein. 244. *λάγινον* (veratrum nigrum Gallis) Dioscor. 4, 148. *Ὄλινα* (fluv. Gall. Lugd.), *Δαρινοί, Καρινοί, Ἐρδινοί* (populi Hibern. et Brit.), *Κορίνιον* (opp. Brit.) Ptol. Londinium (siquidem *i* non producenda est, cf. p. 116) Tac. ON apud poëtas correpta: Epona (dea) Juven. Lingonus Martial. Aponus, Axona, Divona, Turones, Santoni, Santonicus, Lingonicus, Pictonicus, Ausonius, Sidonius, Teutonius ap. Claudian., Auson., Sidon., apud quos etiam in derivatione acervata Matrona, Caledonius, Carantonus. Concordat Ptol.: *Σάντονοι, Πίκτονες, Πικτόνων ἄκρον, Τουρονιεῖς, Μόδονος* (fluv. Hibern.), *Κατουρακτόνιον, Δαμνόνιοι, Λεμαννόνιος κόλπος* (Britann.). Ex inscriptionibus ejusmodi: Sirona Stein. 305. Banona Grut. 763, 6. 872, 2. Alpona, Vindona Orell. 321. 2019. Vindonius Stein. 200. Drausonius Grut. 919, 8. UN: *Ἰτούνα* (aestuar. Brit.; cf. *Ἴτυος ποτ. ἐκβ.*, et nom. viri Itulus, p. 728) Ptol.

Insero hic formulam duplicis consonae derivantis -M-N, quamvis ejus exempla sunt haud dubie diversae originis. Sunt enim quaedam, quorum vocalis primitus intercedens inter utram-

* Producunt quidem Rutêni poëtae quidam (p. 16), sed non dubito affirmare brevem *e* ob hibern. vet. *roithinche, roithnech* (p. 18).

que liquidam correpta statuenda est, elisa accedente flexione: Ἰσάμνιον (Hibern. promont.) Ptol. Garumna Caes., * quibus forsan adnumeranda sunt vetusta alia quaedam nomina, e. gr. Vertumnus (cf. Vertisco Caes.?), Tolumnius Propert. 4, 2. 10. Alia autem, in eodem loco vocalem constanter servantia, potius composita cum vetusta voce in munus derivationis transeunte perhibenda sunt, quam proprie derivata, e. gr. Cenomani (Ital. sup.) Liv. Aulerci Cenomani (Gall. pop.; Cenimagni ap. Caes. Brit. pop. num idem nomen = Cenimanni?) Caes. Viromanus Istabili fil. Inscript. Murat. 1766, 1. Ariomanus Iliati fil. (Bojus) Grut. 670, 3. Vetomanis Itin. Peut. Quibus addo nomen apud Gallos primum auditum et haud dubie ortum Germani. **

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. ÂN forsan in derivatione mixta IAN nominum Ambiani Caes. Magianus, Cassianus Inscr. Orell. 457. 1986, obvia saepius post alias: Volusianus, Trebellianus, Matronianus ap. script. histor. august. ÊN:

---

* Cf. "gromnarum opportunitas" Vita S. Bertini abb. belg., Boll. Sept. 2, 602, ubi additur nota: "*gromnae, gronnae,* loca palustria et herbosa". An lat. *gramen* e *garamen,* e rad. *gar,* ut *irritamen* ex *irritare,* germ. *gras* (gramen), *groni* (viridis), e *garas, garoni* (cf. sanscr. *hari,* viridis)?

** In vetustis nominibus virorum cambricis et armoricis terminans *man* brevem vocalem ostendit, quae primitiva etiam fuerit in nomine Germani. Hujus novissima interpretatio facta est e subst. brit. *garm* (clamor; cf. Grimmii Hist. linguae germ. p. 787). Sed cum in hoc, ut in hibern. *gairm* (compos. *togairm,* pl. *-men,* p. 266; primitivum brit. *ger,* vox, verbum, p. 99, hibern. vet. *gar* in *togarthid,* vocativus, Sg., atque in *dogair, frisgair, forgair, forcongair, forcongur,* p. 440. 441), *m* residua sit ex *-m-n* (p. 732. 733 et infra suis locis), inde derivari poterat nonnisi *germenan, germnan.* Simplicior erit interpretatio haec, qua nihil significaverit nomen nisi v i c i n o s. Est enim non solum cambr. *ger* (vicinus, p. 654. 658; e *cer* cum *c* pro *g,* p. 46?), sed etiam hibern. vet. *gair* (de spatio et tempore): *cid cían cid gair* (gl. quanto tempore vivit, homo; i. e. sive longo sive brevi) Wb. 3c. gael. *an gar* (juxta, prope), *gair* (vicinia). Atque si cum adj. *cían* (remotus, p. 21) bene quadrat nomen Cenomani, Cenimagni (Cenomani extremi Gallorum Italiae orientem versus; *o* vel *i* servata ob vocalem antecedentem productam), non aliter quadrabit nomen Germani (cf. Lugdunum pro Lugodunum, Lugidunum, elisa vocali ob vocalem correptam antecedentem) cum *ger, gair* contrariae significationis. Nec difficile erit intelligere etiam hoc modo illos Caesaris locos: Condrusos, Eburones, Caeraesos, Paemanos, qui uno nomine G e r m a n i appellantur, B. Gall. 2, 4. Segni Condrusique ex gente et numero G e r m a n o r u m, 6, 32. Populi plures quidem, sed non admodum numerosi ad Arduennam sese communi vocabulo vocabant Germanos i. e. vicinos.

Rutèni Lucan. Sidon. (sed cf. p. 734). ÎN: Ticinus (fluv.) Sil. Ital. Sidon. *Αὐτεινοί* (pop. Hibern.) Ptol. ÔN: Drahonus (fluv.) Auson. Mosell. 365. Verona, Cremona, Bononia apud poëtas (p. 26), *Βονωνία* (oppid. Pannoniae, Galliae et Italiae gallicae) Ptol. Zos., quibuscum concordat *δουκωνέ* (ebulum herba Gallis) ap. Dioscor. 4, 172. Quaeritur, an sit statuenda haec eadem derivatio mixta ÔNI in nominibus personarum: Bojonius (praen. Antonini Pii Nemausensis), Bojonia (ejusdem avia) Capitolin. Anton. P. c. 1. Raconius, Racconius Inscr. Or. 2043. Grut. 851, 7. Voconius Stein. 248. Cesonius, Cissonius (deus) Orell. 1406. 1979. Tammonius Orell. 2013. Sumelonius Grut. 851, 7. Cf. tamen exempla utriusque vocalis correptae supra. Nec certa item mixta derivatio ION: *Οὐασιών* (Gall. oppid.), *Κενιών* (Brit. fluv.) Ptol. Sirione Itin. Ant. Banionis fil. Inscr. Orell. 4903. Frequens in cumulata derivatione nominum locorum in *-ation, -etion, -ition, -antion, -ontion* jam memoratorum. UN: Virunum Itin. Seduni Plin. forsan. AUN: *Ἀλαυνός* (fluv. Britann.), *Ἀλαυνοί* (pop. Nor.) Ptol. Alauna (Gall. septentr.), Alaunio (Alp. marit.) Tab. Peut. Acaunum, Agaunum (in valle Sedunensi; petram, saxum significans) Boll. Febr. 3, 741. Sept. 6, 345. Deabus Icauni Inscr. Orell. 187. Icauna (fluv. Gall., hod. Ionne) dipl. a. 634 ap. Mabill. p. 465. Boll. Jul. 7, 204. Genauni Horat. Plin. Ligaunus, Licaunus (Gallus) Sil. Ital. 4, 206. Velauni Plin. 3, 20. Segovellauni id. 3, 4. Vellaunodunum, Cassivellaunus, Vergasillaunus Caes.

d) Geminata. ANN: Lemannus (lacus) Caes. Plin. Ammian. Lausanna Itin. capanna (hod. gall. cabanne) Isidor. Aroanna (= Arvanna?) Fredeg. c. 20. Carvanna (locus) Mabill. saec. 1, 217. Teruanna (oppid. Belg.) Tab. Peut. Verannius (n. viri) Catull. Gobannio (loc. Brit.) Itin. Ant. ENN: Muenna (loc. Gall.; cf. *Ἀλκιμοεννίς* Ptol.) Itin. Ant. Vienna (ad Rhod.), Ravenna (cf. Ravius fluv. Hibern. Ptol.) Itin. Clavenna (hod. Chiavenna), Clarenna (loc. in reg. Danub. sup.) Tab. Peut. Cevenna, Cebenna (mons) Caes. Mel. Auson. Crebennus (locus) Auson. epist. 12, 14. Arduenna Caes. INN: Aginnum Itin. Anton. Auson. epist. 24. Pausinnus, Pausinna Inscr. helvet. Orell. 5066. Artalbinnum Itin. Ant. Morginnum (Allobrog.) Tab. Peut. in villa Borginno, Boll. Aug. 4, 85. ONN: Sauconna, Saogonna (hod. Saone) Am-

mian. 15, 11. Fredeg. 42. Scarponna (loc. Gall.) Itin. Calonna, Bebronna (fontes) Boll. Jul. 1, 50. 51. Lauconnum, Lauconnense monasterium Boll. Febr. 3, 742. UNN: Vesunna Itin. Ant., Vesunnici Sidon. epist. 8, 11. Vibunna Inscr. Murat. 2073, 1. Andematunnum Itin. Antunnacum Itin. Ant. Ammian., deriv. ex Antunnus, nomine viri, ut censendum est.

e) Connexa derivatio RN in vetustis nominibus. ARN: Benarnum (Aquitaniae, num gallicum nomen, an ibericum?) Itin. Ant., Benarna urbs, Benarnum civitas Greg. Tur. 9, 7. 20. ERN: Nivernum (loc. Gall.) Itin. Ugernum (castrum) Gregor. Tur. 8, 30. 9, 7. Tigernum castrum, Tigernense castellum (Arvern.) Greg. Tur. de glor. martyr. 1, 52. 67. His adnumerandum videtur nomen Arverni (cf. Ἀρούιοι, pop. Gall., Ptol., et Arubinus Inscr. Orell. 1221), cum nusquam inveniatur Areverni, ut Aremorici, Arecomici. URN: Cilurnum (Brit. locus) Notit. dign. Est derivatio haec orta e duplici -R-N, si nomen vetustum Tigurini Caes. idem quod nomen Tigernum. Obstat tamen et connexam potius derivationem docet flexio vocalis ante *rn* in vocibus ejusmodi hibernicis praecedentis, non intercedentis, ut fit in duplici derivatione -M-N.

H i b e r n i c a N derivans. *a*) Accedens nuda ad radicem: *bán* (gl. exsanguis; i. e. mortuus, e *bâ*, unde etiam subst. *báas*, *bás*, mors) Sg. 67ª. *dán* (donum, ingenium, ars; e *dâ*) Wb. Sg. In substantivis et adjectivis, si accedit terminalis *e*: *ruamnae* (gl. lodix) Sg. 69ª. *anaithne* (gl. depositum) Sg. 66ª. *gibbne* (gl. cirrus) Pr. Cr. 63ᵇ. *cétne*, *ceetne* (priinus) fq. Item si flexio accedit nominis vel verbi vel derivatio: *imbresna* (impugnationes; sing. *imbressan*), *imbresnat* (impugnant) Wb. 29ᵇ. 29ᵈ. *múchni* (gl. protervi) Wb. 30ᶜ. *slemna* (gl. levia) Sg. 10ª. *comroircnech* (mendosus) Sg. 6ª. 26ᵇ. *oircnid* (occisor) Sg. *colnide* (carnalis), *blíadnide* (annotinus) Wb. Cr. Porro *essamnu* (firmior) Wb. 23ᵇ ex *essamin*.

b) Cum correptis vocalibus. AN in substantivis et adjectivis; e. gr. in subst. fem. *bliadan*, gen. *bliadne* (annus) Cr. Porro: *imbressan* (lis) Wb. 11ᶜ. *trethan* (gl. gurges) Sg. 66ᵇ. In adjectivis: *lethan* (latus) Wb. 16ª. *bat idain* (gl. fidem bonam ostendentes, sint servi; sing. *idan*, fidelis!) Wb. 31ᶜ. *fírian* (justus) Wb. fq.

Duplex derivatio -TAN occurrit in voce *toltan* (placitum; subst. *tol*, voluntas) colligenda ex adj. *toltanach* (gl. beneplacitus) Wb. 22[b], et verb. *rotoltanaigestar* (gl. placitum, doctissimo artis grammaticae) Sg. 7[b].

EN in substantivis femininis (p. 259): *ingen* (filia) Wb. Sg. *magen* (locus) Sg. 30[b]. Pr. Cr. 63[a]. Ml. 2[d]. *bairgen* (panis) Wb. Sg. *draigen* (gl. pirus) Sg. 61[b]. De terminatione substantivorum *-iu, -u* transeunte in *-en* in declinatione vide supra (p. 267. 268).

IN in substantivis et adjectivis: *matin* (mane) Cr. 33[c]. *mencain* (gl. penus; e *menicc*, frequens?) Sg. 68[b]. *demin* (gl. immunis, a carie servatur; i. e. securus, cf. subst. *demnigud*, *deimnigud*, confirmatio, approbatio) Cr. 34[b]. *dimitin* (gl. immunis) Pr. Cr. 9[b]. Addenda nomina propria virorum vetusta: *Slebinus* (i. e. Montanus; *sliab*, mons), *Bledinus, Melinus,* Bolland. Mart. 2, 284. 559.

ON, UN alternantes (ut *-ol, -ul*): *homon, immomon* (timor) Wb. 6[a]. 8[b]. *homun, omun* Wb. 16[a]. 29[d]. Cr. 33[b]. *frithorcon* (offendiculum) Wb. 10[c]. 18[a]. *comthúarcon* (gl. contritio) Wb. 2[b]. *tuarcun* (gl. tribulatio) Wb. 1[c]. *orcun* (occisio) Wb. 4[b]. *comrorcon, comrorcun* (error) Wb. 18[d]. 22[a]. *domun* (mundus) Wb. Sg. Differunt genere et flexione: gen. *oircne* (p. 260), *indomuin* Wb. 8[b]. Rarius sunt *-on, -un* pro *-an, -in*: *fírion* (alibi *fírian*, justus) Wb. 14[c]. *commattun* (usque ad mane; pro *matin*) Cr. 33[b].

Pertinent huc formulae derivationum duplicium -M-N, -S-N, -T-N.

-M-N vocales intermedias tres *a, i, u* exhibet, atque praemittit praeter *a, e* etiam *i, u, o,* et modo hae modo illae eliduntur, quando obtinet elisio. Occurrit in substantivis et adjectivis.

Substantiva: *testemin*, *testimin* (statutum, testimonium): *frisgair intesteminse doñdib dligedib remeperthib* Sg. 193[b]. *forsintestiminso* Wb. 23[c]. *iartestimin inso* Ml. 19[d]. *amal donuic testimni* (ut sumit testimonia) Wb. 10[c]. *suanemun* (labor, fatigatio), *sollumun* (comessatio, epulae) in his locis codicis Wb.: *súanemuin dodénum inaidchi doreicc arbiad et ceitach diamuntir precept fridei do ícc anman sochuide* (gl. memores estis laboris nostri et fatigationis, 1. Thessal. 2, 9) 24[d]. *dénum suanemun inaidchi precept fridei* (gl. in labore et fatigatione nocte et die operantes) 26[b]. *am. arrograd descad fobairgin isollumun agni síc ni coir descad pectho dobuith isollumun agni .ı. xpi.* (gl. pascha nostrum

immolatus est Christus, itaque epulemur non in fermento veteri, sed in azymis, 1. Corinth. 5, 7. 8; i. e. ut vetitum erat fermentum in pane in epulis agni, sic non justum fermentum peccati in epulis agni, i. e. Christi) 9[b]. Colligendum porro *lenomun* (litura) e Sg. 3[b]: *ua lenomnaib* (gl. a lituris). Intermedia *e* assimilatione fortasse ad finalem in *colm̄ene* (gl. nervus) Sg. 221[b].

Sunt hujus derivationis porro substantiva ordinis declinandi posterioris seriei I et II desinentia in *-m, -am, -em, -me,* in quibus *n* decidit, ut comprobat non solum flexio ipsa, sed etiam derivatio cumulata adjectivorum et substantivorum, e. gr. *anmande* (ad animam pertinens; *anme*) Wb. 13[d]. *talmande* (terrestris; *talam*) Wb. 11[a]. *brithemande* (gl. judicialis, suggestus; *brithem*, judex) Ml. 26[c]. *brithemnacht* (pro *-emanacht*, judicium) Wb. 6[b]. 8[d]. Invenitur tamen eadem formula etiam in cumulata derivatione substantivorum diversae flexionis: *bibdamnact* (culpa; *bibdu*, reus, plur. *bibdid*) Wb. 1[d]. *coimdemnacht* (dominium), *comdemnigedar* (dominatur; *coimdiu*, gen. *coimded*, dominus) Ml. 17[b]. *flaithemnas, flaithemnacht, flathemnacht* (gloria; *flaith*, gen. *flatho*) Wb. 25[c]. 26[c]. 30[b]. Sg. 2[a].

Subst. fem. *sechtmaine* (hebdomas) Cr. 32[c] commonefacit formulae vetustae *-man* (p. 735). Cum in communi usu sit hodie quoque gael. *seachduin* (= *-mhuin*) et armor. *sizun*, fueritque corn. *seithum* (= *-umn*; cambrice obtinet *wythnos*, i. e. octo noctes), licet vocem *septimana* (gall. hod. *semaine*) ignotam primitus Latinis, suspicari gallicam.

Adjectiva: *essamin* (constans, firmus) Wb. 16[a]. 23[b]. *tecmaiṅgamin* (gl. fortuitu) Sg. 29[a]. *fulumain* (gl. volubilis) Sg. 61[b]. *isingoithluch fudumain* (gl. in profunda palude) Ml. 33[c]. *fudomain* (gl. altum, mare) Sg. 29[b]. *dílmin, dílmain, dilmain* (licitus) Wb. Sg. fq.

-S-N in substantivis femininis desinentibus in *-isiu, -siu*, gen. *-sen* (ordinis post. seriei II, p. 268), e. gr. *déicsiu* (conspectio; e verb. *décu*, video), gen. *déicsen*, et inde porro derivatis: *indaicsendaid* (gl. causa, adv.) Sg. 74[b]. *aicsenogud, aicsenogod* (causatio) Sg. 209[b]. 215[a]. 216[a]. Praeterea: *am. ailsin* (gl. ut cancer, serpit; gael. *aillse*, cancer, morbus) Wb. 30[b], et -SINE (forsan substantivum obsoletum) e substantivis alia formans abstracta: *cocéilsine* (gl. societas; *céle*, socius) Wb. 19[a]. *dundfaithsini* (gl. prophetiae; *fáith*, propheta), *hofaithsini* Ml. 24[d]. 33[c]. Addo adj.

cotarsne (contrarius) Wb. Sg., ex quo porro derivantur *cotarsnid* (oppositus), *cotarsnatu* (oppositio).

-T-N item e substantivis in *-tiu, -itiu,* gen. *-ten: tuistenach* (genitivus; *tuistiu, tuisten*) Sg. 77[a]. *caintoimtenach* (bene cogitans; *toimtiu*) Ml. 31[b]. *ermitnech* (gl. reverens; *ermitiu, airmitiu,* honor) Ml. 32[b]. *tursitnech* (gl. irriguus) Sg. 24[a]. -TINE: *doaccomol inna cairddine* (gl. ad confirmandam conjunctionem, i. e. amicitiae; = *cairtine*) Sg. 28[a].

c) Cum productis vocalibus vel diphthongis. ÂN terminatio deminutivorum (p. 281). ÔN (ex *-aun?*) in subst. adj. *medón* (medium, medius): *armedón* (gl. per medium) Sg. 164[a]. *inmedón, immedón* (in medio) Sg. 151[b]. 157[b], unde adj. *medónde, inmedónach* (p. 28).

d) Geminata. ANN: *salann* (gl. sal) Sg. 63[a]. 70[b]. *cucann* (gl. pistrinum, gl. coquina, gl. culina) Sg. 49[b]. 51[b]. *crocann* (*: ainm inchrocainn imbí bilis,* gl. fel; i. e. nomen tegminis in quo est bilis; cambr. *crochan*; sed mox infra *crocenn*) Sg. 95[a]. Addendum ex *echtar* (extra) *echtrann* (gl. exter) Sg. 39[b], forsan etiam *gigrann, giugran* (gl. anser) Sg. 36[a]. 64[b].

ENN: *mulenn* (gl. pistrinum) Sg. 49[b]. *foilenn* (gl. alcedo) Sg. 93[a]. *doinenn* (gl. nubilum) Sg. 49[b]. *crocenn* (gl. tergus) Sg. 111[b]. Pertinere videtur huc etiam *cuilennbocc, culennbocc* (gl. cynyps, ita cod. Sg., Cinyps, Prisc. 7, 8; addit alia manus: cynos g[raec.] hircus la[t.]) Sg. 125[a]. Pr. Cr. 48[a]. Adj. *coitchenn* (communis), unde subst. *coitchennas* (communio) Sg. fq. Cum *r* accedens in *tóisrenn* (materia) Wb. 9[b].

INN in subst. fem. *-inne,* quae videntur prodiisse e derivatione modo memorata: *fírinne* (justitia) Wb. fq. *dúlchinne, dulchinne* (remuneratio) Wb. 3[b]. 11[a]. 20[c]. *athinne, aithinne* (gl. torris, gl. fax) Sg. 70[a]. Pr. Cr. 48[a]. Subst. *colinn* (caro) Wb. 2[b]. 3[b], gen. *colno,* est pro *colin.*

ONN, UNN: *fochonn, fochunn* (causa, occasio) Wb. 3[c]. 11[c]. 15[d]. 23[c]. 26[b], si non compositum.

e) Derivationis connexae RN exempla: *lúacharnn* (gl. λαμπάς) Sg. 47[a], gen. *lochairnn* (*: am. inlochairnn ṅaffracdai,* gl. quasi laterna punica) Sg. 24[a]. *cilornn* (gl. urceus; cf. Cilurnum, Brit. loc., Notit. dign.) Sg. 49[a]. Terminatio *-erne* colligenda est e dativo *diathigerni* (domino suo) Wb. 8[d], pro *tigerniu* e *tigerne,*

ut dat. *duini* (homini, p. 246) est pro *duiniu*. In Annal. IV. magistr. ap. O'Con. 3, 658 *tigerna*, ut hodie *tighearna*, et gael. *tighearn* (dominus), in qua dialecto vocalis *e* finalis abjici solet.

R derivans in vetustis nominibus gallicis vel britannicis. 1. Aggressa ad radicem nuda ante flexionem vel derivationem: *Ἔδρον* (*ἔρημος*, Hibern.) Ptol., Edronem (portum) Plin. 3, 16. *Οὐέδρα* (fluv. Brit.) Ptol. Tungri Caes. Gabris (prope Avaricum), Gabromagus (Noric.) Tab. Peut. Gabreta (silva) Strab. Ptol. Sabrina Tac. Matreja (loc. Raet.) Tab. Peut. Matrona Caes. Centrones Caes. Sasranus (cf. *Σεσηρονεύς* Plut.) Inscr. brit. ap. Orell. 2779.

2. Accedens cum vocalibus correptis. AR: Arar Caes. *Οὐάραρ* (aestuar. Brit.) Ptol. Adari fil. (Trevir) Inscr. Stein. 586. Labarus (Gallus) Sil. Ital. 4, 232. Isara (fluv.) Lucan. 1, 393. Oscara (fluv.) Greg. Tur. 2, 32. Nomina fluviorum item Samara, Avara, Autara (hod. Somme, Evre, Eure) colligenda e nominibus vetustis oppidorum adjacentium Samarobriva, Avaricum, Autricum. Namare (Noric.; cf. Namarini, Hispan. celt., Plin. 4, 20) Tab. P. Cavares (pop. Gall.; cf. Cavarinus, Cavarillus Caes.) Mel. Plin. mataris, matara (missile gallicum; cf. p. 97). *Μέταρις* (aestuar. Brit.) Ptol. Leucarum (Brit. loc.) Itin. Ant. *ἰούμβαρουμ* (veratrum nigrum Gallis) Dioscor. 4, 16. ER: Liger, Nicer Auson. Sid. Biber (gen. Biberis, fluv. Sequanam influens) Mab. saec. 3. 2, 110. Boll. Mai. 6, 800. 804. Anger, Angeris (super fluvium Angerem, in ipso Angeris fluvii alveo) Gregor. Tur. Vit. patr. 18, 1. 2. Latera (stagnum, in agro Nemaus.) Plin. 9, 8. Cimberius, Lucterius Caes. *Βολέριον* (promont. Brit.) Ptol. *Βελέριον* (promont.) Diod. 5, 21. *Βοδερία* (aestuar. Brit.) Ptol. villa Vinderia Act. SS. Mabill. saec. 5. 4, 268. Boll. Febr. 3, 692. locus qui Buxerias dicitur (in territ. Tull.) Boll. Febr. 3, 700. Creverias Boll. Febr. 2, 191. IR: Tausiriacum Gregor. Tur. Vit. patr. 18, 1, nomini loci ad Bituriges, supponi potest nomen viri Tausirius (cf. Tausius Tunger, p. 38), et forsan etiam haec terminatio *-iri* modo memoratis in *-eri*. OR: Durocortorum Caes. Jecora fluviolus Boll. Sept. 5, 617. Terminatio *-ori*: *Λεονόριος*, Leonorius (Galatarum dux Asiam minorem occupantium) Strab. Liv. 38, 16. *Κομοντόριος* (Gallor. rex) Polyb. 4, 45. 46, ex

qua porro derivata: Gesoriacum, Cortoriacum Itin. Est et alternatio cum sequenti, e. gr. in Lesora (mons, hod. Lozère) Sidon. carm. 24, 44, Lesura Plinio 11, 42. Lactora, Lactura (loc. Gall. merid.) Itin. Eboracum Itin. UR: Eburones Caes., Eburodunum, Eburomagus Itin. Laburo (deo) Inscr. Orell. 2017. Caburus Caes. Lesura (fluvius influens Mosellam, serius Lisera, Lesera, hod. Lieser) Auson. Mosell. 365. Voturi (Galat. asiat.) Plin. 5, 32.

3. Cum vocalibus productis vel diphthongis. ÂR in derivatione mixta *-âri* nominum virorum: Ducârius (Bojus) Sil. Ital. in fine libr. 5. Ducarius (Insuber eques), Lutarius (dux Galatarum Asiae minoris) Liv. 22, 6. 38, 16. Habet etiam Corippus 2, 125. 184 Baduârius, Belisârius, quae videntur nomina gallicae originis (cf. Belisana Inscr., Belisama Ptol., et nomen viri Remisario in dipl. a. 853 ap. Mabill. dipl. p. 531). Nomina locorum: Sabaria (Pannon.; cf. Sabis, Sabrina) Ptol. Plin. Itin. Vocario (Noric.) Tab. P. Senaparia Gregor. Tur. Vit. patr. 18, 1. Corbaria Fredeg. 109. Malmundarium (monast.), Rabarias, Toscarias, Humolarias (loci) in Act. SS. ap. Mabill. et Boll. Sunt, ut *-âri*, etiam *-ôri*, *-ûri*, si recte adducuntur: *Λεωννώριος* (contra *Λεονόριος* Strab.) Memnon. Heracleot. ap. Phot. p. 720. *Ἀκιχώριος* Pausan. 10, 19. *Ἰσούριον* (oppid. Brit.) Ptol., Isurium Itin. A. Vecturius (i. e. opifex ferrarius; p. 180) Trebell. Poll. trig. tyr. c. 8. Vecturiones (pop. Brit.) Ammian. 27, 8. ÊR in voce patêra ("sic ministros nuncupant Apollinaris mystici") Auson. prof. 4, 11. Diphthongi cum *r* derivantis vix exemplum exstat: Elauris Sid. carm. 5 est Elaver (fluv.) Caes. Casaurus (locus) dipl. a. 873 ap. Mabill. p. 542 alibi dicitur casa aurea.

4. Duplicata R rarius occurrit. ARR: Ambarri Caes., si non compositum Amb-arri, Ambarari (circa Ararim habitantes). ERR: Beterrae (oppid. Gall. merid.) Plin. 3, 4. Climberrum (Gall. merid.) Itin. Ant. URR: Aturrus (fluv., si nomen est gallicum) Auson. Manibus Reburri Inscript. Nemaus. ap. Murat. 973, 12. Orell. 4215.

Hibernica R derivans. *a.* Juncta nuda radici ante flexiones vel derivationes: *bélre* (lingua), *lobre* (debilitas) Wb. fq. *digallre* (defectus morbi, sanitas) Wb. 18ª. *inna feuchrae* (gl.

feritatis), *ho feuchrai* (gl. feritate, morum) Ml. 33[c]. 33[d]. *cathrar* (civis, dat. sing. plur.: *do cach cathrur, do chathraraib,* a *cathir,* civitas) Sg. 28[a]. 33[a]. *labrad* (loqui) fq. Junctae liquidae in multiplici derivatione exempla: *altram* (nutritio) Wb. 28[d]. *mesraigthe* (gl. modestus) Sg. 60[b].

b) Accedens cum vocalibus correptis. AR in substantivis diversi generis. In neutris (ord. prior. ser. II, p. 249. 250): *galar* (morbus) Wb. 12[b]. Camarac. Ita *sáithar, saithar,* gen. *sáithir* (labor) Wb. fq. *ilar, hilar* (multitudo, pluralitas, pluralis; dat. *ilur* Sg.) Wb. Sg. fq. *fescar* (vespera; dat. *ond fescur*) Sg. 183[b]. *lestar* (vas) Wb. 4[c]. Sg. 65[b], dat. *illestur* Wb. 22[b]; sed etiam: *do cach cathrur* (omni civi) Sg. 33[a], masc. haud dubie. In femininis (ser. V, p. 259): *briathar* (verbum), *montar, muntar* (familia) Wb. fq.

Addo alia quaedam: *ethar* (gl. stlataria, gl. stlata;) Sg. 35[a]. *láthar, lathar* (tentatio) Wb. 9[d]. 23[b]. 25[c]. *loathar* (gl. pellis) Sg. 67[b]. *scibar* (gl. piperi) Sg. 92[b].

In adjectivis: *dondoscar* (gl. idiotae; praecedit: *donbáith,* i. e. stupido) Wb. 12[d]. *o amlabar* (gl. a muto) Sg. 37[b]. *trebar* (prudens: *fo besad fir trebuir,* secundum morem viri prudentis; cf. *trebaraigim,* gl. sapio, i. e. prudens sum, Sg. 146[b], et subst. *trebaire*) Wb. 29[d].

Vindicanda est linguae hibernicae derivatio *-ari* ut *-âri,* utraque substantivorum generis masculini. Hujus transgressae in *-óir* exempla sequentur mox infra; illa substantiva e substantivis derivans facta est infectione AIRE, IRE: *echaire* (gl. mulio, gl. custos mulorum) Sg. 33[b]. *notire* (notarius) Wb. 27[d]. *rectire* (gl. praepositus gentis; dat. *óndrectairiu,* gl. a villico, Pr. Cr. 62[a]) Wb. 17[d]. *tectire, tecttaire, techtire, techtaire* (dispensator, gubernator) Wb. 8[d]. 14[d]. 15[a]. 24[d]. *scrinire* (gl. arcarius) Wb. 7[c]. *tablaire* (gl. tabellarius) Sg. 35[a]. *tóisechaire* (gl. primas; *tosach,* initium) Sg. 50[a]. *fuirsire* (gl. parasitus), *indfuirsiri* (gl. histrionis) Sg. 49[b]. 103[a]. Inde derivatio duplex *-airecht: tectairecht, techtairecht* (gubernatio) Wb. 10[a]. 13[b]. 15[d]. *imbrecairecht* (gl. in astutia) Wb. 15[b].

Sunt etiam substantiva feminina in *-aire,* sed diversae originis, ex adjectivis scilicet in *-ar: trebuire* (prudentia; adj. *trebar*) Wb. 3[d]. 5[d]. *indoiscairi* (gl. vilitatem; adj. *doscar*) Ml. 25[c]. *trócaire* (misericordia) Wb. 4[c]. 5[c]. 15[b], gen. *inna trocaire* Wb. 23[c].

Videtur, ut *-m-n*, etiam obtinere formula bisyllaba -M-R, e. gr. in his: *lanmair, ithemair* (gl. ventres; i. e. impleti, edaces) Wb. 31[b], e qua etiam subst. *línmaire inna aimsire* (plenitudo temporis) Ml. 28[d]. Sed supponendum erit adj. *már* (magnus), compositum ergo, quamvis sit in his ut derivans. De TAR, quod videtur item derivans in quibusdam, infra in capite de compositione dicetur.

ER in substantivis femininis quibusdam: *aimser* (tempus) fq. *muinter* (alibi *muntar*) Wb. 7[b]. 26[d].

IR in substantivis diversis in genere et flexione: *athir* (pater), *máthir* (mater), *bráthir* (frater) fq. *nathir* (gl. anguis, gl. colubra) Sg. 6[b]. 181[a]. *cathir* (civitas) fq. *ingir* (tristitia, moeror) Wb. 4[b]. 24[a]. Reponenda hic, ut videtur: *cinteir* (gl. calcar; = *cintir?* armor. *kentr*, cf. Centrones Caes.) Sg. 50[a]. *cocuir* (gl. murex; cf. cambr. *coch*, ruber) Sg. 68[b]. *erochuir, aerachair* (gl. crus) Sg. 46[a]. 68[b]. In adject. *feuchuir* (gl. severus) Ml. 24[a].

OR: *ingor* (ancora) Wb. 34[a]. *gabor* (gl. caper) Sg. 37[b].

UR alternans cum praecedente. In substantivis generis neutrius (p. 249): *dechor, dechur* (differentia) Sg. fq. Wb. *accobor, accobur* (cupiditas) Wb. fq. Porro: *lothor* (gl. alveus) Sg. 49[a], *lóthur* (gl. canalis) Cr. 39[c]. *lebor* (liber) Sg. 106[b], *libur* 2[a]. *dubchorcur* (gl. ferrugo; cf. Κόρκουρα ἡ μέλαινα, insula Dalmatiae adjacens, ap. Ptol. 2, 15, Corcyra nigra Inscr. Orell. 503) Sg. 52[a]. In adjectivis: *lobor* (infirmus, debilis) Wb. 16[c], *lobur* 2[c]. 4[a]. 6[b]. *trebur*, gen. *trebuir* (prudens) cf. sub AR.

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. ÂR: *lunáir* (infra scriptum sub: mensis paschalis, principium) Cr. 37[c], videtur gen. adj. *lunár* vel *lunáir*, lunaris. Fit *-óir* transsumta latina in *-ârius* vel *-âre*: *caindlóir* (gl. onesimum accolitum, additur latine: *non gradus*; i. e. servus, ἀκόλουθος, candelarius?) Wb. 31[d]. *itsaini riaglori inso* (gl. aliis utens regularibus, Beda de temp. rat. c. 19) Cr. 32[c]. *altóir* (altâre) Wb. fq. *altóirnat* (gl. arula) Sg. 48[a], ut *umaldóit, omaldoit, homaldóit, humaldóit* (humilitas) Wb. 6[d]. 8[d]. 13[a]. 27[a]. 31[c] cum transsumta derivatione *-dóit* = *-tât*. Ex eadem *-âri* sive etiam ex lat. *-ôr* orta ÓIR: *lubgartóir* (gl. olitor) Sg. 92[b]. *lesbóir* (Lesbius: *fer brithe lésboir*, gl. Onesimum acolitum) Wb. 25[d]. *laitnóir* (Latinus) colligendum e Sg. 4[a]. 5[b]: *laitnorib, la laitnori*, ut *preceptóir* (praeceptor) Wb. 13[a]. 18[d]. 25[a], plur. *preceptori* 5[c], et ut alia transsumta latina: *senatóir* (gl. se-

nator) Sg. 50[a]. 54[b]. *dictatóir* (gl. dictator) Sg. 54[b]. Huc pertinere videtur etiam: *foichlorib* (gl. sub curatoribus) Wb. 19[d].

RR derivantis exemplum non occurrit.

2. Derivatio spirantium.

Spirantes derivationi inservientes in vetustis nominibus gallicis vel britannicis frequentiores inveniuntur, non solum S, sed etiam J et V, quae jam in vetusta hibernica lingua omnino e medio et fine vocum evanuerunt (p. 60. 66 sq.), et solam *s* etiam in derivatione persistentem reliquerunt. Primum duarum spirantium vocalibus affinium, transeuntium ideo etiam in diphthongos, exempla vetusta proferam, dein dominantis prae ceteris in derivatione spirantis *s*.

J in nominibus gallicis derivatis cum vocalibus *a* et *e* annexa radici invenitur. AJ vel AI in inscriptionibus: Ceaiio (deo) Inscript. britann. Orell. 1981. Bedaio Aug. Orell. 1964. Vicani Altiaienses Or. 180. Quibus poterunt addi: Bedaium (loc. Noric.) Tab. Peut. *Ναβαῖος* (fluv. Brit.), *Βούλλαιον* (oppid. Brit.), *Γόβαιον* (*ἄκρον*, Gall. Lugd.) Ptol. Benaia (nomen mulieris; cf. hibern. *ben*, femina) Greg. Tur. Vit. patr. 15, 3, forsan etiam Pronaea (fluv.) Auson. Mosell. 354.

EJ, EI in nominibus apud scriptores: Numejus, Noreja Caes. *Σεγηια* (aestuar. Britann.), *Τάμεια* (oppid. Brit.) Ptol. Arbeja (Brit.), Veleja (Gall.) Notit. dign. Celeja, Matreja Itin. Apud scriptores hist. Aug. etiam plura gallicam originem prodentia, e. gr. Atejus, Coccejus, Egnatulejus etc. Ex inscriptionibus nomina virorum et feminarum: Maleius Grut. 878, 8. Ateia Grut. 742, 3. Manneia, Loreia Murat. 174, 2. Segeia ibid. 1276, 8. Careia Carei fil. Grut. 428, 9. 468, 6. Verbeia (dea) Orell. 2061. Pompeius Catussa (Sequanus) Orell. 4803; cum multiplici derivatione: Farsuleia Stein. 799. Sidonicia Grut. 736, 2. Nomina locorum recentiora e dipl. Mabill.: Areium, Oleium, Lineium, Moreium, Milleium, Berneium, Arenceium etc. Alteja (fluv.), Corbeja (monast.) Boll.

Cum sint adhuc cambrica et armorica nomina frequentia desinentia in *e*, *ui*, *oe* (= *ê*, p. 113), videri possit huic derivationi subesse primitiva *e* producta soluta in *ei*, *ej*, ut ô interdum in *oa*,

ou (p. 27. 38. 39). Sunt etiam in inscriptionibus: Dome (= Domeius?) Stein. 68. Talluppe Stein. 184. Est contra etiam Correus Caes. (p. 725) sine *j*, suntque cambrica in *-ei* non solum vetusta sed etiam hodierna (cf. deriv. brit.), quibus ut aliis *v* subest *j* finalis (p. 148. 150).

V derivans in vetustis nominibus cum omnibus vocalibus, excepta *u*, invenitur. AV: Velavi, Velavii, Litavicus Caes. *Κοϱναούιοι* (pop. Brit.) Ptol. Juvavum, Ausava, Massava, Nemavia, Vosavia (loc. Noric., Vindelic., Gall.) Tab. P. Lacavo (deo) Inscr. Orell. 2018. Vellavum territorium (hod. le Velay), Vellava urbs Greg. Tur. 4, 47. 10, 25. pagus Berravensis id. 6, 12. Rionava, Ambava Fredeg. c. 42. 106. Apud poëtas vocalis est tam correpta, e. gr.: rhetoris Pictavici, Auson. epigr. 51, quam producta: Sarâvus Auson. Mosell., Timâvus Sidon. Ex Elaver fit Elauris (p. 742); quaeritur, num etiam *-aun*, *-aus* etc. sint ex *-avin*, *-avis*.

EV: Geneva Caes. Lutevani Plin. 3, 4. Luteva, Loteva (Gall. merid.) Tab. P. Sulevis, Suleviabus Inscr. Orell. 2100. 2101. Caleva (Brit. opp.) Itin. Ant., *Καληούα* Ptol.

IV: *Οὐεϱγιούιος* (*ὠκεανός*; cf. p. 13. 14) Ptol. Suliviae Idennicae Minervae Inscr. Nemaus. Orell. 2051. Dexsiva, Dexsivia Inscr. Orell. 1988. Bacivum villa Fredeg. c. 96.

OV: Vinovia, Durocornovium (Brit.) Itin. Ant. *Οὐιννοούιον* (opp. Brit.), *Σελγοοῦαι* (pop. Brit.) Ptol. Gergovia, Lexovii Caes. Luxovio Inscr. Orell. 2024. Luxovium (monast., hod. Luxeuil ad Vosag.) Fredeg. et Act. SS. Luxoviensis episcopus Aetherius (hod. Lisieux in Normann.) Greg. Tur. 6, 36.

Ut *-au* et *-iu* locum obtinent derivationum *-av*, *-iv* cum terminationibus in cambricis *litau* (= Letavia), *lisiu* (= lixivium; cf. p. 150), sunt etiam obviae in pluribus nominibus locorum, pagorum Galliae in chartis vel chronicis medii aevi.

AU: Calau, Bisau Polypt. Irmin. p. 79. 133. 146. Peciau ibid. p. 128. Significans regionem e nomine fluvii in *-a*: in pago Tellau juxta fluvios Tella et Warinna, Boll. Apr. 2, 217. in pago Tellau juxta fluvios Tellas et Warinna, Mabill. saec. 3. 2, 464. D'Ach. 2, 272. in pago Tellao, Tellau, dipl. a. 709. 751, Mabill. p. 482. 490. in pago Vimnau super fluvio Vimina, D'Ach. 2, 275. in pago Vimnau, dipl. a. 775, Mabill. p. 498. in pago Witmau,

Pertz. 1, 520. Apud Gregor. Turon.: Berrao vicus 10, 31. 6, sed accedente terminatione: Berravensis pagus 6, 12.

IU: Basiu (= Bacivum) Mabill. dipl. p. 250, Bacio, a. 716, Mabill. p. 485. Sithiu, Sitdiu (monasterium) ap. Pertz. et in chartul. Sithivensi, ed. Guérard. Uualliu, dipl. a. 798, Mabill. p. 503. missi in Tellau, Vitnau, Pontiu, Miraei opp. p. 340. de pago Pontiu, Mabill. dipl. p. 393. 520. Madriu, dipl. a. 775, Mabill. p. 498. Mairiu, a. 832, Mabill. 520. 536. Addo vocem *silviu* (acsi latine diceretur *silvivium*, germ. streu, quod substernitur pecori a silva collectum?) e diplom. a. 917: de moneta et molendinis et cambis de pontis quoque censubus et de silvis quod etiam *rustice dicitur silviu* et quaeque pertinent ad supra dictam villam etc., et e dipl. a. 919: nonam partem in annona, feno, segalibus et de hoc quod *rustice dicitur silviu* nec non etiam de hostilitio nostro, Mabill. dipl. p. 562. 563. Accedente terminatione sunt formae ut supra: in Bacivo, dipl. a. 716, Mabill. p. 485. comes Pontivensis, dipl. a. 1066 ap. Mabill. p. 586. in pagum Pontivum, de pago Pontivo, Boll. April. 1, 25. Jul. 5, 287.

S gallica derivans. *a*) Singularis ad radicem accedens ante flexionem vel alias derivationes: *Οὐόλσας* (sinus Brit.; = Volusa?) Ptol. Belsa (patria quae Belsa dicitur; vulgo la Bausse, regio Carnutum, cf. Belisia sub IS) Boll. Febr. 3, 693. Belsinum (Gall. merid.) Itin. Ant. Belsonancum (in silva Arduenn.) Gregor. Tur. 8, 21. Deusa (fem.) Inscr. Grut. 838, 14. Deusi fil. Grut. 807, 6. Deusone (in regione Francor., hod. Deutz; = Divisus, Divisa, Diviso) Cassiod. chron. ap. Roncall. 2, 222. camsila, camsilus, camsellus e subst. camisa, camisia ap. Cang.

b) Cum vocalibus correptis. AS: Betasi, Betasii (pop. belg.) Tac. Plin. Carcasum (Volcar. Tectosag.) Plin. Corasus (nom. viri) Inscr. Murat. 1319, 1. Audasius Inscr. Murat. 1585, 4. Frontasia Frontonis fil. Inscr. Grut. 741, 4. Mercasia (nom. fem.) Murat. 1353, 4. locus qui prisco vocabulo propter geminum lacunar gemellus Mercasius nuncupabatur, Boll. Aug. 6, 582. Ocrasia (nom. fem., cf. Ocresiae captivae nomen, matris Servii Tullii, ap. Aurel. Vict., et montis alpini Ocra ap. Ptol.) Murat. 1424, 10. ES: Nemesa (fluv. in Mosellam influens) Auson. Mosell.

Tamesis (fluv.), Alesia Caes. Novesium (al. Nivisium) Tab. P. IS: Civismarus Liv. Atismara Inscript. Orell. 259. Cartismandua Tac. Ratisbona in libris medii aevi. Aliso (castellum) Veget., cum suis derivatis acervatis Alisontia Auson., Alisincum Itin. Ant. Anisus (fluv. Noric.) in chronicis, Anisola (amnis) Boll. Jun. 3, 355, Anisiacus (villa) Boll. Oct. 1, 162. Saliso, Diviso (nn. locor.) Itin. Amm. *Παρίσοι* (pop. Brit.) Ptol., Parisii (pop. Gall.) Caes. Albisia (fem.) Inscr. Stein. 301. Belisia, Bilisia (loc. Belg.) Boll. Jul. 3, 92. Sept. 5, 596. 610. Carisius (nom. figuli) in vas. figl. Cinisius mons (mons Cenisius, Cinisus ap. Pertz., Mont Cenis; cf. mons qui Albis vocatur, Neug. 1, 5, nec non Sentis nomen item montis) Fredeg. c. 121. OS num sit in nomine Bonosus, de quo sub ÔS, dubium est; interdum alternat cum sequente. US: Urusa (loc. Vindel.) Tab. P. Epuso (Belg. prim., Eposium castrum Gregor. Tur. 8, 15, in Act. SS. Evusium, Ivosium, hod. Ivois, Ipsch Trevir.) Notit. dign. Salusa (fons) Mel. Arcusa (fem.) Inscr. Murat. 1295, 3. Orusius, Annusius Inscriptt. Orell. 457. 1966. Varusius Stein. 790. Bergusium Tab. P. Sigusium Greg. Tur. 4, 45. Segusio, Segusione, Segusiani Plin. Tab. P. Catusiacum Itin. Ant. In his *u* brevem putare licet; est enim Volusî Catullo 36 et Juvenali 15, 1 e nom. Volusius, unde Volusianus, Volusenus, frequens nomen (adj. hibern. vet. *folus, follus*, apertus, clarus).

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. In nominum modo memoratorum nonnullis putari poterit vocalis producta, e. gr. derivationis *-as*, ob vocem omâsum obviam apud Horatium in epist. 1, 15. 34, gallicam secundum Philoxeni glossam, et forsan in nominibus Tamesa, quod Ptolemaeo corrupte quodammodo est *Ἰάμησα*, vel Bonosus Vopisc. Eutrop., quod Paeanio metaphrastae Eutropii est *Βόνωσος* (cf. *Βονωνία*). Apud poëtas porro productae derivationes, ÎS: Talisius Auson. Parent. 8. 20. ÔS: Tolosa Auson. prof. 16. 17. ÛS: Padusa (fossa e Pado) Virgil. Aen. 11, 457. Claudian. epithal. Pall. 109. Attusia Auson. Parent. 21. Diphthongi cum *s* derivante obviae, AUS: Nemausum (Gall. oppid.; cf. Nemavia, loc. Vindel. Itin.) Mel. Plin. Pennausus (n. viri) Inscr. Grut. 736, 2. Arausio (Gall. oppid.) Mel. Plin. Carausius (Menapiae civis) Aurel. Vict. de Caes. 19. "monasteriolo in pago stampinse noncobante Lemauso" (hod. Li-

mours) dipl. a. 703, Mabill. dipl. p. 480. EUS: Celeusum (loc. Vindel.; cf. Celeja) Tab. P.

d) Derivans SS. ASS: Salassi (pop. gallicus Ital. sup.) Liv. Ἰούρασσος (mons) rectius dicitur Ptolemaeo, quam Jura Caes., cum etiam legatur in Inscript. helvet. ap. Stein. 536: TRANSIVRASSI. VALL. ROM. INVIA. ESS: Lucressa Lucressis fil. Inscript. Murat. 1170, 7. Revessione Tab. P. ISS: Dumnissus (fluv.) Auson. Mosell. Autissiodurum (Gall. oppid.), Vindonissa (Helvet. oppid.), siquidem haec non sunt composita. USS: Verulae Colussae Inscr. Orell. 285. Pompeius Catussa civis Sequanus Inscr. Orell. 4803. Ianussius (n. viri) Inscr. Or. 4468.

X gallica derivans in quibusdam saltem exemplis apparet: Bonoxus Inscr. vas. figl. ap. Stein. Cod. inscr. rom. Danub. et Rheni 207, quod nomen alibi est Bonosus. Senicco Senixonis fil. Inscript. Murat. 1402, 5. Camulixus Inscript. ap. Emele p. 76.

Hibernica S derivans. *a*) Singularis annexa radici: *gnás, gnús* (mos, consuetudo; cf. p. 31). Frequenter accedit elisa vocali *i* e derivationibus, e. gr. *-ise, -isiu, -isine, -isech: caimmse* (gl. cambises, cui adscribitur a glossatore inter textum: *proprium no. regis,* in margine autem: *l. no. uestis caimmse;* est scilicet vox jam ab Hieronymo usurpata, sed sine *b*, *camisia,* gallicae procul dubio originis, etiam cambr. *camse* Mab. 2, 218) Sg. 23[b]. *somailse* (gl. dulcedo) Sg. 52[a]. *déicsiu* (conspectus), *imdéicsiu* (circumspectio) Wb. 22[c]. 25[a]. *cocéilsine* (gl. societas) Wb. 19[a]. *miscsech* (gl. exosus; e *miscuis* Wb.) Ml. 28[a]. Fit idem secundum regulas elisionis (p. 34) accedentibus flexionibus, e. gr. in gen. sing.: *intoimseo* (gl. ponderis; nom. *tomus*) M. 35[c]. *inchoitchennsa* (communitatis; nom. *coitchennas*) Sg 203[a]. *innriccso* (dignitatis; nom. *inriccus*) Sg. 59[b], in plur.: *comaicsi* (gl. vicinae; sing. *comacus*) Ml. 26[a]. *dinaib doirsib* (gl. de portis; sing. *dorus*) Ml. 27[b]. Quando vocalis ob positionem manere debet, spirans propter statum durum servatum (p. 61) dupliciter scribi solet, ut patebit e mox sequentibus exemplis *londassa, testassa* e *londas, testas, immarmussa* ex *immarmus.*

b) Accedens cum vocalibus correptis. AS in substantivis generis masculini: *heulas* (peritia), *aneulas* (inscientia; adj. *eula*) Sg. 209[a]. Cr. 37[d]. *londas* (gl. indignatio) Ml. 29[a], gen. *indlondassa* (gl. indignationis; adj. *lond* Wb.) Ml. 20[b]. *testas* (testimonium) Wb. fq., gen. *testassa* Wb. 15[a]. 16[a]. 24[c]. *indas* (talis status), *cindas* (qualis status? cf. p. 362. 363) Wb. 6[b]. 7[d]. *comadas* (commodum, commoditas) Wb. 21[a]. *añgutass* (gl. vim suam servantes, vocales) Sg. 40[b]. *remthechtas* (praepositio), *tairmthechtas* (transgressio) Sg. 215[a]. 220[a]. Peregrina: *ethemlagas* (etymologia) Sg. 27[b]. *adaltras* (adulterium) Wb. 3[c]. 9[d]. Derivans substantiva ex aliis vel ex adjectivis comitatur varias alias derivationes, e. gr. in his: *muntaras* (communio; *muntar*, familia) Wb. 16[a]. *coitchenas, coitchennas* (communitas; adj. *coitchen, -enn*) Sg. 203[a]. 208[b]. *lánamnas, lanamnas* (conjugium) Wb. 9[d]. 10[a]. *flaithemnas* (gloria) Wb. 25[c]. *airechas* (principatus; adj. *aire, airech*, gl. primas, Sg. 50[a]) Wb. 1[b]. 3[d]. Sg. 174[a], cujus item formationis videntur *curchas* (gl. arundo) Sg. 52[b] et *senchas*, gen. *senchasso* (lex) Wb. 20[a], plur. *senchassa, senchaissi* (statuta vetusta, antiquitates; e *senechas*, *senachas?*) Wb. 28[c]. 31[b], dat. *senchassib, senchassaib* Wb. 30[d]. 31[b].

ES ut praecedens in subst., e. gr. *anamchairtes* (doctrina), e quo genit. in Wb. 12[b]: *óis anamchairtessa* (gl. doctores; i. e. aetas doctrinae, qui docent, p. 370). Forma item comparanda subst. *senchas* obvia in Sg. 37[b]: *ainches* (gl. fiscina; in marg.: *fiscina. babtyzerium*). Subst. *coibnes* (affinitas) colligendum ex adj. *coibnesta* (affinis) Sg. 11[b]. 159[a], flexionis internae, gen. *inchoibnis* et dat. *diachoibnius* Sg. 28[a], quaeritur, annon sit compositum; item adj. *díles* (proprius, fidelis; e subst. *les*, utilitas?), gen. *dílis* Sg. fq.

IS: *gnúis, gnuis* (facies) Wb. 12[b]. Sg. 208[b], plur. acc. *inna gnuissi* (gl. ora) Ml. 16[c]. *inis* (insula) Sg. *richis* (gl. carbo), *richisán* (gl. carbunculus) Sg. 47[b]. Sunt etiam subst. et adj. in *-ise: semise* (gl. attenuatio) Ml. 22[d]. *tánise* (secundus; cf. p. 316). Exempla desinentis *-nise, -nisse*, quod videri possit formula derivans, videsis inter nomina composita.

OS: *lámos* (manulea, cambr. *llewys*) colligendum ex adj. *lámostae* (gl. manuleatus; a *lám*, manus) Sg. 60[a]. *eross* (gl. puppis) Sg. 105[a].

US in substantivis ut supra *-as, -es: inrucus, inruccus* (dignitas, facultas; adj. *inricc,* dignus, Wb. 7[b]) Wb. 29[a]. Sg. 59[b], gen. *innriccso* Sg. 59[b]. *tomus, intomus* (gl. mensura), *inmorthomus* (gl. pondus) Ml. 26[b]. 33[c], gen. *intoimseo* (gl. ponderis) Ml. 35[c]. *intimmarmus* (peccatum, peccatio) Wb. 3[c], gen. *immarmussa* 29[a]. *comarbus* (cohereditas) Wb. 4[c]. 9[a]. *inderbus* (incertitudo) Sg. 66[b]. *indtairdircus* (gl. claritudo) Sg. 2[a]. *éicndarcus* (absentia) Wb. 19[d]. *cúbus, cubus, cocubus* (conscientia) Wb. 1[d]. 4[b]. 20[c]. 31[c]. *ammus* (tentatio) Wb. 2[c]. *cutrummus* (similitudo) Wb. 17[b]. 17[c]. *écsamlus* (diversitas) Wb. 13[b]. Sg. 211[a]. Est etiam IUS: *inbindius* (sonoritas, euphonia) Sg. 5[a], gen. *bindiusa* 23[a]. *cosmilius, cosmulius, cosmuilius* (similitudo) Wb. Sg. fq. In Sg. 67[a]: *indhuinnius ardd* (gl. alta fraxinus; cf. cambr. *onn, onnen*), sed cum articulo feminino.

Porro in adjectivis: *accus* (vicinus) Wb. 23[d]. *ocus* (vicinus; opponitur *cían,* remotus) Pr. Cr. 59[b]. *comocus* (cognatus, affinis) Sg. 6[a]. *follus* (apertus, clarus) Wb. fq., pl. *foilsi* Wb. 29[a], porro *foilsigur* etc.

c) Cum vocalibus longis vel diphthongis. ÔS tantum occurrit in adj. *cíanós* in Wb. 7[a]: *iscíanós accobor lemm farrichtu* (gl. ulterius locum non habens in his regionibus cupio venire ad vos; i. e. est dudum voluntas mihi veniendi ad vos), respondens vetustae gallicae *-aus,* et orta ex ea, ut videtur (p. 40).

d) Duplicatae derivantis exemplum certum non apparet.

3. Derivatio mediarum.

B gallica derivans in vetustis nominibus. *a*) Annexa ad radicem sine vocali non occurrit ob rariorem mediarum derivationem.

b) Solius accedentis cum vocalibus correptis exstant exempla. AB: Genabum (Gall. oppid.) Caes. Arabus (nomen viri) in Inscriptt.: Indutus Arabus Grut. 687, 11. L. Marullus L. Marulli Arabi fil. Orell. 4019. Deo Intarabo Inscr. Orell. 2015. Arabo, Arrabo, Arrabone (fluv. et loc. Pannon.; cf. cambr. *araf,* mitis, p. 14, not.) Itin. In duplice derivatione: Aballaba (loc. Brit.; cf. Aballone Itin.) Not. dign. Ovilabis (opp. Norici, hod. Wels; an conferendum Obilonna, Allobrog., in Tab. P., et his quoque Aballo loci nomen, et hibern. vet. *aball,* malus?) Itin. EB deri-

vantis nescio exemplum. IB: *Οὐολίβα* (oppid. Damnon. Brit Ptol. OB: *Αὔσοβα, Τοίσοβις, Τουέροβις* (fluvii Brit.), *Ὄροβι* (fluv. Gall. Narbon.) Ptol., Orobii (pop. alpinus; cf. Ausava, loc Gall., in Tab. P. et nomen Arabus?) Plin. 3, 17. Cum *n* der vante: Abnoba (mons) Avien. Plin. Tac. *Ἄβνοβα, Ἀβνοβαῖα ὄρ* Ptol. UB: Gelduba (castellum Rheno impositum) Plin. 19, 5 Tacit. Itin. Ant. Cum sequente *i*: Esubii Caes., Esubiani Plin Danubius, Mandubii Caes. Vidubia (ad Arar.) Tab. P. *οὐσουβί* (herba lactago, lauriola Gallis; accus. ab usubis?) Dioscor. 4 147. *Οὐερουβίουμ* (*ἄκρον*, i. e. Verubium, e fonte latino, Brit promont.) Ptol.

c) Non inveniuntur alia exempla derivantis B, e. gr. ne cum vocalibus productis vel diphthongis, nec geminatae ne junctae.

Hibernicae B derivantis exempla sunt aeque rara, imm rariora. Accedentis ad radicem non intermedia vocali: *fedb* (vidua Wb. 28[d], e *fedub?* Existimari poterit eodem modo et in alii aggressa ad praecedentem consonam radicalem, e. gr. in adj *marb* (mortuus; rad. *mar, mor*), indeque pro *Morimarusa* hoc es mortuum mare, Plin. 4, 13, legi *Morimaruba*. Expulsae vocali a sequente terminatione exemplum: *claidbene* (gl. ensiculus) Sg 49[b], e *claideb*.

Cum vocali correpta derivantis obvia mihi est sola formul EB: *indeb* (commodum, utilitas) Wb. 24[a]. 28[c]. 29[b]. 30[a]. 31[b]. *indeb* (gl. stips) Sg. 70[a]. *claideb* (gladius) Wb. 6[a]. 22[d]. Et ea quoque obliterata est a recentiore lingua, hibernica et gaelica, cum scribatur modo hibern. *inneamh* (utilitas), hibern. gael. *claidheamh* (gladius).

Junctae in derivatione mediae formula UMB in *ciadcholum* (gl. palumbes) Sg. 70[a], cum *colum* sit pro *columb* (p. 75).

D gallica derivans. *a*) Accedentis ad radicem expulsa vocali exemplum est nomen Abducillus Caes., si scilicet formatione auctum ex Abudius Tac., cujus originem gallicam comprobat nomen loci Abudiacum.

b) Praemittens vocales correptas. AD: Orcades Claudian. IV consol. Honor. 32. *Ὄρκαδες* (*νῆσοι*), *Ὠταδινοί* (pop. Brit.) Ptol. ED: esseda Virgil. Propert. (p. 11), essedum Caes. Taruessedum (locus circa lacum Comensem) Tab. P., Manduessedum (locus Brit.) Itin. Ant. Voreda (loc. Brit.) Itin. Ant. Tenedon (circa Rhen. superior.) Tab. P. Secunda Sembedonis fil. Inscript. Orell. 204. ID: Druidae Lucan. 1, 451. Auson. profess. 4. 10. Ravidus (cf. Ravenna) Catull. 40. Sabidi (Sabidius, nom. viri; cf. Sabis fl. et cambr. *sefyll* = *sab-ill*, stare) Martial. 1, 33. Epidius Sueton. gramm. 5. *Ἐπίδιον* (*ἄκρον*, Brit.) Ptol. Trevidon Sidon. carm. 24. OD: Losodica (circa Danub. superior.) Tab. P. Losodienses Act. SS. Mabill. saec. 3. 1, 686. in loco Sarodo, dipl. a. 766, Mabill. p. 495. UD: Abudius (nom. viri) Tac. Ann. 6, 30. Abudiacum (Raet. loc.) Tab. P. Haebudae (insulae) Plin. *Ἔβουδα* (duae insulae ejus nominis, unde etiam ceterae circumjacentes *Ἔβουδαι νῆσοι*) Ptol.

c) Vocales productas an praemiserit *d* derivans, dubitare licet. Est quidem *e* producta apud poëtas in nomine Caledonii, sed etiam in Aremorici, in quo *e* vel *i* nonnisi correpta obtinere potest, apud eosdem, qui inter vocales correptas nimium multas unam produxerunt (cf. p. 4, not.). Nec fides semper habenda est Ptolemaei scriptionibus, cui item quidem est *Καληδόνιος δρυμός*, sed etiam *Οὐήκτις*, *Νεμῆται*, *Δημῆται* contra regulas sonorum (p. 100). Sunt autem exempla quaedam derivationis cum diphthongo AUD: Bagaudae (praedatores) apud plures scriptores veteres: Eutrop. Aurel. Vict. Eumen. Salvian. Zosim.* Sapaudia (recentius Savoia) Ammian. 15, 11. Notit. dign. Ennodii Vit. S. Epiphanii, Boll. Jan. 2, 375. Sapaudus, Sabaudus (nom. viri) Sidon. epist. 5, 10. Gregor. Tur. 4, 30. avis gallico vocabulo alauda Plin., Olloudius Inscript. (= -audius, p. 38). Referenda huc etiam videntur nomina: Apaudulus (viri) Amm. 28, 1. Fons Bleaudi

* Aurel. Vict. de Caes. 39: excita manus agrestium ac latronum, quos *Bagaudas* incolae vocant. Eumen. in panegyr. vet. 3, 4: latrocinium *Bagaudicae* rebellionis. Salvianus de gubernat. dei lib. 5, p. 159 ed. Pithoei: imputamus nomen, quod ipsi fecimus, et vocamus rebelles, vocamus perditos, quos esse compulimus criminosos. Quibus enim aliis rebus *Bagaudae* facti sunt, nisi iniquitatibus nostris? Cf. in Wb. 25[b]: *am. dotéit side dogabáil báiguil*. . . (gl. sicut fur in nocte; i. e. ut venit hic ad capiendam praedam, cum etc.), ubi *báiguil*, si est e *bágul*, referri poterit ad radicem *bág* (p. 20).

(Fontainebleau) dipl. a. 1186, Mabill. dipl. p. 603. "cum illa alpe Cassauda", circa a. 805, Mabill. p. 509.

d) Derivationis connexae ND exempla: Ragandone (Pannon.) Tab. P. Quoranda (fluv.) Boll. Aug. 4, 779. *Βουουίνδα* (i. e. Buvinda, fluv. Hibern. merid.: flumen quod *Boinn* nominatur, Boll. Mart. 3, 271, cf. p. 67), *Κοριόνδοι* (pop. Hibern.) Ptol. Et RD: Picardus (figuli nom.) Inscript. Stein. 947. Laudardiaca villa, dipl. a. 660, Mabill. dipl. p. 606. villa Leverda, Act. SS. Mabill. saec. 6. 1, 599. Bacurdus (deus) Inscript. Colon. Orell. 1963. Cacurda (nom. fem.) Grut. 838, 14. Lapurdum (locus) Gregor. Tur. 9, 20, siquidem recte hunc locum obtinent.

Hibernica D derivans. *a*) Annexa ad radicem excussa vocali a sequente derivatione vel flexione: *ibdach* Incant. Sg. *ipthach* (gl. maledicus) Wb. 9[b]. *aipthi* (gl. veneficia) Wb. 20[b], quibus eadem vox subesse videtur, quae est in vetustis Abudius, Abudiacum (p. 73. 74).

b) Accedentis cum vocalibus correptis exstant formulae AD, ID, UD: *déad*, *diad* (finis; cambr. *diwedd*) Wb. Sg. *druid*, *druith* (Druida, Druidae) Wb. 26[a]. 30[c]. *crabud* (religio, devotio; cambr. *crefydd*), gen. *crabaith* (= *crabid*) Wb. 20[b]. 33[c]. Ob commixtam scriptionem *d* et *th* (= *d*, *t* infectis, p. 72. 73. 82) difficilis est distinctio derivantis *d* in vocibus codicum veterum. Addo nomina propria quaedam e chronicis vel Actis SS.: *Colgadh*, *Loscadh* Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 160. 194. *Colladius* Boll. Mart. 2, 567. *Lugadius* ibid. 559. *Lugidius* episcopus Boll. Mai. 2, 581. *Lugith, Lugidius, Lugith Maccan* Boll. Aug. 1, 342. 343. 344. *Eochaidh Fionn* ("Equitius candidus", quod esset in vetusta scriptione *Echid find*; cf. *óenechaid*, gl. eques, Sg. 55[b], = nom. vet. *Epidius*) Boll. Jul. 5, 593. *Crichidh*, *Crichidius* Boll. Mart. 1, 398. Quaeritur, annon huc pertineant derivativa masculina infra (sub IT) sequentia, e. gr. in *-id* (cf. cambrica in *-ydd*), fortasse etiam in *-thid*, quamvis non sequantur declinationem substantivi *druid*. Itemque annon neutra in *-ad*, *-ed* (prior. ord. ser. II, p. 249), ut *uathad*, *uathath* (singularis, singularitas; cf. nomen populi brit. *Ὠταδινοί* ap. Ptol.) Wb. Sg. *dliged* (lex, regula) Wb. Sg.

Accensendae sunt huic derivationi substantiva posterioris declinandi ordinis et seriei quartae, quae derivantem *d* in casibus obliquis servant, in nominativo autem, excussa eadem, in vocales *-e, -i, -u, -iu* desinere solent (p. 271). Inde formulis jam enumeratis amplius addenda est ED, quae jam adest in vetusto nomine gallico *Tenedon*, et adhuc exstat in substantivis dupliciter derivatis *óigedacht* (hospitium), *filedacht* (poësis).

c) Derivantis *d* cum vocalibus productis vel diphthongis non apparet exemplum hibernicum.

d) Derivatio connexa ND adhuc in subst. *talland* (talentum, facultas; gael. *tàlann*): *arafogna talland cáich uanni dialailiu* (inserviat facultas cujusvis e nobis alii) Wb. 12[a]. *arni tacair lasuide móidmiche do neuch innachthallond* (gl. quod loquor non loquor secundum deum, 2. Cor. 11, 17; i. e. nam non decet apud hunc gloriari aliquem de aliqua facultate) Wb. 17[c], nec non in subst. et verb. *scríbend* (scribere, scriptura) Wb. Sg. Cr., ex quo compos. *athscribend* (gl. rescriptum) Cr. 40[a], *incomscribńdaith* (gl. syngraphum) Sg. 24[a], cujus *-nd* alternat interdum cum *-nt*, atque in *legend* (legere) Wb. Sg. (cf. p. 462). Porro: *ógdílgend* (gl. internecio) Sg. 52[a]. In NN secundum regulam transiit in nomine fluvii Hiberniae *Bóinne*, e vetustiore *Bovinda* (p. 67. 74). Nomen insulae ipsius *Erend, Erenn* non derivatum sed compositum esse jam demonstratum est (p. 74, not.).

G gallica derivans rarior est ceteris mediis. AG in nominibus propriis virorum: Adbogius Coinagi fil. (Petrucorius) Inscr Stein. 440. mem. Nertagi Avin. Grut. 700, 3. Bellatullus Birragonis fil. Grut. 763, 6, quibus facile sociatur Teutagonus (Basternarum dux) Valer. Flacc. Argonaut. 6, 97. Addendum porro Galli nomen Vesagus (cf. Bellovesus, Sigovesus, Vesontion) Sil. Ital. 4, 213, ut legitur in editis et scriptis, in aliis Vesegus, Vesogus et magis variatum Vosegus, Vogesus. Montis item nomen Vosegus Caes. Βάϱσεγος (leg. Βώσεγος) Julian., Vosegus Inscript. Orell. 2072, Vosagus in Tabula Peut., quae Wizenburgi ad eandem silvam descripta est, Vosagus, Wosagus, Vosogus in Traditt. monast. Wizenburg., certius procul dubio est et rectius quam inversum Vogesus Lucan. 1, 391, Vogesus, Vogasus etiam apud re-

centiores. Formula derivans EG e vetustioribus addenda est antedictae, siquidem omnia haec derivata non composita (cum praep. *vo* = hibern. *fo*, brit. *guo?*).

Duplicatae et conjunctae *g* formulae GG, NG, RG in his vetustis nominibus: Esuggii fil. Inscript. Ambian. Orell. 2062. Flaniggo Inscr. Brix. Orell. 3543. Tulingi Caes., Tylangii Avien. Caspingio (loc. ad Rhen. infer.) Tab. Peut. Viturgia (nom. fem.) Vopisc. Proc. c. 12, si, ut videtur, nomen est gallicae originis (cf. Vitudurum Itin.).

Hibernicam G derivantem in substantivis, adjectivis, verbis statuere ob confusionem scriptionis *ch* pro *g* et *g* pro *ch* (p. 73. 86) eo difficilius est, quia rarior haec derivatio. Verba denominativa neutra frequenter obvia in *-agim*, *-aigim*, *-igim* (seriei I), quamvis semper fere scripta sit *g*, aperte e derivationibus *-ach*, *-ech* prodire videntur, e. gr. *cumachtaigim*, *cumachtagimm* (gl. nuo, gl. potior; i. e. potens sum, adj. *cumachtach*) Sg. 39[b]. 54[a]. *cuiligim* (gl. prosto; mox *cuilech*, gl. prostibulum) Sg. 53[a]. *trebaraigim* (gl. sapio; i. e. prudens sum) Sg. 146[b]. Veruntamen verbi denominativi factitativi formae hibernicae vetustae *-igur* (seriei IV) respondet cambrica jam vetusta *-aam*: *nomisligur* (humilem me facio; cf. cambr. vet. *lemhaam*, gl. arguo, i. e. acutum facio, gl. Oxon.) Wb. 17[d]. *co asmecnugursa* (gl. ut eradicem, a *mecan*, radix; cf. cambr. vet. *etncoilhaam*, gl. auspicio, *datolaham*, gl. lego, *mergidhaham*, gl. evanesco, i. e. facio avium augurium, concionem, defectionem) Ml. 2[a]. Quae cambrica forma orta quidem esse potest ex *-agam* (p. 162), non tamen ex derivatione adjectivorum, hibern. *-ach*, cambr. *-auc*, ex qua scilicet cambrice esse deberet *-ocam* (hod. *-ogaf*). An forsan factitativa utraque e J, quae etiam gothice et indice est factitativa? Quaeritur solummodo, num forma verbi denominativi neutri diversae sit originis, an possit esse etiam ejusdem.

Connexa derivatio frequentior ANG. In verbis, in quibus tamen vocalis in alias nutat: *fulang* (pati, tolerare; 1. ps. pl. *follongam* Wb. 14[b]), *cumang* (posse, valere) Wb. Sg.; in decomposito *tecmang* (3. ps. sg. pl.: *tecmaiṅg*, accidit, *tecmoṅgat*, accidunt, Sg. 2[a]. 9[a]) e *doecumang*. In nominibus: *tecmang* (eventus)

e dat. *uathecmungg, ó thecmung* (gl. casu, gl. eventu) Sg. 28[a]. *tualang* (aptus) Wb. fq. Transformatur saepius omnis derivatio, praesertim in formis verborum, in *s, c, acc, ach: arafulsam* (ut toleremus), *cuimsin, cuimsimmis* (possem, possemus; cf. p. 62), *cumcamni, cumcat* (possumus, possunt), *cumacc, cumacht* (potens, potentia; cf. deriv. C et ANC). ING in *decming,* si est adjectivum, ut videtur, in Wb. 14[b]: *forcetlid doibsom timotheus et bráthir inhiris nipu decming cid icolin* (gl. Timotheus frater ecclesiae dei, 2. Cor. 1, 1). UNG in subst. *cumung: ni cumung donindnagar arforcital dúib. iscumung fuiribsi im̄ occanairitin naforcetalsin* (gl. non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris, 2. Cor. 6, 12) Wb. 16[a]. Ut non RD, non occurrit etiam RG derivans hibernica.

4. Derivatio tenuium.

P inter tenues minoris ambitus rarius etiam derivationi inserviens invenitur in nominibus gallicis. Obviae combinationes cum tribus vocalibus *a, i, u.* AP: Menapii (pop. belg.) Caes. Monapia (insula prope Brit.) Plin. 4, 16. *Μαναπία, Μανάπιοι* (oppid. et pop. Hibern.) Ptol. "in pago Madriacinse Vinias, Camapio et Niventis" dipl. a. 775, Mabill. dipl. p. 498. "Gamapio vico" D'Ach. 2, 86. IP: Warsipio (loc.) Martène 2, 20. UP: Rutupiae (Brit. oppid.) Ptol. Ammian. Itin. tellus Rutupina, Rutupinus ager, Auson. parent. 7, 18. Connexa MP forsan in nom. fluv. Wartimpa, Labbe 2, 665.

Hibernica lingua, quae hanc tenuem ne in ipsa radice quidem amat (p. 77), omnino nescit ejus derivationes.

T derivans in nominibus gallicis vel britannicis vetustis. *a*) Singularis accedens ad radicem in adj. *-gnatus* nominum compositorum, e. gr. Critognatus, Boduognatus etc. (p. 19), e radice *gnâ, gnê* (p. 31).

b) Cum vocalibus correptis. AT: Atrebatum terras pervaserat, Sidon. carm. 5, 212. Abbatus (al. Acatus, at Batus) amens,

Sil. Ital. 4, 239. Sunt plurima nomina formulae simplicis vel mixtae cum vocalibus, sed vix affirmari poterit vocalis *a* correpta in omnibus: *Γαισάτοι* (pilati, p. 64), *Γαλάται* (rad. hib. brit. *gal*) Polyb. Sematus Inscr. Murat. 167, 2. Liudatus Grut. 1159, 2. Sedato (deo) Inscr. Orell. 2043. 4972. Casatus Orell. 1986. Cirata (fem., Nervia) Orell. 2976. Cerate, Ceratensis vicus Greg. Tur. *Βριουάτης* (*λιμήν*, Gall. Lugdun.) Ptol. Brivate (nomin. Brivas) Sidon. Apollin. Brivatis, Brivatensis vicus; gall. *briva,* pons) Gregor. Tur. fq. IAT: Ariomanus Iliati fil. (Bojus) Inscript. Grut. 670, 3. Metiatus Inscr. Orell. 347. Stiriate (Noric.) Tab. P. vicus Ratiatensis Greg. Tur. de glor. conf. c. 54. portus Retiatus Mabill. saec. 4. 1, 549. villa Bulgiatensis Greg. Tur. 3, 16. UAT: Cotuatus, Nantuates Caes., in derivatione multiplici: Gutruatus, Aduatuci Caes. ATI: Duratius Caes. Volcatius, Vulcatius (nomen viri frequens), jam ap. Caes., ap. Ammian. et scriptores hist. Aug. *Βανατία* (oppid. Brit.) Ptol. Manatia (fem.) Inscr. Stein. 201. Sedatia Stein. 244. Nomina virorum ex Inscriptt. ap. Stein.: Sedatius 334. Veratius 50. 650. Conatius 6. Caratius 146; e recentioribus: Arvatius (episc. Tungr.) Fredeg. c. 1. Namatius, Nammatius Sidon. epist. 8, 6. Gregor. Tur. 2, 16. Nomina locorum amplius aucta: Colatione, Stabatione (alp. Cott. et Noric.) Tab. P. Tutatione (Noric.) Itin. A. Aranatio, Burcinatio (ad Rhen. infer.) Itin. Ant. ATU in nominibus Bellatumara, Belatucardus, Belatucadrus (Mars; cf. adj. cambr. vet. *cadr,* gl. decorus, gl. Lxb.), Belatulla Inscr. fq. Abrincatui (pop. Gall.; siquidem hic derivatio, non compositio, et comparandum subst. corn. *hebrenciat,* dux, *hebrenchiat plui,* gl. presbyter, i. e. dux plebis, parochus, et hod. cambr. *hebrwng,* ducere, comitari) Plin. ET: nomine Vernemetis (= fanum ingens; cf. p. 11) Venant. Fortun. Drappes, gen. Drappetis, Veneti, Nemetocenna, Orgetorix, Cingetorix, Vercingetorix, Conetodunus Caes. fluviolus Albeta Mabill. saec. 2, 122. ETI: Tasgetius, Helvetii, Decetia Caes. Orgetia (nom. fem.) Inscr. Grut. 345, 8. Cingetius (nom. viri) Inscr. Stein. 228. Leucetius (Mars) Stein. 248. Saletione, Tinnetione, Bregetione Itin. IT: Gallitae, Belgites (pop.) Plin. 3, 20. 25. *Αὐτάριτος* (Gallorum dux; cf. Autricum e nomine fluvii supponendo Autara, hod. Eure) Polyb. 1, 77 sq. UIT: Bituitus (rex Allobrog.) Flor. 3, 2. *Βιτυιτός* Appian. de reb. gall. p. 85.

Forsan etiam Induitus (cf. Indutiomarus p. 19, not., et hibern. vet. *inne,* sensus?) Inscr. Stein. 318. ITI: Togitius Inscr. Stein. 324. Domnitius Sidon. epist. 4, 2; in multiplici derivatione: Gobanitio, Divitiacus Caes., Bilition Greg. Tur. (p. 725). ITU: Ambitui (pop. gall.) Plin. OT: Lugotorix Caes., Dumnotonus (fluv.) Auson. epist. 5. UT: Carnutes Caes. Namuta Minutae filia Inscript. (Mém. des Antiq. de France 16, 139). Buxutum (hod. Bossu) Act. SS. Boll. Oct. 4, 1032. Mabill. saec. 2, 865. UTI: Venutius (Britannus) Tacit. Ann. 12, 12, 40. Hist. 3, 45.

c) Cum vocalibus productis. ÂT: Teutates (Gallorum deus) Lucan. 1, 445. Nomini herbae gallico *ταϱβηλοδάθιον* ap. Dioscoridem supra (p. 89. 90) suppositum est *ταϱβοταβάτιον,* compos. e *tabât,* cambr. hod. *tafawd* (lingua). ÊT, ÎT, ÛT in enumeratis exemplis aliquibus poterunt quaeri, sed in quibus, vix eruendum erit. Apud Ptolemaeum scriptio *-ητ* nominum derivatorum, e. gr. *Δημῆται, Νεμῆται*, suspecta esse debet, quum quia apud vetustos ipsos etiam *-ετ* obvia est, ut apud Ptolemaeum ipsum *Αὐγουστονέμετον*, apud Strabonem *Δϱυναίμετον,* et apud Julianum *Νέμετες*, tum praesertim quod britannicae linguae dialecti cambrica et armorica in nominibus *Nimet, Nemet, Dimet* (p. 100. 102) nonnisi vocalem correptam exhibent. Non aliter judicandum de aliis ejusmodi: *Καλῆται, Ναμνῆται* (Galliae populi) Ptol., *Σούδητα ὄϱη* (al. *Σούδιτα*) Ptol., *Γάβϱητα* (*ὕλη*) Strab. Ptol., *Ἐλουήτιοι* Ptol. Plut. Dio Cass., apud Strabonem mire *Ἐλουήττιοι.* Convenit cum terminatione hac hibernica frequentissima adjectivorum *-the, -de,* ante quam vocales correptae elisae sunt.

d) Accedentis *t* cum diphthongis sive geminatae derivantis exempla non obvia sunt: eo frequentiora derivationis connexae NT; suntque etiam derivantium ST, CT.

NT praemittens vocales correptas omnes. ANT: *Νοουάνται* (pop. Brit.) Ptol. Trinobantes (Brit.) Caes. Brigantes (Brit.) Ptol. Tac. *Δεκάνται* (pop. Brit.), *Γαβϱαντουΐκων* (*κόλπος*, Brit. sinus), *Καϱβαντόϱιγον* (oppid. Brit.) Ptol. Eadem in mixta vel multiplici derivatione: Meduantum (ad Mosam; cf. Medoacus fluv. Ital. super.) Tab. P. *Σεγαντίων* (*λιμήν*, port. Brit.) Ptol. Brigantia, lacus Brigantinus (Raet.) Plin. Itin. Carantius, Carantia Inscript. Grut. 1038, 9. Stein. 72. 128. Carantinius Stein. 338.

Carantonus (fluv., hod. Charante) Auson. Mosell. *Κελαμαντία* (German. merid. oppid.), *Σκαραβαντία* (Pannon. oppid.) Ptol. Tarnantone (Noric.; cf. Tarnis fluv., Auson. Mosell.) Tab. P. Diviciantillus Inscr. Murat. 1503, 5.

ENT: Argentoratum, Argentomagus, Argentovaria (oppida) Itin. Ammian. Carpentoracte (Gall. opp.; cf. ad posteriorem partem *Κατουρακτόνιον* Ptol., Cataractone Itin. Ant., Brit. opp.) Plin. 3, 4. In derivatione acervata: Aventicum (Helvet. oppid.) Tacit. Ioventius Inscript. Murat. 1353, 5. *Βροδεντία* (oppid. German. merid.), *Βωλέντιον* (Pannon.), *Λουέντινον* (Britann.) Ptol. Druentia (fluv.) Liv. Plin. Druentianus (nom. viri) Vulcat. Avidien. c. 9. Derventione (loc. Britann.; cf. "juxta amnem Doroventionem", Bedae Vita S. Paulini, Boll. Oct. 5, 108. "juxta fluvium Ormentionem" Boll. Jul. 6, 599) Itin. Ant. Imanuentius Caes.

INT: *Ῥεδιντούινον* (oppid. Germ. merid.) Ptol., siquidem nomen est celticae originis.

ONT: in Rossontensi, Gregor. Tur. 9, 20. locus cui vocabulum est Rossonto, Boll. Febr. 1, 853. Frequentior item in derivatione acervata: Vocontii (pop. ad Rhodan.) Liv. Justin. Gerontius (nom. viri) Ammian. 14, 5. Gerontia (mater Genovefae) Vit. S. Genovefae, Boll. Jan. 1, 138. Lucontius (nom. viri) Sidon. epist. 4, 18. *Οὐισόντιον* (Pannon. oppid.) Ptol. Vesontio, Vesontione Caes. Itin. Surontium (Noric.) Tab. P. Tincontium Itin. Ant. Alisontia (fluv., hod. Elsenz) Auson. Mosell. Visorontia (fluv., hod. Veseronce) Gregor. Tur. 3, 6.* Segontiaci Caes. Magontiacum Itin. Bodiontici Plin.

UNT: Carnuntum (Pannon. opp.) Vellej. Ammian. Carnunto (Senoniae Lugdunens.) Notit. dignit. In derivatione aucta: *Οὐολούντιοι* (pop. Hiberni.) Ptol. *Βιλινουντία* (herba Apollinaris; Belenus Apollo Gallis) Dioscor. 4, 69. Maguntiacum Tacit.

---

* Celticae originis, ut Moenus, Nicer, sunt etiam alia nomina fluviorum Germaniae meridionalis, atque supra dictae formationis, e. gr. desinentia in chartis medii aevi in *-anza, -inza, -inze, -enze: Ratanza, Ratenze* (hod. Rednitz), *Paginza, Pagenza, Begenze* (hod. Pegnitz), *Werinze* (hod. Wernitz). Horum primi forma vetustior in chronicis et chartis carlingicis est *Radantia;* ceteris aut eadem terminatio supponenda est (cf. *Bregenze* e *Brigantia*), aut *-entia*, (*Varentia, Verentia?*), quin immo *-ontia* (cf. *Elsenze* ex *Alisontia*).

in villa Seguntiaco, Martène 1, 55. de villa Arguntiaco, Boll. Jul. 6, 209.

ST minus frequens. AST: *Τόλαστα* ap. Ptol. (mox infra). monasterium, quod nuncupatur Malaste, dipl. a. 835, Mabill. dipl. p. 523, siquidem in hoc non est compositio. Nomina virorum apud Gregorium Turon.: Vinastes (al. Vivastes), de mirac. S. Mart. 2, 23. Vedastes cognomento Avo (civis Turon.) Hist. 7, 3. Leudastes, Leodastes 5, 14. 48. 6, 32. de mir. S. Mart. 2, 58. Bladastes, Blandastes 6, 12. 7, 28. 34, ut nomina Polyptychi S. Irminonis, francica sunt habenda et composita (-gast; cf. Grimmii Histor. linguae germ. 1, 541). EST: *Οὐέτεστον* (oppid. Tolistobojor. in Asia minori) Ptol. Segeste (Carnor. oppid.) Plin. 3, 19. Tergeste (gallicae originis?) Plin. Forest, forestella (cf. p. 93). IST: Tolistoboji (pop. gall.; cf. *Τόλαστα χωρίον*, Tolasta castellum Asiae minoris apud eundem populum, Ptol. 5, 4) Liv. Plin. Venostes (pop. alpin.) Inscr. trop. ap. Plin. 3, 20. UST: Segusterone (Alp. marit.) Itin., si non compositum (cf. lat. terrestris, palustris).

CT derivantis vetusta exempla rariora sunt. ACT: Bibracte (oppid. Aeduor.; e *biber*, fiber, p. 44), Epasnactus (Arvernus; ex *ep*, equus, et *asen*, asinus?), ambactus Caes., quaeritur, num sint derivata an composita.* Caractacus Tac. rectius fuerit Caratacus, quae scilicet forma occurrit in Inscript., et obtinet adhuc in cambr. vet. *Caratauc* (p. 96). Porro ECT et OCT forsan in his: Anectius, Senectius (ex civitate Nerviorum) Liv. epit. 139. Verudoctius (Helvetius) Caes.

---

* Si posset fides haberi interpretationi gallicae vocis *exacon* ap. Plin. 25, 6: "centaurion nostri fel terrae vocant propter amaritudinem summam, *Galli exacon*, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum", et si liceret inde radicem gallicam *ac* habere eandem cum lat. *ag* (agere), facile esset vocem *ambactus* putare compositam significantem circumagentem, vel circumactum, comitem, servum. Sed intellectus causationis et generationis subest radici *ac* tam in hibernicis vocibus, obviis inter glossas vetustas, e. gr. *aicsenogud* (causatio), *indaicsendid* (causa, propter), *aicned* (natura), *aicme* (genus), quam in cambricis, e. gr. *ach* (genus), *achmon* (inguen). Contra est etiam radix hibern. *aig*, *ag* in *atomaig*, *atobaig* (p. 336), significationis non diversae a latina.

Hibernica T derivans. *a*) Accedens simplex ad radicem frequentissima est in substantivis et adjectivis, non solum accedens ad radicem terminatam liquidis, post quas saepius vix vocalis excussa statui potest, sed praesertim aggrediens elisa vocali, quae aderat. Jam supra disputatum est, in quibus positionibus fieri possit elisio vocalium derivationis (p. 34 sq.), et quod etiam ea facta obtineat derivantis *t* infecta forma *th*, vel *d* pro ea, primitiva *t* post certos suos tantum sonos (p. 83. 84. 85). Hoc demum loco *t* derivantis et accedentis ad radicem exempla diligentius exponenda sunt ob copiam suam et ob peculiaria quaedam hinc inde obvia.

1. In substantivis T (*th, d*) annexa ad radicem. *a.* Si radix desinit in liquidas, quarum tamen *n* et *m* pereunt ante *t*, tam solam nudam quam auctam flexione vel derivatione: *andermet* (gl. oblivio) Ml. 23[d], *foraithmet* (memoria, neutr., cf. p. 249; *-met* = *ment, mint,* cf. *foraithminedar, foraithmentar,* formas verbales in Ml. 17[b]) Ml. 22[d]. 23[a]. 27[b]. *airmitiu* (honor; = *mintiu,* ex eadem radice *men, min*) Wb. fq. *forcital, forcitlid* (doctrina, praeceptor; e verb. *forcanim,* praecipio) Wb. fq. *foditiu* (toleratio; pro *fodaimtiu,* e verb. *fodamim*) Wb. fq. Non tanguntur *r, l: edbart, idpart* (oblatio) Wb. Ml. *forbart, forbbart* (gl. abolitio; e verbo *forbiur,* gl. redoleo, Sg.) Sg. 52[a]. 67[b]. 127[b], unde adj. *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 41[d]. *dalte* (discipulus; e rad. *al,* nutrio?) Wb. 23[a]. 24[a]. Porro comparandae sunt formae verbales praeteriti *asrubart* (dixit; praes. *asbiur,* profero), *tormalt* (manducavit). His liquidis addenda est *g,* tam singularis quam connexa *ng,* quae fit *ch, c* ante accedentem *t: tairmthecht, tairmthect* (transgressio; verb. *tairmthiagu*) Wb. 2[c]. 3[c]. subst. *cumacht* (potentia) Wb. Sg. fq., adj. *écmacht* (gl. nequam; i. e. impotens) Sg. 50[a], e verb. *cumang* (posse).

b. Si eliduntur vocales derivationum accedente flexione vel alia terminatione. *α*) Derivationum AT, ET, IT etc.: *rélto* (manifestationis), *césto* (passionis; pro *rélatho, césatho*), *crochtho* (crucifixionis; nom. *crochad*) Wb. fq. *in debthib* (in disceptationibus; nom. *debuid, debuith*) Wb. 6[b]. Formulae UT exempla frequentia exhibet derivatio duplex *-igud,* gen. *-igtho.* Quibus omnibus sunt conferenda infra sequentia retinentia vocales: *comalnad,* gen. *comalnatha. dliged,* plur. *dligetha. dílgud,* gen. *dílgotho.*

β) Derivationum ATU, ITU etc.: *óentu* (unitas) Wb. fq.

beothu, beotho (vita) Wb. 3[c]. 11[a]. Ex adverbiis *inbéstaid* (gl. forte) Sg. 12[b], *inchorpdid* (gl. corporaliter) Wb. 27[a] colligenda sunt subst. *béstu, corpdu,* ut sunt adj. *béste, corpde,* e quibus oriuntur (p. 272. 563).

γ) Derivationum cumulatarum ATAT, ITIT, ATANTU, ITENTU, e. gr. in vocibus: *pecthad* (peccator) Wb., *berrthaid* (tonsor) Sg., *treodatu* (trinitas), *foirbthetu* (firmitas) Wb., quarum plura alia exempla mox infra sequentur.

δ) Derivationis AT, vel IT adeo, ortae ex ANT, INT: *di naimtib* (gl. de osoribus), *huanaimtib* (gl. osoribus) Ml. 16[d]. 23[a], *naimtide* (inimicus, hostilis) Wb. 26[b], e subst. *namit* (hostis) Wb. 32[c]. Sg. 67[a]. *nebmarbtu*, gen. *-tath* (immortalitas; nisi rectius est *-thu, -thath*) Wb. 15[c]. 29[d]. Pertinent huc substantiva: *foimtiu, toimtiu* (cogitatio; pro *fomitiu, dofomitiu, -mintiu,* cf. *airmitiu*) Wb. 20[a]. 31[b], et omnibus conferendae sunt formae verbales *bertar* (feruntur), *scríbtir* (scribuntur; ex *-atar, -antar*).

2. Adjectivorum derivantis T (*th*, *d*), accedentis elisa vocali, quae est *i* semper, cum retinetur (orta tamen ex *a, e* vel aliis vocalibus, ut comprobant *gaisatus* = *gaide* et alia nomina vetusta, p. 64 et 758), frequentissima sunt exempla. Cum *e* finiente hujus derivationis *-ithe, -ide, -the, -de* alternat, praesertim in cod. Sg., non solum *ae,* sed etiam *a.* Consonae scriptio solita est *d,* post suos sonos tantum *t,* sed vix obvia *th.*

T servata semper post S: *béste* (moralis) Wb. 12[d]. *místae* (gl. menstruus; *mís,* mensis) Sg. 38[a]. *cístae* (gl. censorius) Sg. 35[a]. *rostae* (gl. rosarium) Sg. 35[b]. *nephchostae* (gl. apes; *cos,* pes) Sg. 102[b]. *trecoste* (gl. cum tribus pedibus) Sg. 67[b]. *glanchosta* (gl. merops; i. e. nudis pedibus, acsi esset merus pes?) Pr. Cr. 48[a]. *tinfesti* (gl. flatilem) Sg. 17[b]. *lámostae* (gl. manuleatus) Sg. 60[a]. *coibnesta* (affinis) Sg. 159[a]. *inciclasta* (gl. cyclas) Sg. 32[b]. *eolensta* (gl. aeolicus) Sg. 31[b].

T post L interdum, non semper: *dalta, dáldde* (= *dálte,* gl. curialis, gl. forensis) Sg. 55[b]. 57[a]. *remdedólte*, *remdedoldae* (gl. antelucanus) Sg. 36[a]. Ml. 21[c]. *idalte*, *ídolde* (idolicus) Wb. 10[c]. *israhelte, israhelde* (Israelita) Wb. 5[a]. 21[b]. 23[d]. *coldde* (= *colte,* gl. colurnus) Sg. 33[b], 35[b], *colde* (*coll,* gl. corylus, Sg. 33[b]. 38[a]) Sg. 38[a]. *ilde* (pluralis) Sg. 198[b]. *múldae* (gl. mulionicus) Sg. 33[b]. *riagolda* (regularis), *nephriagolde* (irregularis) Sg. 31[b]. 40[b]. *ficul-*

dae (gl. ficulnus) Sg. 35[b]. *casaldae* (gl. paenulatus) Sg. 159[a]. *inna etaldai* (gl. Italides; i. e. italicae, plur. fem.) Sg. 34[a]. *incolchelda* (gl. Colchis) Sg. 32[b]. *sicelda* (gl. Lilybaeus; i. e. Siculus) Cr. 39[c]. *romoldai* (gl. Romulidae) Sg. 31[b]. *inmarcelldai* (gl. Marcelli), *inchornaldai* (gl. Cornelii, Prisc. 2, 6) Sg. 30[b].

D semper fere legitur post N: *geinddae* (= *geinte,* gl. genitalis) Sg. 64[a]. *fínda* (gl. vinarius) Sg. 35[a]. *dóinde* (humanus) Wb. 8[d]. 10[d]. *im̄chenda* (gl. anceps) Sg. 14[b]. *conde* (caninus) Sg. 95[b]. *bróinde* (gl. rosarium) Sg. 35[b]. *griende* (solaris) Cr. 32[c]. *im̄scende* (gl. praefectorius), *am̄uinde* (gl. collarium; mox: *muinæ* et 70[a] *muintorc,* gl. torques) Sg. 35[a]. *domunde* (mundanus) Wb. 3[d]. *medónda, medóndæ* (medius) Sg. 10[a]. *rematindae* (gl. antelucanus) Ml. 21[c]. *anmande* (gl. animale; i. e. ad animam pertinens) Wb. 13[d]. *talmande* (terrestris) Wb. 11[a]. *eiscsende* (gl. intensivus) Sg. 221[b]. *cenalpande* (gl. cisalpinus) Sg. 217[b]. *aniendae* (gl. anienus) Sg. 35[b]. *frimaccidóndu* (ad Macedonas) Wb. 16[d]. *romándi* (gl. Romani) Sg. 31[b], et sic porro in Sg.: *dardánde* (gl. Dardanus pro Dardanius) 38[b]. *introianda* (gl. Troias), *troiánde* (gl. Teucrus), *troiánda* (gl. Iliensis) 32[b]. 51[a]. 57[a]. *sabíndae* (gl. Quiritis pro Quirus, gl. Sabinus) 57[b]. *intsabindai* (Sabini) 28[a]. *latindi* (latinae, voces) 6[a]. *inscip emelendae* .ı. *macc emelii* (gl. emilianus scipio pro emelii filius; sic codex), *incæsar octauienda* (gl. Octavianus Caesar) 31[a].

Item *t* post R: *bithgairddi* (gl. semper breves, vocales; = *gairti*) Sg. 5[a] quidem, sed alibi D, ut post M: *húrde* (gl. humanus; i. e. ad humum pertinens, terrenus) Sg. 36[a]. *húrda* (gl. viridarium) Sg. 35[b]. *birdae* (gl. verutus) Sg. 60[a]. *dairde, daurde* (gl. quernus) Sg. 33[b]. 38[a]. *senathardae* (gl. avitus) Sg. 60[a]. *bratharde* (fraternus) Wb. 5[d]. 33[d]. *trechatharde* (gl. tripolites) Sg. 38[b]. *libarde* (ad librum pertinens) Sg. 1[a]. *aim̄serda* (temporalis) Sg. 32[a]. *carmocolórdae* (gl. carbunculus) Sg. 47[b]. *ligordae* (gl. Ligus; i. e. liguricus) Sg. 109[a]. *nemde* (coelestis) Wb. fq. *damde* (gl. cervinus) Sg. 37[b].

D tandem etiam post ceteras consonas, ut post vocales. Post vocales: *bíde* (gl. Picenum, gl. Picens; i. e. piceus, e subst. *bí,* pix) Sg. 50[b]. *beode* (vivus; unde subst. *beothu* Wb.) Sg. 39[a]. *treode* (gl. tricuspis) Sg. 67[b]. *díade, diade* (divinus) Wb. 26[c]. 27[c]. Post consonas simplices: *trabda* (gl. trabeatus, gl. traba vestis)

Sg. 192[b]. *arabda* (gl. arabs) Sg. 16[a]. *rigda* (regius) Sg. 52[b]. *fagde* (gl. faginus) Sg. 33[b]. *airegde* (principalis) Wb. 4[c]. 25[c]. *inscipdae* (gl. Scipionides) Sg. 32[a]. *mucde* (gl. suinus) Sg. 37[b]. *grecda, grecdae, grecde* (graecus) Sg. fq. *afracda* (gl. punicus) Sg. 19[a]. 24[a]. *inna trosta ilecdi* (gl. iliceaeque trabes) Sg. 33[b]. *déthenachde* (gl. hesternus) Sg. 38[a]. *marcachde* (gl. equester), *traichtechdae* (gl. pedester), *góithlachde* (gl. paluster) Sg. 54[b]. Post consonas cum liquidis connexas, post quas elisio licita est: *marbde* (mortuus, emortuus) Wb. Sg. *tarbde* (gl. taurinus) Sg. 37[b]. *imda* (gl. opulentus; = *imbda, imbde,* e subst. *imbed,* copia) Sg. 125[a]. *nephchorpde* (incorporalis) Sg. 59[b]. *torcde* (gl. aprinus) Sg. 37[b]. *cercdae* (gl. gallinaceus) Sg. 58[b]. Cum *t, th* finalibus tamen substantivorum fit *tt, t: ambrotte* (gl. momentaneum; neutr. cum articulo, e subst. *brot,* momentum) Wb. 15[c]. *gutte* (vocalis, e subst. *guth,* vox) Sg. fq. *delb aicnete* (imago naturalis; *aicned,* natura) Wb. 15[b]. Addendum videtur *scotae* (gl. violarium; cf. supra *rostae, bróinde, húrda*) Sg. 35[b].

Ut sit unus hujus formationis conspectus, repono statim huc, quae mox sub IT produci possit, terminationem *-ide* cum servata vocali post vocalem radicis productam vel positionem: *núide* (novus) Wb. fq. *bróinidae* (gl. molaris) Sg. 57[a]. *stóride* (materialis) Wb. 2[b]. *iudide* (Judaeus) Wb. 5[a]. 10[d]. *scipide* (gl. Scipio; supra *scipdae*) Sg. 28[a]. *inna fliuchaide* (gl. humidorum) Sg. 73[a]. *arsaide* (vetustus) Sg. 75[b]. *forbuide* (gl. intensivus) Sg. 221[b]. *spirtide* (spiritualis) Wb. fq. *laurentide* (gl. Laurentis), *tiburtide* (gl. Tiburtis) Sg. 57[b]. *idbarthide* (gl. immolatitius) Wb. 11[b]. *cáirchuide* (gl. ovinus) Sg. 37[b]. *dercaide* (gl. rubrenus) Sg. 35[b]. *colnide* (carnalis) Wb. fq. *sreibnaide* (gl. membranaceus) Sg. 58[b]. *blíadnide* (gl. annotinus) Cr. 43[d]. *patnide* (gl. leporinus) Sg. 37[b]. *cétnide* (primitivus) Sg. fq. *ingraide* (intelligibilis) Sg. 74[b]. *gentlide* (gentilis) Wb. 5[b]. *rectide, rechtide* (legalis) Wb. fq. *cruithnechtide* (gl. ceritus; a subst. *cruithnecht,* frumentum; non tamen certa est scriptio literarum finalium) Sg. 60[a]. In Sg. 15[b]. 114[a]: *humide, humaide* (gl. aeneus), in quo videtur obtinere *-ide* post vocalem correptam radicis et consonam simplicem, est pro *humid-de, umed-de,* si confertur subst. *ume* (*humae fogrigedar,* gl. cymbalum tinniens, Wb. 12[b], *credume,* gl. aurichalcum, Sg. 170[a]), = *umed,* cambr. vet. *emed,* hod. *efydd.*

Exempla, in quibus pro solita *d* (p. 85) scribitur TH, occurrunt quaedam tantum in Wb.: *ni denim gnimu macthi* (non facio actus pueriles; adj. *macthe* e *mac,* filius, puer) 12[c]. *foirbthe* (firmus; supra *foirbuide*) fq. *irlithe* (obediens), *anirlithe* (inobediens; subst. *airle*, voluntas) 27[c]. 29[b]. Contra sunt *-ithe, -the, -ithi, -thi,* solitae formae participiorum (p. 473).

b) Derivantis T (*d, th*) cum vocalibus correptis exempla.

AT apparet in genitivo substantivorum generis masculini, e. gr. *denmada* (gl. factoris) Ml. 27[b], *aitrebthado*, *aittrebthado* (possessoris) Sg. 200[b]. 204[a], quae in ceteris casibus *-id, -aid, thid, thaid* offerunt. Unde colligi poterit primitiva formula AT vel ATAT in his et aliis mox sub IT sequentibus. Quam formulam etiam ostendit peregrinum *pecthad* (peccator; pro *peccathad* e *peccad*) Wb. 29[a]. Substantiva porro abstracta: *comalnad* (impletio), gen. *comalnatha*. *césad, césath* (passio), gen. *césto*. *crochad* (crucifixio), gen. *crochtho* et alia frequentia in Wb. (p. 459). Cum praecedentibus jam derivationibus: *didnad, díthnad* (salus) Wb. 12[b]. 14[b], gen. *díthnatha* Wb. 14[b]. *torbanad* (utilitas) Wb. 17[d]. *sráthatath* (gl. aculeus) Sg. 47[a]. Sunt etiam neutra in *-ad,* gen. *id* (p. 249. 250): *uathad, uathath* (singularitas, singularis), *derbad* (certitudo), *biad* (victus).

ET in subst. gen. neutr. *dliged* (lex), gen. *-id,* pl. *-etha* Wb. Sg. Alia ejusmodi: *imned* (tribulatio), plur. *imnetha* Wb. fq. *imbed* (gl. copia, gl. ops) Sg. 125[a]. *hǽllned* (gl. illuvies) Sg. 55[b]. *aicned* (natura) Wb., gen. *-id* (p. 250); sed *oipred* (opus), gen. *oipretho* Wb. 1[b]. 3[c]. Porro *nemed* (gl. sacellum; gall. vet. *nemet,* p. 11) Sg. 13[b]. 48[b]. De *-rad, -red,* quae videri possint formulae derivationis, infra dicetur in capite de compositione.

IT in substantivis generis masculini: *fisid, fissith* (gl. sophista, gl. catus) Sg. 15[b]. 52[a]. *diglaid* (gl. ultor) Ml. 27[a]. *nuiethicid* (gl. neophytus; i. e. novus advena) Wb. 28[b]. *cóisid* (gl. accusativus seu causativus) Sg. 77[a]. *sercaid*, *sercid* (gl. amans; i. e. amator) Sg. 124[b]. 188[b]. *rechttáircid* (gl. legislator) Sg. 44[a]. *esrechtaid* (gl. exlex) Sg. 113[b].

Eadem simplex *-id, -aid* post derivantem *t, cht* accedit nil mutans: *fortachtid* (gl. fautor) Sg. 8[b]. *fortactidi* (auxiliatores; *fortacht*, auxilium, e *fortiagu*, adjuvo) Wb. 12[b]. *diachtid* (gl. consultor) Ml. 19[d]. *tórmachtaid* (gl. auctor; *tórmacht*, augmen-

tum) Sg. 65[a]. *coimthechtid* (gl. comes; *imthecht, coimthecht,* consuetudo, societas) Sg. 66[a]. *tudraichthid* (gl. pelignus; i. e. pellicens; leg. *-tid?*) Sg. 38[b]. *tudrachtaid* (gl. pellex; *tudracht,* cupiditas) Sg. 60[b]. 68[b].

Liquidae derivantes finales ad accedentem eandem elisa sua vocali junguntur: *medóntairismid* (gl. mediastinus) Sg. 37[b]. *banterismid* (gl. obstetrix; *tairismid*, obstator, e *tairissem*) Sg. 69[a]. *athiroircnid. tuistidoircnid* (gl. parricida), *setharoircnid* (gl. sororicida; *orcun,* caesio) Sg. 12[b]. 13[a]. *donaib essoircnidib* (gl. plagiariis) Wb. 28[a]. Quibus addendum est *cotarsnid* (gl. satanas; adj. *cotarsne,* contrarius) Wb. 25[a]. Juncta *l* in cumulata derivatione: *cétlaid* (cantor: *erochairchétlaid,* gl. tibicen) Sg. 12[b]. *taircetlid* (gl. sagax; *taircetal,* e verb. *doaurchanaim,* gl. sagio) Sg. 60[b]. *forcetlid, forcitlid, forcitlaid* (praeceptor; *forcital,* e *forcanim,* praecipio) Wb. fq.

Frequentissima est formula duplicis derivationis ITIT (*-ithid, -tid, -thid, -thith,* cujus prior tenuis e terminatione *-id* vel etiam *-ad, -ed, -ud* substantivi vel verbi orta videtur): *élnithid* (gl. violator) Sg. 69[a]. *comascnidaid* (gl. compos) Sg. 105[b]. *irchoiltith* (gl. maledicus) Wb. 9[b]. *líntidi* (gl. fartores) Sg. 186[b]. *múntith* (gl. eruditor) Wb. 1[d]. *ingrentid* (persecutor) Wb. 18[d]. *esartaid* (gl. caesar; i. e. qui caedit, = *esarcthid*) Sg. 50[a]. *gnéthid* (gl. operarius) Wb. 30[b]. *críthid* (gl. emax) Sg. 60[b]. *fognamthidi* (ministri) Wb. 8[c]. *foglimthidi* (discipuli) Wb. 13[a]. *forṅgarthaid* (imperativus) Sg. 147[b]. *eperthith* (gl. lelex, i. e. locutor) Pr. Cr. 48[a]. *húnaib aitrebthidib* (ab habitatoribus) Sg. 32[b]. *óigthidi* (gl. sartores) Sg. 186[b]. *indílegthith* (gl. exterminator) Cr. 43[b]. *berrthaid* (gl. tonsor) Sg. 54[b]. *doilbthid* (figulus) Wb. 4[c]. De affinitate vocalis hujus derivationis cum *a* videsis sub AT et p. 9.

Abstracta substantiva (cf. p. 460): *debuid, debuith* (disceptatio; = *debith?*), dat. plur. *debthib* Wb. 6[b]. 10[a]. 30[b]. *tasgid, toschid* (necessarius victus; cf. Tasgetius Caes.) Wb. 10[d]. 29[a].

Adjectivorum derivatorum in *-ide, -ithe, -the, -de,* quorum vocali priori non sola *i* subest, sed etiam aliae, exempla jam enumerata sunt (sub *a*).

OT alternans cum sequente: *díltod* (scandalum; alibi *díltud*) Wb. 1[d]. 5[b]. *dílgotho* (remissionis; al. *dílgutha*) Wb. 2[c]. In cu-

mulata *-igod, -ogod,* pro *-igud, -ugud,* etiam: *do immdogod forggnuso* (gl. significantiae causa, i. e. ad augendam significationem), *comadasogod* (accommodatio) Sg. 216[a]. 217[a].

UT frequens in substantivis verbalibus generis masculini. Cum articulo: *intatárcud fil hisui* (gl. relatio enim etc., praecedit: cum sit relativum sui; i. e. relatio, quae est in sui) Sg. 200[a]. Alia exempla: *comthóud, comthoud* (immutatio) Sg. 23[a]. 23[b]. *im̄chlóud, imchloud* (inversio) Sg. 31[b]. 62[a]. *dílgud* (remissio; = *dilug-ud*), gen. *dílgutha* Wb. 14[d]. 18[b]. *díltud, diltuth* (offensio, offendiculum) Wb. 6[c]. 10[c]. 13[b]. *sóibud* (falsatio) Wb. 10[d]. *imrádud* (cogitatio) Wb. fq. *dolbud* (figmentum) Wb. 4[c]. *ersolgud* (gl. rictus) Sg. 107[a]. *tuasulcud* (resolutio) Sg. 74[b]. *do loscud* (ad combustionem, ad comburendum; cf. Sg. 180[b] *loiscdib*, gl. essis) Wb. 10[d]. Nescio, an huc etiam pertineant *hirud* (gl. margo) Sg. 52[a]. *cétbud, cétbuid,* gen. *cétbutho* (consensus) Wb. Sg. fq.

Nec minus frequens *-iud*. Cum articulo: *ishe dim intærchoiliud* (est hoc ergo decretum; praecedit bis dat. *dondérchoiliud, dunderchoiliud asrochoilsem,* gl. decreto; in Sg. 27[b]. 188[a]: *herchoiliuth, herchoiliud,* definitio) Ml. 22[c]. Alia exempla: *tóiniud* (gl. discessio) Wb. 26[a]. *derchóiniud* (gl. abundantior tristitia) Wb. 14[d]. 15[d]. *æítiud, etiuth* (vestitus) Wb. 10[d]. 29[a]. *airmtiud* (gl. cuspis) Sg. 67[b]. *arilliud, airilliud* (meritum) Wb. fq. *cinniud, cinniuth* (definitio) Sg. fq.

Addenda his derivatio duplex substantivorum generis masc. (p. 254) verbalium *-igud, -ugud, -ogod* (gen. *-igtho, -igthea,* p. 10. 255) e verbis denominativis in *-igim, -igur* (p. 756): *ailigud* (alternatio) Sg. 59[a]. *aithisigud* (impugnatio; *aith-ess*) Wb. 28[a]. *semigud* (attenuatio) Sg. 9[a]. *suidigud, suidiguth, comsuidigud* (positio, compositio) Wb. Sg. fq. *óinugud* (unio) Wb. 21[c]. *imthrenugud* (confirmatio) Wb. 18[c]. 24[c]. *affasugud* (evacuatio) Wb. 19[c]. *cathugud* (impugnatio) Wb. 22[d]. *ménogud* (dissonantia) Sg. 40[b]. *tossogod* (inceptio) Wb. 24[c]. Eaedem formulae post consonas alias derivantes: *airdegnúsigud* (gl. significatio; *airde,* signum, rad. *gné* p. 31) Sg. 77[a]. *foilsigud* (manifestatio) Wb. Sg. *demnigud, deimnigud* (comprobatio) Wb. 13[b]. 23[a]. 30[a]. *fírianugud* (justificatio) Wb. fq.

c) Derivans T post productam vocalem vel diphthongum servata apparet in subst. *umaldóit, humaldóit* (humilitas, p. 744 sub

ÂR), quod peregrinum quidem videtur totum, cujus derivatio tamen sociam habet etiam cambr. *-dawt* (= *-tât*) non infrequentem.

d) Derivationis connexae NT, cujus *n* perit hibernice (p. 52. 79), exstant plura exempla, praesertim accedentis cum vocalibus *a* et *i*.

ANT in substantivis: *bélat* (gl. compitum) Sg. 24[a]. *drochat* (gl. pons) Sg. 46[b].

In adjectivis: *dúnattae* (= *dúnate*, gl. castrensis) Sg. 57[a]. *arsate* (gl. antiquarius; cf. *arside*, vetustus, *arsidetu*, vetustas) Sg. 218[b]. *arsata* (gl. authentica, vetustas) Sg. 65[a]. *arsatib* (gl. nobilissimis ac authenticis, libris) Cr. 37[b]. Inter alias derivationes: *tecnate* (gl. domesticus) Wb. 7[b]. *slabratae* (gl. catinensis; praecedit *slabrad*, gl. catena) Sg. 57[a].

Refero huc substantiva masculina desinentia in *-atu* et *-etu* abstracta ex adjectivis derivata ordinis declinationis posterioris et seriei quartae, ratione non habita terminationis *u*, quae quamvis sit orta ex *-id*, *-ud* et derivans, magis tamen flexioni inservit. Accedit utraque derivatio vel ad nudam vocem vel ad jam derivatam: *dánatu* (audacia, ex adj. *dán?*) Sg. 90[a]. *torbatu* (utilitas) Wb. 12[d]. Sg. 193[a]. *dommetu* (paupertas) Camarac., ex adj. *torbe* (utilis), *domme* (inops). Ita etiam ex adjectivis *cotarsne* (contrarius) Wb. Sg., *tecnate* (gl. domesticus) Wb. 7[b] et *uasal* (altus) fq. sunt *cotarsnatu* (oppositio) Sg. 29[b]. *tecnatatu* (gl. familiaritas) Ml. 22[a]. 28[b] et *huasletu* (gl. apex) Sg. 16[a]. Et substantivo *coimsetu* (parsimonia) Wb. 29[b] supponendum adj. *cóimise, cóimse* (parcus; cf. Wb. 4[b]: *nipo chóim less frinn*, gl. proprio filio non pepercit).

Frequentissime autem haec derivatio fit ex adjectivis vel participiis terminatis in *-ide, -te, -de, -the*.

Exempla formulae *-idatu*: *fiuchaidatu* (humiditas; adj. *fiuchaide*, gl. humidus, Cr. 34[b]. Sg. 73[a]) Cr. 18[c]. *randdatu* (= *rantatu*), *ranndatu*, *randatu* (partialitas; adj. *rannte, rande*) Sg. 27[a]. 203[b]. *béstatu* (moralitas; *béste*, moralis) Wb. 12[d]. *treodatu* (trinitas; adj. *treode*, p. 764) Wb. 26[a]. *ildatu* (pluralitas) Sg. 198[b]. *locdatu* (localitas) Sg. 217[b]. *crichdatu* (gl. finitum) Sg. 148[b]. *écrichdatu* (gl. infinitivum) Sg. 30[a]. *armthatu* (gl. armatura) Sg. 60[b]. *corpthatu* (corporalitas) Wb. 15[b]. Perhibendum est inversione terminationis *-ar* ortum *máthrathatu* (gl. matrimonium) Sg.

53[b], pro *máthardatu*, ex adj. *mátharde* formato ut *atharde* (paternus), *brátharde* (fraternus); item porro ortum *æicentatu* (gl. necessitas) Wb. 25[a] ex adj. *ecente* formato ex subst. adj. *écen* (necessitas, necessarius).

-*idetu* *ailidetu* (alternitas) Sg. 38[a]. 59[a]. 60[b]. *uilidetu* (universitas) Wb. 27[b]. *arsidetu* (antiquitas; adj. *arside*) Sg. 208[b]. *immaircidetu* (convenientia) Sg. 213[b]. *toimsidetu* (mensuratio? *fri toimsidetaid metair*, gl. in metro necesse est) Sg. 25[b]. *taschidetu* (necessitas) Wb. 23[b]. *fogbaidetu* (usus; pro *fogabthetu*) Wb. 9[d]. *congabthetu* (continentia) Wb. 9[d]. *saichdetu* (consequentia) Sg. 149[b]. 214[b]. *formúichdetu* (occultatio) Sg. 9[b]. *foirbthetu* (firmitas; adj. *foirbthe*) Wb. fq.

INT in substantivis: *méit*, *meit* (magnitudo; gen. *méite*, fem.), *lagait* (parvitas: *hi meit 7 lagait*) Sg. 26[a]. *lethit* (latitudo: *indasian .ı. imbucai l. lethit*, gl. in altitudinem, latitudinem) Sg. 3[b]. *sliasit*, *sliassit* (gl. poples, gl. femen) Sg. 66[b]. 101[b]. Forsan etiam in quibusdam substantivorum finitorum in -*itiu*, e. gr. in *fóisitiu* (confessio).

In adjectivis: *carit* (amicus) Wb. 30[b]. 32[a]. *escarit* (inimicus) Wb. 30[b]. *namait* (inimicus) Wb. 32[c], *inbannamit* (gl. hostem occupat amplexu, Stat. ap. Prisc. 5, 5; i. e. hostem feminam) Sg. 67[a]. *traig cethargarait* (gl. proceleusmaticum, posuit; i. e. pedem quater brevem; *gair*, *gairdde*, brevis) Sg. 7[b]. Haec formula non inficiens vocalem radicis orta videtur ex ANTI (ut *i* in adj. -*ide*, subst. -*thid* ex *a*), si comparantur vetusta nomina Carantius, Carantia (p. 759). Fortasse addenda sunt: *intursitib* (gl. inriguis, aquis) Ml. 15[b]. *tursitnech* (gl. irriguus) Sg. 24[a].

ST derivantis exempla hibernica non occurrunt, sed plurima CT praemittentis vocales *a* vel *e* et formantis substantiva abstracta generis feminini e nominibus vel simplicibus vel jam derivatis vel etiam e verbis.

ACT: *deact*, *deacht* (deitas) Wb. fq. *dóinacht* (humanitas) Wb. 13[c]. *apstalact*, *apstalacht* (apostolatus) Wb. 7[b]. 14[b]. 26[c]. E nominibus jam derivatis: *noidenacht* (infantia) Wb. 24[d]. *grecdacht* (gl. hellenismus) Pr. Cr. 51[a]. *deoladacht* (gratia) Wb. 2[b]. *óigedacht* (hospitium) Wb. 26[b]. *filedacht* (poësis) Sg. 213[a]. *bibdamnact* (culpa, status ejus qui reus, inculpatus est) Wb. 1[d]. *flaithemnacht*, *flathemnacht* (dignitas, gloria, status dominii) Wb. 26[c]. 30[b]. Sg

2[a]. *brithemnact, brithemnacht* (judicium) Wb. fq. Oritur in quibusdam accedente *t* ad deriv. *-ang, -ac,* ut in *cumacht* (potentia), *dúthracht* (voluntas), fortasse et in *dásacht* (insania) Wb. 9[b]. 28[a] (cf. p. 447. 757. 776. 779).

ECT: *doinect, dóinecht* (humanitas; frequentius quam *dóinacht*) Wb. *timthirect, timtherecht, timthrecht* (ministerium; = *do-im-thir-echt*) Wb. 5[d]. 13[b]. *airchissecht* (conniventia, clementia; verb. in Wb. 4[c]: *airchissi, arcessi,* clemens est, deus) Wb. 4[c]. 14[c]. *honderchissecht* (gl. propitiatione) Ml. 32[d]. *tuidecht, frituidecht* (oppositio; = *dosuidecht*) Wb. Sg. *foétsecht, foetsecht* (subintellectio) Sg. 27[b]. 69[a]. Ex jam derivatis: *cruithnecht* (frumentum) Sg. 35[a]. 66[b]. *tectairecht, techtairecht* (dispensatorium, munus dispensatoris, inspectoris) Wb. 10[a]. 13[b]. 15[a]. *brecairecht* (gl. astutia) Wb. 15[b]. *sercaidechtae* (gen., gl. artis amatoriae) Sg. 63[b]. *sáirdénmidecht* (gl. artificium) Sg. 133[b]. *mo forcitlaidechtaese* (gl. magisterii mei, perfectio) Ml. 17[d].

C derivans in nominibus vetustis gallicis. *a*) Accedens ad radicem cum vocalibus correptis. AC in quibusdam procul dubio fuerit correpta, e. gr. in Rauraci (Raurici Plin. Ptol.) Caes., *Ἴσακα* (fluv. Brit.; cf. *Ὄβοκα* infra) Ptol. Caeracates (cf. hibern. vet. *cáirchuide,* gl. ovinus, e *cáir, cáirach,* ovis) Tacit. Hist. 4, 70, forsan in pluribus: *Κορνακόν* (oppid. Pannon.; cf. Cornaco in pago Matascense, Renov. test. Abbonis circ. a. 805, Mabill. dipl. p. 508) Ptol. *Σεούακες* (pop. Noric.) Ptol. Levaci Caes. Sed discernendae formulae productae ÂC, IÂC frequentissimae, de quibus mox dicetur. EC: Turecum (nomen vetustum civitatis Helvet.; cf. Turecionicum, Allobrog. loc., in Tab. P.) Inscript. IC: Casticus (Sequanus) Caes. Aremorici, Armorici, Arecomici Caes. Raurici Plin. Ptol. Raurica Inscript. Orell. 432. 590. Urbicus (nom. viri, cf. Urbigenus pag. Caes.) Inscript. Orell. 459. 4018. Stein. 42. Helico (ex Helvetiis civis) Plin. 12, 1. Divico Caes. Bellicius (nom. viri) Inscript. Orell. 497. 2776. Argicius Auson. parent. 4. Cuticiacum, Cuticiacense praedium (supponendum nomen viri Cuticius) Sidon. epist. 3, 1. Riticius (episc. Augustodun.) Greg. Tur. de gl. conf. c. 75. In derivatione cumulata: Vindelici Horat. Avaricum Caes. Itin. Ant. Autricum Ptol. Tab. P. (oppida

Galliae nominata a fluviis Avara, Autara, hod. Evre, Eure). Agedicum Caes. Minaticum (Gall. loc.) Itin. Ant. Aventicum (Helvet. caput) Tac. OC: Ὄβοκα (fluv. Hibern.) Ptol. Durocobrivis (Britann. loc., i. e. pons Durocae; cf. Samarobriva Caes.) Itin. Ant. Bibroci Caes. UC: ταυρούκ (herba gladiatoria Gallis) Dioscor. 4, 99. Sunuci, Aduatuci (pop. belg.) Plin. Caes. Sparucus (Tribocus) Inscript. Orell. 3408. Banuca (nom. fem.) Orell. 4900. Rasuco Orell. 2775. Visucius (deus) Inscript. Orell. 2067. Stein. 63. 131.

b) Cum vocalibus productis. Frequentissimae sunt formulae derivantes ÂC, IÂC, jam statuendae in gallicis nominibus virorum: Galgacus Tac. Dumnacus Caes. Neptacus, Nepitacus Inscript. Orell. 4595. Magiacus Orell. 4900. Divitiacus, Valetiacus Caes., ad quae accedit nomen populi Segontiaci Caes. Est enim nomen obvium in inscriptione vetusta Caratacus (cf. Caractacus Tac.) adhuc apud populos britannicos medii aevi valde vulgatum et cum vocali producta finientis derivationis prolatum (p. 6. 96. 110. 112). Et concordat nomen Benâcus, vix non gallicae originis, apud veteres poëtas (p. 18).

Passim occurrunt eaedem formulae cum terminatione generis neutrius in nominibus locorum gallicis tam ex aetate Romanorum quam e recentiore. Subesse his nomina virorum villas, vicos, oppida condentium vel possidentium (eodem modo ut nominibus locorum germanicis in *-inga, -ingum* item frequentissimis), jam patet e vetustioribus quibusdam: Turnacum (hod. Tournay; Turnus, nom. viri in Sidon. epist. 4, 24), Nemetacum (loc. belg.; cf. virorum nomina *Nimet, Nemet* p. 100. 102) Tab. Peut. Itin. Ant. Avitacum (praedium Aviti) Sidon. epist. 2, 2. Brennacum (Brennus, nomen gallicum notissimum) Greg. Tur. 4, 22. 47. 5, 35. Fredeg. 55. Juliacum, Tiberiacum (inter Rhenum et Mosam; Julius, Tiberius) Itin. Abudiacum (Raetiae loc.; Abudius Tac.) Itin. Catusiacum (loc. belg.; cf. Catuso in inscript., p. 725) Itin. Ant. Solimariacum (loc. ad Mosam supremam; cf. Solimari fil. Inscript. Stein. 324) Itin. Ant. Possint eadem et reduci interdum ad deorum vel dearum nomina, e. gr. hoc ipsum Solimariacum ad Solimaram, cujus aedis fit mentio in inscriptione ap. Orell. 2050, Magontiacum, Mogontiacum ad deum Mogontem (deo Mogonti, Inscript. britann.) Orell. 2026, ut Aventicum ad deam Aventiam (Justitiam? cf. p. 97). Sed annon etiam hoc a fluvio, ut Avaricum,

Autricum? Et cavendum utique, cum non dubium sit, Gallos nomina demum non solum oppidorum, sed etiam silvarum in personas deorum vel dearum tuentium transformasse, ut docent inscriptiones iis sacrae: deo Nemauso Orell. 2032. 2033, Luxovio 2024, Vesonti 2064, Vosego 2072; deae Bibracti Orell. 1973, Celeiae 1982, Noreie 2034. 2035, Ardoinne 1960, Abnobae 1986.

Alia quaedam e chartis vel libris medii aevi, praebentia *-iâc:* villa Martiniacensis (Martigny, prope Turon.: "in qua celebre ferebatur saepius orasse Martinum") Greg. Tur. de gl. conf. c. 8. "Prisciaco in pago Camiliacense. villa Lubariaco. Camiliaco vico publico" (Priscus, Lubarus, Camulus) chart. a. 690 ap. Mabill. dipl. p. 472. "in loca nuncupantis Childriciacas. jam dicta loca Childriciagas" (Childericus) chart. a. 709, Mabill. p. 482. Flaviaco, Festiniaco, Aureliaco, Pauliniacus in chart. a. 832. 884. 960 ap. Mabill. p. 520. 550. 572. Propiciacus, Pompeiacus. in vico Brenniaco Act. SS. Mabill. saec. 1, 679. 680. Sedatiacum (nom. person. Sedatius, Sedatia, p. 758), Germaniacum, Epponiacus, Pauliacus etc. in Act. SS. Boll. Jul. 1, 112. 6, 599. 7, 256 sq. "locus qui a Corbone viro inclyto Corboniacus dicitur" Act. Mabill. saec. 4. 2, 241.

Regionum nomina ejusdem derivationis inter vetusta non apparent; sed etiam in his eundem usum celticum comprobat cambricum nomen regionis *Brecheniauc,* "regio Brachani" Lib. Land. (p. 97), de qua etiam refert codex Cotton. (qui continet Vocab.) p. 10[b]: *Brecheniauc* primum a Brachano nomen accepit. Idemque post alia dicta de hoc viro: sepulchrum Brachan est in insula quae vocatur *enysbrachan* quae est juxta Manniam. Patet etiam ex hoc nomine cambrico viri nomen subjacens, simulque formula *-âc* vel *-iâc,* eadem ac cambr. *-auc, -iauc,* hibern. *-ach, -ech,* inserviens praecipue derivationi adjectivorum (p. 20. 83. 110).

c) Geminata C in nominibus gallicis. ACC: "in Mamaccis" in chart. ap. Mabill. dipl. p. 404. ICC: Senicco Inscript. Murat. 1402, 5. Maricca Grut. 879, 10. UCC: Abucci, Abucciac Inscript. Murat. 1515, 2. Sunducca Murat. 1402, 5.

d) Connexae C derivantis frequentiores formulae sunt NC, SC, minus frequentes RC, LC in nominibus vetustis.

ANC: *Καρούαγκας* (mons Alpium oriental., mons Ciruencus in chartis, Juvav. p. 201. 204. 236. 243) Ptol. Caranco (loc.) Mar-

tène 2, 23. praedium Marancum Boll. Sept. 1, 701. "in fluviolo Brivancia" Baluz. 2, 1516. In cumulata derivatione: apud Belsonancum villam (quae in medio "Ardoennensis silvae sita est") Greg. Tur. 8, 21. ENC alternans cum sequente: "in pago uuapencense", chart. circ. a. 805, ap. Mabill. p. 508. Donencum, Donincum (Picard.) Vales. INC: arinca ("Galliarum propria", frumenti genus) Plin. 18, 8. Reginca (Gall. occ.), Lemincum (Allobrog.), Vapincum (Alp. marit.) Tab. P. "vicus cui nomen Bovinca" Boll. Mai. 2, 654. Bodincomagus (Ital. sup.) Plin. Tab. P.* Aquincum, Acincum (Pannon.) Ptol. Itin. Amm. Aquincus (nom. viri) Inscript. Grut. 902, 5. Pervincus, Pervinca (nom. personar.) Inscript. Orell. 494. 3484. Pervincius (cf. Pervianus Stein. 544) Stein. 306. In cumulata derivatione: Jovincillus Inscript. Murat. 1353, 6. Asincum, Alisincum (cf. Alisontia, Aliso et germ. *elira*, slav. *olsza*, alnus) Itin. Ant. Durotincum (Alp. marit.) Tab. P. Aldrincus (loc.) Act. SS. Mabill. saec. 1, 690. Bezerinca (loc.) Boll. Sept. 8, 179. UNC: Uruncis (loc. circa Rhen. superior.), Burunca (ad Rhen. inferior.) Itin. Ant. Quaeritur, utrum sit variatio tantum scriptionis ejusdem derivationis, an diversa omnino origo (e -C-N) in formula CN: *Οὐεννίκνιοι, Οὐεννίκνιον* (ἄκρον, pop., promont. Hibern.) Ptol. *Μουσανος Ἀρτικνου* Inscript. Murat. 643. Gobannilno (leg. -icno) Murat. 1384, 4. deo Taranucno (al. Taranuco) Inscript. Orell. 2055. 2056. 2057.

ARC: Isarci (pop. raet. ad fluvium Isarcum) Plin. emarcus (vitis genus, vox gallica) Colum. ERC: Aulerci Caes. Plin. Mamercus (nom. viri) Sidon. epist. 5, 2. 5, 14. 7, 1. "in Solerciaco" Mabill. dipl. p. 606. Luperciacum (quibus subsunt nomina virorum Solercus, Lupercus; cf. Solovettius Liv. Lupodunum Auson.) Polypt. S. Irminonis p. 290. Bitercium, chart. a. 893 ap. Mabill. p. 557. URC: Cadurci Caes. Plin. Namurcum (hod. Namur) Boll. Mai. 2, 651. Camburciacum (a nom. viri Camburcus) Polypt. S. Irmin. p. 271.

LC quaeritur an derivans sit in his: Bodalca, Rodalca (loc. in pag. Tellau, Vimnau) dipl. a. 775 ap. Mabill. p. 498, atque

* Nomen gallicum procul dubio. Sed Plin. 3, 16: "pudet a Graecis Italiae rationem mutuari. Metrodorus tamen Sceptius dicit, . . . Ligurum lingua amnem (Padum) *Bodincum* vocari, quod significet fundo carentem." Nomen liguricum forsan ad Gallos in Italia transgressum.

in nomine Chabilci apud Avienum, non diverso, ut videtur, a nomine Καλούκωνες, Καοῦλκοι apud Strab. et Ptol., num gallico an germanico?

ASC: "in pago Violascensi" Sidon. epist. 2, 14. Alia exempla, sed interdum, ut videtur, e sequentibus formulis transsumta in Testamento Abbonis, renovato circa a. 805, ap. Mabill. dipl. p. 507. 508. 509: Cravasca, Bicorasco, Basciasco, Aebasciaco (nomina locorum circa Alpes maritimas). Ibidem: "in pago Matascense Cornaco. Doliana in pago Vendascino. in valle Diubiasca infra fines Langobardorum". ESC: civitas Carpentoractensis nunc Vindesca Libell. provinc. Rom. in Eutrop. ed. Haverkamp. "ad villam Seanescum" Act. SS. Mabill. saec. 3. 2, 423. ISC frequentior ceteris in nominibus virorum et populorum: Vertiscus Caes. Taurisci, Scordisci (gentes gallicae) Plin. Οὐϊβίσκοι (cf. Vibius Inscr. Orell. 2060) Ptol. Ubisci Plin. Vivisca gens Auson. Mosell. 438. Eravisci, Aravisci (Pannon. pop., ad fluv. Arabonem?) Plin. Tac. Erminiscius Auson. parent. 21. In nominibus locorum: Viviscum (loc. ad lac. Lemann.) Tab. P.; cum aliis derivationibus antecedentibus vel sequentibus: Isinisca (loc. Vindelic.), Petenisca (loc. Helvet.) Tab. P. Matisco, Matiscone (hod. Macon) Caes. Tab. P. Laviscone (Allobrog.) Tab. P. "monasterium quod Condatiscone vocitari voluerunt" Greg. Tur. Vit. patr. c. 1. Condatisco monast. (cf. Condatomagus, Gall. merid., et Condate, Gall. sept., in Itin.) Boll. Febr. 3, 741. 745. "ad montis perfugium Latisconi" Boll. Jul. 7, 70. E chartis medii aevi: Terniscus (episc.) a. 678, Teuriscus (judex) a. 853 ap. Mabill. p. 469. 531. Galisco, Attanisco (nom. locor.) in renov. test. Abbonis ap. Mabill. p. 509. Matriscum a. 884, Seniscum a. 960 ap. Mabill. p. 551. 572. OSC fortasse e sequente formula in memorato test. Abbonis: "in Nanosces. de Bonnosco. super Bricoscis. colonica ubi dicitur Albariosco. de Lavarnosco. Craviosco (supra Cravasca). Cattorosco. ubi dicitur Riaciosco. ad Lavariosco. in pago Segusterico Lavariosco", ap. Mabill. p. 508. 509. 510. USC: Rugusci (pop. alpin.) Plin. Ptol. Caranusca (loc. Gall., prope Mediomatr.) Tab. P. "in valle Venusca" Baluz. 2, p. 1458.

Hibernica C derivans, quae infectione fieri solet CH. *a*) Accedentis ad radicem vel derivationem praecedentem non intermedia vocali secundum regulas elisionis non tam copiosa sunt exempla, quam *t* (*d*, *th*) accedentis, et plura jam supra enumerata (p. 83. 84). Quibus hic addenda est formula *-iche, -che* in substantivis femininis: *hiresche* (fides, fidelitas) Wb. 32[a]. *ingresche* (gl. instantia) Wb. 22[d]. *roithinche* (gl. hilaritas) Wb. 5[d]. *galarche* (aegritudo) Wb. 29[a]. Accedit *ch* eodem modo tam in derivatione cumulata: *senchassa* (statuta), *cáirchuide* (gl. ovinus) Wb. Sg., quam in derivationibus *-ach, -ech* etc., si accedit flexio: *sualchi* (benefacta) Wb. *do hireschaib* (fidelibus), *amiresschu* (infideles, acc.) Wb. 4[b]. 9[c]. *inmedóncha* (intestina) Wb. 12[b]. *diltadchu* (gl. negatores) Ml. 20[a].

Ortae ex *-nc,* ut *t* accedentis ex *-nt,* exempla adduci possint *cumcamni* (possumus, valemus) Wb. 4[a], *ni cumcat* (non possunt) Sg. 198[a], e *cumacc, cumanc, cumang.*

b) Accedens cum vocalibus correptis. AC frequentissima derivans adjectiva e substantivis, sequens accedente terminatione regulam elisionis vocalium. Cum elidantur autem etiam productae, mirum esse non debet, multum usitatam derivationem hanc, quae apud veteres poëtas et adhuc in dialectis britannicis invenitur producta, hibernice defecisse in correptam (cf. p. 18. 20. 33. 110. 111).

Adjectiva e substantivis nudis: *iressach, amiressach* (fidelis, infidelis; subst. *air-ess*) Wb. fq. *berach* (gl. verutus) Sg. 60[a]. *bennach* (gl. cornutus) Sg. 60[a]. *santach* (gl. cupidus; i. e. avarus, subst. *sant*) Wb. 28[b]. *cnocach* (gl. gibberosus) Sg. 22[a]. *corpach* (gl. corpulentus) Sg. 125[a]. *marcach* (gl. equester) Sg. 50[a].

Adjectiva e substantivis derivatis in *-tiu : létenach* (gl. audax) Sg. 50[b]. *caintoimtenach* (bene cogitans) Ml. 31[b]. *tuistenach* (genitivus) Sg. 77[a]. Addo *dedenach* (finalis, ultimus) Wb. 13[d]. 14[d]. *toltanach* (gl. beneplacitus) Wb. 22[b], e subst. *dead,* finis, *tol,* voluntas.

Derivans eadem formula cum *t* substantivi: *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 41[d], e subst. *forbart,* ut *edbart* (p. 762). E substantivis terminatis in *-ad, -ed, -id* etc. prodeuntia: *dilgadach* (gl. indulgens) Sg. 39[b]. *dilledach* (declinabilis) Sg. 65[a].

bathach (gl. moribundus) Sg. 59[a]. *dígabthach* (deminutivus), *imgabthach* (gl. vitabundus) Sg. 45[b]. 59[a]. *aitrebthacha* (possessiva) Sg. 77[a]. *debthach* (schismaticus, dissidens; subst. *debuid*) Wb. 11[d]. *ipthach* (gl. maledicus) Wb. 9[b]. *pecthach* (peccans, peccato deditus) Wb. fq. Videntur tamen subesse quibusdam participia.

Derivatio *-achtach*: *cumachtach* (potens) Wb. Sg. *dásachtach* (insanus) Wb. 19[b]. 28[a].

Non infrequens eadem formula in nominibus vel cognominibus virorum: *Conru Cathbhudhach; Cathbhudach* autem dicebatur eo quod in bellis erat triumphator (subst. *buáid*, brabeum, victoria, p. 27. 18) Vita S. Declani, Boll. Jul. 5, 594. *Bronach* est nomen meum, quod latine dicitur tristis (*brón*, moeror, Wb. fq.) Vita S. Mochoemoci, Boll. Mart. 2, 283. E chronicis hibernicis ap. O'Con.: *Congalach* Ann. Ult. 4, 232. *Dungalach* Tigern. 2, 258. *Baethgalach* IV magistr. 3, 252. *Berach* Tigern. 2, 205. *Cuanach* Tigern. 195. 240. *Dluthach* Tigern. 226. *Calgach* IV mag. 628. *Maolcalggach* IV mag. 198. *Maoldomhnach* (adj. *maol*, nudus, calvus, cambr. *moel;* cf. *máil* in n. pr. *Mailedún* p. 30, not.) ibid. 419. *Eachmarcach* Tigern. 286. 293. *Airectach, Airechtach* 256. *Indrechtach* 223. *Robartach, Flaithbertach* Tigern. 235. 256. *Cumascach, Ceallach* Tigern. 192. 195. *Cathusach* Ann. Ult. 4, 273. *Gebennach* Ann. Inisf. 2, 35.

Sunt etiam substantiva ejusdem terminationis, plurima adjectiva primitus, ut videtur: *iarthuaiscerddach* (gl. etesiarum, flatu; i. e. occidentalium septentrionalium ventorum, cf. *tuaiscert*, p. 566, not.) Cr. 37[b]. *ilach* (gl. paean) Pr. Cr. 43[a]. *étach, éitach, æitach* (vestitus; cf. *étiud*, id.) Wb. fq. *dristenach* (gl. dumetum) Sg. 53[a]. *tossach* (initium) Wb. Sg. fq. *caullach* (gl. porcus; cf. *cáirach*, ovis, p. 275?) Sg. 66[b]. *lemnach* (gl. mulsum) Sg. 73[a]. *tudrach* (gl. irritamen) Sg. 54[a]. *fochrach* (mercenarius: *atrebat ní triatimdirecht am. atreba infochrach afochraicc*, gl. marg. ab officiis -arius; i. e. habent aliquid per officium suum, ut habet mercenarius mercedem suam) Sg. 35[a]. *sálchuach* (gl. salinator; additur: *salina .i. no. lube 7 salinator húad*) Sg. 100[b]. *bandachlach* (gl. leno) Sg. 52[a]. *étradach* (gl. prostibulum) Sg. 53[a]. *gésachtach* (gl. pavo) Sg. 8[b]. Sed cavendum saepe, ne radix habeatur pro derivatione: *cumtach* (aedificatio, structura, gl. fabrateria; *cum-tach?*) Wb. 8[c]. 13[a]. 21[c]. 28[b]. Sg. 38[a]. 209[b]. *ellach*

(conjunctio) Wb. fq. De *-lach* finali substantivorum infra dicetur in capite de compositione.

De verbis denominativis terminatis in *-igim, -igur, -ugur,* quae ex hac et sequente derivatione progressa videri possint, jam supra disputatum est (p. 756).

EC item plurima adjectiva format e substantivis: *airech* (primus, anterior; subst. *air,* locus anterior, oriens) Wb. Sg. *suilech* (gl. oculeus .i. oculos habens; *súil,* oculus, Wb.) Sg. 94[a]. *tóisech* (praestans; *tuus,* initium) Wb. Sg. *fuarrech* (gl. clemens) Ml. 20[c]. *buidech* (gl. contentus) Ml. 2[d]. *faitech* (gl. cautus) Sg. 51[a]. *cluichech* (gl. ludibundus) Sg. 59[a]. *daintech* (gl. dentatus) Sg. 159[b]. *miscsech* (gl. exosus) Ml. 28[a].

Cumulatae derivationis cum liquidis vel cum *t, th* (e substantivis in *-ad, -ed, -id*) exempla: *cretmech* (fidelis; *cretem*), *tairismech* (constans; *tairissem*) Wb. fq. *indidmech* (gl. intensivum) Sg. 214[b]. *uilnech* (totalis) Wb. 21[c]. *comroircnech* (mendosus) Sg. 6[a]. 26[b]. *tursitnech* (gl. irriguus; de quo p. 770) Sg. 24[a]. *toirthech* (frugifer; *torad*) Wb. 5[b]. *dlichtech* (gl. rationabilis; = *dligthech,* comp. *dligthigiu* Sg. 22[a], e subst. *dliged*) Wb. 5[c]. *traigthech* (gl. pedes, gl. pedester) Sg. 38[b]. 50[b]. Addo *teichthech* (gl. vitabundus) Sg. 50[b]. *loingtech* (acceptus, gratus) Wb. 6[c]. *intecmaingthech* (gl. fortuito) Sg. 29[a]. *eithchechaib* (gl. perjuris) Wb. 28[a].

Sunt et hujus formulae substantiva: *cuilech* (gl. prostibulum) Sg. 53[a]. *caillech* (anus) Wb. 31[c]. *cáithech* (gl. acus, aceris; eodem loco et *cáith*) Sg. 68[a]. *cuithech* (gl. laquear) Sg. 54[a]. *bethech* . *braisech* (gl. betaceus, e beta, inter deminutiva, Prisc. 3, sub fine; addit glossa: genus oleris) Sg. 49[b]. Quaeritur, annon sit compositum *sotech* (gl. lupanar; *tech,* p. 73?) Sg. 64[a]. *cuindrech* (substantivum junctum cum *scosc,* institutio: *scosc et cuindrech forcechtarde,* gl. quanto tempore heres parvulus est, nihil differt a servo, Galat. 4, 1) Wb. 19[c] est vix compositum *con-dar* (cf. Vercundaris Liv. epit. 137, et *cundrad,* gl. merx, Sg. 68[b]), estque duplex haud dubie derivatio in *tonnatech* (supra scriptum est supra vocem *natrix,* num adjectivum, i. e. aquatica? *tonn,* unda) Sg. 69[a]. Peregrina: *mertrech, meirddrech* (meretrix) Wb. Sg. *oirclech* (gl. flamen; i. e. oracularius?) Sg. 96[b].

IC videtur obtinere in voce *mithich, mithig: intain ropo mithich, intain rombo mithig less* (cum fuerit commodum; *mithiu*

in compos. *ammithiu*, tempus incommodum, Wb. 14[a]) Wb. 19[d]. 31[a]. Num contra *-iu* ex *-ig*, ut alibi ex *-id?*

Substantiva feminina in *-iche* oriuntur ex adjectivis praecedentis formulae. Servantia vocalem secundum regulam: *tairismiche* (instantia; *-issem, -ismech*) Wb. 22[d]. *sóinmiche* (prosperitas, fortuna) Wb. 27[b], cui opponitur *dóinmiche* (infortunium; adj. *sóinmech, dóinmech: huandascnom ṡóinmech*, gl. adsis pede diva secundo, Virg. ap. Prisc. 5, 7, in Sg. 69[b], et in Ml. 19[d]: *etir na doinmecha*, gl. inter adversa). Item: *móidmiche* (gloriatio) Wb. 17[c]. *suacaltmiche* (gl. suavitas) Wb. 15[d]. *menmnihe* (gl. dissensio) Wb. 18[a]. Subst. *trichtige, trichtaige* (mensis solaris triginta dierum), saepius obvium in Cr., videtur scriptum pro *trichtiche* ex adj. *trichtech* (cf. p. 313). Elidentia vocalem: *hiresche* (fidelitas), *ingresche* (gl. instantia) jam supra memorata.

UC: *daurauch* (gl. quercetum) Sg. 53[a], si est pro *duruch* (p. 9).

c) Duplicata C derivans in adj. *menic, menicc* (frequens): *ismenic anirnichthe airiubsi* (gl. ipsorum obsecratio pro vobis; i. e. est frequens eorum precatio pro vobis) Wb. 17[a]. *inmenicc* (frequenter) Sg. 21[b]. Est eadem vox cambr. *mynych* (= *-icc*, p. 173). Quaerenda fortasse est etiam in uno vel alio exemplo sequentium formularum, quae scilicet elisa *n* in eandem formam transeunt.

d) Connexa derivatio NC hibernice fit C, quae potest ob statum non infectum alternare cum CC (p. 79, *c* et *d*). Occurrunt exempla cum vocalibus *a, i, u;* accedentis adeo sine vocali exemplum est adj. *óc* (juvenis), si confertur cambr. *iouenc* (p. 60).

ANC: *cumacc* (potens: *nita cumacc do cháingnim*, non est potens, aptum, ad bonum opus, corpus) Wb. 4[a], e quo *cumcamni* (possumus), *cumact, cumacht* (potentia), reducendum est ad formam *cumanc*, pro qua etiam occurrit *cumang*. Obvium item etiam est adjectivum formae *-act, -acht: écmacht arindí nád cumaing maith do denom* (gl. nequam; i. e. impotens quia non potest facere bonum) Sg. 50[a].

INC. Derivat haud dubie terminatio *-ic -icc* in substantivis femininis: *fochricc* (merces) Wb. 1[b]. 2[b]. 16[a]. 20[c], *taidchric, taidchricc, taithchricc* (redemtio) Wb. 2[b]. 4[b]. 21[a]. 28[b], ut patet e vocibus *fochrach* (mercenarius) Sg. 35[a], *taidchur* (redemtio) Wb. 3[a], *doradchiúir* (redemit, praet.; = *do-ro-ad-ch.*) Wb. 2[b], quae docent formationem illorum *fo-chur-icc, do-aith-chur-icc.*

UNC: *derucc* (gl. glans) Sg. 113[b].

Connexae RC derivationis exemplum nescio, si non pertinet huc *adarc*, gen. *-arcae* (cornu), unde adj. *adarcdae* (gl. corneta, tuba) Ml. 2[b]. Connexae LC derivantis nec unius exempli memini.

Connexa SC derivans non infitianda in cognomine *Muirsce* (maritimus) in chronicis hibernicis: *Dunchad Muirsce* Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 212. *Dunchadh Muirissce, Muirsce* Ann. IV mag. 3, 230. 256. *Fiachrach Muirsce* Ann. Ult., O'Con. 4, 35. Minus certa eadem in his: *Cudhinasc* (n. propr. viri) Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 225. *mimasclach* (gl. cardo; compos. *mimasc-l.*) Sg. 62[b]. *arobróinasc* (gl. despondi enim, vos uni viro virginem castam exhibere Christo, 2. Cor. 11, 2; num legend. *ar robróinasse?*) Wb. 17[b].

C. Derivatio consonarum multiplex.

Derivatio in linguis celticis accumulata invenitur non minus, quam in alia quacunque. Derivationis tam simplicis quam duplicis formulae praecipuae enumeratae sunt hactenus. Sunt addita saepius exempla etiam multiplicis derivationis, cujus tamen conspectus in hunc locum reservandus erat.

Si ante derivationem duplicem praecedit vel si sequitur post eandem derivatio simplex, aut item duplex, fit derivatio triplex aut quadruplex. Derivationis triplicis exemplum vetustum gallicum est nomen Bel-s-on-ancum (p. 773); quadruplicis exempla, si numerantur vocales derivantes immixtae, sunt nomina Gob-an-it-i-o(n) Caes., Div-ic-i-ant-illus Inscr.

Hibernicae triplicis derivationis exempla quaedam. 1. Si praecedit simplex ante duplicem: *foil / s / ig-ud* (manifestatio) Wb. Sg. *foirb / th / ig-ud* (confirmatio) Wb. 22[a]. *im / d / ug-ud, imm- / d / og-od* (auctio, multiplicatio) Wb. 25[a]. Sg. 216[a]. *fled / aich / th-ith* (gl. epulo) Sg. 52[a]. *tecm / aing / am-in, intecm / aing / th-ech* (gl. fortuito) Sg. 29[a]. *sáirdén / m / id-echt* (gl. artificium; cf. *sercaidecht*, ars armatoria, p. 771) Sg. 133[b].

2. Si sequitur duplicem simplex: *tal / m-an / de* (terrestris) Wb. *traig / th-ech / dae* (gl. pedester) Sg. 54[b]. *forci / t-l / id* (praeceptor) Wb. fq. *tol / t-an / ach* (gl. bene placitus), *rotol / t-an- / aig / estar* (placitum est) Wb. 22[b]. Sg. 7[b]. *flaith / em-n / as,*

flaith / em-n / acht (gloria) Wb. Sg. *brith / em-n / acht* (judicium) Wb.

Quadruplex derivatio, si duae formulae duplicis derivationis junguntur: *indaic / s-en / d-aid* (gl. causa, adv.), *aic / s-en / og-ud* (causatio) Sg. 74[b]. 209[b]. *hi cét / n-id / et-id* (gl. partes primae in positione; i. e. in prioritate, priori loco, adj. *cétnide*) Sg. 188[a]. *hi cumsc / aig-th / et-aid* (in commixtione) Sg. 158[b]. *mo forci / t-l- / aid-echtae* (gl. magisterii mei; cf. *sercaidecht, dénmidecht* supra) Ml. 17[d]. Item si ab utroque latere duplicis derivationis accedit simplex, cujus sunt exempla *bib / d / am-n / act* (culpa) Wb. 1[d], *com / d / em-n / ig / edar* (imperat), *coim / d / em-n / acht* (dominatio) Ml. 17[b]. 35[a], si debet statui *d* derivans in *bibdu* (reus), *coimdiu* (dominus).

Duabus derivationis duplicis formulis si accederet amplius simplex, fieret quintuplex derivatio. Hujus quintuplicis vel adeo sextuplicis (si numeratur terminatio flexioni inserviens ut derivans) est vox *díxnichthetad* (*: illaithiu díxnichthetad na deachte*, gl. ego hodie genui te, Hebr. 1, 5; i. e. die manifestationis, existentiae, deitatis) Wb. 32[b], i. e. *díc / s-n / ich-th / et-ad*, e nom. *díxnichthetu*, qui redit ad partic. *díxnichthe* progressum per verbum denominativum *díxnigur* e subst. *dícsiu, díxsen.* *

---

* Idem quod *déicsiu* (visio; cf. *remdeicsiu*, providentia, Ml. 20[b], e verb. *décu, deccu* p. 437) Wb. 25[a], cujus *e* producta ante *i* derivationis facta est *i* producta. Verbi factitativi *díxnigur* significatio, quae proprie est *visionem facio*, i. e. me *spectandum praebeo, videor, appareo*, transiit omnino fere in significationem *sum, existo*. Propter hoc et frequenter occurrit: *cia tussu díxnigedar* (gl. o homo, tu quis es?) Wb. 4[c]. *isnad dixnigedar nach œcne* (gl. sic non est inter vos sapiens quisquam) Wb. 9[c]. *ni dixnigedar* (gl. si est; addit glossator latine: *si pro non*) Ml. 20[c]. *nadndixnigedar nech* (gl. neminem esse, dei memorem) Ml. 23[a]. *cid áes dixnigedar* (gl. cognito quanta sit luna) Cr. 32[b]. *aircioanmnid dixni.* (gl. nam ex quo sit nominativo, particula o? Prisc. 13, 4; i. e. nam ex quo nominativo est? si pronomen est o, cf. p. 363) Sg. 207[b]. *am. díxnigetar* (gl. ut pro invicem sollicita sunt membra) Wb. 12[b]. Substantivum verbale et participium cōmpositum cum voce *bid* intensiva in Wb.: *nirrobe in ihu. xpo. est et n. .ı. fír et gáu acht isest nammá robói and .ı. fír .ı. biddixnugud firinne* (gl. non fuit est et non, sed est in illo fuit, 2. Cor. 1, 19; ad verbum: non fuit in Jesu Christo est et non, i. e. verum et falsum, sed est solummodo fuit in eo, i. e. verum, i. e. perpetua manifestatio, perpetua existentia veritatis) 14[c]. *arisbidixnichthe som* (gl. ipse est ante omnes, Coloss. 1, 17; leg. *biddixnichthe*, i. e. nam est perpetuo existens) 26[d].

II. Derivatio britannica.

A. Derivatio vocalium.

Vocales tres intermediae in compositis gallicis vetustis *o* (*a*), *i*, *u*, quarum duae posteriores praesertim derivationi inserviunt in iisdem vetustis nominibus (p. 724. 725), cum perierint jam in hibernica vetusta lingua pro majori parte, minus etiam poterunt exspectari in dialectis britannicis. In his *i* et *u* finales communiter desunt in vocibus, in quibus adsunt in vetustis nominibus, nullo vestigio relicto, e. gr. in *mor* (mare; = hibern. vet. *muir*, e *mori*), *bud* (victoria; = hibern. vet. *buáid*, e *bôdi*), *bit*, *byd* (mundus; hibern. vet. *bith*, e *bitu*, cf. Bituriges), *cat*, *cad* (pugna; hibern. vet. *cath*, e *catu*, cf. Caturiges, Catuslogi, Catuso etc.), *nant* (vallis; cf. Nantuates Caes.). Deest ita porro vocalis finiens quondam in vocibus, in quibus adhuc servatur hibernice, e. gr. in *ol*, *oll* (omnis, hibern. vet. *uile*), *am* (circum, hibern. vet. *imme*, gall. vet. *ambi*).

Excipiuntur tamen voces aliquae, ut eae in quibus abeuntis *i* vestigium relictum est in praecedente vocali infecta, e. gr. in *breich* (= brachium), *Gereint* (= Gerentius, Gerontius, p. 97. 106), vel quae sunt auctae derivatione tegente interdum utramque illam vocalem vetustam, e. gr. *diuudyawc* (inutilis, inefficax; e *bud*, *budi*, *bôdi* modo memorato) Mab. 2, 226, *Morcanhuc* (Morcantia p. 187, e nomine viri *Morcant* Lib. Land. 137, *Morgan* Mab. 2, 25. 26; cf. Adcantuannus Caes.) L. Land. 113. 137. Sunt porro voces, in quibus persistunt etiam finales vocales, aut productae primitus aut majori sua derivandi vi, vel diphthongi. Earum omnium exempla, quamvis obscurae sunt saepius originis, haud dubie etiam interdum diversae, enumero hoc loco, praemittens *i*, quae frequentior est, cui subjungo *u*, *a*, *e*, productam porro *é*, et diphthongum *au*.

I cambrica (hodie *i*, num producta igitur?) substantiva abstracta generis masculini, fortasse neutrius primitus (p. 288), formare solet ex adjectivis: *dlodi* (paupertas; adj. *dlawt*) Mab. 2, 21. *caledi* (durities, difficultas; adj. *calet*) Mab. 2, 61. *bei-*

chogi (graviditas, fructus ventris, plur. *beichogyeu* Mab. 3, 299; ibi etiam legitur adj. *beichawc, beichiawc,* gravida, mulier) Mab. 2, 202. *mabinogi* (plur. *mabynogyon* Mab. 3, 36; ab adj. *mabinawc,* juvenilis, puerilis, ergo juventus, puerilitas et narratio puerilis?) Mab. 3, 7. 81. 143. 161. 189. 216.

Sunt porro abstracta cambrica masculina cumulatae derivationis NI, ONI, IONI ex adjectivis et substantivis: *mechny* (securitas, vadimonium, e subst. *mach,* securitas, e quo conjici poterit adj. *mechin;* sunt tamen etiam hodie *crychni, syrthni* ex adj. *crych,* crispus, *swrth,* raucus) Leg. 2. 6. 20. *maerony* (officium praepositi; *maer,* p. 119) Leg. 2. 11. 29. *bardhony* (bardismus) Leg. 1. 43. 11. *dayoni* (bonitas, humanitas; adj. *da,* e quo etiam exstat derivatum *daiawn,* bonus) Mab. 1, 238.

Masculina sunt etiam alia e substantivis orta: *gueli* (hod. *gwely,* lectus, e *gwal,* cubile, Mab. 2, 239) gl. Oxon. *gweidi* (clamor, vociferatio: *yr gweidi hwnn;* hod. *gwaedd,* id.) Mab. 1, 16. Contra femininum *kennadwri* (legatio: *y gennadwri honno*) Mab. 2, 29. 3, 95, e subst. *kennad, kennadwr,* legatus. In femininum etiam transgressa est armor. hod. *-oni: brazoni* (superbia), *druzoni* (pinguitas; adj. *bras, drus*).

Cornica substantiva hujus derivationis: *berri* (pinguedo; adj. *bor,* pinguis), *kelli* (nemus; hibern. vet. *caill,* silva) Vocab. Armorica: *glisi* (livor, aegritudo; adj. *glas,* lividus) Buh. 204, 9. *cozni* (senectus; adj. *coz,* senex) 136, 11.

Invenitur eadem vocalis terminans nomina virorum vetusta in chartulariis. Cambrica in libro Landav.: *Eli, Ili* 176. 177. *Lauri* 153, quibus addo e Mab. *Gluueri, Pryderi* 3, 98, et nomen montis cambrici altissimi *Eryri* (ab *eryr,* aquila; qui mons Anglis dicitur *Snowdon*) 3, 269. 303. Armorica e chartulario Rhedonensi: *Eli, Ili* 1, 20. 2, 20. *Lowi* 2, 15. *Rami* 2, 25. *Moeni* 2, 30. *Haelmoini* 1, 29. *Bili, Ratuili* fq. *Omni, Omnis* (ex *omun, ofyn,* timor?) 1, 35. Mor. 275. *Plinis* (cf. Plinius) Mor. 275. Nomen cambr. *Deui, Deuui* Lib. Land. 153. 193, armor. *Davi* Chart. Rhed. 2, 28, *Dewy* (= David) Buh. fq. amisit *d* finalem; in aliis videtur *n* supponenda, si confertur nomen vetustum Cunobilinus (p. 100).

U finalis exstat in corn. *medu* (medum; gr. μεθύ) in Vocab., quod cambrice est *med* in Mab., hodie *medd.* Porro in voce *bodu*

frequenter obvia in nominibus compositis tam cambricis quam armoricis, ut jam est in gallicis vetustis *-boduus* (p. 27, not.), quae forsan idem significat quod *-gern* in nominibus vetustis germanicis, e. gr. Fridigern. Cambricum etiam nomen viri *Garu* Lib. Land. 73, adj. *garw* (ferus, raucus) Mab. 1, 7, subst. *karw* (cervus) Mab. 1, 7. 293. Sed videndum in hujusmodi, ne *w* finiens sit orta infectione, ut in *enw* (nomen; hibern. *ainm*), *delw* (effigies; hibern. *delb*), *marw* (mortuus; hibern. *marb*).

A rarior terminalis: cambr. corn. armor. *bara* (panis; cf. hibern. vet. *bairgen*). cambr. *clwppa* (clava) Mab. 2, 57. In adj. cambr. *traha* (fortis, audax; gr. *ϑρασύς*, p. 45), *didraha* (animo carens) Mab.

E correpta finalis, alternans interdum cum aliis vocalibus, non frequentior: cambr. *cale, cala, caly* (penis; cambr. hod. *cale* fem., aculeus) Leg. 2. 1. 27; 36; 67. corn. *banne* (gutta) Vocab., *banna* Pass. (cf. p. 716; armor. hod. *banne* masc.). In aliis, e. gr. cambr. *gware* (ludus; Mab. 2, 63: *ar gware hwnnw* masc.), *bore* (mane) Mab. fq., corn. *idne* (auceps) Vocab., vocalis putari poterit producta (p. 113).

E productae finalis alternantis cum *ui* in nominibus vetustis cambricis exempla jam sub Ê cambrica enumerata sunt (p. 113). Alia nomina desinentia in *oi, oe, ui, wy* (= *ê*): *(Lann)timoi*, *(Lann)bedui* (nomina locorum, quorum pars posterior est nomen viri) Lib. Land. 209. 221. *Tissoi* (alumnus S. Dubricii) 178. *Elinui* 262. *Guennonoe*, *Guinnonui* 170. 182. *Guernonoe* 205. *Guoronui*, *Guronui* 260. 261. *(Lann)guoronoi*, *(Lann)guronoi* 230. 236. *Junabui* 70. *Guinabui* 115. *Guernabui* 72. 74. Quibus addenda nomina propria e Mab.: *Giluaethwy* 3, 190. *Math uab Mathonwy* 3, 189 sq. *Eryr gwrn abwy* 2, 233. *Hunabwy* 2, 209. *Ronabwy* 2, 372 sq.

Concordant armorica vetusta desinentia in *oe, oi* e chartulario Rhedon.: *Suloe* 2, 31. *(Treb)hinoi* 1, 45. *Keboi* 1, 54. *Haeswalloe* (cf. nomen S. *Winwaloei*, abbatis Landevenecensis, Boll. Mart. 1, 250) 1, 3. *Grenbidoe* 1, 54. *Wasbidoe* Mor. 304. *Matwidoe* Mor. 305. *Riskipoe* 1, 2. *Nominoe* fq. *Benitoe, Venitoe* 1, 8. 2, 16. *Portitoe* 1, 9. 2, 14. 16.

Appellativa cambrica ejusdem terminationis: *mackwy* (puer)

Mab. fq., masculini generis; feminini *motrwy* (annulus: *y votrwy honn*) Mab. 1, 14, quod videtur compositum.

AU (cambr. vet. *ou*, recentius *eu*) in substantivis et adjectivis. In subst.: *keneu* (catulus, animal juvencum, hod. *cenau* masc.; e rad. *cen* pro *gen*, p. 45), *blodeu* (flos) Mab. fq. *arueu* (armatura: *vn arueu*, una armatura; contra plur. *arueu trymyon*, gravia arma, Mab. 3, 304) Mab. 2, 47. Eadem vox *keneu* ut nomen proprium virorum occurrit, tam simplex quam in compositione: *Chanao* Greg. Tur. 4, 4. *Morcenou* Lib. Land. 136. *Riceneu* 162. Suntque alia ejusdem terminationis nomina virorum: *Bleideu* Lib. Land. 147. *Llacheu* (fil. Arthuri) Mab. 2, 390. IAU in *Cinbleidiou* Lib. Land. 188. In adjectivis: *asseu* (sinister; *assu* Leg. 2. 1. 36) Mab. 1, 275. 2, 387. *dehou*, *deheu* (dexter; cf. germ. vet. *zesawa*) Lib. Land. Mab. *diheu, dieu* (certus, securus) Mab. 1, 6. 9. 250. *teneu* (tenuis) Mab. 2, 382. *gwineu* (fuscus) fq.

Inveniuntur etiam armorica nomina virorum desinentia in *-ou* (sed in quibusdam videtur legendum *-on*), *-iou: Guorasou, Dinaerou, Loiesbritou* Chart. Rhed. 1, 7. 17. Mor. 267. *Cadou, Saliou* Chartul. Kemperl. Mor. 431. *Periou* Coriosop. Mor. 378. 379.

De terminatione *-au* vel *-iau*, diversa a praecedente, orta ex *-av*, *-iav*, et de *-ei*, hod. *-ai*, cui subest *j*, supra jam disputatum est (p. 150. 153) et infra quoque dicetur in derivatione spirantium britannica.

B. Derivatio consonarum simplex et duplex.

1. Derivatio liquidarum.

L subjuncta radici vel etiam derivationi *a*) nuda sine vocali saepe invenitur, ut ceterae liquidae, in vocibus britannicis juxta formas, quae vocales *y* vel *e* intercedentes ostendunt; e. gr. in Mab.: *chwedl* (nuntius, narratio) 2, 19 juxta *chwedyl* 1, 10. *mynwgl* (cervix) 1, 17 juxta *mynwgyl* 1, 25. *kenedl* (genus) 3, 301 juxta *kenedyl* 1, 26. 3, 300. Ita jam in glossis Oxon.: *dadl* (gl. concio), *datl* (gl. forum; ibid. *dadlt*, gl. curia), *sumpl* (gl. stimulus), *rascl* (gl. sartum). Frequentior usus est, deesse vocalem tantum accedente flexione: *chwedleu* (narrationes, nova; con-

tra *datolaham* in gloss. Oxon., *am dadeleu,* circa causas, Leg. 1. 9. 11) Mab. 2, 12. 202. *sodleu* (calces; cambr. hod. *sawdyl,* calx, pars postica calcei) Mab. 1, 13.

Armorica quaedam e Buh.: *guentl* (dolor) 92, 15. 94, 22, plur. *guentlou* 90, 21. *guinhezl, quehezl* (venator?) 30, 15. *goestlas* (spopondit), *goestlo* (spondebit) 158, 14. 204, 11. Item corn. *gustle* (spondere; *guistel,* obses, Vocab.) Pass.

b) Cum vocalibus correptis. Frequentiores sunt *e* et *i, y,* in quas ceterae plerumque transierunt.

EL in adjectivis, quibus hibernice convenit *a:* cambr. *uchel* (altus; hibern. vet. *uasal*) Mab. fq., armor. *vhel* Buh. 12, 10. 112, 18. armor. *vuel* (humilis; hibern. vet. *umal*) Buh. 100, 6. In adj. *isel* (inferus) trium dialectorum; in subst. cambr. *tywel,* pl. *tyweleu* (gausapa; hod. *tywel* masc., pl. *tyweli*) Mab. 1, 5.

IL dominans in substantivis, alternat cum EL secundum dialectos vel scriptores. Cambrica substantiva diversi generis: *chwedyl,* pl. *chwedleu* (sermo, narratio: *y chwedyl hwnn, hwn* masc.) Mab. 1, 10. 11. 38. 2, 6. 12. *dadel,* pl. *dadeleu, daetleu* (causa judicialis; hod. *dadyl* fem., pl. *dadlau*) Leg. 1. 34. 8; 2. 11. 34. *mevyl, mefyl* (dedecus, plur. hod. *meflau* masc.; hibern. vet. *mebol, mebul*) Mab. 1, 19. 26. 263. *meuel* Leg. 2. 1. 36. *gwystyl* (obses, pignus, pl. hod. *gwystlon* masc.) Mab. 1, 284. *kenedyl* (genus, hod. *cenedl* fem., pl. *-odd;* cf. *cenitolaidou* gl. Oxon.) Mab. fq. *kenedel* Leg. 1. 18. 14. Cornica e Vocab.: *esel* (membrum, pl. *esely,* p. 290; hibern. vet. *asil*), *guistel* (obses), *kinethel* (generatio), *auhel* (aura), *anauhel* (procella). armor. *auel* (aura, hod. *avel* fem.) Buh. 14, 9. 92, 21. Dum cambrice et in Vocab. *-el* pro *-ell* occurrit, vice versa *-ell* pro *-el* interdum legitur in Pass.: *ughell* (altus) 162, 2. 207, 4. 229, 2. *tebell* (malus) fq., *tebel* 130, 3. *bresell* (altercatio, pugna) 160, 3. 238, 1, armor. *bresel* (hod. *brezel* masc., pl. *brezili, brizili*) in nominibus virorum vetustis *Breselwobri, Breselmarchoc.*

Eadem terminatio in adj. cambr. *amyl* (numerosus, frequens; cf. hibern. *imbde*) Mab. 1, 250. 2, 64.

AL, OL, UL rariores sunt derivationes. In subst. cambr. *aual,* plur. *aualeu* (malum) Mab. 1, 237; corn. *guennol* (hirundo; cambr. hod. *gwennol* fem., pl. *gwennoliaid,* hibern. vet. *fannal*) Vocab.; in vetustis *datolaham, cenitolaidou* pro recentiore *-el,*

-yl; in *medol, medwl* (meditatio; hod. *meddwl* masc., pl. *meddyliau,* unde verb. *medylyaw*) Mab. 1, 258. 2, 13.

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. Formulae frequentiores sunt ÂL, IÂL, ICÂL (cf. p. 110. 111), derivantes adjectiva e substantivis, praesertim cambrica: *gwrawl* (virilis) Mab. 2, 24. *duyuaul* (divinus) Leg. 1. 43. 20. *breinaul, breynyaul* (privilegio praeditus) Leg. 2. 1. 7; 11. 29. *kefreythyaul* (legalis) Leg. 1. 16. 10. *engiriawl, engiryawl* (fortis, immensus) Mab. 2, 41. 3, 301. *brawdoryawl* (fraternus) Mab. 3, 300. *budicaul* (victoriosus), *creaticaul* (genialis) gl. Oxon. Plura etiam vetustiora ejusmodi in *-ol, -iol,* plur. *-olion,* inter glossas Lxb. obvia, jam enumerata sunt (p. 111 et 293).

Sunt etiam substantiva et verba hujus derivationis, orta ex adjectivis; e. gr. cambr. *ebawl* (pullus equinus), *ebawlvarch* (equus juvencus) Mab. 2, 9. 3, 32, corn. *ebol* (pullus) Vocab., plur. *ebolyon* Leg. 1. 12. 7, e subst. *ep,* hibern. *ech.* Verb. *ynpedoli* (pedes equi soleis munire) Mab. 2, 12.

Fit eadem derivatio interdum ex adjectivis: corn. *whegol* (dulcis; ex adj. *whek*) Pass. 164, 1. cambr. *meynholy* (minuere; adj. *mein*) Leg. 2. 4. 9.

AEL paucioribus vocibus propria est, e. gr. cambrico adj. *amryuael* (varius, diversus) Mab. 1, 7. 2, 20. 31. 3, 304, verbo frequenti *kafael, kaffael* (sumere; hibern. vet. *gabál, gabáil*), quod saepius etiam deficit in *kaffel.* Porro subst. corn. *gofail* (officina; *gof,* faber) Vocab.

d) Duplicata liquida derivans frequentior est in formula ELL (pro qua interdum occurrit scriptio *-el*), alternante cum ALL, ILL, in substantivis cambricis femininis significantibus instrumenta vel utensilia: *buyall, bwyall* (securis) Leg. 1. 35. 9. Mab. 1, 280, quod vocabulum in glossis Oxon. est *bahell, bael* (hod. *bwyell,* pl. *bwyeill,* internae flexionis, p. 296, ut sequentia; hibern. vet. *buáil* Sg.). *gwaell* (acus, fibula) Mab. 2, 384. *cawell* (corbis; hod. *gwaëll, cawell,* pl. *gweyll, cewyll*) Mab. 3, 304. *padell* (sartago), *crauell* (pala fornacea) Leg. 1. 18. 13; 39. 4. *guopell, guapel* (gl. sudaris) gl. Oxon. *mantell,* pl. *mentyll* (pallium) Leg. 2. 1. 6. Mab. 1, 3. Sequitur eandem normam subst. fem. *estauell, ystauell, ystafell,* plur. *ysteuyll* (cubiculum) Leg. Mab. fq., sed discrepat *pebyll* masc., plur. *pebyllyeu, pebylleu* (tentorium, hibern.

vet. *pupall,* p. 185) Mab. 1, 25. 239. 253. 277. 278. 2, 382 sq., cui contraria est hodierna lingua formans *pabell* fem., pl. *pebyll,* sed *ystafell,* pl. *ystafellodd.* Ut *pebyll* etiam *ffrowyll* (flagellum) Mab. 2, 11. In Vocab.: *padel* (sartago), *steuell* (triclinium), *scudel* (discus; cambr. *dyscyl, dysgyl* Mab. 1, 248. 295); in Pass: *scudell* (lanx) 43, 3. *towyll* (instrumentum) 156, 4.

ALL, ELL, ILL in aliis porro substantivis, in adjectivis, verbis. In cambricis subst.: *aballen, auallen* (malus), *Auallguid* (nomen viri) Lib. Land. 164. 197. 217, juxta *aual* significans fructum (p. 786). *Cauall* (nomen canis Arthuri, *cabal,* p. 156; = caballus) Mab. 2, 22. 239. 242. Propter scriptionem *-al* pro *-all* addo etiam *keffyl* (equus vilis; cf. Cabillonum Caes.) Mab. 1, 238. Porro abstracta: *tywyll* (obscuritas; item adj.) Mab. 1, 24. *guedhyll* (quod residuum est; cf. *guedy,* post) Leg. 1. 30. 6. Adj., verb.: *adrythyll* (admodum vividus, hilaris) Mab. 1, 2. *seuyll, sefyll* (stare), Mab. 1, 7. 2, 209. In corn. adj. *-yll: skentyll, skyntyll, scyntyll* (sapiens) Pass. 8, 1. 134, 1. 216, 1.

Derivationi verbali cambr. *-yll* respondet corn. armor. *-ell,* cujus exempla supra enumerata sunt (p. 519. 520).

Exempla, in quibus *-ell* videtur terminatio deminutiva, supra (p. 304. 305) proposita sunt. In hodierna lingua cambrica etiam in alia quaedam invenitur transgressa: *ffynnonell* (fontanella, fonticulus), *iyrchell* (hinnuleus).

Rariores sunt formulae OLL, ULL: *emrecholl, amrygoll* (periculum, perditio) Leg. 2. 9. 2. Mab. 2, 21. *cugol* (gl. cucullа), *ofergugol* (gl. casula) Vocab.

M derivationi minus inservit britannice, quam ceterae liquidae. Accedentis ad radicem exemplum vix occurrit, forsan *enw* (nomen; hibern. vet. *ainm*), *cwrw* (cerevisia; *coruf, coref* Voc. *kuref, kuruf* Leg. 1. 19. 9; 35. 6, e *curmi, corma,* p. 135), siquidem *m* est derivans in his. Rara item exempla simplicis *m* accedentis cum vocalibus: *etem* (gl. instita; *adau,* pl. *adaued* Mab. 2, 241. 374), *uidimm* (gl. lignismus; *gudif, gudhyf,* scalprum, Leg. 1. 38. 7; 2. 1. 4), *guillihim* (forceps; *gwelleu* Mab. 2, 204. 225. 242, hod. *gwellaif,* pl. *gwelleifiau*) in glossis Oxon.

In quibusdam statui debet MM, orta assimilatione e formula -M-N, quae adhuc frequentior est in hibernica vetusta lingua. Comprobant hoc cambr. vet. *linom* (gl. litura) inter glossas Lxb., si confertur e Sg. 3[b]: *ua lenomnaib* (gl. a lituris); e Leg. 1. 35. 7: *kulym* (nodus; hod. *cwlwm*, plur. *cylymau*), si confertur corn. *colmen* (nodus) Pass. 131, 4, plur. *colmenow* Pass. 76, 2. 131, 3. 212, 3, et hibern. vet. *colm̄ene* (gl. nervus) Sg. 221[b]; atque *seithum* = *septimana* e Vocab. Debebunt his adnumerari e glossis Luxemb.: *tigom* (gl. naevi), *douohinnom* (gl. austum, i. e. haustus, profusio, quod equidem lego *douorinnom*, e verb. *doguorennam*, gl. profundo, ibid.), forsan et *diprim* (gl. essum; i. e. cibus), et e Leg.: *decum*, *degum* (decimae) 1. 8. 8; 9; 24. 3. *ofrum* (oblatio; hod. *degwm*, *ofrwm*, pl. *-ymau*, masc.) 1. 8. 7; 24. 5. Etiam *m* servatae hodierni subst. cambr. fem. *garm*, plur. *garmodd* (clamor, armor. *garm* masc., pl. *-ou*), e quo nuper nomen Germani deductum est (p. 735, not. 2), subjacet formula *-m-n*, cum *m* sola facta esset *f*, ut in *arfeu* (arma), *kuref*, *kwrf*, *kwrw*, (curmi, cerevisia).

N derivans britannica contra valde copiosa est. *a*) Ad radicem aggrediens sine vocali, ut *l*, cambrice: *etn* in compos. *etncoilhaam* (gl. auguro) gl. Oxon., juxta plur. *etinet* inter easdem. *Gwadn* (nom. viri) juxta *Gwadyn* Mab. 2, 209. 210. Cum terminatione: *mechny* (securitas) Leg. 2. 6. 20. Eodem modo armorice: *loezn* (animal; cambr. *llwdyn* Mab.), plur. *loznet* Buh. 30, 18. 32, 4. *cozni* (senectus; adj. *coz*) 136, 11. *furnez* (sapientia; adj. *fur*) 110, 1.

b) Cum vocalibus correptis *a* et *i* frequentiores sunt formulae.

AN in substantivis cambricis diversi generis: *gulan* (lana), *creman* (ligo) gl. Oxon. Leg. 2. 1. 4. *breuan* (molina) Leg. 1. 35. 9. *hossan*, pl. *hossaneu* (braccae) Leg. 1. 32. 3. Mab. 3, 149. *cussan* (osculum) Leg. 2. 1. 19; 22. *brecan*, *breckan* (tegmentum) Leg. 1. 43. 2; 2. 1. 4. Mab. 2, 374. Sunt etiam hodie *cusan* masc., *hosan*, *breuan* fem. pluralem formantia in *-anau*; contra alia item diversi generis in *-anod*, *-aniuid*, *-anedd*, in vetusta

lingua *-anot, -anieit, -aned* (p. 297. 298): *alanot* (animalia; hod. *alan* fem., pl. *alanod*) Mab. 1, 250. *croysan, croessan* (scurra; hod. *croesan* masc., pl. *croesaniaid*) Leg. 1. 12. 6. *rianed* (puellae; hod. *rhian* fem., pl. *rhianedd*) Mab. 1, 240. *kalaned* (habitatores) 2, 372. Est *-an* etiam in priore loco duplicis derivationis: *galanas* (homicidium, homicidii satisfactio), *gwassanaeth* (servitium) Leg. Mab. fq.

In cornicis: *louan* (funis; hibern. vet. *loman,* in Pass. *loven*), *garan* (grus) Vocab. In armoricis: *gloan* (lana) Buh. 170, 6. *saouzan, souzan* (cura) 38, 21. 136, 16.

In adjectivis cambricis: *buan* (celer), e quo plur. *buenion* (gl. conciti) gl. Lxb. *truan* (infelix; e nudo *tru,* hibern. vet. *tróg,* p. 28. 118, ergo et *buan* e *bôg?* cf. Trogus, Bogius, p. 28. 69) Mab. 1, 28. 287. 2, 54. *bichan, bychan* (parvus, hibern. vet. *becc*) gl. Oxon. Mab. fq. *llydan* (latus) Mab. fq. In cornicis: *laian, dislaian* (fidelis, infidelis), *boghan* (parvus) Vocab. *beghan* (parvus) Pass. 53, 3. 166, 2. In armoricis: *buhan* (celer; hod. *buan, buhan*) Buh. 12, 9. 24, 2. 28, 17. *bihan* (parvus) 32, 16.

EN in subst. cambr. *assen,* pl. *assennoed* (asinus) Mab. 2, 391, corn. *asen* Vocab. Pass. 27, 3. 28, 2. armor. hod. *azen,* pl. *azened;* in adj. *llawen* (p. 123).

IN in substantivis cambricis diversi generis: *tetyn* (praedium; leg. *tedyn,* hod. *tyddyn* masc.) Leg. 2. 1. 59. *lludyn, llwdyn* (animal; hod. *llwdyn* masc., pl. *llydnod*) Leg. 1. 36. 9. Mab. 1, 9. *blwydyn* (fem., annus) fq. Correpta forsan vocalis etiam in quibusdam est terminatis ab *-in,* e. gr. in *bydin* (turma, agmen, fem.: *or vydin honno* Mab. 2, 378; cf. cambr. vet. *bodiniou,* gl. phalanges, in gl. Lxb. et hibern. vet. *hobuidnib,* gl. copiis, Ml. 34[c]) Mab. 1, 30. 2, 377 sq. Cornice et armorice alternant *i* et *e*: *benen* (sponsa; *benyn,* mulier, Pass. 33, 2. 35, 1), *blithen* (annus) Vocab.

Adjectiva cambrica: *melyn* (flavus) Mab. fq. *euryn* (aureus) Mab. 3, 31. Corn. *milin* (flavus) Vocab., armor. hod. *melen.*

ON et UN rariores sunt terminationes. In substantivis cambricis femininis: *auon* (amnis, fluvius) Mab. 3, 94. 264. *hinon* (serenum coelum) Mab. 1, 8. *calon* (cor), *gwidon* (saga) fq. In cornicis: *auon* (fluvius), *talon* (venter) Vocab. Porro in cambricis: *anutonou* (gl. perjuria; hod. *anudon* masc., perjurium) gl.

Oxon. *eilun* (imago, forma) Mab. 1, 27. 34. *yspardun* (calcar; hod. *eilun* masc., *yspardun* fem.) Mab. 1, 13.

In *-in* et *-on* exeuntia occurrunt nomina virorum cambrica et armorica, in quibus dubium esse possit, num sit vocalis brevis an longa. IN in cambricis: *Eithin* L. Land. 136. *Elfin* 150. In armoricis: *Haelin* Chart. Rhed. 1, 8. *Haelmorin* 1, 41. *Conmorin* 1, 12. *Winmorin* 1, 5. *Wotalin* 1, 2. *Jarnhitin* 1, 7. 20. *Datlin* 2, 31. *Hoiernin* 1, 26. ON in cambricis (ex *-awn?*): *Panon* Mab. 2, 243. *Nwython* 2, 208. 238. *Mabon uab Mellt* 2, 238. *Mabon uab Modron* 2, 225. 232. *Teirnon* 2, 208. *Amaethon* 2, 222. *Saranhon*, *Gouannon* (cf. p. 187). In armoricis: *Sulon* Chart. Rhed. 1, 1. *Winon* 1, 7. *Woron* 1, 6. *Leison* 2, 23, quibus addenda *Milun* 1, 27. *Jarun* 1, 21. Sunt etiam desinentia in ION: cambr. *Teithyon* Mab. 2, 243. armor. *Galion* Chart. Rhed. 2, 22. Potius productas vocales quam correptas indicant appellativum frequentissimum cambr. *breenhin* (p. 101), hod. *brenin* (rex), et nomina virorum cambr. *Digon* (adj. *dygaun* Leg. 2. 11. 21, hod. *digawn*, sufficiens, compositum, ut videtur, quomodo est *guocaun* in *Catguocaun*, *Catgocon*; cf. *conedd*, *gogonedd*, gloria) Mab. 2, 205, cambr. *Judguallon*, armor. *Catwallon*, *Catlon* (cf. p. 96. 123. 124. 152). Contra armorica quaedam in *-on*, *-ion* redeunt ad primitivas formas *-an*, *-ian*: *goasoniez* (servitium; cambr. *gwassanaeth*) Buh. 54, 26. *guirion*, *guirionez* (verus, veritas; hibern. vet. *fírian*) Buh. fq.

Formulae duplicis -M-N, quae perdit secundam liquidam, exempla quaedam jam supra prolata sunt (p. 789). Sunt addenda hic quae servant utramque cum variante intermedia vocali, praesertim *a* et *e*, quae cum hibernicis in *-mun* concordare videntur.

MAN abstracta derivans e substantivis vel verbis (cambr. hod. *-fan* masc.): cambr. *kwynuan* (lamentatio; subst. *kwyn*, fletus, verb. *kwynaw*, flere, Mab. 2, 234) Mab. 1, 8. *kwynuan a griduan* (lamentatio et vociferatio; *gryd*, clamor, *grydiaw*, vociferare) 2, 234. corn. *tarnutuan* (phantasma) Vocab. Quaeritur, num his adnumerare liceat nomina propria terminata a *-man*, una cum vetustis vix non compositis *Cenomani*,* *Germani* (p. 735),

---

*) Brevem *a* etiam in hoc nomine ostendit versus vetustae inscriptionis Mediolanensis ap. Grut. 1161, 6: Te jubet agnatos visere Cenomanos. Inde-

e. gr. cambrica: *Iliman, Illiman* Lib. Land. 193. *nant cichmann* 232. *Gwrvan, Tecuan* Mab. 2, 208, 209. cambr. armor. *Catman* Chron. cambr. in praef. Leg. Chart. Rhed. Mor. 300. Armorica: *Morman* Chart. Rhed. 1, 2. 7. *Virmanan* (nomen feminae) 1, 13. *Querman* 1, 24. *Rannimanus* Mor. 294. *Kentlaman* (cf. *Kenetlor*, p. 112) Chart. Kemperleg. Mor. 431. 454.

MEN (hod. *-fen* fem.) ortum e MON comprobare videtur cambr. vet. *achmonou* (gl. inguina) gl. Oxon., plur. ex *achmon*, hod. *achfen*, ab *ach*, generatio. Obtinet haec formatio etiam in obscura voce *aqrimonou* (gl. scrata) gl. Lxb. Hodiernum cambr. *tyngedfen* (casus, fortuna, praedestinatio) est *teketuen* in Leg. 2. 11. 49, *tyghetuen, tynghetuen* in Mab. 1, 283. 3, 206. 304. Vox peculiaris ob servatam *m* partis posterioris mihi obscurae est *porthmon* (hospes, caupo; hod. *porthmon moch, defaid*, mercator suarius, oviarius) Mab. 2, 47. Addo huic armor. *locman* (hod. *loman*, gall. hod. *lamaneur*, germ. lotse, navium ductor per loca minus secura) Buh. 8, 18.

c) Vocales productae cum liquida derivantes sunt certae *â* et *ê*.

ÂN. Cambr. *-aun, -awn* in *cristawn* (Christianus) Mab. 1, 262. 266. Redit subst. *dayoni* (bonitas, humanitas) Mab. 1, 238 et alia jam enumerata (p. 783) ad adjectiva in *-aun, -iaun*. corn. armor. *-ên* in subst. *funten, founten* (fontana), *christen* (Christianus) Vocab. Buh. IÂN in nominibus regionum cambricis: "Guorthigirnus ad regionem, quae a nomine suo accepit nomen *Guorthigirniaun*, effugit. . . Pascent regnavit in duabus regionibus, Buelt et *Guorthigirniaun*." Nenn. ed. San-Marte p. 59. 60. "mons *Cruc maur* in regione quae vocatur *Cereticiaun*." id. p. 78. *pedwar cantref keredigyawn* (quatuor c. regionis C.) Mab. 3, 189. Nomini viri *Meirchawn* subest forma primitiva *Merchiawn* (p. 98).

ÊN in substantivis diversi generis: *postoloin* (gl. antella; hod. *pystylwyn* masc., med. lat. postilena, tegmen equi), *guiannuin* (ver, hod. *gwanwyn* masc.) gl. Oxon. *morwyn*, pl. *morynyon* (puella) Mab. fq. *kerwyn* (lacus, lebes; hod. *cerwyn* fem.) Mab. 3, 302. *cadwyn* (catena), *gwennwyn* (venenum) Mab. 1, 8. 3,

---

que *a* primitus brevem in nomine Germani affirmare licebit, productam a Romanis ob congruentiam cum adjectivo suo *germânus*.

301. In armoricis: *haloin, halein* (sal), *haloinor* (salinator), *co-loin* (catulus), *keroin* (cupa), *guaintoin* (ver) Vocab.

ÎN in substantivis et adjectivis statui debet, quae etiam hodie cambrice et armorice *i* servant; in subst.: cambr. *melin*, armor. *melin, milin* (molina), cambr. *chwerthin*, armor. *choarzin* (risus). In adj. cambr. *cyffredin* (communis), *meinin* (lapideus), *heyernin* (ferreus). Etiam in dupliciter derivatis, e. gr. *mabinawg* (juvenilis), *gwylltineb* (feritas).

In cambricis vocibus non infrequens est formula EIN derivans, sed originis magis ancipitis, quam hactenus dictae, cum subesse possit non solum cum producta vocali *-în*, sed etiam cum correptis *-ani, -eni, -en* (cf. p. 98. 101. 116), immo *-ân*. Exempla e Mab.: *lliein* (linum; hod. *lliain* masc.) 1, 4. 15. *celein* (cadaver; hod. *celain, celan* fem.) 1, 248. 272. *ynys prydein* (insula Britannia) fq. *llundein, kaer lundein* (Londinium) 3, 297. 298. *putein* (meretrix; juxta roman. *putena, putana*, ut *carreit* juxta *carrata, carrada*) 1, 286. *pedrein* (tergum equi; hod. *pedrain* fem.) fq. *diaspadein* (tumultus) 1, 16. Ita jam in glossis Oxon.: *gueli liein* (gl. cubile; i. e. lectus lini), et ap. Nenn. p. 80: *Cair Lundein* (Londinium). Item in Leg. 2. 6. 2: *pap Ruuein* (papa Romanus), in Mab. 3, 274: *kaer ruuein* (urbs Roma).

Vocalis producta primitus syllabae derivantis etiam supponenda est voci *mywn* (medium) Mab. fq. ob hibern. vet. *medón*, forsan et aliis, e. gr. *barwn, barwnyeit* (baro, barones) Mab.

d) Duplicata *n* derivans in pluribus postulanda videtur, in quibus jam secundum vetustam orthographiam simplex quidem scriptio liquidae obtinet (p. 130), saepius tamen alternat cum duplicata.

AN, ANN: *capan* (pileus, tegmen capitis viri) Leg. 1. 12. 8. Mab. 2, 377. 3, 269. *capann* (tegmen capitis femininae; cf. *capanna*, casula, Isid., hisp. *cabanna*, gall. hod. *cabane*, et nomen vet. *Capellatium*, limitis transrhenani ap. Amm., utrumque forsan tegmen significans) Mab. 1, 294. Addo cambr. *crochan* (vas, olla; hibern. vet. *crocenn* Sg.) Mab. 1, 17, corn. *guilan* (alcedo, hibern. vet. *foilenn* Sg.) Vocab.

EN, ENN, IN, INN: cambr. hod. *ffunen* (ligamentum), plur. *funenneu* Leg. 1. 27. 3. *brethyn* (pannus, vestimentum) Mab. 2, 382, plur. *brethinnou* (gl. cunae, i. e. involucra) gl. Oxon.

Item *elinn* (gl. novacula) gl. Oxon., *ellyn* Mab. 1, 17. cambr. *kefyn* (tergum; cf. Cebenna nomen gallicum vetustum) Mab. fq. corn. arm. *chein, quein* in Vocab. et Buh. Notanda sunt praesertim armorica substantiva singularem *-en* formantia in plurali in *-ennou: laesen, leasen, lesen* (lex) Buh. 12, 11. 20, 13. 26, 20, *laesennou* 150, 9. *peden* (oratio) 124, 8, *pedennou* 108, 12. *oferen* (oblatio) 26, 21, *offerennou* 130, 23.

Contra tamen negandum non est, in multis obtinere ob pronuntiationem duriorem duplicem scriptionem pro simplici, quacum alternat, e. gr. in *assen, assennoed* (asinus, p. 141), *kyflauann, kyflauan* (laesio) Mab. 1, 267. In nota singularitatis *-enn, -en, -inn,* quaeritur utrum sit statuenda geminatio, an potius eadem scriptio ob vetusta nomina Aballone (cambr. *auallen*), titumen (p. 301). In aliis porro an geminata *nn* non sit orta assimilatione ex *nd, nt* (cf. p. 168. 187): *gelynn* (inimicus), *dyffrynn* (vallis) Mab. 1, 6. 252. 257.

ON, ONN, UN, UNN fortasse in subst. *calon* (cor) Mab. fq., plur. *calonneu* Leg. 1. 10. 8, et adj. *gwrthunn* (adversarius, incommodus) Mab. 1, 18. Cambr. *ysgymunn* (maledictus) Mab. 1, 248, *eskemun* Leg. 2. 1. 13 e lat. excommunicatus transsumtum est, et videtur breviatum pro *ysgymunedic*.

e) Connexa liquida derivans cum *r* tantum occurrit.

ARN. In substantivis: cambr. armor. *hayarn, hoiarn* (ferrum; cf. p. 120), masculini generis, ut mox sequentia, a quibus excipitur fem. cambr. *eskeuarn* (auris; hod. *ysgyfarn*) Leg. 2. 1. 30, corn. *scouarn* (arm. hod. *skouarn*) Vocab. Pro hac formula cornice occurrit ERN, in Pass.: *scowern* (auris) 71, 2. 3. 81, 2, et in Vocab.: *louuern* (vulpes; armor. *louarn* Buh. 32, 8), *lifern* (talus), *hoern* (ferrum), quamvis in hoc sint etiam *scouarn*, unde *scouarnoc* (lepus, i. e. auritus), et *lugarn* (lucerna; hibern. vet. *luacharnn*, cambr. hod. *llygorn*). In adj. *cadarn* (firmus, fortis, strenuus; cf. *cadar*, clypeus, et *cad*, pugna?) Mab. fq.

ORN, URN dubiae sunt, et substantiva ita terminata, quae sunt item generis masculini, videri possint composita, e. gr. *cesseilwrn* (fasciculus ligni, tantum quantum implet brachium, *cesail*) Mab. 2, 373. *ascurn* (os, ossis) Leg. 1. 11. 6, *ascwrn, asgwrn* (hod. *asgwrn*, pl. *esgyrn*) Mab. 1, 3. 9. 17, *ascorn* Vocab.

loscurn (cauda) Leg. 2. 1. 27, *lloscwrn* (hod. *llosgwrn*, pl. *llosgyrnau*) Mab. 1, 271.

R derivans britannica *a*) ad radicem vel derivationem jam praecedentem accedit sola per se, ut ceterae liquidae, jam in vetusta lingua cambrica: *cadr* (decorus) gl. Lxb. *guichr* (= cambr. hod. *gwychyr*) in alphabeto Nemn. *camdubr* (curva aqua) in cod. Lichf., compos. cum subst. *dubr*, quod est in Mab. *dwfyr*, *dwfr*, hodie *dwr*. Ita et in Mab. 2, 238 nomen viri est *kelydr* et *kyledyr*. Deesse solet vocalis ante *r* accedente flexione: *llestri* (vasa; sing. *llestyr*), *kebystreu* (capistra; sing. *cepister* gl. Ox.) Mab. Leg.

In armoricis nominibus vetustis eadem scriptio occurrit, e. gr. in chartul. Rhedon. in nomine fluvii *Atr* Mor. 300, et in nominibus virorum *Rethwalatr* 1, 9. Mor. 293, *Redwalatrus* 2, 23, *Riwalatrus* 1, 14 compositis, ut cambr. *Catgualatyr* in libro Land. 124. Horum vox posterior *gualatr* (rex, gubernator) in *gualart* transformata invenitur in utraque lingua: cambr. *Catgualart* Chron. cambr. in praef. ad ed. Leg. p. IV, armor. *Rethwalart* Chart. Rhed. 1, 7. 38. *Reitgualart* Mor. 340. *Riwalart* 2, 15, eodem modo ut adj. *cadr* legitur in nomine composito gallico Belatucadrus et Belatucardus in inscriptionibus. Scribuntur etiam in Buh.: *loffr* (leprosus) 196, 21. *cuffr* (deditus, favens) 66, 2, et hodie quoque *kentr* (calcar), quae vox cornice est *kenter* (clavus) in Pass.

b) Praemittit vocales correptas, quarum frequentiores videntur *a* et *i*.

AR in subst.: cambr. *adar* (volucres) Leg. 1. 10. 4; 5. Mab. 1, 8, cum nota singularitatis inficiente *eterinn* in gloss. Oxon., e cujus radice cum *n* derivante sunt *atanocion* (gl. aligeri) et *etn*, *etinet* (avis, volucres) in glossis Lxb. et Oxon. *llachar*, *tanllachar* (splendor, ignis) Mab. 3, 304. cambr. corn. armor. masc. *lavar* (verbum, sermo) fq. armor. *glachar* (dolor, hod. *glac'har* fem.) Buh. fq.

In adjectivis: cambr. *helabar* (eloquens) gl. Oxon. *athrugar* (miserandus) Mab. 1, 263. corn. *amlafar* (infans; i. e. non loquens), *bothar* (surdus) Vocab. armor. *bouzar* (surdus) Buh. 154, 10. *clouar* (dulcis, amabilis) 54, 25. 62, 16. 92, 19.

ER, IR formulae alternantes in dialectis, interdum omnino abjicientes vocalem. Cambr. *dwfyr, dwfr* (aqua) fq. *llestyr, llestr* (vas) fq. corn. *lester* (navis), *troster* (trabs), *nader* (serpens) Vocab. armor. *amser* (tempus), *niuer* (numerus) Buh. fq. ER sola convenit cambricis *amser* (tempus) fq. *ucher* (vespera) Mab. 1, 24. 31. *nimer* (numerus) gl. Oxon., *niuer, nifer* Mab. 1. 16. 22. Masculina sunt haec cambrica tam in *-yr,* quam in *-er* exeuntia: *y dwfyr hwnnw* Mab. 3, 301. *niuer a hwnnw* Mab. 1, 16. *yr amser hunnu* (contra fem. hibern. *aimser*) Leg. praef. Plur. *-ed, -oed* (hod. *-oedd, -odd*): *dyfred* (contra *llestri,* vasa, p. 230), *niueroed, amseroed* (p. 298).

OR primitiva correpta rarior est, forsan in cambr. *ragor* (praegressio) Mab. 2, 36, in corn. *sichor* (siccitas), *glibor* (humor) Vocab.

UR obtinere videtur in frequentibus substantivis cambricis desinentibus in *-ur, -wr* vel *-iur, -ywr*: *guylur, gwylwr* (vigilator) Leg. 1. 37. 1. Mab. 1, 32. *twyllwr* (deceptor) Mab. 1, 26. 32. *bratwr* (proditor) Mab. 1, 26. *yspeilwr* (spoliator) Mab. 1, 37. *yslipanwr* (politor) Mab. 2, 228. *gellyngwr* (dimissor) Mab. 2, 227. *treissiur* (oppressor) Leg. 2. 11. 50. *yspyttywr* (hospitii fundator, gubernator) Mab. 1, 37. Sed tractantur haec veluti composita cum subst. *gwr* (vir), plur. *gwyr*: *reyhur, reythur* (vir legis, judicii), plur. *reythuyr, reihtwyr* Leg. 2. 8. 4. *amodur* (pactor, e subst. *ammod,* pactum, ibid.), plur. *amoduuir* Leg. 2. 8. 1. *milwr* (miles) Mab. 1, 7, plur. *milwyr* Mab. 2, 231. 235. *ryswr* (vir ferus, heros) Mab. 2, 236. 243, plur. *rysswyr* Mab. 2, 245. Pro derivatione tamen certare videntur tam vetusta jam nomina Vecturius, Vecturiones, Mammurius (de quibus cf. p. 180), quam formationes cambricae: *Arthur* (n. propr., hibern. *Artur*) fq. et cum *i: milwryeid* (militaris) Mab. 2, 24. *popuryes, pophuryes* (pistrix; masc. hod. *pobwr,* pistor) Leg. 1. 31. 8. *golchuryes* (lotrix; cambr. hod. *golchwr,* lavator) Leg. 1. 31. 11; 42. 1. *kennadwri* (legatio) Mab. 1, 280.

Praeter has simplices memoranda est amplius duplex formula -T-R in quibusdam variationibus obvia, cum praecedente vocali brevi mares significans in supra allatis *gualatr, gualatyr, gwaladyr* et *kelydr, kyledyr,* quibus addo hic *aradar, arader* (aratrum; cambr. hod. *arad, aradr*, armor. *arar)* Vocab. *tarater, taradyr*

(terebra; cambr. hod. *taradyr* masc.) gl. Oxon. Leg. 2. 1. 4. *paladar, paladyr* (hasta) Leg. 2. 1. 65. Mab. fq. Porro cum vocali producta in cambr. *amherawdyr,* transsumto lat. *imperator,* juxta quod tamen ponendum est vernaculum *llywawdyr* (gubernator).

Cornica hujusmodi etiam occurrunt in Vocab.: *piscadur* (piscator), *ruifadur* (remex, nauta), *cuscadur* (dormitor), concordantia cum hodiernis cambr. *pascadur* (pabulator), *pennadur* (princeps). Armoricum porro exemplum videtur *penedour* (afflictione gravatus: *castizet ha loffr meurbet ha penedour*) Buh. 196, 21.

Armorica contra alia substantiva desinentia in *-adur* abstracta sunt e verbis formata, ita ut haec terminatio e lat. et roman. *-atura, -tura, -iture* orta videri possit, e. gr. in his: *pligadur* (voluntas, beneplacitum) Buh. 40, 1. 48, 23. *crœadur* (creatura, infans) 48, 24. 100, 20. 102, 7. Hodierna ita terminata masculina sunt, ut *breinadur* (putredo), *gwaskadur* (compressio), et addita *-ez* (= cambr. *-aeth*) fiunt feminina, e. gr. *deskadurez* (institutio), *berradurez* (breviatio).

Quaeritur inde, nonne ea terminatio sit variata secundum romanicam e cambrica et armorica primitiva TER, DER, formante abstracta item masculina, non e verbis quidem, attamen ex adjectivis. Cambrica exempla: *cochter* (rubedo), *gwynder* (albedo) Mab. 1, 257. *iawnder* (aequitas) 2, 21. *kyflawnder* (plenitudo) 2, 33. *blinder* (fatigatio) 2, 19. *dogynder* (sufficientia) 2, 27. 40. *balchder* (superbia) 2, 7. *amylder* (varietas) 2, 20. 27. *cymedrolder* (vicissitudo) 2, 8. 32. Est hujus etiam variatio cambrica TRA: *esmwythder, esmwythdra* (luxuria, laetitia) Mab. 2, 32. 34. *gwychdra* (strenuitas) 2, 66. *ehouyndra* (intrepidus animus) 3, 153. Ob subst. armor. *tra* (res) quaeritur, annon possit statui compositio, non solum in his, sed etiam in illis vocabulis.

Cornica: *gwander* (debilitas) Pass. 68, 3. 171, 3. 173, 4. *tunder*, *tomder* (calor) Vocab. Pass. 58, 3. Armor. *hirder* (longitudo) Buh. 12, 17.

c) Cum vocalibus productis derivantis *r* formula frequentior est ÂR in substantivis generis masculini plurimam partem.

Cambrica exempla: *callaur* (hod. *callawr*, plur. *callorau*, masc., sed fem. armor. hod. *kaoter*, pl. *-iou*, et jam *caldaria* ap. Greg. Tur. de glor. conf. c. 98, ital. *caldaja*, gall. hod. *chau-*

dière) Juvenc. Cantabrig. *hestaur* (sextarius; hod. *hestawr*, pl. *hestorau*, feminini generis in lexicis) gl. Oxon. Viros significantia: *pispaur* (leg. *pippaur?* tibicen) gl. Oxon. *heussawr* (pastor), *porthawr* (portarius; hod. *heusawr, porthawr*, pl. *-orion*) Mab. 1, 1. 2, 201. 215. 216. *carcharawr* (captivus) 1, 254. 2, 231, plur. *karcharoryon* (p. 294) Mab. 2, 372, concordantia in forma et flexione cum adj. in *-aul, -auc* (p. 294). Compositum cum subst. *awr* (hora) videtur *neithawr* (nuptiae; hod. *neithiawr, neithior* fem.) Mab. 2, 221. 223.

Cornica in *-or* e Vocab. (in quo etiam *-oc* est pro *-auc*): *caltor* (cacabus; = cambr. *callaur*), *bathor* (numularius), *maidor* (caupo), *haloinor* (salinator), *harfellor* (fidicen), *darador* (ostiarius). Sunt etiam desinentia in *-ior* in eodem: *redior* (lector), *grauior* (sculptor), *heirnior* (faber, ferrarius), *teleinior* (citharista). Sed quaeritur, annon haec et antecedentium aliqua conveniant cum cambricis *-wr, -ywr*.

Armorica in *-er* (p. 113) e Buh.: *diner* (denarius), *piler* (pila; hod. *diner, pillier* masc., pl. *-ou*) 54, 12. 162, 2. Viros significantia: *barner* (judex) 152, 7. *noter* (notarius) 156, 22. *croeer, crouer* (creator) 22, 11. 90, 15. 124, 20. 176, 1. *diuiner* (divinator) 82, 22. Plur. *-erien* (p. 295).

Formula EIR in subst. *llesteir* (impedimentum; hod. *llestair* masc., plur. *llesteiriau*) Mab. 1, 5 convenit cum derivante *-ein*. Cambr. vet. *caitoir* (pubes) gl. Oxon. est *kedor* in Leg. 2. 1. 27, hodiern. *cedawr, cedor* masc., armor. *kezour, kaezour;* corn. *ulair* (gl. peplum) Vocab. cambr. hod. *uliar* masc.

d) RR derivans non occurrit.

2. Derivatio spirantium.

Praeter S praevalentem in derivatione inter spirantes etiam J et V derivantes in pluribus formulis ostendunt jam nomina gallica vel britannica vetusta (p. 745. 746). Utramque hanc derivantem adhuc cambrica lingua servat.

J derivantem licet statuere in terminatione plur. *-eion*, e. gr. in *gwesteion* (hospites) Mab. 1, 271, quod nostra scriptione esset *gwestejon*, e *gwestei*, vel ut hodie scribunt *gwestai*. Sunt hujus derivationis nomina virorum vetusta cambrica in *-ei* desinentia

jam supra prolata (p. 148), convenientia cum vetustis gallicis in *-ejus*, *-eja*. Ejusdemque sunt etiam hodierna non infrequentia appellativa in *-ai*, plur. *-eion*, masculina: *gwestai* (visitator, hospes), *blotai* (farinarius, mendicus farinae), *cardotai* (mendicus), interdum etiam communis generis: *magai* (nutritor, nutrix), *dyhuddai* (pacificator, pacificatrix). Amplius propagantur in *-eiad*, *-eiaeth* etc., et ipsa ante se habent verba denominativa in *-a*, *-aw*, ut *gwesta*, *dyhuddaw*.

V, in duabus praecipue formulis AV et IV persistens, derivans et fungens consonae munere bene perspicitur in duplici derivatione *-awic*, *-ewic*, e. gr. in *Lletewic*, *Lledewic* (e Letavia oriundus, = Litavicus Caes.; plur. *Letewicion** ap. Nennium) Mab. 2, 238. 239. 242, e *Llydaw* (Letavia, Britannia armorica). Eodem modo formari potest *Cernywic* e *Cernyw* Mab. fq., nomine regionis Cornubiae, et nomine item locorum, i. e. Cornoviae (cf. Durocornovium, Brit. loc., Itin. A., juxta quod tamen legitur etiam nomen *Κορναούιοι*, pop. Brit., ap. Ptol.), cujus *-ov* in recentiore lingua transiit in *-iv*. Simplex, indeque finalis, utraque derivatio exstat in pluribus exemplis, vetustis praesertim nominibus, tam cambricis quam etiam armoricis, jam supra enumeratis (p. 150), in formis *-au*, *-iau* (lat. *-iavus*), *-iu* (lat. *-ivium*), quae hodie sunt *-aw*, *-yw*.

S derivans. *a*) Annexa radici: cambr. *camse* (camisia) Mab. 2, 218, corn. *cams* (gl. alba) Vocab.

b) Simplex accedens cum vocalibus correptis, quarum *a* et *u* sunt frequentiores. Si sequitur flexio vel alia derivatio, duplex apparere solet, ita ut dubium esse possit, an statuenda sit derivatio geminata SS, ut *nn* in exemplis derivantis *n*, *nn* (p. 793). Videtur tamen magis simplex obtinere hic, si conferuntur exempla *s* et *ss* alternantis supra prolata (p. 141).

AS in substantivis femininis abstractis e substantivis nec non

* A vetusto interpolatore Cambro: nos illos, Britones armoricos, vocamus in nostra lingua *Letewicion*, id est, semitacentes, quoniam confuse loquuntur. Nenn. ap. Gale c. 23, Nenn. et Gild. ed. San-Marte p. 44, not. (cf. Mab. 3, 275. 294). Est falsa interpretatio e cambr. *lled* (semi-, dimidius), et *tewi* (tacere).

in adjectivis. Cambrica substantiva e Mab.: *dinas* (munitio, oppidum: *yr dinas honn* Mab. 1, 290) 1, 16. *vrdas* (honor, dignitas) 3, 298. *kymmwynas* (communicatio) 2, 12. *kyweithas* (societas) 1, 23. *kedymdeithas* (societas) 1, 236. 261. *galanas* (caedes, homicidium) Leg. fq. *priodas* (nuptiae) Mab. 1, 21. *teyrnas* (dominium) 1, 247. 3, 297. 298. Duplicata scriptio spirantis in plur.: *dinassoed* Mab. 3, 274. 298. *teyrnassoed* 3, 298. *gwintasseu* (calces) 3, 265; in verbo denominativo: *ymgedymdeithassu* (associari invicem) 3, 149. Cornica: *cowethas* (societas; = cambr. *cyweithas*) Pass. 110, 2. 186, 4. *dyskas* (doctrina) 79, 1.

Adject. corn. *ogas* (vicinus) Pass. 19, 4. 140, 2. 189, 3. 200, 1, pro quo cambr. *agos* (hibern. *acus*). Occurrit tamen eadem terminatio in nominibus virorum cambricis, e. gr. *Gildas* Mab. 2, 22. 391.

ES in cambricis collectivis generis feminini: *llyghes, llynghes* (classis; e *llong,* navis) Mab. 3, 264. 269. 300, e quo nom. pr. *Lyggessauc* Lib. Land. 140. *dauattes* (grex ovium; *dauat*) Mab. 2, 215. Porro in *llawes* (manica; hibern. vet. *lámos,* e *lám,* manus) Mab. 3, 269, plur. *lleuys* (hod. *llewys*) Leg. 1. 12. 6: *neges* (negotium: *y neges honno* Mab. 1, 260), plur. *negesseu* Mab. fq., *nekesseu* Leg. 1. 13. 14. *gormes* (afflictio, infortunium) Mab. 1, 293. Est disjungendum ab his et generis masculini cambr. corn. armor. *maes* (campus, planities; e simpl. *ma, mag,* p. 5 not.).

IS in substantivis cambricis: *ynys* (insula; fem.: *yr ynys honn* Mab. 1, 246) Mab. fq., plur. *ynyssed* Mab. 2, 391. *euullys, ewyllys* (voluntas; hod. *ewyll, ewyllys,* masc.) Leg. 2. 11. 38. Mab. 2, 24. 26. *gregys* (cingulum; hod. *gwregys* masc., plur. *-au*) Leg. 2. 6. 41. In adjectivis: *dilis, dylis* (hod. *dilys,* certus, securus; hibern. vet. *díles*) Leg. 2. 1. 54; 5. 2. *hyspys* (manifestus, certus) Mab. 1, 7. 11.

OS: corn. *airos* (puppis; hibern. vet. *eross*) Vocab. Cambr. subst. *kyfagos* (vicinitas) Mab. 1, 3. 31. 236, adj. *agos* (vicinus) Mab. 1, 24. 25. 239.

US et IUS, frequentes terminationes, formantes adjectiva praesertim e substantivis. Cambrica: *goualus* (tristis; *goual*) Mab. 1, 244. *agkyghorus* (demens, sine consilio; *cyghor*) 2, 54. *gorawenus* (triumphans; *gorawen,* gaudium) 2, 385. 386. *galarus* (miser; *galar*, miseria) 1, 272. *enrydedus* (honorabilis; *enryded,*

honor) 1, 33. 263. *ryuygus* (arrogans) 1, 242. 249. 253. *llwydyannus* (prosper, felix) 2, 27. 3, 297. *cywelydyus* (inhonestus; hod. *cywilydd*, pudor) 1, 244. Compar. *iachussach* (magis sanus) Mab. 3, 271 ex *iachus* obvio pro *iach* (sanus).

Cornica et armorica: *badus* (lunaticus), *gothus* (superbus; *goth*, superbia) Vocab. *anafus*, *anaffus* (perturbatus, sollicitus; *anaf*, perturbatio, 58, 19) Buh. 56, 19. 126, 14. *quenedus* (formosus) 148, 9. *morchedus* (tristis, infelix) 126, 9. 13. *flerius* (foetidus; *flair*, odor, Vocab.) 68, 13.

Addi poterunt etiam substantiva quaedam cambrica desinentia in *-ws: drws* (janua; cf. corn. *darat*, ostium, Vocab., et hibern. vet. *doirsib*, gl. portis, Ml. 27[b]) Mab. 1, 15. 250. *madws* (tempus impletum, opportunitas) Mab. 1, 33.

Subjungo his omnibus terminationem frequentissimam ES formantem substantiva feminina e masculinis, in qua magis geminata liquida derivans statuenda videtur ob lat. *-issa* et gall. hod. *-esse*.

Cambrica exempla: *kor ar gorres* (pygmaeus et pygmaea, *corres* 1, 241) Mab. 1, 243. *unbennes* (domina; masc. *unbenn*) 1, 14. 289. *iarlles* (comitissa) fq. *arglwydes* (domina; *arglwyd*) 1, 17. 251. *marchoges* (eques femina) 1, 255. 294. *manaches* (sanctimonialis) 1, 251. *amherodres* (imperatrix; *amherawdyr*) 1, 280. *camraes, camaraes* (Cambra) Leg. 2. 1. 58; 59; 61. Occurrit et IES: *pophuryes* (pistrix; hod. *pobwr*, pistor) Leg. 1. 31. 8. *golchuryes* (lotrix) Leg. 1. 31. 11. Plur. *mynachesseu* Mab. 1, 252.

Cornica e Vocab.: *caites* (serva), *laines* (nonna), *ruifanes* (regina), *arludes* (domina), *manaes* (monialis), *canores* (cantrix), *rediores* (lectrix), *hvirnores* (crabro) etc. E Pass.: *migternes* (regina) 226, 2. *pehadures* (peccatrix) 32, 1.

Armorica: *heizes* (cerva) Buh. 30, 19. *guerches* (virgo) 18, 16. 22, 7. 44, 9. 46, 2, pro quo *guerchez* 92, 19. *leanes* (sanctimonialis) 18, 2. 20, 8. 12. 22, 5. *Bretones* (Britanna) 140, 3. Addita etiam adjectivis invenitur interdum: *santes, senctes* (sancta) Buh. 46, 2. 140, 3. *brases* (praegnans; adj. *bras*, magnus, crassus) 74, 20. 92, 6, unde particip. *brasesset, braseset* (impraegnata) 42, 20. 46, 14. Hodierna scriptio armorica est *-ez*.

c) Cum producta vocali formula ÊS, ÎS proponi debet ob substantiva et adjectiva quaedam.

Substantiva collectiva in *-wys*, armor. *-is*, jam supra memorata sunt (p. 299). Discrepant cambrica fem. in *-uys*, *-wys* (forsan composita cum obsoleto substantivo): *mamuys* (maternitas; hod. *mamwys*) Leg. 2. 1. 59. *rackuys* (praecedentia; hod. *rhagwys*) Leg. 2. 2. 1.

Adjectiva cambrica: *tuscois* (gl. tuscus) gl. Oxon. *amdyfrwys* (aquosus; *dwfr*, aqua) Mab. 3, 265. 269.

ÂS subest formae cambricae subst. *achaws* (causa; hod. *achos*, pl. *-osion*, masc.) Mab. 2, 35. 3, 98. 300, dum in hibernica *accuis* (p. 173) brevis vocalis obtinere videtur.

3. Derivatio mediarum.

B derivans in paucissimis vocibus certa est, e. gr. in subst. cambr. *cledyf*, plur. *cledyfeu* (gladius) Mab. fq., armor. *clezef*, *clezeff* (hod. *kleze* masc., plur. *klezeier*, p. 295) Buh. 90, 10. 152, 3 ob hibern. vet. *claideb*, et in adj. *araf* (mitis, placidus), unde verb. *arafhau* (quietum esse, quiescere) Mab. 2, 381, si conferuntur vetusta nomina gallica virorum Arabus, Intarabus, et fluviorum Arabo, Arar (p. 14, not., et 751). De aliis dubium est, utrum huc pertineant, an ad *m* derivantem: *guanaf* (horreum, series; hod. *gwanaf* fem., pl. *-au*) Leg. 1. 35. 9. *kynnedyf* (habitus, consuetudo; hod. *cynneddyf* fem., pl. *cynneddfau*) Mab. 1, 276. 2, 50. 208. *twryf*, *twrwf*, *kynnwryf* (tumultus; hod. *twryf* masc., pl. *tyrfodd*) Mab. 1, 8. 13. 29. 290.

D multo frequentior est in derivatione, praecipue cum vocalibus correptis *e*, *i*, rara tamen etiam cum ceteris et cum productis. Correptae formulae conveniunt cum hibernicis *-ad*, *-ud*. Non vestigium est tamen flexionis derivativae ordinis secundi declinationis, e. gr. in *tene*, gen. *tened* (ignis), quod est cambrice *tan*. Ad comprobandam *d* primitivam, non ortam destitutione, addentur exemplorum hodiernae scriptiones cambricae cum *dd*.

ED in substantivis abstractis ex adjectivis; pauciora sunt diversae originis. Cambrica sunt masculina: *culed* (macies; hod. *culedd* e *cul*, macer), *cared* (amor; *caredd*), *criched* (ruga; *crychedd*) in glossis Oxon. *bicoled* (vecordia; cf. hod. *bwgwl*, mina-

tio, *bygylu*, terrere) in glossis Lxb. E Mab.: *mawred* (magnitudo; hod. *mawredd*) 1, 10. *goruoled* (triumphus, gaudium; hod. *gorfoledd*) 2, 31. *amgeled* (sollicitudo; *amgeledd*) 2, 37. 39. *diwed* (finis; *diwedd*, hibern. vet. *dead, diad*) 1, 3. *dewred* (valor, fortitudo; *dewredd*) 1, 3. 247. 273. 2, 29. *trugared* (misericordia; *trugaredd*) 2, 376.

Inter glossas Oxonienses cum eadem terminatione etiam occurrunt subst. *emed*, pl. *emedou* (aes), adj. *celmed* (efficax), quae hodie sunt *efydd, celfydd*.

Armorica quaedam huc pertinentia: *diuez* (finis) Buh. 102, 16. *bihanez* (parvitas; cambr. hod. *bychanedd*) 72, 11. 182, 13. *truez, truhez, trugarez* (misericordia) 80, 13. 106, 2. 120, 2. 122, 4. 194, 19. *guirionez* (veritas) fq. In hodiernae linguae lexicis invenio *divez, bihanez* attributa generi masculino, sed feminino *trugarez, gwirionez*. Feminina sunt etiam hodierna exeuntia in *-elez, -igez, -egez* ex adjectivis in *-el, -ik, -ek*, e. gr. *santelez* (sanctitas), *pinvidigez* (opulentia), *gwiziegez* (scientia), transducta in hoc genus, ut videtur, confusione cum derivatis in *-ez*, cambr. *-aeth*, primitus femininis, ni omnino sunt referenda ad hanc derivationem.

ID in substantivis cambricis significantibus viros exercentes artem vel officium: *medyd* (coctor mulsi; hod. *meddydd*, plur. *meddyddion*) Leg. 1. 17. 1. *kynyd*, plur. *kynnydyon* (venator; hod. *cynydd*) Mab. 2, 209. 225. 244. *melinyd* (molitor; *melinydd*) Mab. 1, 278. 279. Cornica ita terminata scribit cum tenui more suo (p. 164) Vocab.: *piphit* (tibicen), *brodit* (judex; subst. *brawt*, judicium), *pridit* (poëta; cambr. hod. *pibydd, prydydd*). Quod item invenitur etiam in Leg.: *kenyt* (venator) Leg. 1. 16. 1. *medyt* (medi coctor), *hebogyt* (falconarius) 1. 1. 1. *kanhuyllyt, kanuyllyt* (candelarius) 1. 1. 1; 9. 25. Addenda est his formula duplex ETID, ITID (hod. *-edydd, -iedydd; an ex -iatid?*): *llemhidyd* (saltator) Mab. 2, 209. *Medyr vab Methredyd* (Jaculans filius Jaculatoris; n. propria, cf. p. 97) 2, 211, unde rectius etiam *dremidyd* erit ibidem 2, 208: *Drem vab Dremidyt* (*drem*, visus, lux, 2, 221).

Item in aliis substantivis masculinis etiam significantibus res: *estid* (gl. sedile, gl. theatrum; cf. verb. hod. *eistedd*, sedere), *gubennid* (cervical; *gobennyd*, pl. *gobennydyeu* Mab. 1, 2. 4, hod. *gobenydd*, pl. *-yddau*) in glossis Oxon. E Mab.: *mynyd*, pl. *mynyded* (mons; *mynydd*, pl. *-odd*, p. 298) 1, 11. 27. 288. *be-*

dyd (baptismus; *bedydd*) 1, 265. 266. *crefyd* (religio; *crefydd*, hib. vet. *crabud*) 1, 16. *emennyd* (cerebrum) 1, 13. *cynnyd* (augmentum, valor; *cynydd*) 1, 262. *defnyd* (figura, materia) 2, 219. *llewenyd* (gaudium; *llawenydd*) 2, 31. *lleueryd* (sermo, oratio; *lleferydd*) 2, 240. *lluossyd* (multitudo) 2, 27. *kerennyd, karenhyd* (amicitia, favor; hod. *carennydd*) fq.

Cornice ut armorice vocalis *e* obtinere solet, et cornice etiam obliterari media, ut *b* in *cleze* (gladius), etiam in his: *lowenny, lowene* (gaudium; cambr. hod. *llawenydd*) Pass. 30, 1. 65, 2. *cerense* (amor; cambr. *carennydd* = *cerentid, carantid*) 58, 4. 223, 3. In aliis tamen servata est: *meneth*, plur. *menythyow* (mons) Pass. 16, 1. 170, 1. *deweth* (finis) 40, 4. Armorica exempla: *badez* (baptisma) Buh. 52, 6. *leuenez* (gaudium) 46, 17. 146, 3. 5. *carantez* (amor) 34, 7. 36, 11. 52, 10. 110, 4. Hodierna haec in *-ez* sunt generis feminini.

Eandem terminationem exhibet etiam adj. cambr. *newyd* (novus; hod. *newydd*) Mab. 1, 3, corn. *newyth* Pass. 107, 4. 233, 2, armor. vet. *nowid* (cf. p. 107), recent. et hod. *neuez, nevez*.

UD in voce cambr. *muchud* (lapis niger; hod. *muchudd* masc.) Mab. 1, 251. 257. 283.

Producta vocalis *ê* derivans cum hac media non satis certa est, quia cambr. vet. *notuid* (acus; hod. *nodwydd, nydwydd* fem., pl. *-au*, armor. *nadoz*, pl. *-osiou*) gl. Oxon. solvi poterit in *not-u-id*, et cambr. *arglwyd* (dominus; hod. *arglwydd*, pl. *-i*) Mab. fq., corn. *arlut, arluth* Vocab. Pass., putari compositum.

EID (hod. *-aidd*) formantis adjectiva, ita ut videatur derivatio, infra proferentur exempla inter composita, quia est suae propriae radicis.

G derivans infectione perdita statui debet in vocibus quibusdam, e. gr. n. propr. viri *gelhi* in cod. Lichfeld., quod ibidem etiam scribitur *gelhig*, in particula *gwedy* (post, postea) e vet. *guetig*, et supponi possit aliis terminatis a vocalibus. Non dubia est *g* primitiva derivans in verbis denominativis cambricis in *-aam, -aaf*, si comparatur hibernica horum forma (p. 756). Vetusta exempla jam enumerata sunt (p. 498), quibus addo hic item factitativa e Mab.: *ef agadarnhaei* (ipse affirmabat; i. e. fir-

mum fecit, ex adj. *cadarn*) 3, 301. *ac ae hofnockaei yn gymeint* (et terruit eos ita; i. e. timidos fecit, ex adj. *ofnawc*) 3, 299. Non diversae formae sunt neutra denominativa congruentia cum hibernicis in *-igim: megys ygnottayssei* (ut consuetus erat) Mab. 3, 304. *hyt trabarhaawd yoes* (donec durabat vita ejus) 3, 299. *ny cheit byth trabarhaei bwyt a llynn* (non caperetur unquam, castrum, donec duraret cibus et potus) 1, 252. *tristau, arafhau* (tristem, quietum esse) 1, 26. 2, 381. Sunt armorica hodierna ejusmodi verba ex adjectivis vel substantivis: *bihanaat* (deminuere, parvum facere vel fieri), *c'hoantaat* (desiderare), *peoc'haat* (pacificare).

Mediarum derivantium connexarum exempla rariora sunt etiam cum liquida nasali. MB et ND substituendae sunt formis infectis hod. cambr. *colomen* (columba) cum nota singularitatis e *colom*, et *ysgrifenu* (scribere), *ysgrifenwr, ysgrifenydd* (scriptor), corn. *scriuiniat* (scriptor) Vocab., si confertur hibern. vet. *scríbend.* Integra servata est sola formula NG frequentior etiam in cambricis vocibus: *ynhustyng* (susurrans; hod. *husting*, sibilare, ex *hust*, susurrus) Mab. 2, 54. *teilyngdawt* (dignitas) Mab. 3, 298 ex adj. *teilwng* (dignus; cf. hibern. vet. *tualang*); praesertim in verbis (cf. p. 518): *gellwng* (dimittere), *gestwng* (submittere), *hebrwng* (comitari, conducere) Mab. 1, 7. 31. 3, 145. E verbo *hebrwng* tamen derivatum corn. *hebrenciat, hebrenchiat* (dux) Vocab. indicare videtur potius tenuem.

4. Derivatio tenuium.

P derivans rarior ceteris in paucis his formulis occurrit.

EP in substantivis cambricis: *h:::nep* (facies) gl. Oxon., *huynep* Leg. 1. 2. 3, *hwyneb* Mab. 1, 240, alibi *gwyneb*. *motrep* colligi debet e plur. *modreped* (materterae; cambr. hod. *modryb*) gl. Oxon. Idem subst. corn. *modereb* occurrit in Vocab., et armor. *enep* (facies) in Buh. 124, 7.

Frequentiores sunt duplices formulae TAP, TEP, INEP, abstracta formantes ex adjectivis: *kyweirdeb* (apparatus), plur. *kyweirdabeu* (etiam hodie *-dab* et *-deb*) Mab. 1, 5. 15. 237. 238. *kyssondeb, anghyssondeb* (harmonia, disharmonia) Mab. 2, 21. 46. *gwylltineb* (feritas) Mab. 1, 236. Sunt masculina haec in ho-

dierna lingua, ut *gwyneb* (facies), *godineb* (fornicatio), *cyweirdeb, cysondeb* etc.

IP in adj. cambr. *kyffelyp, kyffelyb* (similis; e *kyfal, cymal*) Mab. 1, 5. 23. 247.

T cum sequente tenui frequentius inservit derivationi. *a*) Accedens sola per se non intermedia vocali: cambr. *clot* (*clo-t,* gloria; hod. *clod* fem.) gl. Lxb. Mab. fq. *aperth* (victima; = *atber-t,* hod. *aberth* masc.) gl. Oxon. In vocibus obviis in armoricis vetustis nominibus compositis *-cart, -gent,* pro *carat, genet,* et in formulis *-tît, -tât* etc.

b) Accedens cum vocalibus correptis. AT in substantivis masculinis cambricis: *cannat* (vas) gl. Oxon. *llygat*, pl. *llygeit* (oculus) Mab. 2, 220. 385. *dillat, dyllat* (vestimentum) Leg. Mab. fq. Item in armor. *lagat, laguat* (oculus; hod. *lagad* masc.) Buh. 104, 16. 106, 12. 120, 5, corn. *lagat* Vocab. IAT (hod. *-iad,* pl. *ieid*) derivans item cambrica masculina e verbis, interdum nominibus: *guiliat* (qui videt), *orgiat* (gl. caesar; i. e. qui caedit) in gl. Oxon. *grefiat* (notarius) cod. Lichfeld. *rodiat, rodyat* (dispensator) Leg. 2. 1. 28; 4. 8. *meichat, meichiat* (pastor suarius) Mab. 2, 198. Cornica e Vocab.: *cheniat* (cantor), *vurcheniat* (incantator), *renniat* (divisor), *brenniat* (proreta), *helhiat* (persecutor), *scriuiniat* (scriptor), *guirleueriat, gouleueriat* (veridicus, falsidicus; dictor, qui dicit), *hebrenciat, hebrenchiat* (dux). Eadem forma in n. propr. virorum armoricis: *Winmochiat, Anbudiat* Chart. Rhed. 1, 17. 2, 21.

Sunt ejusdem terminationis (hod. *-iad,* pl. *-iadau,* masculina, quaedam etiam feminina, e. gr. *caniad,* pl. *-iadau* cantus) abstracta cambrica e verbis: *caryat* (amor) Mab. 1, 17. 21. 37. 2, 34. 35. 3, 300. *gwydyat* (cognitio) 3, 300. *dyuotyat, dyuodyat* (adventus) 2, 15. 23. 3, 300. *kymellyat* (conditio) 2, 24. *kanhyat, kennyat* (permissio) fq. *edrychyat* (inspectio) 1, 29. Eandem formam derivationis et numeri ostendit jam inter glossas Lxb. *guiltiatou* (gl. tonsurae) e subst. *gwallt* (caesaries).

Rariora sunt abstracta terminationis *-at.* Cambrica: *kennat,* pl. *kennadeu* (hod. *cennad* fem., pl. *-adau,* missio, itemque legatus) Mab. fq. *cawat* (tempestas; hod. *cawad* fem., pl. *-adau*)

Mab. 1, 8. 23. Corn. *anuabat* (sterilitas) Vocab. Armor. *barat* (perfidia; hod. *barad* masc.) Buh. 170, 10.

Rara etiam sunt adjectiva derivata in *-at: guilat* (hilaris) gl. Oxon. *girat* (lamentabilis) Mab. 1, 16. 3, 302. *gwastat* (planus, aequus), *anwastat* (iniquus) Mab. 1, 31. 238. 2, 372.

Ex hac formula infectione orta (cf. p. 99) putanda est cambrica EIT formans substantiva et adjectiva e substantivis. Substantiva significantia quantitatem quam capit nomen, a quo fit derivatio: *carreyt* (currus plenus, quantum currus capit; e *carr*) Leg. 2. 1. 34. *kawgeit* (quantum capit lanx; *cawc*) Mab. 1, 8. 13. *dyrneit* (manipulus, quantum manu capitur; *dwrn*) Mab. 1, 238. *corneyt* (cornu plenum), *gocreyt* (quantum cribro continetur; *goger*) Leg. 1. 8. 6; 12. 16; 35, 14. *ffioleit* (quantum capit calix), *arffedeit* (sinus plenus) Mab. 2, 59. 373. *kerwynet, kerwyneit* (quantum continet cupa) Mab. 3, 302; praeterea *lloneit* (plenitudo, quantum implet) Leg. Mab. Alius significationis substantiva ita derivata rariora sunt, e. gr. *ireit* (unguentum: *ar ireit hwnn*) Mab. 1, 27.

Genus fluctuasse videtur in his. In chartis medii aevi legitur non solum *carrata, carrada* (quod currus capit, = cambr. *carreit*), sed etiam *carretum, carrotum, carradium* (cf. Cangium s. v.). Invenitur feminina constructio in Mab. 2, 59: *y ffioleit honn,* dum cambrica hodierna in *-aid* sunt masculina, ut *carraid* e *carr* masc., *cerwynaid* e *cerwyn* fem. Mire hodierna armorica lingua, quae servat terminationem *-ad* (= *-at*), genus primitivi etiam transfert in derivatum, e. gr. e masculinis *karr* (currus), *dourn* (manus), *boutek* (labrum) formans masculina *karrad, dournad, boutegad*, e femininis *bag* (scapha), *loa* (cochlear), *leur* (area) feminina *bagad, loiad, leuriad.*

Adjectiva eodem modo derivata e nominibus metallorum leguntur cambrica: *eureit* (aureus) Mab. fq. *aryanneit, aryannhyeit* (argenteus) Mab. 2, 200. 3, 264.

ET frequens in substantivis masculinis abstractis, derivatis ex adjectivis, e quibus alia exempla jam enumerata *-ed* (hod. *-edd* masc.) offerunt. Cambrica exempla e Mab.: *isset* (profunditas) 3, 299. *uchet* (altitudo) 2, 233. 3, 273. *duet* (nigredo), *cochet* (rubedo) 1, 257. *daet, dahet* (bonitas, virtus) 1, 4. 252. *ysgawnet* (levitas) 2, 207. *tecket, telediwet* (formositas) 3, 145. *anhawsset* (dif-

ficultas) 2, 51. *haccret* (deformitas) 2, 207. *drycket* (malitia) 1, 267. *bychanet* (parvitas) 2, 51. *calettet* (durities) 2, 49. 51. *cadarnet* (firmitas) 1, 252. *brenhineidet* (regia auctoritas) 2, 7. Constructio masculina in Mab.: *kerdet yw hwnn* (profectio; adj. hod. *cardd*, exsul) 2, 55. *yn yr agherdet hwnnw* (in solitudine hac; hod. *cerdded*, *angherdded* masc. item) 1, 266. Sunt etiam quaedam orta e substantivis vel verbis, formantia pluralem in *-ou*: *cilcet* (gl. stratorium), *cilchetou* (gl. vela; hod. *cylched* fem., pl. *-au*, a *cylch*, *cylchu*) gl. Oxon. *cuntellet* (gl. collegium), *cuntelletou* (gl. collegia; *cynnhull*, congregari) gl. Lxb. Differt *delehedyon*, *deleedyon* (debita) Leg. 2. 1. 13 e *deleet*, hodie *dyled* item fem., plur. *dyledion*.

Armorica: *iechet* (sanitas) Buh. 46, 5. *quenet* (formositas) 38, 8. 46, 6. 98, 23. *cleuet*, *cleffet* (morbus) 174, 7. 198, 6. Hodie *ieched*, *klenved*, masc.

Eadem derivatio in cambr. adj. *calet* (durus; hod. *caled*), cujus servata tenuis in voce aucta supra allata *calettet* dupliciter scribendo notatur secundum scriptionem frequentiorem duplicatae *s* (p. 141) aeque ut in verbis quibusdam derivatis cambr. *lletratta*, *llatratta* (latrocinari; hod. *lladrata*) Mab. 3, 156. 157. 158. *parattoi* (parare, expedire) 3, 299. 300. Cornica derivata ut hactenus enumerata fluctuant in vocalibus: *clevas* (morbus) Pass. 24, 3. *luhas* (fulmen; *luvet* Vocab., armor. *luffet* Buh. 94, 1) 209, 2. *calys* (durus) 209, 4.

IT in substantivis masculinis eodem modo ut *-et*. In cambricis: *bywyt* (vita) 1, 30. 2, 216. *rydit* (libertas) 1, 30. *tristit*, *tristyt* (tristitia) 1, 5. 18. *kedernyt* (firmitas) 1, 249. 257. Constructio horum masculina in Mab.: *marw or cleuyt hwnn* (mortuus ab hoc morbo) 2, 198. *y kauarwydyt* (historia) 3, 297. Sunt masculina etiam hodierna cambrica *bywyd* (vita), *rhyddyd* (libertas) etc. Discrepat in genere et forma armor. hod. *buez*, *buhez* (vita) fem., sed concordat *cleuet*, *klenved* cum aliis jam supra memoratis.

LIT (hod. *-llyd*) obvium derivationis loco in adjectivis, ut *-eid* (p. 804), infra inter composita proferetur.

OT, UT rariores formulae nec satis certae, e. gr. in adverb. cambr. corn. *isot*, *issot* (deorsum), *uchot* (sursum; cambr. hod. *isod*, *uchod*) Mab. 2, 200. Vocab., nisi orta vocalis est ex *á*, *au*,

in subst. cambr. *kenut, kynnut* (lignum, comburendum) Leg. 1. 38. 5; 6. Mab. 1, 31. 238, armor. *burzut* (miraculum; hod. *burzud* masc.) Buh. 46, 10. 106, 19, si non composita.

c) Accedentis cum vocalibus productis occurrunt formulae sequentes.

ÂT in substantivis cambricis, verber vel plagam significans re aliqua vel instrumento, cui additur derivatio, inflictam: *cleuydawt* (ictus gladio illatus; leg. *cledyuawt?*) Mab. 2, 213. *dernaut, dyrnawt* (proprie plaga manu vel pugno facta, a *dwrn*, sed communiter ictum indicans) Leg. 1. 7. 21. Mab. fq. In lexicis hodiernae linguae notantur masculina *dyrnod, cleddyfod*, pl. *-odau*, e masc. *dwrn, cleddyf*, sed feminina *arfod, palfod, ffonod* e fem. *arf* (instrumentum), *palf* (palma), *ffon* (clava), ita ut sint ut supra enumerata armorica in *-ad*. Notantur tamen etiam masculina *gorddod, bolltod* e femininis *gordd* (malleus), *bollt* (hasta).

Sunt etiam alia ejusdem terminationis substantiva: *aylaut*, pl. *aylodeu* (membrum familiae) Leg. 1. 5. 5. *deuawt* (mos, ritus, institutio) Mab. 1, 1. *tauawt* (lingua) Mab. 1, 11. 2, 382. 388. *gwaelawt* (solum) Mab. 2, 201. 3, 302. 303. *rynnawd* (momentum, tempus vel spatium parvum) Mab. 1, 3. 6. *bracaut, brachaut, bragaut, bragawt* (mulsum) gl. Oxon. Leg. Mab. *pechawt* (peccatum) Mab. 1, 243. Sunt etiam haec diversi generis in hodierna lingua, masculina *tafawd, gwaelawd, pechawd*, feminina *aelawd, defawd*, sed pluralem omnia formantia in *-odau*.

Adjectivum primitus videtur *priawt* (proprius): *ef ehun yny priawt person* (ipse in sua propria persona) Mab. 3, 303. Inde subst. masc. *priawt* (sponsus, maritus) Mab. fq., et *priodas* (nuptiae) Mab. 1, 21. Cornica substantiva: *tauot* (lingua), *bregaud* (mulsum) Vocab. Armorica: *priet* (maritus) Buh. 126, 8. 13. *pechet*, pl. *pechedou* (peccatum) fq.

Duplicis porro derivationis formula TÂT, quae omnino convenire videtur cum lat. *-tât* (cf. hibern. vet. *-dóit*, p. 744. 768), non infrequens est. In cambricis substantivis (hod. *-dawd* masc.): *moruyndaut* (virginitas) Leg. 2. 4. 9. *guerendaut* (status puellae) Leg. 2. 1. 39. *escolectaut* (status scholaris) Leg. 1. 43. 11. *teilyngdawt* (dignitas) Mab. 3, 298. *agkemhendawt* (impudentia) Mab. 2, 65. Totum latinum videtur *kiwtawt* (civitas) Mab. 3, 298. 303. Corn. *huueldot* (humilitas) Vocab. Armor. *guerchdet*

(virginitas; hod. *gwerc'hted, gwerc'hded* masc.) Buh. 18, 8. 34, 17. 42, 3. *trindet* (trinitas) 72, 13. 98, 3. *lealtet* (legalitas) 28, 15. *vuheldet* (humilitas) 206, 17. *crueldet* (crudelitas) 92, 21.

ÊT in substantivis quibusdam, nisi statuenda compositio (cum *gwyt?*): *aelwyt* (familia, domus; hod. *aelwyd* masc., pl. *aelwydydd*) Mab. 3, 299. *morduyt, mordwyt* (femur; hod. *morddwyd* masc., pl. *morddwydydd*) Leg. 2. 1. 23. Mab. 1, 267. *breidwyt* (somnium; hod. *breuddwyd* masc., pl. *breuddwydion*) Mab. 2, 392. 3, 264.

ÎT in quibusdam alternare videtur cum *-yt,* e. gr. in *rydit* (libertas) Mab. 1, 30. *tristit* (tristitia) Mab. 1, 5. TÎT autem, concordans cum lat. *-tût,* vindicanda est substantivis abstractis e nominibus: *ieuenctit* (juventus) Mab. 1, 285. 2, 7. 29. In praef. ad Leg.: *gleyndyt* (puritas), *emendyt* (maledictio), pro *-dit, -tit;* sunt enim etiam hodie *gwendid* masc. (vanitas, e *gwan*), *calondid* (animositas).

d) Connexae derivationis hujus tenuis sunt formulae NT, ST, CT. LT derivantis unicum occurrit *dadlt* (curia) gl. Oxon.

NT cum vocalibus *a, e, i* sociata invenitur. ANT, IANT in substantivis abstractis praesertim cambricis ortis e verbis (hod. *-ant, -iant,* plur. *-annau* masc.): *carant* (amicitia) Mab. 2, 234. *porthant* (provisio, nutritio) 1, 12. *molyant* (laus, gloria) 1, 11. 2, 391. *dylyant* (meritum) 2, 378. *medyant* (possessio, vis, potentia; hod. *meddu,* possidere) Leg. Mab. fq. *codyant* (laesio, offensio) 2, 24. *gogonyant* (exaltatio, gloriatio) 2, 33. *mwynnyant* (usus, utilitas) 2, 226. In quibusdam vocibus *a* ex alia vocali orta videtur, e. gr. *ariant, aryant* (argentum; cf. gall. vet. Argentoratum) Leg. Mab. fq. *bliant* (linteum; cf. *lliein*) Mab. 1, 259. *krissant* (cristallus: *blawt y krissant,* splendor cristalli, constructio masculina; hod. *crissiant*) Mab. 1, 251.

Armorice eadem derivatio finalis substantivis non convenit, sed in adjectivis quibusdam invenitur: *truant* (miser) Buh. 128, 11. 192, 10. *friant* (deditus) 70, 12, forsan translata e romanicis, quorum sat magna copia est in eodem libro, e. gr. *neant, prudant, imprudant, plesant, presant, vaillant* etc. Conferendum est tamen in nominibus vetustis virorum compositis obvium *Roiant-* in chart. Rhed. et *Catloiant* ibid. 1, 8. 12. 55.

In cornicis substantivis quibusdam invenitur dupliciter derivans NANT: *mernans*, *marnans* (mors) Pass. 117, 2. 142, 2. 208, 2. 211, 2. 214, 2. *bewnans* (vita) 73, 2. 214, 2. 241, 1. In aliis tamen locis occurrunt *marnas* 98, 4. *bewnas* 103, 1.

Non infrequens in substantivis item abstractis cambricis generis masculini est derivatio EINT, cui primitiva *-ent* supponi potest (p. 101): *goueileint* (sollicitudo; *goual* 1, 18) Mab. 1, 5. *heneint* (senectus) 2, 29. *dremeint* (aspectus) 1, 250. *digyoueint* (indignatio) 1, 259. *diodevueynt*, *diodeiueint* (toleratio) 1, 271. 272. Addenda sunt contracta *breint* (privilegium) Mab. fq. et *meint* (magnitudo) fq., hodie item masculina *braint* (*y bryeint hunn,* Privil. eccl. Land.), *maint* (ex adj. *mawr*, contra hibern. vet. *méit* fem.). Elucet primitiva *e* e transsumtis *koveint* (conventus, monasterium) Mab. 1, 251. *twrneimeint* (torneamentum) Mab. fq., et ex aucto *brenhin* (rex) Mab. fq., *breenhin* in libro Landavensi, siquidem subjacet vetustius *breentin*, non *briantin*, *brigantin*. Sunt etiam nomina armorica virorum vetusta in chartular. Rhed. 2, 16: *Brient*, *Nodent*, *Catloient*, et vici *Serent* Mor. 305. 329; quaeritur tamen, an non subsit *i* inficiens, ut prostat in nomine *Kerentin* (= *Carantin*) ibid. 1, 37.

Vetustam eam cambricam formam cum *ei* comprobant numeralia *douceint*, *triuceint* in codice Lichfeldensi jam obvia, quibus *uceint* (*ugeint* Mab., hod. *ugaint*) subest cum terminatione *-ent* (hibern. vet. *fichet*, viginti), dum *-ant* supponenda videtur formae *trimuceint* (= hibern. vet. *-mogat*, cf. p. 327. 328) inter glossas Oxonienses.

INT in substantivis cambricis interdum: *dremynt* (visio; supra *dremeint*) Mab. 2, 64, etiam hodie *tremynt*. ONT licet supponere nominibus *dyfneint* (Domnonia) Mab. 2, 209, *Gereint* (Gerontius, p. 106. 760).

ST in formula EST occurrit in paucis vocibus (hod. *-est* masc.): *lluest* (expeditio bellica; *llu*, exercitus) Mab. 1, 261. *legest* (polypus; cambr. hod. *lluest*, *llegest*, plur. *-estau*) Vocab. *fforest* (silva, plur. hod. *fforestydd*) Mab. 1, 236, in quibus vix compositio, sed derivatio statuenda erit, ut in aliis in quibus accedit porro *r*: *elester* (*strail elester*, gl. matta), cum nota singularitatis *elestren* (carex; cambr. hod. masc. *elest*, *elestyr*, *elestren*) Vocab. Transsumta latina sunt: *menistror* (gl. pincerna; cambr.

hod. *menestru,* ministrare) Vocab., *cepister, kebyster* (capistrum) gl. Oxon. Leg. 1. 12. 6.

CT derivantis formula frequentissima est ACT, IACT, ut hibern. *-act* vel *-ect* e substantivis vel adjectivis formans abstracta generis feminini. Quod genus patet e Leg. 2. 11. 21: *duy kegheussayth* (duae defensiones) et 1. 18. 14: *or uedhecynyaet* (a medicina); e Mab. 1, 28: *dwy iarllaeth* (duo comitatus). Lexica hodiernae linguae genus masculinum ostendunt in his, e. gr. *iarllaeth, gwasanaeth, lluddedigaeth,* non tamen non femininum etiam, e. gr. in *gweledigaeth, cenedlaeth,* quae diversitas orta videtur e commixtione terminationum *-edd* et *-aeth.* Pluralis, si in usu est, addit *-au* hodie, e. gr. in *cenedlaethau* (generationes), qui idem numerus jam legitur inter glossas Oxonienses *cenitolaidou.* Est *-aid* vetustior scriptio pro *-aeth* = *-act* (p. 172).

Cambrica exempla: *iarllaeth* (comitatus) Mab. 1, 21. 235 *gwassanaeth* (servitus), *marchogaeth* (res equestris) Mab. fq. *amherodraeth* (imperium) Mab. 1, 292. Praeterea IACT: *meccnyaeth, meichniaith* (securitas, vadimonium, officium vadis), *hebokyaeth* (officium primi falconarii; scriptum saepius minus bene *-yaet*) Leg. fq. *chwedylyaeth* (nuntiatio) Mab. 1, 287. *milwryaeth* (militia) 1, 19. 21. *brenhinyaeth* (regnum) 1, 275. 291. *kynnydyaeth* (venatio) 2, 225. Leguntur etiam hujusmodi derivata ex adjectivis vel participiis: *hiraeth* (longitudo, desiderium, sollicitudo) Mab. 1, 21. 2, 29. *gweledigaeth* (visio) 1, 257. *darestyngedigaeth* (submissio, subjectio) 1, 255. *tebygolyaeth* (cogitatio, superbia; adj. *tebygawl*) 1, 240. 242. *budugolyaeth* (victoria; adj. *budicaul, budugawl,* p. 787) 2, 385. 3, 304.

Frequens etiam in Mab. verb. *marchogaeth* (equitare). Sunt porro verba denominativa *marchogaethu* (rem equestrem exercere), *gwassanaethu* (servire) Mab. fq. *medeginyaethu* (mederi) Mab. 1, 267. 2, 56.

Rarior eadem derivatio cum aliis vocalibus apparet. Locum hibernicae *-ect* cambrica *-iaeth* occupasse videtur in pluribus exemplorum modo memoratorum. Formulam OCT vix statuere licebit ob subst. *kyuoeth, kyfoeth* (potestas) Mab. fq., quia ex hibern. *cumacht* e *cumang* tantum *t* derivans patet.

Cornica et armorica exempla: *ruifanaid* (regnum), *medhecnaid* (medicina) Vocab. *morogeth* (equitare) Pass. 28, 4. *goaso-*

niez (= cambr. *gwassanaeth*) Buh. 54, 26. *baeleguiez* (clericatus) 178, 18.

Sunt feminina adhuc hodierna haec armorica: *gwazoniez, belegiez.* Et his adnumerari debebunt etiam in *-ez* exeuntia cum cumulata derivatione, non solum feminina in *-erez,* locum actionis significantia, ut *kegerez* (macellum), *baraerez* (taberna pistoria), sed etiam alia in *-erez* actionem ipsam indicantia, ut *pokerez* (osculatio), *gwalc'herez* (lavatio), quamvis haec in genus masculinum transgressa sint, eodem modo ut terminata in *-adurez* (cf. p. 797), e. gr. *berradurez* (breviatio), *diskadurez* (institutio), *magadurez* (educatio).

Magis incerta sunt, utrum huc sint referenda an ad derivationem *-ed* (cf. p. 803) desinentia armorica in *-nez, -inez, -onez, -elez* ex adjectivis: *furnez* (prudentia) Buh. 46, 12. 48, 24. 110, 1. *lofrnez* (leprositas) 196, 8. *queffrinez* (attentio) 180, 6. *guirionez* (veritas) fq. *madaelez* (bonitas) 86, 14. Obvium in Buh. 182, 10 *cristenez* significat religionem christianam; atque hodie quoque differunt *kristenez* et *kristeniez* ut germ. christenthum (religio christiana) et christenheit (communio christianorum). In hac tamen utraque voce, orta e subst. *cristen* (= cambr. vet. *cristaun,* christianus), non alia derivatio statuenda est nisi cambr. *-aeth, -iaeth.*

C derivantis britannicae frequentiores sunt formulae quaedam cum vocalibus correptis et productis.

a) Cum vocalibus correptis. AC vix exspectanda est, cum hibern. vet. *-ach* adjectiva derivans britannice cum producta vocali proferatur (p. 20. 110). In eam desinentia sola novi nomina vetusta armorica locorum e chartulario Rhed.: *Rannac, Lisranac* 1, 29. 2, 26. terra quae vocatur *Ranwinac* 2, 16. *Alarac* 2, 19. 26. plebs *Avizac* 1, 35. plebs *Malanzac* 1, 26. Item IAC: *Buiac* Mor. 340. ecclesia *Giliac* 1, 37. *Poliac,* plebs *Poilac* 1, 27. 29. ecclesia, plebs, vicus *Rufiac* 1, 38. 39. 41. 53. terra quae appellatur *Chenciniac* 1, 12. 2, 24. donavimus duas *Eriginiac tigran* et *Eriginiac Haelnou* 1, 4. plebs *Kempeniac* 1, 30. plebs *Motoriac* 1, 10. 2, 21. *Pirisiac* 1, 19.

EC in substantivis quibusdam: cambr. *redec* (cursus; hod.

rhedeg masc.) Leg. 1. 25. 5. *carrec* (lapis, rupes; hod. *careg*, plur. *ceryg* fem.) Mab. 1, 30. *gwarthec* (pecus; nom. propr. viri *gwarthegyd* 2, 243) Mab. 2, 242. 373. Cambriae fluvius *ritec* (cf. *rit*, vadum) Lib. Land. 119. Corn. *cassec* (equa; cambr. hod. *caseg*, plur. *cesyg*, fem.), *blonec* (adeps; cambr. hod. *bloneg*) Vocab. Nomen viri armor. vet. *Woletec* (cf. corn. *vuludoc*, dives, Vocab., cambr. *gwledic*) Chart. Rhed. 1, 5. 22 sequentium formularum alicui adnumerandum est.

IC frequentius adjectiva derivans e substantivis (hibern. vet. *-ech*).

Cambrica: *arbennic* (primarius, princeps; hibern. vet. *airchinnech*) Mab. 1, 241. 253. *teirnossic* (tres noctes natus) Mab. 2, 225. *pwyllic* (prudens; subst. *pwyll*), *gwenwynic* (venenosus) Mab. 1, 259. 273. *gwledic* (imperans, princeps; subst. *gwlat*, regio) Mab. fq. *ewyrdonic* (hibernicus; *iwerdon*) Mab. 2, 386. *lletewic, lledewic* (letavicus) Mab. 2, 238. 242. Pertinent ad haec nomina virorum in libro Landav.: *Budic* 123. *Meilic* 153. 154. 170. *Erbic, Eruic* 115. 153. 154. 193. *Cremic* 226. *Etelic* 150. 170. *Letric* 140. 141. Efficit duplicem ETIC, terminationem participiorum cambricam (p. 528), accedens ad solitam et simplicem notam *-et* britannicam. Plur. *-icion: Letewicion* (Armorici, p. 799), *arpeteticion* (miseri) gl. Oxon.

Cornica e Vocab.: *eunhinsic*, *camhinsic* (justus, injustus; *hins* = *hint*, via), *fadic* (profugus), *fodic* (felix). Peregrina ibidem *leic* (laicus), *cloireg* (clericus) cum *e* deficiente. E Pass. huc pertinere videtur adj. *morethek* (sollicitus; cf. p. 161).

Armorica eadem derivatio in nominibus virorum vetustis chartularii Rhed.: *Wrbudic* (cf. *Bodicus*, Britannorum comes, ap. Gregor. Tur., p. 118) 1, 21. *Kethic* 1, 49. *Cowellic* 1, 45. *Bledic* 1, 2. *Liosic* 1, 49. 52. *Pascic, Hadric* Mor. 341. Exempla e Buh.: *piuizic* (dives) 10, 4. 38, 1. *armoric* (armoricus) 148, 21. *keritic* (Ceretica regio) 28, 24. *hegredic* (amicabilis; subst. adj. *hegarat*, amicus) 154, 11. In peregrino *cloarec* (clericus) 112, 13. 118, 2. 178, 13 derivatio accomodata est ad infra sequentem *-éc*.

Rarior haec derivatio est in substantivis: cambr. *euyc* (cerva; hod. *ewig* fem.) Leg. 1. 9. 22. *ryvic* (arrogantia; hod. *rhyfyg* masc.) Mab. 1, 2. *tebic* (cogitatio), unde *tebygu* (cogitare) Mab.

fq. Corn. *euhic* (cerva), *sernic* (frutex) Vocab. In aliis *-ic* deminutiva terminatio est (p. 304).

UC occurrit in nomine regionis cambricae *Morcanhuc, Morcannhuc, Morgannhuc* Lib. Land. p. 113, *Morganhwc* Mab. 3, 189 (cf. p. 187. 782). In multis nominibus vetustis cambricis et armoricis *-oc* et *-uc* sunt pro *-auc, -âc,* sub qua formula mox sequentur exempla. In hodiernis *-wg* locum obtinet derivationis *-uch* ex adjectivis: *tywyllwg* (obscuritas), *trythyllwg* (alacritas).

b) Cum vocalibus productis. ÂC, IÂC frequentissima formula britannica, vocalem dialectice varie mutans (p. 110 sq.), adjectiva praecipue derivans e substantivis.

Cambr. vet. *-auc, -oc, -iauc,* plur. *-ocion: marchauc* (equestris, eques) gl. Oxon. *rit lechauc* (vadum lapidosum) Lib. Land. 116. *buch laethauc* (vacca lac praebens) Leg. 2. 1. 34. *pont meiniauc* (pons lapideus) Lib. Land. 234. *Brecheniauc, Pepitiauc* (nomina regionum Cambriae derivata e nominibus virorum; cf. p. 773) Lib. Land. 122. 227. 244. Inter glossas Luxemb.: *euonoc* (spumaticus), *golbinoc* (rostratus), *atanocion* (aligeri; hod. *adan,* ala). In Mab. *-awc, -iawc,* plur. *-ogyon: oetawc, oedawc* (aetate provectus) 2, 24. 32. *koedawc* (silvestris) 1, 31. 262. *aruawc* (armatus) 1, 16. 34. *mil pedwartroetawc* (animal quadrupes) 2, 207. *ki kanderawc* (canis rabidus) 2, 221. *kyuoethawc* (potens) 1, 16. 18. 272. *carrecgawc* (lapidosus) 1, 262. *llidiawc, llityawc, llidyàwc* (iratus) 1, 242. 268. 2, 385. *brenhin teithiawc, brenhin gwlat teithiawc* (rex legitimus) 2, 201. 222. *diuudyawc* (inutilis) 2, 226. Plur. *cyttirogyon* (contermini) Mab. 2, 29. *marchogyon* (equites), *cytuarchogyon* (rei equestri una dediti) 3, 298. 2, 30. *tywyssogyon* (principes) 3, 298. Fit interdum derivatio etiam ex adjectivo: *duawc* (subniger) Mab. 1, 13.

Sunt ejusdem derivationis multa nomina vetusta virorum in libro Landav.: *Camauc* 205. *Matauc* (*Madawc* Mab. 2, 243) 73. *Guallauc* (*Gwallawc* Mab. 2, 25) 254. *Guassauc* 264. *Caratauc* (*Karadawc* Mab. 2, 379. 3, 271) 71. 155. 205. 248. 261. *Lyggessauc* 140. *Cimeiliauc, Cimeilliauc* fq. In his tamen saepius derivationis vocalis deficit in *o* vel *u*: *Matoc* 194. *Matuc* 136. *Gualluc* 198. *Lounuc* 153. *Tutuc* 120. *Clotuc* 194.

Cornice *-oc* adhuc in Vocab.: *gouhoc* (parasitus, i. e. falsus), *gurbulloc* (insanus), *denshoc* (dentatus), *skientoc* (sapiens), *croi-*

noc (rubeta, i. e. pellita; cambr. *croen*, pellis, corium), *scouarnoc* (lepus, i. e. auritus), *chelioc* (gallus; cf. *cala, cale* p. 784?), *teithioc* (vernaculus), *conerioc* (demens). In Pass. *-ek, -eg: ownek* (timidus; *own*, timor) 77, 2. *marek, mareg*, plur. *marogyan* (miles; = cambr. *marchauc*) 190, 2. 243, 1. *cronek* (rubeta, bufo; ita lego secundum modo dictum *croinoc* pro *crouck* a typotheta corrupto) 47, 4. *colyek* (gallus) 49, 2. 86, 1.

Armorice item *-oc* in vetustis nominibus virorum chartularii Rhed.: *Haeloc* 1, 5. *Moroc* 1, 4. *Risoc* 1, 27. *Litoc* 1, 38. *Catoc* 1, 53. *Jarnoc* 1, 16. *Alunoc* 1, 5. 18. *Wetenoc* 1, 20. 38. *Moiaroc* 1, 4. *Loiesoc* 2, 14. 16. *Wesilloc* Mor. 331. *Tabioc* 2, 21; in nomine loci *Pascwentoc* 1, 29. Hujus derivationis item transeuntis in *-uc* exempla jam enumerata sunt (p. 112). In recentiore autem lingua facta est *-ec: hoantec* (desiderio affectus; *hoant*, desiderium) Buh. 54, 19. 108, 2. 164, 10. *baelec* (presbyter; cambr. *balawg*) 176, 5. Cf. hodierna *dantek* (dentatus), *marchek, marek* (eques), *madek* (bonus, benignus) etc.

Nec disjunxerim hodierna armorica terminata ab *-ek*, quae indicant loca, in quibus invenitur vel fit id quod significat primitivum, quamvis sunt feminina, cum primitus *bro* vel aliud substantivum femininum fuerit subintellectum, e. gr. *linek, kaolek, kanabek* (locus, ager lino, brassica, cannabi consitus), *dervennek, avalennek* (quercetum, hortus in quo sunt mali arbores), *gwennadek* (locus inserviens insolandae cerae, insolandis linteis).

Substantiva hujus formulae sunt pauca, e. gr. cambr. *hebauc* (accipiter; hibern. vet. *sebocc* Sg.) Leg. 1. 10. 7. *caiauc* (libellus) gl. Oxon. Quaeque videntur saepe substantiva, sunt primitus haud dubie adjectiva, ut *plumauc* (pulvinar) gl. Oxon., *marchawc, balawc* etc.

EIC (ut *-ein, -eit*) formula statuenda est e subst. cambr. *gurehic* (mulier; = *gureic*) gl. Oxon., *gwreic*, plur. *gwraged* (hod. *gwraig, gwreigedd*) Mab. fq., e quo verb. *gwreica* (uxorem ducere) Mab. 1, 291. corn. *gruec, grec, gurek* Vocab. Pass. armor. *gruec* Buh. 96, 7, hod. *grouek, grek*. Legitur etiam *yscolheic*, pl. *-eigyon* (scholasticus) Mab. 2, 223. 3, 157.

c) CC geminatae locus concedi debet derivanti britannicae CH, quamvis non certum est, an semper sit ex ea geminatione (p. 173), annon etiam interdum ex *s* (ut terminatio comparativi

-ach, *-och*, p. 145). Sunt obviae formulae ACH, ICH, UCH praesertim in substantivis abstractis cambricis generis masculini.

ACH: *keuedac* (leg. *-ach*, ut ibidem est *bucc* pro *buch*, *beckan* pro *bichan;* cambr. hod. *cyfeddach*, comessatio, epulae, masc., ut *cyfrinach*, secretum, *cyfeilliach*, amicitia, plur. *-achau*) Leg. 1. 19. 12. Femininum est cambr. *gwrach* (anus, pl. hod. *gwrachod*) Mab. 2, 247, corn. *gruah* Vocab.

ICH: *louich* subjacens participio praet. pass. *diguolouichetic* (gl. proditus) gl. Oxon., derivatum e simplici *lou* (p. 122), quod hodie est *llewych* (lux, splendor) masc., unde *llewychu*, *llywychu* (illuminare). Addendum est adj. adv. cambr. *mynych*, *yn vynych* (frequens, frequenter; hibern. vet. *menic*, *menicc*) Mab. fq., corn. *menough* Pass. 2, 3.

UCH formans abstracta ex adjectivis: *diffeithwch* (solitudo, desertum; adj. *diffeith*, corn. *mor difeid*, gl. pelagus, Vocab.) Mab. 1, 3. 236. *digrifwch* (oblectatio; adj. *digrif*) 2, 34. *tristwch* (tristitia) 2, 371. *yscafalwch*, *yscaualwch*, *ysgaualwch* (oblectatio; adj. *ysgaual* in *kynnysgaualhet* 2, 35) 2, 34. 35. *ynyalwch* (solitudo, regio non habitata) 1, 236. 238. *aflonydwch* (inquietudo) 2, 46. Cum pronom. masc.: *ar agkyuartalwch hwnnw* (propter indecentiam hanc; praecedit adv. *yn agkyfuartal*, indecenter) 1, 259. Addo *hedwch* (pax) Mab. 3, 305 e simplici subst. *hed* (hod. *hedd*, pax, hibern. vet. *síd*).

d) Connexa NC derivat adj. cambr. *ieuanc* (juvenis) Mab. 1, 28, corn. *iouenc*, *youonc* Vocab., *yonk* Pass., armor. hod. *iaouank*.

Connexarum LC, SC non apparent exempla. RC videtur obtinere in his: cambr. *alarch* (olor) Mab. 2, 212. *llannerch* (spatium apertum in silva) Mab. fq. corn. *elerhc* (gl. olor, cignus), *lanherch* (gl. saltus), *trulerch* (gl. semita), *luworch guit* (gl. virgultum; praecedit *lorch*, gl. virga, = *luworch?* cf. hibern. vet. *lub*, herba, frutex) Vocab., unde rectius erit *lowarch* pro *lowarth* (hortus) Pass. 233, 1. Addo armor. *quaserch* (grando; hod. *kazarc'h*, *kazerc'h*) Buh. 92, 23, et cambr. hod. *llewyrch* (illuminatio), in quibus vix statuenda est compositio ob fluctuantes vocales.

C. Derivatio consonarum multiplex.

Triplicis derivationis britannicae exempla quaedam. 1. Si praecedit ante duplicem derivationem simplex: cambr. vet. *diguolou / ich / et-ic* (manifestatus), *cre / at / ic-aul* (genialis) gl. Oxon. 2. Si sequitur simplex post duplicem: cambr. *cen / it-ol- / aid* (generatio) gl. Oxon. *gwel / ed-ig / aeth* (visio), *bud / ug-ol- / yaeth* (victoria) Mab. armor. *Ken / et-l / or* (nom. viri) Chart. Rhed.

Quadruplicis derivationis, i. e. si aut duae formulae duplices consociantur, aut formulam duplicem una simplex praecedit altera sequitur, essent exempla cambrica, si modo dictis vocibus *gweledigaeth* et *diguolouichetic* accederent derivationes *-awc, -aid,* ita ut fierent *gwel / ed-ig / aeth-awc* (visionarius), *diguolou / ich / e-tic / aid* (manifestatio). Armoricum exemplum duplicatae duplicis derivationis est fortasse nomen viri *Ken / t-la / m-an* supra allatum (p. 792).

Quintuplicis vel sextuplicis exemplum cambricum, si numeratur vocalis *i,* est hodiern. *llyw / od-r / aeth / i-ad, llyw / i / od-r / aeth / i-ad* (exercens officium gubernationis, gubernator), e radice *llyw* (remus), quae augendo procedit per *llywyaw* (regere) Mab. 3, 297, *llywiawdyr, llywawdyr* (gubernator) ad formas *llywiodraeth, llywodraeth,* cum verbo suo in *-aethu,* unde *llywodraethiad, llywiodraethiad.*

CAPUT SECUNDUM.

De compositione.

Compositionis facultate lingua celtica non cedit linguis affinibus, quae, ut indica, graeca, germanica, ea maxime excellunt, et longe superat eas, quae, ut latina, slavica, eadem minus valent.

A vetusta linguarum affinium componendi norma generali, quae vocalium tres apices A, I, U finales primitus in nominibus

sinit etiam intercedere inter voces jungendas compositione, prisca gallica eo tantum differt, quod pro *a* est *o*, quae et ipsa potest inseri post *i* et *u*, quae alias intercedunt sine ea. Hujus regulae exempla vetusta jam supra enumerata sunt (p. 724). Excipiuntur ab ea solummodo particulae desinentes aut in consonas (In-subres, Con-date, Ver-nemetum, Ad-minius, Ex-cincomarus) aut in *e* (Are-morici, Ate-boduus, Ande-camulum), voces quaedam terminatae syllaba *-is* obscura (Civis-marus, Atis-mara, Cartis-mandua, Ratis-bona) atque una vel altera vox quae in mediam desinens vocali jungente facilius carere potuit (Lug-dunum, pro quo adhuc exstat Lugodunum, Lugudunum, Cob-nertus, Bod-vacius, Vod-goriacum).

Tres illas vetustas vocales compositionis, quae deficere incipiunt jam in prisca lingua, post Romanorum aetatem magis magisque defecisse inde colligendum est, quod ne una quidem adhuc superest in monumentis tam hibernicae linguae quam britannicae etiam vetustissimis. Vestigia tamen, quod adfuerint quondam, relicta esse inficiendo consonam inchoantem vocis posterioris compositi, jam supra demonstratum est (p. 191. 192).

Composita ipsa utriusque linguae residuae, hibernicae et britannicae, abhinc enumeranda sunt secundum ordinem partium orationis. Subjungentur in fine decomposita, i. e. e pluribus vocibus composita. Hibernicis etiam hic praemittentur gallica vetusta exempla.

I. Compositio hibernica.

A. Nomina composita.

Est idem semper componendi modus, sive prior duarum vocum est genitivi vel alius casus loco, sive nominativi vel appositi, ut fit in dialectis celticis.

1. Substantiva cum substantivis. Vetusta gallica nomina plurima duo substantiva sistunt, praesertim in quibus se-

cundo loco sunt voces -rix (= rig-s; germ. rîk, dominus, princeps), -dunum, -durum (castrum) etc., e. gr. Dumnorix (hibern. *domun*, mundus), Bituriges (hibern. *bith*, cambr. vet. *bit*, mundus), Caturiges (hibern. *cath*, cambr. vet. *cat*, pugna), Moridunum (hibern. *muir* = *mori*, mare), Catuslogi (hibern. vet. *sluag*, agmen), Esunertus (Esus nomen dei; hibern. *nert*, cambr. *nerth*, virtus, valor).

Hibernica exempla duorum substantivorum compositione junctorum: *muccfoil* (gl. hara, stabulum porcorum) Sg. 26[a]. *fidbocc* (gl. arcus; i. e. arcus ligneus) Sg. 107[b]. *cenngalar* (dolor capitis) Wb. 17[d]. Incant. Sg. *lubgartóir* (gl. olitor) Sg. 92[b]. *rechttáircid* (legislator) Sg. 44[a]. *erochairchétlaid* (gl. tibicen) Sg. 12[b]. *ranngabáltaith* (participator) Sg. 39[a].

Colligo alia quaedam, in quibus idem substantivum saepius obvium est aut in priore aut in posteriore loco.

In priore loco *lám* (manus): *lámbrat, lambrat* (gl. gausape; *brat formtha*, gl. sagana, Sg. 51[b]) Sg. 128[a]. 132[a]. 172[a]. *lámtheoir* (gl. mantile) Sg. 92[a]. *muir* (mare): *muirbran* (gl. merges) Sg. 55[b]. *muirmóru* (gl. Siren) 96[b].

Frequentior aliis in priore loco est *ban* genus femininum sequentis substantivi, cui praecedit, significans: *banairchinnech* (gl. antistita) Sg. 66[a]. *banchu* (canis, fem.) 67[a]. *bandálem* (gl. caupona; i. e. copa, hospita) 63[a]. *bandea* (dea) Sg. 53[a]. 60[a]. 66[b]. *bándæ iffirnn* (gl. Parcae; i. e. deae inferni) 53[b]. *bandechuin* (plur., diaconissae) Wb. 28[c]. *bannamae* (gl. inimica) Ml. 26[a]. *inbannamit* (gl. hostem, feminam) Sg. 67[a]. *banmil* (gl. miles, femina), *banogi* (gl. hospes, femina) Sg. 66[a]. *banscala* (servae) Wb. 10[c]. *banterismid* (gl. obstetrix; *terismid*, stator, obstator, e subst. *tairissem*, statio) Sg. 69[a]. Praemissum etiam invenitur subst. *fer* (vir) in *fergnia* (gl. virago; *gnia* = gr. γυνή, goth. *quino*, mulier?) Sg. 52[a]. Obtinet in exemplis enumeratis, in quibus substantivum praemissum est loco nominativi, forma compositionis *ban*, quae est alibi forma pluralis (sing. *ben*, p. 280), atque eadem etiam si est genitivi loco, e. gr. in *bandachlach* (gl. leno) Sg. 52[a]. Praemittitur item, quod postponitur in aliis linguis, subst. *dún* (castrum, oppidum) in nominibus urbium vel montium castris munitorum: "ecclesia in cacumine montis, qui appellatur *Dundeuenel*. in cacumine montis *Dunbreten*. . . quinta

vero ecclesia *Dunedene*, quod anglica lingua dicta *Edenburg*. sexta mons *Dunpeleder*." Vita S. Moduennae, Boll. Jul. 2, 309.*

In posteriore loco *tan, caill* (hortus, silva): *fíntan* (gl. vinetum), *rostan* (gl. rosetum) Sg. 53[a]. *mirtchaill* (gl. mirtetum), *escalchaill* (gl. esculetum) Sg. 53[a]. *olachaill* (gl. olivetum) Sg. 50[a]. 53[a]. *innan olachaille* (gl. olearum, frondibus) Ml. 25[b]. *oircnid* (occisor): *athiroircnid* (gl. parricida), *tuistidoircnid* (occisor parentum) Sg. 12[b]. *setharoircnid* (gl. sororicida) Sg. 13[a]. *suide* (sedes, locus): *dálsuidæ* (gl. forum; i. e. locus concionis) Sg. 57[a].

---

* Est ejusmodi etiam *fiusscél, fisscél* (nuntius), si scilicet compositum e *scél* (p. 245) et *fius, fiss* saepius obvio: *cen fius dúib* (gl. vos dies ille tanquam fur comprehendit; i. e. quin sit scientia vobis) Wb. 25[c]. *robu anfiss dosom* (fuit inscitia ei) Sg. 148[a], gen. *fessa, fesso: fessa et etarcni dæ* (gl. Christum adnuntiamus docentes omnem hominem in omni sapientia; i. e. scientiae et cognitionis dei) Wb. 26[c]. In codice Paulino solo loquendi formula illa usitata est, et scriptio separata solita in eo. Exempla per casus singularis: *hóre dunnánic fius scél uáib* (gl. ideo consolati sumus fratres in vobis, 1. Thess. 3, 7; i. e. quia venit nobis nuntius de vobis) 25[a]. *ropo irlam sochuide and dochretim ní ruanus fris im̄ hóre nád robe tit armochiunn* .ı. *doadbadar sunt furóil serce hopool doibsom issindí nadran ocprecept dondsochuidi arlainni fesso scél ontechtairiu dochoid cuccusom* (gl. cum venissem Troadem propter evangelium Christi et ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam, 2. Cor. 2, 12; i. e. fuit parata ecclesia ibi ad credendum, non laboravi in eo tamen, quia non fuit Titus coram me; demonstratur hic abundantia amoris a Paulo adversus eos eo quod non laboravit in docendo ecclesiam propter acerbitatem nuntii de ministro quem miserat ad eos; *nadran* pro *nad roan*) 14[d]. *cofius scél uáibsi* (gl. consolatus est nos deus in adventu Titi; i. e. cum nuntio de vobis) 16[b]. *cen fius scél uáibsi* .ı. *condísed ar muinter ó fius scél uáibsi* (gl. propter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere Athenis solis, 1. Thess. 3, 1) 25[a]. *fis scél ó bás* (gl. in nobismet ipsis responsum mortis habuimus, 2. Cor. 1, 9) 14[b]. *cofesid fiss scéel uánni* .ı. *cofessid dam fiss scél uáimse et arnabad toirsig dimchuimriugsa* (gl. Tychicum misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscatis quae circa nos sunt et consoletur corda vestra, Col. 4, 8) 27[c]. Notanda est in gen. *fesso scél* flexio in priore voce juxta secundam non mutatatam. Est quidem etiam *anfiss* adjectivi loco in Wb. 13[b]: *dond áis anfiss* (aetati insciae, insciis, p. 370), sed ita *fiss* certo non in his exemplis, quia non mutatur adjectivum praemissum in compositione, ut *dag* in *daggním*, gen. *daggnímo*. Restaret, si nollemus statuere compositionem, in *scél* videre genitivum pluralis, et juxta ponere *fiss scél*, scientia nuntiorum, ita tamen ut totum in certam loquendi formulam et usum compositi transierit.

trebunsuide. úgsuide (gl. tribunal) Sg. 50[a]. *teg* (domus): *rigteg* (gl. praetorium) Wb. 23[b]. *indidultaigæ* (gl. fani, antistita) Sg. 66[a].

Ut in aliis linguis etiam in hibernica et britannica occurrunt frequentius in compositionis secundo loco substantiva, quaedam quidem perspicua adhuc et usitata, plura autem obsoleta et interdum tam obscurae significationis, ut videantur esse formulae derivationis. Hibernica ejusmodi hic enumeranda sunt, et ob conspectum congero in hunc unum locum exempla mihi obvia, sive sunt composita cum substantivis sive etiam cum aliis orationis partibus. Sunt haecce: *lach, rad, red, tar, nise, lice, maire, sine.*

LACH: *tenlach* (gl. Toletum, nomen oppidi, in codice *tolletum,* quod glossator habuerit appellativum in *-etum,* cum addiderit etiam glossam *esgal*) Sg. 36[b]. *teglach* (familia) conjiciendum e gen. *teglig* (*óis teglig,* qui sunt familiae, familiares), dat. *isinteglug* (in fam.) Wb. 7[b]. 21[a]. *isingoithluch* (gl. in palude; *góithlachde,* gl. paluster, Sg. 54[b]) Ml. 33[c]. *mátharlach* (gl. matrix) Sg. 69[a]. *mimasclach* (gl. cardo) Sg. 62[b]. Compositio ejusdem vocis cum adjectivis et particulis patet ex his: *óclach* (juvenum copia, juventus; adj. *óc*), quod colligi debet ex *óclachdi* (gl. juvenilia) Wb. 30[b]. *treanaslach, ocaslug* (persuasione sua, in persuasione) Wb. 14[d]. 30[c]. *inmiaslaig* (gl. malae persuasionis) Ml. 28[b]. *hondasluch messidiu* (gl. judiciali suggestu) Ml. 26[c]. *tre indlach* (gl. per diaeresin) Sg. 207[a]. *cen indlach* (gl. sine ira et disceptione) Wb. 28[b]. *cen nach indlach* (gl. sine ulla interceptione) Ml. 32[a]. *ellach* unde *ellachte* (unitus), *inelluch, inellug* (in unione; cf. p. 620) Wb. fq. pro *aithlach?* Ex his elucet subst. masc. secundae seriei prioris ordinis; mirum inde infectionem nominativi femininam legi in Wb. 7[c]: *inchatlach inna fer* (universitas virorum; *cat* = britann. *cant,* cum?). Radix porro *ling, lang* (*folang,* facere, *imfolang* Ml. 23[c]; cf. nom. gall. Lingones) elucet e subst. *indlach,* si confertur cum verbo *indlung* (findo, p. 440).

RAD, RED in substantiva abstracta vertunt substantiva vel adjectiva, ut cambr. *rwyd.* RAD flectitur ut *lach: mrechtrad* (varietas; adj. *mrecht,* varius, diversus, Sg. 38[b]) Wb. 15[c]. Sg. 197[a]. Ml. 2[d], gen. *fri inchosc inmrechtraidsin* (ad significationem hujus varietatis) Sg. 197[a], dat. *conanilmrechtrud* (cum multa sua varietate) Sg. 29[b]. *diuchtrad* (*isdo diuchtrad corporum et dochotlud corporum,* gl. sive vigilemus sive dormiamus simul cum illo

vivamus, 1. Thess. 5, 10) Wb. 25[c]. *caratrad* (amor) Wb. 27[a]. 30[a]. Discernenda sunt ab his ea, in quibus est formula derivationis duplex *-r-ad,* e. gr. *slabrad* (gl. catena) Sg. 57[a], fem., cujus dat. in Wb. 23[a]: *isslabrid* (gl. in catena), et unde amplius derivatum est *slabratae* (gl. catinensis) Sg. 57[a]. RED (gen. neutr.) cum substantivo: *angaimredsa* (hiemem hanc) Wb. 31[d], cum adjectivo: *asainredsa* (proprietas haec, hoc peculiare, unde etiam *sainredach,* gl. peculiaris, Sg. 57[a]; adj. *sáin,* proprius, diversus) Wb. 32[a].

TAR ejusdem flexionis, ut ante dicta *lach, rad,* quaeritur an statui debeat in quibusdam substantivis, e. gr. *lestar* (vas), dat. *illestur* Wb. 22[b]. *cuchtar* (gl. caupona) Sg. 63[a]. Discernendum tamen haud dubie est fem. *montar, muinter* (familia), gen. *muintire.* Certa est compositio cum praepositionibus, e. gr. *ís, ós* (p. 592): *in ichtur aetheris 7 in ochtur aeris* (gl. luna in confinio aeris turbulenti et puri decurrit aetheris; i. e. in inferiore parte aetheris et superiore aeris) Cr. 33[c]. *for ochtar dochinn* (supra caput tuum) Incant. Sg. Colligere licet etiam compositionem in *centar* (pars, directio, regio citima; cf. *cen rian,* gl. cis Rhenum, Sg.), *echtar* (pars externa; praep. *as, es*), quae scilicet subsunt derivatis *centarach, centarchu* (gl. citra, gl. citerior) Sg. 39[a]. 39[b]. *echtrann* (gl. exter) Sg. 39[b], plur. *æchtrinn* (extranei) Wb. 21[b]. *echtranna* (*ailidi* .i. *echtranna donaib bochtaib,* gl. aliena praebere) Ml. 28[c]. *immechtrach* (gl. extra, i. e. externus) Sg. 39[a]. 39[b]. 57[a]. Quibus omnibus videtur vindicanda vox *tar* composita, quae patet item in frequenti adjectivo *cotarsne* (contrarius), quamvis in aliis derivatio non neganda sit, e. gr. in subst. *altram* (nutritio) Wb. 10[b]. 28[d]. Pono juxta illa porro pronomina *cechtar, nechtar* (p. 368. 369), praep. *tar* (p. 613), deriv. cambr. *tarater* (terebra); nec omitto vetusta nomina locorum *Ταρόδουνον* (locus ad transitum Abnobae, Zaraduna medio aevo, hod. Zarten), *Ταρουεδούμ* (promontorium Britanniae extremum contra Orcades insulas; i. e. Tarvedum e latino scriptore haustum, = cambr. *tarwedd,* fermentatio, i. e. transitus?) apud Ptol., et nomina virorum Dejotarus Cic. Caes., Brogitarus Cic.

NISSE, NISE (neutr. prim. seriei prior. ord.): *afiadnissesin* (testimonium hoc) Wb. 13[b]. *céin bes nuiednise* (quamdiu est novitas, novum tempus, novum testamentum) Wb. 33[a]. *annuiadniss*

uile (leg. *-nisse*) Wb. 15[b], gen. *núiadnissi, núiednissi, nuiednisi* (*laithe nuaidnisi* Ml. 17[d]) Wb. 15[a]. 26[a]. 27[a]. 33[a]. 33[b], dat. *inú-iethnissiu* (in novitate, novo testamento) Wb. 10[d]. Addendum est fortasse LICE (fem. quartae seriei prior. ord.), quamvis obvium in solo *fetarlice* (vetustas, vetus testamentum) Wb. 15[a], gen. *fetarlicce* Wb. 4[d]. 26[a]. 27[a]. *fetarlice* 30[d]. *cenmitha laithe inna fetarlaice* .1. *laithe nuaidnisi* (gl. diem quendam, determinat; i. e. extra diem vetustatis, diem novi temporis) Ml. 17[d]. *eola na huile fetarlice* (gnarus totius antiquitatis) Wb. 30[c], dat. *ifetarlicci* 10[d]. 27[a]. *hi fetarlici* 33[a].

MAIRE haud dubie est substantivum derivatum ex adj. *már* (magnus): *línmaire inna aimsire* (gl. plenitudo temporis) Ml. 28[d], si conferuntur etiam infra sequentia *lanmair, ithemair* (voraces). SINE in quibusdam substantivis abstractis obvium, in quibus etiam possit videri substantivum compositum, jam sub formula derivante *-siu, -sen* memoratum est (p. 739).

2. Substantiva cum adjectivis. Inter vetusta nomina gallica non rara sunt ejusmodi exempla, quae scilicet in loco posteriore voces -marus (adj. *már,* magnus), -gnatus (hibern. vet. *gnáth,* consuetus) ostendunt, quorumque plura jam supra enumerata sunt (p. 19). Eis haud dubie etiam alia adnumeranda sunt, quorum pars posterior minus usitata est, e. gr. Bellovesus, Sigovesus (hibern. vet. adj. subst. *fis, fiss,* gnarus, scientia, Wb. Sg., cambr. *gwys,* notus, notio, Mab. 2, 225. 226; nom. viri *Maelwys* Mab. 2, 205, = Maglovesus, p. 100. 121), Cassivellaunus (cf. cambr. *gwell,* melior, ex quo auctum videtur adj. *guallon* in nominibus propriis britannicis, p. 102. 123. 152), Convictolitanes (latarum, magnarum expeditionum vir? adj. cambr. vet. *litan,* hibern. *lethan,* latus, et subst. cambr. *cyweithas*, expeditio, Mab.).

Hibernicum exemplum perspicuum est *cennmar* (gl. capito; i. e. capite magnus) Sg. 52[a]. In aliis in eodem codice obviis: *arddmár* (*fid arddmár,* alta arbor) 53[a], *cruimmár* (gl. curculio; si pertinet huc, sunt enim voces separatim scriptae) 47[b], voces anteriores videntur adjectiva. Addenda tamen hic censeo composita cum *bith* (mundus), quod est significationis intensivae in his: *bithbeo, bidbéo* (semper vivus, immortalis) Wb. Sg. *bithgairddi* (gl. perpetuo breves), *bithfotai* (gl. semper longi) Sg. 5[a]. 5[b]. *bidslán* (semper salvus), *bidfírian* (semper justus) Wb. 4[d]. Porro

composita cum *leth, led* (dimidium, pars, proprie latus): *ledmarb* (gl. emortuus; i. e. semimortuus) Wb. 2[c].

3. Substantiva cum verbis. Est rarior etiam in aliis linguis haec compositio, cujus sunt exempla latina: *tergiversari, significare*. Sunt denominativa verba plerumque, e. gr. *οἰκονομεῖν, οἰκοδομεῖν* ab *οἰκονόμος, οἰκοδόμος*, germ. rathschlagen a rathschlag. Hibernicum exemplum: *ardóintam* (gl. in eadem dictione significamus, duo) Sg. 26[b], ex *arde* (signum) et *óintu* (unitas), ut videtur.

4. Adjectiva cum substantivis. Gallica vetusta: Vergobretus (judicium exsequens; adj. cambr. vet. *guerg*, gl. efficax, p. 14 not., subst. hibern. vet. *breth*, judicium, p. 12) Caes. Noviodunum Caes., Noviomagus, Nivimagus (hibern. vet. *nú*, novus) Itin. Aus., Vindobona (hibern. vet. *find*, albus) Aur. Vict. Cambodunum (hibern. cambr. *cam, camm* e *camb*, curvus) Ptol. Itin. Cantobenna (album cornu, e *cant*, cambr. *can*, albus, et *benn*, cornu), unde Cantobennicus mons, Cantobennensis crypta ap. Gregor. Turon. Addendum est Maroboduus (magnus voluntate; de utraque voce celtica cf. p. 19 et 27 not.), nomen transformatum ore gallico, cui supponere licet germanicum formam aliam et diversae significationis, ut Marabathus (i. e. *ἱππομάχος*, Haupt. 7, 529).

Frequentissima sunt hujusmodi composita in lingua hibernica et britannica, quae scilicet amant composita adjectiva, quae in aliis linguis separantur. Exempla hibernica: *ardlathi inbetho* (altae potestates, principes mundi; = *ardflathi*), *ardphersan* (alta, nobilis persona: *ammi techtiri ártphersine*, gl. non quaerentes ab hominibus gloriam neque a vobis neque ab aliis, cum possimus honori esse ut Christi apostoli, 1. Thess. 2, 7; i. e. sumus ministri sublimis personae, *árt* pro *ard*, p. 32. 70) Wb. 1[a]. 24[d]. *ógdílgend* (gl. internecio; i. e. integra caedes) Sg. 52[a]. *derbaisńdísin. derbfogir* (gl. ipsae pronuntiationes) Sg. 3[b]. *nochtchenn* (nudus capite; germ. barhaupt) Wb. 11[c]. *sóirmug, sóirchele* (gl. libertus) Wb. 10[a]. *tromchride* (gl. jecur; i. e. cor grave) Sg. 65[b]. *inna monistre* .ı. *inna coitchennbetath* (gl. coenobiorum; *coitchenn, κοινός*) Cr. 39[c]. Adjectiva ita composita et carentia ideo flexione interdum separata (quod fit tamen in codicibus etiam in aliis compositis) minus recte inveniuntur, e. gr. in Incant.

Sg.: *arnóib bríathraib rolabrastar cr.* (supra sancta verba, quae locutus est Christus).

Colligo adjectiva quaedam hoc modo frequentius in compositione obvia.

Cáin (bonus): *trisincainaisndiis* (per bonam elocutionem) Wb. 12[d]. *cáinchomracc* (benevolentia; cf. *imchomarc,* salutatio) Wb. 30[b], gen. *cáinchumricc, cáinchomricc* 7[b]. 24[b], adj. *cáinchomraccach* 30[b]. *arcáinduthracht* (gl. propter bonam voluntatem) Wb. 23[b]. *cáingním* (benefactum) Wb. fq. *cáinscél* (bonus nuntius) Wb. 23[b]. *cáinteist* (bonum testimonium), *cáintoimtiu* (bona cogitatio) Wb. 23[a]. *cáintol* (bona voluntas) 20[d]. *ho chaintaidliuch* (gl. satisfactione) Ml. 32[a].

Dag (bonus): *dagairle* (bonus, contentus, animus) Wb. 29[b]. *tre dagcomairli* (per bonam voluntatem) 29[a]. *dagduine* (bonus homo) 6[b]. 16[d]. 18[c]. *donaib dagforcitlidib* (bonis praeceptoribus) 11[a]. *daggnim, dagním* (benefactum, bonum opus) 6[a]. 10[a]. *dagimrata* (bonae cogitationes) 3[d]. *dagtheist* (bonum testimonium) 25[a]. Invenitur scriptum *degním, degnímai* in Ml. 14[b]. 14[c] et *degmaini* (beneficia) 25[c]. 27[a], quod est in Wb. 28[a] *dagmóini.*

Drog (malus): *droggním, drogním, drogníim* (malefactum, malum opus) Wb. 6[a]. 25[c], *drochgnim* Ml. 14[c]. *drogimrato* (malae cogitationis, gen.) Wb. 3[d]. *drogscéla* (mali nuntii) Wb. 26[b].

Fír (verus): *inna fíraingliu* (veros angelos) Wb. 9[c]. *afírluge* (gl. jusjurandum), *hí fírlugu* (gl. in jurejurando) Ml. 36[a]. Sg. 217[b]. *fírbrithem* (verus judex) Ml. 27[c].

Il (multus, varius) cum substantivis in numero plurali: *hua ilanm̄anaib* (a multis nominibus) Sg. 30[a]. *ó ilballaib, diilballaib* (e multis membris) Wb. 12[c]. *ó ilbélrib* (*labratar ó ilb.,* loquuntur multis linguis), *labrad ilbéelre, ilbélre* (locutio variarum linguarum) Wb. 12[b]. 12[c]. 12[d]. *ilchathraig* (gl. aliquot civitates) Sg. 13[a]. *ilchenéle* (multa genera) Wb. 12[d]. *na ilchialla, innan ilchial* (multae significationes, multar. sign.) Sg. 154[a]. 197[a]. *ildáni* (multa dona, variae facultates) Wb. 21[a]. *o illitrib* (a multis literis) Sg. 71[a]. *ataat ilsenman* (sunt multi sonitus) Wb. 12[c]. *innan iltoimddensin* (multarum harum opinionum) Sg. 26[b]. Cum sing.: *ilmrechtrad* (p. 822).

Nú, nue, nuie (novus): *la nuelitridi* (apud novos, recentes scriptores) Sg. 5[b]. *nuiethicid* (gl. neophytus) Wb. 28[b]. *nuietanicc cuccumsa* (gl. hospes meus) Wb. 7[c], ni verbum est hoc.

Sáib, sóib (falsus): *sáibapstil, sóibapstil* (pseudoapostoli) Wb. 8c. 17d. 28c. *inna soebapstal* (pseudoapostolorum), *fri sáibapstalu* (contra falsos ap.) 16b. 18d. *sáibairde, sáibfirtu* (falsa signa, miracula, accus.) 26c. *inna sáibchore* (gl. syrtium; i. e. falsorum locorum) Cr. 34b.

Sáin (diversus, singularis, proprius): *sainchenelæ* (genus proprium) Wb. 17d. *asainchomardesin* (singulare hoc signum) 26b. *sainecoscc, sainécosc* (proprius habitus, propria forma) Wb. 5a. Sg. 69a. *sainfolad* (propria significatio) Sg. 26b. *saingné* (proprius habitus) Wb. 5a. *hi saingnúis, huaṡaingnúis* (in, a propria forma) Sg. 71a. 208b. *sainláa* (proprius dies) Wb. 6b.

Sen (senex, vetus): *senathir* (avus; colligendum ex adj. *senathardae*, gl. avitus) Sg. 60a. *senmáthir* (gl. avia) Wb. 29d. *senduine* (vetus homo) Wb. 27b. *sengreic* (antiqui Graeci), *inna sengrec* (gen.) Sg. 6a. 9a. *inna senpecthe* (veterum peccatorum), *trisna senpectu* (per vetera peccata) Wb. 4a. 22a. *na sentinni* (gl. anus) Wb. 28d.

Uasal (altus, nobilis): *huasalgabáltaid arcon* (gl. arquitenens) Sg. 24a. *huasallieig* (gl. archiater) Cr. 35a. *do huasalathrachaib* (patriarchis) Wb. 30d.

5. Adjectiva cum adjectivis. Gallica exempla haud dubie quaedam inter composita cum -marus, -gnatus, e. gr. Virdomarus, Virdumarus (cf. cambr. *gwrdd*, fortis, strenuus) Propert. Caes., Cintognatus (cf. cambr. *cyn* = *cynn, cint,* praestans, praecipuus) Inscr.

Hibernica: *dubglass* (gl. coeruleus) Sg. 70b. *saindiles* (proprius) Sg. fq. *sainsamil* (gl. potis) Sg. 39b, *sainṡamail* (gl. optimas; cf. p. 730) Sg. 50a. Huc ducenda sunt, ut videtur, etiam alia: *arddmár* (altus) Sg. 53a. *cruimmár* (gl. curculio; *cruim*, curvus) Sg. 47b. *lanmair* (edaces) Wb. 31b. *cam̄derc* (gl. strabo) Sg. 63a. Praeterea etiam derivata e compositis antecedentis ordinis: *senathardae* (gl. avitus, e subst. *senathir*, avus) Sg. 60a. *diutidúthrachtig* (gl. sinceri; e subst. *diutidúthracht*, simplex voluntas) Wb. 23b. *mathmarcde* (gl. augustus; e subst. *mathmarc*, gl. augur) Sg. 60b.

6. Adjectivorum cum verbis compositio rarior est, ut substantivorum cum verbis. Referri poterunt huc: *mani cáinairlither* (nisi fiat benevolentia) Wb. 5b. *cáineperr* (gl. bene dicitur,

tam a poëtis quam a sine metro scribentibus, hic homo et homo hic) Sg. 215[a]. Est juncta saltem vox *cáin* sequenti verbo in codicibus. Item *nuietanicc* (p. 826), si verbum est.

7. Numeralia cum substantivis vel adjectivis composita, ut sit formarum eorundem eodem loco unus conspectus, jam supra enumerata sunt (p. 308 sq.).

B. Pronomina et verba composita.

Sunt rariora haec. Pronomina personalia emphaseos causa secum composita sunt *snisni, sissi* (p. 333), componiturque etiam pron. adj. *aile* (alius) tam secum quam cum substantivis: *alaile, indalarann* etc., quorum exempla inter pronomina enumerata sunt (p. 364. 365). Compositum item perhibendum est pronomen *fadesin, fessin* (ipse; cf. p. 372).

Verbum non cum verbo componitur, sed cum nomine. Exemplum hibernicum: *ithemair* (edaces; verb. *ithim,* gl. mando, Sg. et adj. *már*) Wb. 31[b].

C. Particulae compositae.

Sunt frequentiores omnibus aliis compositis. Occurrunt quaedam nonnisi in compositione, aliae autem non solum compositae sed etiam extra compositionem separatae. Illae, quae dicuntur inseparabiles, hoc demum loco enumerandae veniunt. Separabilium particularum, seu praepositionum, quae jam enumeratae sunt, hoc loco formae aut iterum eaedem, si servantur, aut variatae, in quas transeunt saepius in compositione, exponendae sunt. Fit harum omnium compositio tam cum nomine, substantivo et adjectivo, quam cum verbo.

I. Particulae inseparabiles.

Possunt discerni particulae privativae, particulae qualitatis et intensivae. Privativae particulae exemplum vetustum gallicum sistit nomen Ancalites Caes., si confertur nomen Caletes (cf. armor. hod. *kalet, kaled,* durus, firmus, cambr. hod. *caled,* vet.

callet, gl. durilis in gloss. Lxb.), juxta quam *-an* pertinet etiam *ex-* in nominibus Exomnus, Excincomarus etc. (p. 58. 147). Particulae qualitatis *su-* (bene) exstant haud dubie exempla in nominibus Suessiones, Sucarus, Suanetes etc. (p. 17. 110. 144). Frequentior aliis est intensiva particula *ver-,* obvia e. gr. in hisce: Veragri, Vergasillaunus, Vercingetorix (cf. Cingetorix) Caes., Vercundaris Liv. (epit. 137), Vertacomacori Plin., vertragus (cf. p. 6. 166) Martial., Vernemetum (an etiam Vercellae Plin.?) Itin. Ant. Venant. Fortun. In inscriptionibus: Vercombogus Grut. 758, 11. Vercobius Orell. 2728. Veriugodumnus Or. 2062. Debet fortasse addi *ro-* e nomine populi hibernici Ῥοβόγδιοι (= hibern. *robocht,* nimis pauper?) ap. Ptol., et nomine deae gallicae Rosmertae,* porro *ar-, er-* e nominibus Ἀρκύνια ὄρη, Hercynia silva, Hercuniates (cf. p. 56. 109, et infra sequens cambr. *er-*).

1. Privativae particulae linguae hibernicae veteris: *an-* (*am-, in-*), *neb-, es-, dí-.*

AN (non inficiens sequentem consonam): *ond aneolus* (gl. inscientia; nom. *aneolas*) Cr. 37[d]. *anecne* (insipiens) Wb. 17[c]. *anfiss* (inscientia) Sg. 148[a]. *dond áis anfiss* (insciis) Wb. 13[b]. *anfissid* (gl. nihil sciens) Wb. 29[b]. *anfoirbthe* (infirmus), *anfoirbthetu* (infirmitas) Wb. 6[c]. 12[d]. 29[c]. *anglaine* (immunditia) Wb. 3[b]. *ancretem* (infidelitas), *ancretmech, ancreitmech* (incredulus) Wb. 5[b]. 10[a]. 12[d]. *ancride* (injuria) Wb. 9[c]. Sg. 181[a]. Ml. 27[c].

AM forma obvia ante vocales interdum, ante *l, m* et labiales: *amires, amaires, amiress* (infidelitas, incredulitas), *amiressach, amhiressach* (infidelis, incredulus) Wb. fq. *o amlabar* (gl. a muto) Sg. 37[b]. *ammithiu* (tempus inopportunum, germ. unzeit) Wb. 14[a]. *intais amprom* (aetas improba, i. e. improbi) Ml. 31[c]. *indamprome* (improbitas) Sg. 42[b].

IN in vocibus quibusdam apparet, e. gr. in adj. *inderb* (incertus): *isinderb imasc. fá fem.* (gl. dubia sunt genera; i. e. est incertum, num masc. an fem.), *isinderb coich inmug* (est incertum,

---

* In inscriptione: DEO MERCVRIO ET ROSMERTAE CARANVS. Mém. des Antiquaires de France 13, 208. Juxta Mercurium, i. e. Teutatem gallice, Rosmerta ergo uxor Teutatis? In aliis inscriptt.: MERCVRIO ET NVNDINAE. Cf. Smertulitanus Namnes Orell. 188. L. Smerius (leg. Smertus) Grut. 742, 1. Σμέρται (pop. Britann.) Ptol.

cujus servus) Sg. 61[a]. 209[b]. *indaimser inderb hisin* (gl. tempus incertum), *doslund aimsire deirbbæ* (gl. pro certo tempore), *doslund aimsire inderbbæ* (ad significationem temporis certi, incerti), *sluindid aimsir nindeirb* (significat tempus incertum), omnia obvia in Sg. 66[b], in quo eodem loco est etiam derivatum *inderbus: des. naill ar inderbus hí mascul* (gl. longum diem; i. e. exemplum aliud de incertitudine in masculino, scilicet usu subst. dies, Prisc. 5, 5). Exempla e Wb.: *indenmi* (gl. imbecilles; leg. *indemni*, ex adj. *demin*, p. 738?) 11[d]. *indirge* (iniquitas; cf. adv. *diriug, diriuch*, recte, p. 564, ergo *dirge*, aequitas, et *indirge*) 4[c]. *dothaidbsiu indæe infolngithi* (ad demonstrationem dei ignoti; cf. p. 676) 10[d].

NEB, NEPH (cf. p. 72, interdum negligenter *nep;* inficit consonas sequentes). 1. Cum substantivis: *tri nebairitin lóge* (non recipienda mercede), *nebairiten neich* (gl. haec gloria; i. e. non receptionis alicujus rei) Wb. 11[a]. 17[c]. *nephairmtith* (gl. impos; antecedit *comairmith* [sic], gl. compos) Sg. 67[b]. *nephascnaidid* (gl. impos; praecedit 105[b] *comascnidaid*, gl. compos) Sg. 106[a]. *andligednísin nephaccomoil* (lex haec non jungendi, tres literas in una syllaba) Sg. 7[b]. *bethu et nebmarbtu* (vita et immortalitas), *tech nebmarbtath* (habitatio immortalitatis) Wb. 15[c]. 29[d]. *nebmes, nebmess* (non judicium), *nebmóidem* (non gloriatio) Wb. 8[d]. *do nephní* (gl. ad nihil; *ní*, res, aliquid) Ml. 36[a]. *nephdiall* (non declinatio: *ní chen dliged anephdiall*, gl. non absque ratione non declinatur) Sg. 75[a]. *nephthairmthechtid* (gl. intransitivum) Sg. 189[a]. *nebthobe, nephthóbe* (gl. praeputium; i. e. non circumcisio) Wb. 1[d]. 2[c]. *nebthuad* (non plebs: *bid tuad domsa monebthuad*, gl. vocabo non meam plebem plebem meam, Rom. 9, 25) Wb. 4[d]. *hi nephchenéil* (gl. in non gentem) Wb. 5[a]. *tribarnebcongabthetitsi* (per vestram incontinentiam) Wb. 9[d]. *ónd nephchomfogur* (gl. literarum inconsonantia) Sg. 152[b].

2. Cum adjectivis: *iretaib nebaicsidib* (in rebus invisibilibus) Wb. 4[a]. *nephéscide* (gl. σκοτομήνη), *isinnepæscaidiu* (gl. in σκοτομήνῃ; i. e. nocte sine luna, *æsce*, luna) Ml. 29[d]. 30[a]. *nebleiscc* (gl. non pigri) Wb. 5[d]. *nephriagoldai* (gl. anomala) Sg. 40[b]. *nephfoscat* (gl. ascia, loca) Cr. 35[c]. *nephdilledchaib* (gl. carentibus casu, dictionibus) Sg. 39[a]. *anephthairismech* (gl. instans quod vix stare potest) Sg. 147[b]. *nephchorpdae, nephchorpde, reto neph-*

chorpdi (incorporeus, rei incorp.) Sg. 27[b]. 59[b]. 187[b]. *nephchostae* (gl. apes; sine pede) Sg. 102[b].

3. Cum verbo in infinitivo vel participio: *nephimmaircide* (gl. inconveniens), *nephimfolngidi* (gl. inefficaces) Ml. 17[a]. 17[b]. *nephfograigthi* (gl. inconcinna; i. e. non pronuntianda) Sg. 138[a]. *nephfodlaidi* (gl. atoma, philosophorum), *nephfodlide* (gl. insecabilem, substantiam) Sg. 28[b]. 189[b]. *inepbuith diaréir* (gl. nemo eum spernat, Timotheum; i. e. eo quod non est ad ejus voluntatem, non obediendo) Wb. 14[a]. *do nebdénum* (non facere) Wb. 5[c]. *tre nebthabirt dígle* (non dando vindictam), *innepthabirt dígle* (gl. vos potentes estis; i. e. in non danda vindicta) Wb. 18[b]. *nebchretem* (non credere) Wb. 27[a].

ES, É (= gall. vet. *ex-*, cambr. *eh-*, p. 61. 147). Rarius occurrit plenior forma: *esrantaid cech maith* (gl. boni et utilitatis expers) Ml. 31[a]. *esrechtaid* (gl. exlex) Sg. 113[b]. *carit et escarit* (amicus et inimicus) Wb. 30[b]. *imcara fá æscare* (sive est amicus sive inimicus; cf. p. 674) Sg. 12[b]. Ex ea tamen altera solita probat se progressam eo, quod non inficit sequentes consonas: *énairt* (gl. enervus) Sg. 221[b]. *énirt, enirt, henirt, ǽnirt* (infirmus) Wb. fq. *arnénirtini* (infirmitatem nostram) Wb. 4[a]. *toich di étoich* (probabile ex improbabili) Wb. 4[d]. *ecáin* (gl. indecens) Cr. 43[c]. *ecintech* (infinitus) Sg. 147[a]. *écóir, ecóir* (incongruus) Sg. 30[a]. 211[a]. *écoimtig* (inusitatus) Sg. 138[a]. *écrichthae, écrichde, écríchdæ* (gl. infinitus; *críck,* finis) Sg. 147[a]. 151[a]. 151[b]. *éicrichnichthe* (infinitus) Wb. 28[c]. *indemilt* (gl. moleste) Ml. 36[d]. *dondecuimliucht* (gl. ad incommodum) Ml. 35[d].

Quibus plures voces incipiunt literae consociatae *éc-, écn-, écm-,* ortae sunt ex *é-co-, é-con-, é-com-, é-cum-: écsamil* (diversus, dissimilis; cf. *cosmil,* similis) Sg. 208[a]. 211[a]. *écsamlus* (diversitas) Wb. 13[b]. Sg. 211[a]. *écn̄dairc, écn̄daircc, éicn̄dirc* (absens) Sg. 138[a]. 148[a]. Wb. 25[d]. *éicndarcus* (absentia) Wb. 19[d]. *écmailtigidir* (gl. insolescit), *arna ecmailtigetar* (gl. ne insolescant; ibidem: *inna comailte* .i. *indáisso noib,* gl. quietorum) Ml. 27[c]. 28[a]. *écmacht* (gl. nequam: *arindí nád cumaing maith do denom,* quia nequit facere bonum; = *écumacht*) Sg. 50[a]. *écmailt, écmuilt* (gl. inquies) Sg. 66[a]. 102[b]. 130[b].

In quibusdam *éc-* differt et aliunde ortum est, e. gr. ex *ed-*, *aith-* haud dubie in *ecne, écne* (sapiens, sapientia; = *aith-gne,*

cf. p. 80), nec non aliis, ut *écosc* (habitus; = *aith-co-sech?*), *doécomnacht* (tribuit) non infrequentibus in Wb. Addendum his vel supra enumeratis: *innan écndaigende* (gl. obtrectatorum) Ml. 2[d].

DÍ particula inseparabilis privativa rarior est: *ho nephairim l. in diarim* (gl. innumero, dierum est infinitum tempus) Ml. 17[d]. *dímess* (contemtio) Wb. 6[c]. *disamlathar* (gl. dissimulat) Ml. 21[b]. In aliis *di* est praepositio, atque discernenda est quoque formula *diu-*, e. gr. in verbo *diupir, doopir* (privat), diversae scilicet originis, de qua infra dicetur sub formula *do-od-*.

2. Particulae qualitatis inseparabiles hibernicae: *su-, du-, mí-*.

SU, SO (sanscr. *su-*, gr. *εὖ*, bene), DU, DO (contrariae antecedenti significationis) saepius juxta se posita leguntur: *cid sochumact no dochumact do* (sit potentia vel impotentia ei) Wb. 10[a]. *iscotarsne dondúalig insualig darahési* (est contrarium malefacto benefactum pro eo) Wb. 9[b]. In eadem oppositione sunt voces quaedam a sola *s* vel *d* inchoantes: *eter sóir et dóir eter mug et coimdid* (gl. non est personarum acceptio apud deum, sed operum; i. e. inter nobilem et ignobilem, inter servum et dominum, cf. p. 615) Wb. 27[c]. Inde subst. *sóire* (nobilitas, salus, libertas), *dóire* (ignobilitas, miseria, captivitas) jam memorata (p. 40. 41). Porro: *dí sóinmechaib et dóinmechaib* (gl. omnia concurrunt in bonum diligentibus deum; i. e. e bonis et malis rebus) Wb. 4[b]. *issóinmichi inna indocbale* (gl. in dextera dei sedens) Wb. 27[b]. *soinmichthe* (gl. prosperatus) Ml. 36[d]. *etir na doinmecha* (gl. inter adversa) Ml. 19[d]. 32[b]. *somme* (dives), *domme* (inops) Ml. 27[d]. 36[a]. 36[c].

SU cum substantivis: *sualchi*, gen. *inna sualche* (benefacta) Wb. 22[a]. 29[a]. *issuacaltmichi* (gl. in suavitate; subst. *accaldam*, appellatio) Wb. 15[d]. *suaicned, suaichned, suaigned* (conclusio, significatio; e rad. *faic*, videre?) Wb. Sg. fq. *somailse* (gl. dulcedo; rad. verb. *mil*, edere) Sg. 52[a]. *soscél* (bonus nuntius; gr. *εὐαγγέλιον*) Wb. fq. Cum adject.: *sulbir* (eloquens; i. e. bene loquens, cf. *amlabar*, mutus) Wb. 17[b]. 27[a]. Substantiva in hac compositione, ut cum *é-*, saepius transeunt in significationem adjectivorum: *sonirt* (firmus, fortis; *nert*, vis, valor) Wb. 8[c]. 14[b], compar. *sonortu* (firmior) 6[c], unde iterum subst. *sonirte* (firmitas) Wb. 12[b]. *suthin* (aeternus) Wb. 13[b]. 13[d]. 23[b], *suthain* (gl. perpetuus; *tan*, tempus) Sg. 5[b]. *sochoisc* (gl. docibilem; *cosc*, institutio)

Wb. 30[b]. *sochrud* (gl. honestus, gl. venustus; *cruth*, forma, modus) Sg. 60[b]. *sochrud, sochruth* Wb. 6[a]. 11[c]. Cum verbis denominativis: *sulbairiged* (bene loquatur), *sulbairichthe* (bene prolatum) Wb. 12[b].

DU: *dualchi, nan dúalche, ó dúalchib* (malefacta, peccata, -orum, -is) Wb. 20[c]. 27[a]. 27[b]. 30[b]. *cen dualaich* (sine errore), *cen dualchi* (sine erroribus) Sg. 25[b]. 26[a]. *duaibsib* (gl. nefastis, diebus) Sg. 106[b]. *na dulburiu* (gl. non bilingues, diaconos oportet esse) Wb. 28[c]. *dochruth* (turpis, inhonestus) Wb. 10[b]. 13[a]. *dochrud* (gl. indecor) Sg. 65[a]. 203[a]. *inna aisṅdisen dochuirde* (gl. cacephati causa; puto legendum *dochruide*) Sg. 203[a]. *dochruidigthir* (gl. turpatur) Ml. 28[b].

MI (idem significans ut *du-*, inficiens sequentes consonas): *inmiaslaig* (gl. malae persuasionis) Ml. 28[b]. *du miimbirt, do miimbirt* (gl. ad decipiendum) Ml. 32[a]. 33[d]. *fri mífogur* (contra dissonantiam) Sg. 59[a]. *míduthracht* (malevolentia) Wb. 20[b]. *arnaib mignimaib* (gl. pro male actis) Ml. 27[c]. *mignethi* (gl. male facta) Ml. 28[c]. *innammithule* (gl. malae voluntatis) Ml. 33[d]. *míchloth.* (breviatum, lineola ducta per *h;* gl. infaustos) Sg. 34[b]. *michruthaigthe* (gl. informis, mulier) Sg. 5[a]. Nescio an huc pertineant etiam *miscuis* (odium) Wb. 3[d]. 4[c]. 7[d], *miscsech* (gl. exosus) Ml. 28[a], *romiscsigestar* (odio habuit) Wb. 4[c].

3. Particulae intensivae inseparabiles: *ro-, ér-, der-.*

RO cum subst.: *robarte* (profectus maris), *robartai, robarti* (gl. malinae, plur.; i. e. majores, crescentes aestus maris) Cr. 20[b]. 34[c].* Cum adject.: *romár* (nimis magnus, difficilis: *arná bad*

---

* Sunt hi duo loci, in quibus voces hibernicae indicantes aestum maris crescentem et decrescentem produntur. Beda de natura rerum, c. 39, ed. Basil. 2, 39: "Aestus oceani lunam sequitur, tanquam ejus aspiratione retrorsum trahatur ejusque impulsu retracto refundatur, qui quotidie bis adfluere et remeare, unius semper horae dodrante et semiuncia transmissa, videtur, ejusque omnis cursus in lidones (ita cod. Cr., suprascribitur .ı. *hi contrachtu*) et malinas (.ı. *hi robartai*), id est, in minores aestus dividitur et majores." Alter locus in Bedae libro de temporum ratione, c. 27, ed. Basil. 2, 117: "Imitatur lunae cursum mare non solum communi accessu et recessu, sed etiam quodam sui status profectu (in Cr.: .ı. *hi robarti*) defectuque (.ı. *contracht*) perenni, ita ut non tardior solum quam pridie, verum etiam major minorve quotidie redeat aestus. Et crescentes quidem malinas (.ı. *robarti*), decrescentes autem placuit appellare ledones (.ı. *contrachtu*)." Paulo ante etiam aliae denominationes le-

rómár leosom intsamil cr. fochetoir, gl. imitatores mei estote sicut ego Christi; i. e. ne sit nimis difficilis eis imitatio Christi statim) Wb. 11[c]. *romacdact* (gl. superadulta, virgo) Wb. 10[b]. *ruclé* (gl. conspicuus, honore; *glé*, clarus, perspicuus, Wb.) Ml. 36[a].

ÉR (inficiens sequentes consonas): *erchosmil* (gl. persimilis) Cr. 35[d]. *ǽrchuilecha* (gl. tam nefarii ausus; *cuilech,* gl. profanus, Ml.) Ml. 16[c]. *ǽrdasachtaig* (gl. tam amentes, non eritis) Ml. 18[a]. *ǽrmall* (admodum lentus) Sg. 195[b]. *eirgnæ* (gl. apertum et evidens) Wb. 14[a].

DER (item inficiens sequentes consonas): *ó derchóiniud* (gl. abundantiori tristitia; in eodem loco amplius ter: *derchoiniud, derchóiniud*) Wb. 14[d], *derchóiniud in aduersis* (nimia tristitia; opponitur: *úall de prosperis,* i. e. superbia, arrogantia) 15[d]. *derbráthir* (gl. germane, rogo te) Wb. 24[a]. *dermar* (gl. enormis) Cr. 35[d]. *indermár* (gl. in immensum) Wb. 17[b]. Addo subst. et verb. *dermet* (gl. oblivio), *condermanammar* (ut obliviscamur) Ml. 21[c]. 23[d].

Si quae aliae voces sunt vel videntur intensivae, aliunde haud dubie sumtae sunt, e. gr. in his: *intsartol* (gl. libido; gael. *sàr* intensiva, adj. *sár* in Wb. 19[a]: *nírbo sár leu arcocéilsine,* p. 606, unde *rósárichset,* contemserunt) Wb. 1[d]. *fírderb* (admodum certus, clarus: *nipi fírderb anadchither trithemel,* adj. *fír*) Wb. 12[c]. *rii trembethe* (gl. regi saeculorum) Wb. 28[a]. Est hic *trem-* forma composita praep. *tar,* intensivae significationis, ut est intensiva interdum etiam praep. *in* (cf. composita cum his).

Nec adnumeranda est his particulis vox intensiva *bith, bid* non infrequens, composita e. gr. cum subst.: *imminbidbethid* (gl. ingemiscimus gravati, in hoc tabernaculo, 2. Cor. 5, 4; i. e. circa immortalitatem) Wb. 15[c]. Cum adjectivis: *act bid bidbéo. isbithbeo corp cr.* (gl. Christus surgens a mortuis jam non moritur),

---

guntur: "Luna in dimidio mensis spatio, hoc est, XV noctibus ac diebus quater decies terram circumlabitur, insuper et dimidium terrae semel. . . Mare per id temporis vicies novies adfluit (.i. *hi tuiliu*) simul et remeat (.i. *in aithbiu*)." Subst. *tuile* est affluvium, germ. *flod, fluth* (gael. *tuil,* diluvium); ex *aithbe* (compos. *aith-be*) ortum videri poterit germ. *ebba, ebbe.* Voci *robarte* (fem. 4. ser.) conferendum est adj. *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 41[d], *forbartaig* (gl. exoletam, virginem; i. e. aetate provectam) Sg. 173[a]; *contracht* masculinum cognoscitur e terminatione acc. pl. in *-u* et diversum a fem. in *-acht.*

bad bithbíi in ihu. cr. (gl. viventes deo in Christo Jesu, Rom. 6, 9. 11) Wb. 3[b]. *dé bithbí* (dii semper vivi, immortales) Sg. 39[a]. *bithgairddi, bithfotai, bidslán, bidfírian* (p. 824). Cum verbis vel formis inde propagatis: *bithbennach firu muman* (semper benedic viris Momoniae) Marian. Scot. ap. Pertz. 7, 481. *biddixnugud, bidixnichthe* (p. 781, not.). Vix enim aliud statuere licebit jam in nominibus vetustis Bituriges et Dumnorix, quam significationem intensivam substantivorum, quae adhuc hibernice sunt *bith* et *domun* (mundus), nec magna perhibenda erit differentia significationis illorum compositorum et derivatorum ex iisdem substantivis Bituitus Flor. et Dumnacus Caes. (p. 14. 17; cf. germ. Hermanaricus, Ermanaricus compos. cum *irmin-* intensivo, et simplicia Irmino, Herminones, nomina item virorum vel populorum). Est affinis in significatione quidem cambr. *byth* (adv., p. 575), sed discordat in usu et forma.

II. Particulae separabiles.

Sunt obviae particulae in nominibus compositis gallicis vetustis, quae haud dubie separatae praepositionum vice fungebantur. Particulas esse, non nomina, jam inde patet, quod aut non intercedit post eas vocalis, e. gr. post *ad-, in-, con-, com-,* aut si intercedunt vocales, non sunt eae quae inveniuntur inter nomina composita, *o, i* et *u,* sed *a* et *e,* e. gr. in *ate-, ata-, cata-, ande-*. Excipiuntur desinentes in *i* solae *tri-* et *ambi-*. Harum quaedam videri poterunt inseparabiles, e. gr. *ad-, ate-, ande-,* quia etiam in vetusta hibernica lingua non sunt separatae *ad, aith, ind;* attamen etiam has primitus saltem fuisse separatas docet tam cambr. *at,* quam aliarum linguarum affinium praepositiones, lat. *ad,* germ. *at, and,* gr. *ἀντί.* Exempla gallicarum particularum secundum eundem ordinem, quo hic memoratae sunt proponam.

AD: Admagetobria, Adcantuannus Caes. Adminius (al. Admimus) Sueton. Calig. 44. In inscriptionibus obvia: Adlucca Messili f. Murat. 1353, 6. Adnamtus, Adnamatus, Adnamitus Orell. 422. 4983. 5060. Advolenus, Advolena Murat. 1621, 7. Adbogius Stein. 440. Adgentius Or. 2018. Adginnius, Adgennia Grut. 718, 9. Adginnius Orell. 4018. Adgonna Murat. 1621, 8. Ita etiam Adgandestrius ap. Tac. poterit esse quidem primitus ger-

manicum, sed, ut Maroboduus, ore gallico gallice transformatum. Addendum est nomen belgicum Atrebates pro Adtrebates, assimilatione eadem, quae etiam obtinet hibernice in vocibus *atreba* (habitat, possidet, p. 359), *accobor* (voluntas) *accomol* (adjunctio) Wb. Sg. fq., quarum tamen compositio elucet e formis *adrothreb* (habitavit, consedit) Ml. 17[b], *adcobraim* (gl. volo) Sg. 146[b], *adcomaltar, adchomlatar* (adjungitur, -untur) Sg. Cr. Cf. mox infra hibern. *ad-*.

AT. DO-AT, DAT (hibern. vet. *do-aith-, taith-*): *datrithaw* (reformare, remutare, i. e. in formam pristinam restituere) Mab. 2, 235. 3, 161. *datkanu* (recitare, revelare) 1, 35. 2, 19. 391. DI-AT, DIT: *didanuud* (gl. elicio) gl. Oxon. Sed transit in eandem formam haec cum praecedente, ut in hodierna lingua, etiam in Leg. 2. 1. 31: *dadanhuder* (detegitur, revelatur) et in Mab. 1, 238: *datlewygu* (ex animi deliquio restitui; pro *di-at-* cum verb. *lewygu*, linqui animo). Hodierna ejusmodi: *dadblanu* (transplantare, plantam e loco suo in alium plantare), *dadgarcharu* (e carcere liberare).

Ut *et-* pro *at-* occurrit etiam formula cambrica DET: *detwyd* (= *do-at-w.*, sapiens) Mab. 3, 299.

Cornicum exemplum formulae cambr. *dat-* videtur in Pass. 115, 4: *ef a dalvyth thys* (leg. *datv., dasv.?* ipse reddet tibi). Armoricum vetustum adj. *detwid* obvium in nominibus virorum compositis in chart. Rhedon.: *Detwidhael* 1, 19. *Haeldetwid* 1, 14. 2, 17. *Jarndetwid* 1, 41. Recentiora e Buh.: *datcaffout* (relevare) 78, 26. *dascorch, dascorchas* (resuscita, resuscitavit) 12, 25. 128, 20. *dizreiff* (vertor, revertor?) 102, 20. Hodierna scriptio *das-, daz-*.

CO. AM-CO: *amgyffret mor* (mare circumfluit) Mab. 2, 204. *ymgyweiraw, ymgyweiryaw* (parare se) Mab. fq. *ymkanlyno, ymganlynnassant* (consuetudinem habuerit, societatem habuerunt, una iverunt) Mab. 1, 235. 285. AR-CO: *argywedu* (vincere) Mab. 1, 265. *arganfot* (animadvertere, p. 545. 546). GUOR-CO: *gorchymynnwys* (jussit) Mab. 3, 297. Item corn. *gurhemin*, armor. *gourchemen* jam memorata (p. 868).

GUO. AM-GUO, AMO (hibern. vet. *imm-fo-, immo-*): *Amguoloyt* (nom. propr. viri; adj. *loyt*, hod. *llwyd*, fuscus) Chron. cambr. in praef. edit. Leg. *amofyn* (quaerere) Mab. fq. Hodie etiam *ymofyn* (inquirere), *ymogwyddo* (labare; *cwyddo*) etc.

DO-GUO, DO-UO (hibern. vet. *do-fo-, tó-*) formula servata in glossis Oxon.: *doguomisuram* (mensuro), *doguohintiliat* (gl. inceduus; i. e. ambulator), ut in Luxemb.: *doguorennam* (gl. profundo), *douohinnom* (leg. *douorinnom*, gl. haustus), *douolouse* (gl. depromis), sed jam transiens in DI-GUO in gloss. Oxon. in voce *diguolouichetic* (gl. proditus, i. e. ad lucem datus), in Lib. Landav. privil. p. 113 in *dyguadef* (*braut*, sufferre, accipere judicium; = *doguodeim*). Ut in hodierna lingua, jam adest DYO (= *dy-go-*) in Mab.: *diodevueint, diodeiueint* (tolerantia; rectius *dyo-*) Mab. 1, 271. 272, hod. *dyoddef* (tolerare, sufferre). Armorice est *diou-* in verb. *diougani* (praestituere, praedicere; cf. adj. *diouguel*, manifestus, 44, 14, e *gouguel*, cambr. *gogel*, celatus, et privat. *di-*) Buh. fq., hodie quoque usitato.

GUOR. DO-GUOR: *diguormechis* (testatus est) gl. Oxon., ut supra *diguo-*. YM-OR: *ymordiwedawd* (definivit invicem, ad finem perduxit, devicit) Mab. 2, 23. 24. 239. 244. In lexicis etiam obvia: *amorchudd* (tegmen circum aliquid), *dyoresgynu* (subjugare), *dyorlwydd* (prosperari; *am-gor-, dy-gor-*) etc.

2. Decomposita cum pluribus particulis.

Trium particularum compositione consociatarum exempla cambrica: *ymgyuaruot* (convenire invicem, pugnare) Mab. 1, 265. *ymgedymdeithassu* (p. 870), *diosymdeith* (desuetudo, abstinentia a consuetudine; oppositum *kedymdeith*, consuetudo) 1, 283, si *dios-*, ut videtur, idem quod hibern. vet. *diu-, do-od-* (p. 856). Etiam in hodierna lingua non rarae sunt ejusmodi junctiones, si e. gr. ante duplices, ut *dam-, dym-, dar-, dad-*, antecedunt simplices particulae vel sequuntur post eas: *darymrithio* (se repraesentare, videri; *dy-ar-ym-*), *ymddadlewych* (reflexio mutua lucis, sui ipsius reflexio luminis; *ym-dy-at-*), *ymddadwreiddio* (eradicari; *ym-di-at-*).

Quadrupliciter porro compositae particulae sunt etiam hodie: *dadymoddef* (cessare tolerare simul), *dadymofidio* (cessare irasci, agitari de aliqua re; *di-at-ym-go-*), *dadymorchuddio* (se revelare, tegmine celante se liberare; *di-at-ym-gor-*).

LIBER SEXTUS.

DE CONSTRUCTIONE.

Monumenta literarum apud populos, qui eis utebantur, scripta sunt, ex quo exstant, aut in oratione communi, vel, ut dicunt, soluta, prosa oratione, aut in poëtica vel ligata. Invenitur haec differentia etiam celticae orationis, ex quo viri hujus linguae literis mandare sua coeperunt, fuitque vetustis temporibus, cum priscae gentis adolescentes disciplinae Druidum studiosi, teste Julio Caesare, magnum numerum versuum ediscebant, quos literis mandare fas esse non existimabant. Utriusque orationis proprietas et forma, constructio tam prosae orationis quam poëticae apud celticos populos, hujus libri duorum capitum argumenta sunt.

CAPUT PRIMUM.

De constructione prosae orationis.

Constructio prosae orationis est collocatio vocum vel partium orationis in sententias simplices, duplices vel multiplices secundum solitum linguae usum absque modis orationis ligatae. In hac prae omnibus aliis linguarum celticarum percipitur proprietas

ea, quod certis locis ponere solent in sententia quavis praecipuas partes orationis. Observandis de ordine vocum accedunt quae sunt propria constructionis ipsarum partium orationis praecipuarum, nominis vel pronominis et verbi, propria aut congruentiae aut regiminis aut usus. De particularum, adverbiorum vel praepositionum et conjunctionum, nec non numeralium constructione minus praeeminentia, quae hoc loco demum a quibusdam exponuntur, melius in capitibus de iis orationis partibus traduntur, ut sit in iisdem locis formarum et exemplorum unus conspectus. Quae porro in libris grammaticis hodiernae linguae in parte de syntaxi proferuntur de infectione consonarum inchoantium, eclipsi, articuli formis etc., pertinent ad doctrinam de sonis vel formis. Restant ergo hoc loco tractanda et exemplis e codicibus firmanda nonnisi haec: 1. ordo constructionis, 2. nominis et pronominis constructio, 3. verbi constructio. Harum divisionum regulae principales suis literis vel numeris inscriptae distinguentur.

I. Constructio prosae hibernica.

1. Ordo constructionis.

Sententiae officium est asserere aliquid de persona vel re aliqua; quod asseritur, praedicatum, de quo asseritur, subjectum dici, notum est. Voces, quae asserunt vel praedicant, primi ergo momenti sunt in sententia; tacet qui asserere nescit. Sententia hibernice constructa voces praedicantes in primo loco ponit.

a. Vox ante alias praedicans verbum est. Primum inde locum in sententia hibernica obtinet verbum: *demnigid apollonius* (affirmat Apoll.) Sg. 158[b]. *berid cách brith forarele* (fert quivis judicium de proximo suo) Wb. 29[b]. *dobérat huili acoibsena isindlaosín* (gl. omnis lingua confitebitur deo), *taiccéra cách daráchen fessin* (gl. unus quisque nostrum pro se rationem reddet deo) Wb. 6[b]. *beoigidir inspirut incorp* (spiritus vivificat corpus) Wb. 13[d]. *taibred cách airmitin dialailiu* (quivis honorem alteri dato) Wb. 5[d]. Ita etiam frequentissime in narratione: *dulluid patricc o themuir hi crich laigen. . . aliss patricc dubthach. . . frisgart dub-*

thach. . . asbert dubthach fri patricc. . . dubbert grad nepscoip foir. . . 7 dubbert patricc cumtach du fiacc (Patricius Temoria versus est in fines Lageniorum. . . quaesivit P. Dubthachum. . . D. respondit. . . D. dixit ad P. . . contulit gradum episcopi ei. . . et capsam dedit P. Fiacco) Tirechan. ap. O'Don. p. 436. 437. *asbert side. . . 7 dognaith athirgi 7 luid ingrian foraculu* (dixit hic, . . et facit poenitentiam et cedit sol retro; cf. p. 312) Ml. 16[d].

Ita quoque in sententia negativa, vel interrogativa, praecedentibus nonnisi particulis: *nidénat firtu úili* (non omnes operantur virtutes), *nilabratar uili ó ilbélrib* (non omnes loquuntur varias linguas) Wb. 12[b]. *ní derscigem nech dialailiu* (non differimus unus ab altero) Wb. 2[a]. *ní coméicnigedar na dliged insin* (gl. nulla ratione cogente; i. e. lex non cogit hoc; lege *andliged*) Sg. 61[a].

Est in his notanda terminationis verbi diversitas ea, quod post negationem jam ponitur forma brevior vel debilior cum vocali *a* vel *e*, ut in sententia dependente, dum in positione affirmativa absoluta pleniores illae in *-id, -idir, -it, -itir, -istir* cum vocali *i* (p. 432. 436. 445. 447. 448. 464) apparere solent.

b. Vox eodem modo asserens, ut verbum, est praedicatum proprie sic dictum, nomen scilicet, adjectivum praecipue, saepe etiam substantivum. Hoc quoque obtinet primum locum sententiae, cum deest verbum substantivum, in interrogatione vel negatione post particulam interrogandi vel negandi: *inmaith andubso* (num hoc atramentum bonum est?) Ml. 13[d]. *ní coimtig duine cen chomrorcain* (non frequens homo sine errore) Sg. 90[a]. *ni cóir infotha utmall* (non congruum est fundamentum mobile) Sg. 4[b]. *ni fíu aserc ade* (gl. temporalia sunt; i. e. non est justus amor horum) Wb. 15[c]. *ní gnáth choms. in ainmnidib* (non consueta est compositio in nominativis) Sg. 201[a]. *ní corp intóin báll* (gl. corpus non est unum membrum) Wb. 12[a].

In sententia affirmativa verbum substantivum expressum, quod una cum praedicato proprio locum obtinet verbi communis, in britannicis linguis etiam post praedicatum occupat locum secundum; in hibernica tamen praecedit, ut omnia verba, et praedicato vel quod est praedicati loco secundum locum concedit: *issiniu infer* (gl. Adam primus formatus est; i. e. vir senior est, muliere) Wb. 28[b]. *isbeicc limsa abríg* (gl. mihi pro minimo est) 8[d].

iseola side (ipse est sapiens, deus) 1[a]. *isdered mbetho inso* (est finis mundi hic) 10[b]. *isúaib fesin achenél* (gl. Epaphras est ex vobis) 27[d]. *itdássactig indóini hisiu* (stulti sunt hi homines) 12[d]. *itmaithi aarilti frib* (bona sunt ejus merita de vobis) 16[c]. *itmóra na bretha* (sunt gravia judicia) 17[b]. *bit goacha uili* (omnia, signa, sunt falsa) 26[a].

In sententia etiam negativa vel interrogativa idem ordo est post particulam praecedentem, si verbum substantivum adest, sive expressum, e. gr. formis *tá, ba,* sive residuum in consonis radicalibus et inclinatum: *nitat æcni huili* (non omnes sunt sapientes) Wb. 8[a]. *nitat apstil huili luct inna æcolsa* (non sunt apostoli omnes homines ecclesiae), *nitat forcitlidi úili* (non omnes sunt praeceptores), *nitat sóir huili oc tintuúth abélru innalaill* (non omnes sunt periti convertendi ex una lingua in aliam) Wb. 12[b]. *nipsa tróm fornech* (gl. nulli onerosus fui) 17[c]. *nipsa iudide ó béssaib* (non Judaeus fui moribus) 10[d]. *imba immalei do* (num simul ipse adest?) Wb. 4[b].

c. Ut in sententia simplici, etiam in sententiae duplicis vel multiplicis parte quacunque verbi et praedicati memoratus ordo obtinet, quibus nonnisi conjunctiones vel aliae particulae in parte negativa, conditionali, relativa etc. praecedunt. Exempla: *nonanich dia dicachimniud. nonanich dia calléic* (gl. ecce vivimus ut tentati et non mortificati) Wb. 16[a]. *dogéntar aidchumtach tempuil less et predchibid smactu rechto fetarlicce* (fiet reaedificatio templi per eum et praedicabit ritus legis vetustatis, Antichristus) Wb. 26[a]. *o rofaillsig tra aingel na coemtechta do anmain adamnain na fisisea . . . ruc lais iarsin* (postquam angelus custos monstraverat animae Adamnani visiones has, . . perrexit cum eo postea) Visio Adamnani ap. O'Donov. p. 440. *ciatbela indalanái ni epil alaill* (quamvis interit unum, non interit alterum) Sg. 30[a]. *nitairmthecht rechto mani airgara recht* (non est transgressio legis, si non vetat lex) Wb. 2[c]. *bid maith momenmese act rocloor forcáinscéilsi* (gl. ego bono animo sum cognitis his, bonis nuntiis de vobis) Wb. 23[d]. *isolc indindeiricc ismaid indílgud* (mala est vindicta, bona remissio) Wb. 25[c]. *itcorp inboillsin cit íli* (corpus sunt haec membra, quamvis sunt multa) Wb. 12[a]. *rofitemmarni bes sonirt forniressi isnaib fochidib* (scimus, quod est firma constantia vestra in tribulationibus) Wb. 14[b]. *isfollus nandat foirbthi uili* (certum est, quod non sunt omnes firmi) Wb. 26[b].

ciasu airegdu infer arachuitsidi nirubi nechtar de cenalail (gl. veruntamen neque vir sine muliere etc., 1. Cor. 11, 11; i. e. quamvis praestantior est vir ratione hujus, divini, non fuerit unus sine altero) Wb. 11[c]. *mad slaán inball iarnagalar isdidnad donaib ballaib ailib* (si sanum est membrum post morbum suum, valetudo est aliis membris) Wb. 12[b]. *rosuidigestar dia óin chorp diilballaib conderna cech ball anastoisc dialailiu* (posuit deus unum corpus e multis membris, ut faciat quodvis membrum, quod necessarium est alii) Wb. 12[a]. *am. dotéit side dogabáil báiguil intan nádnacastar et nádforchluinter isamlid dorriga dia dobráth intain nádtomnibther athíchtu* (gl. dies domini sicut fur in nocte ita veniet) Wb. 25[b]. *ma eterroscra friafer ni téit cofer ṅaile act bed ingenas. mad cotecht di cofer badhé afer incétne* (gl. praecipio, quod si discesserit mulier, manere innuptam aut viro suo reconciliari, 1. Cor. 7, 11; i. e. si secesserit a viro suo, ne eat ad alium virum, sed sit in coelibatu; si est aditus ei ad virum, esto hic vir ejus prior; ubi prima pars inciperet: *ma eterroscra inben friafer* etc., si expressum esset subjectum) Wb. 9[d]. *gaibit inna pronoa. aittrebthacha engraic anmæ dilis indaitrebthado arintan asṁbiursa meus engraicigidir insin mo ainm díles* 7 *nomréla et nometargnigedar. conaich ǽicen mo no. díles do eipert* (pronomina possessiva tenent locum nominis proprii possessoris, nam si dico meus, hoc loco est nominis mei proprii et me manifestat et notificat, ut nomen meum proprium non sit necesse dicere) Sg. 200[b].

d. Si in sententia simplici vox vel pars quaedam cum emphasi proferenda praemittitur in aliis linguis, constructio hibernica eam partem praemisso verbo substantivo solvit in propriam sententiam atque hanc praemittit: *isdothabirt díglae berid inclaidebsin* (gl. non sine causa gladium portat, potestas; i. e. ad dandam vindictam portat gladium hunc, ad verbum: est ad dandam vindictam, portat gladium) Wb. 6[a]. *isdia rodordigestar* (gl. a deo ordinatae sunt, potestates; i. e. est deus qui eas ordinavit) 6[a], in quo esset simplex ordo sine emphasi: *rodordigestar dia* (eas ordinavit deus).

Frequens est ejusmodi solutio ad praeferendam vocem aliquam vel partem sententiae. Cum verbo substantivo in parte posteriore, ut in praemissa: *hires foirbthe* 7 *gnímai sainemlae* .ı. *ishires astoisech ishisuidib* (gl. alterum altero suppletur; i. e. fides

firma et facta praeclara, fides est praeminens in his) Ml. 14c. *is-ed trede insin astoisechem do duiniu* .i. *bairgen rl.* (gl. haec tria primum obtinent locum) Ml. 20d. *ismé asapstal geinte* (gl. ego sum gentium apostolus) Wb. 5b. *biit sualchi and itfoilsi* (gl. facta bona manifesta sunt, non alia; i. e. sunt bene facta, quae sunt manifesta) Wb. 29a. *combadhé œcrichdatusin nobed and* (gl. quidam nomen verbi hoc esse dicebant, verbum infinitum, Prisc. 8, 8) Sg. 148b. *combed hed nobed and* (ita ut hoc sit) Wb. 3b. *am. bid emelides nobed and* (gl. Aemilianus Aemilii filius; i. e. acsi Aemelides esset) Sg. 33a. *ni arindí bed leth ṅgotho nobed indibsem* (gl. semivocales; i. e. non ideo acsi dimidium vocis esset in eis) Sg. 5a. *acht rop réforciunn robbé da* (si ante finem fuerit da, in dare, datus) Sg. 169a. Cum verbo activo vel passivo in posteriore parte: *ismesse rophroidech doib* (ego praedicavi eis) Wb. 10c. *ishé rofitir aurlatu et hiriss cáich* (ipse, deus, scit obedientiam et fidem cujusvis) Wb. 7c. *itboill immefolṅget corp* (gl. corpus non est unum membrum, sed multa; i. e. sunt membra quae efficiunt corpus) Wb. 12a. *ithé rogabsat airegas* (gl. primum apostolos posuit deus) Wb. 12b. *am. bid fíadib nocrochthe* (acsi coram vobis crucifigeretur, descripta est passio Christi; ad verbum: acsi esset coram vobis, quod crucifigeretur) Wb. 19b.

Pro *as, it* in initio secundae partis sententiae obvium est etiam *atá,* sive est singularis sive pluralis numerus subjecti: *ithé ata mundus túas* (gl. divitiae mundi, divitiae gentium; i. e. sunt hae, gentes, τὸ mundus supra, quod est mundus supra) Wb. 5b. *itsib ata chomarpi* (vos estis coheredes) Wb. 19c.

Fit eadem constructio post negationem, sive deest verbum substantivum sive adest: *taccu nimé asbéo* (gl. vivo autem jam non ego, Gal. 2, 20) Wb. 19a. *ni uáinn fesine ataam fortectiri* (non a nobis ipsis sumus vestri inspectores) Wb. 15a. *ni sochude diib ataat and* (gl. non multi nobiles) Wb. 8a, in quibus esset affirmative *ismé, isuáinn, issochude.* Porro si adsunt verbi substantivi formae *tá, ba: nitat huili itmaicc tairngiri* (non omnes sunt filii promissionis; constructio simplex: *nitat maicc tairngiri uili*) Wb. 4c. *ni pathé indii beta thuicsi* (non hi sunt electi) 4c.

Sententiae duplicis partis utriusque solutae, duarum ergo partium in quatuor solutarum exempla sunt: *nitú nodnai:: acht ishé notail* (gl. non tu radicem portas, sed radix te, Rom. 11, 18)

Wb. 5[b]. *ciasu icolinn am béosa isiress cr. nombeoigedar* (quamvis in carne sum vivus, fides Christi me vivificat; ad verbum: quamvis est in carne, quod sum vivus, est fides Christi, quae me vivificat; ubi *su* in prima parte est loco verbi substantivi) Wb. 19[a]. Item: *isdo iscoir indocbáal arishúad cach necne* (gl. soli sapienti deo gloria, Rom. 16, 27; i. e. ei est justa gloria, nam ex eo est omnis sapientia) Wb. 7[c], si posterior pars secundum priorem completur: *arishúad iscach necne.*

Atque adeo est solutio sententiae simplicis in tres partes; deest tamen verbum substantivum ante primam, ita ut haec appareat ut nominativus absolutus: *inspirut noib isheside aseola* (spiritus sanctus sapiens est; constructio simplex: *iseola inspirut nóib*) Wb. 4[b]. *na cumactte isdia rodordigestar* (gl. quae sunt, potestates, a deo ordinatae sunt) 6[a]. *inchaingnímai aili isiarcéin rofinnatar* (gl. quae aliter se habent abscondi non possunt, 1. Tim. 5, 25; i. e. alia benefacta postea noscuntur) 29[a]. Item cum parte immixta relativa: *lann segar and issi ede dulchinne inmílti* (gl. unus accipit braveum; i. e. corona quae accipitur est remuneratio exercitii; ubi perfectius esset *issi ede asdulchinne,* et constructio simplex: *isdulchinne inmílti lann segar and*) Wb. 11[a]. E codice Sg.: *inna teoir rannasa isóin rann fardiñgrat* (gl. proprium est nominis substantiam et qualitatem significare, hoc habet etiam appellatio et vocabulum, ergo haec tria una pars est orationis, Prisc. 2, 4; ad verbum: hae tres partes, est una pars quam significant) 26[b]. *indaiccend bias forsindainmnid isé bias forsnaib camthuis.* (gl. obliqui casus generalem accentuum regulam servant, Prisc. 13, 3; ad verbum: accentus qui est in nominativo, is est qui est in casibus obliquis; leg. *intaiccend* ob pron. masc. sequens *é*) 207[a].

Sunt hae regulae ordinis praecipuarum partium sententiae hibernicae communiter observatae. Nec tamen mirum, si interdum legitur exemplum minus stricte eas sequens, ut: *buith cen æccne fofera anfírinni* (esse sine cognitione profert injustitiam) Wb. 2[a]. *fáilte cáich bad fáilte dúibsi. brón cáich bad brón dúibsi* (gaudium cujusvis sit gaudium vobis, cura cujusvis sit cura vobis) Wb. 5[d], quae essent secundum regulas: *buith cen æcne ised fofera anfírinni. bad fáilte dúibsi fáilte cáich* etc.

e. Locos primos sententiae sibi postulare verbum, dein praedicatum, ex iis quae tractata sunt hactenus patet. Locos post

eadem occupat plerumque subjectum cum vocibus dependentibus, si adsunt, post quod sequuntur dependentes a verbo vel praedicato et voces a dependentibus iterum dependentes, ut in Wb.: *isuisse lóg asaithir dochách* (gl. dignus est operarius mercede sua; i. e. est justa merces laboris sui cuivis) 29[a]. *dorigeni dia corp duini ó ilballaib* (fecit deus corpus hominis e multis membris) 12[a], et in exemplo supra allato e Sg.: *gaibit inna pronoa. aittrebthacha engraic anmæ dilis indaitrebthado.* Non tamen tam strictus est ordo in his locis posterioribus, ita ut e. gr. subjectum tam antecedat objectum verbi, ut in exemplis modo prolatis, quam sequatur, ut in his: *sluindith folad indepert* (significat notionem vox) Sg. 25[b]. *ni dénat firtu úili. ni tectat rath dénma ferte uili* (non omnes faciunt virtutes, non omnes habent gratiam faciendi virtutes) Wb. 12[b].

f. Extra ordinem sermonis communis procedere posse sermonem ligatum, ut fit in omnibus linguis, etiam in hibernica, vix est quod moneatur. Ita in versu carminis codicis Ml.

Indalim ba brathir dam
mathirse amathirsem

prius membrum in sermone pedestri esset *ba brathir dom indalim.*

2. Nomen et pronomen constructum.

a. Articulus hibernicus cum substantivo eodem modo construitur, ut in linguis, quae eo utuntur, e. gr. in graeca. Peculiaria, quibus differt hibernica, animadvertuntur haecce.

Si post substantivum sequitur substantivum in genitivo, articulum praecedere ante posterius, deesse autem ante prius, regula est, ut e pluribus exemplis patet, quae enumerata sunt in capite de articulo. Inveniuntur tamen ibidem quaedam etiam, in quibus articulus comitatur utrumque substantivum.

Ante nomina propria articulus deest communiter: *romuil doforsat incathraig ó eneas rocinnset indromain* (Romulus condidit civitatem, ab Aenea orti sunt Romani) Sg. 31[b]. *arindí atreba bésu aristotil* (gl. Aristotelicus), *atreba besu socráit* (gl. Socraticus) Sg. 33[a]. *ishé apoill insin* (gl. Latonae filius), *ishé romuil* (gl. Iliae filius) Sg. 31[a]. *istiamthe immeruidbed et ni roimdibed tit* (Timotheus circumcisus erat et non circumcisus Titus) Wb. 18[d]. Legi-

tur tamen praemissus iis interdum: *inscip emelendae* (gl. Aemilianus Scipio), *incæsar octauienda* (gl. Octavianus Caesar) Sg. 31[a]. *indróm fil hí constan.* (gl. urbs Roma constantinopolitana), *airechas inna rómæ* (principatus Romae) Sg. 174[a]. *sliab ṅossa* (mons Ossa) Sg. 63[a].

Gentilia item et patronymica modo cum articulo inveniuntur modo sine eo: *arrucestaigser frissinnebride* (gl. cum Ebraeo disputans) Ml. 2[d]. *indromain* (Romani) Sg. 31[b]. *intṡabindai* (Sabini) Sg. 28[a]. *inmarcelldai* (gl. Marcelli), *inchornaldai* (gl. Cornelii) Sg. 30[b]. *indæneedai* (gl. Aeneadae), *romoldai* (gl. Romulidae) Sg. 31[b]. *arindí atrebat romáin and. atrebat lait. and* (habitant Romani, Latini ibi) Sg. 33[a]. *docach cathrur di romanaib* (cuivis civi e Romanis) Sg. 33[a]. *irchre flatho román* (interitus imperii Romanorum), *tóiniud flatho ó rómanib* (secessio imperii a Romanis) Wb. 26[a]. *la laitnori* (apud Latinos), *la grecu* (apud Graecos), *la atacu* (apud Atticos) Sg. 5[b]. 26[b]. 147[a]. *la iudeu* (apud Judaeos) Wb. 5[b].

Adest articulus interdum contra communem usum. Ante substantivum: *ishé intecttaire maith condaig indocbáil diathigerni* (is est bonus gubernator, qui quaerit gloriam domino suo) Wb. 8[d], ubi secundum solitam constructionem esset cum *as* pro *in: ishé astectire maith.* Ante adjectivum, si substantivum, quocum concordat, praecedit pronomen possessivum: *mad cotecht di cofer badhé afer incétne* (si aditus ei, mulieri separatae, ad virum, sit hic ejus vir prior) Wb. 9[d].

b. Casus substantivi nominativus et accusativus ut in aliis linguis constructi inveniuntur, e. gr. accusativus post verbum activum et praepositiones.

Est etiam accusativus temporis hibernicus: *arromertussa buith and angaimredsa* (gl. ad me Nicopolim, ibi enim constitui hiemare, Tit. 3, 12; i. e. esse hanc hiemem) Wb. 31[d]. *itarcud indocbalæ domsa dia brátha* (gl. ad gloriam meam in die Christi) Wb. 23[c]. *irlaim do dul báis cachdia* (parati ad subeundam mortem quavis die) Wb. 16[a]. *cech naidche* (quavis nocte, leg. *naidchi*), *amedonlathe* (media die) Hymn. in S. Patr. 15. 23.

Genitivus substantivi ab alio substantivo dependere solet, cujus constructionis exempla frequentia in declinatione enumerata sunt. Rarior genitivi causa est adjectivum, e. gr. in his: *am tualang ahetarcerta* (sum gnarus interpretandi eas, linguas) Wb. 12[d].

ammi tuailṅge armbrethre (sumus gnari verbi nostri) 17[b]. *ba coir cenachomalnithe ropredchad mór namri dúib* (debet esse, etsi non impleretis quod praedicatum est, multum utilitatis vobis) 13[a]. *imforlinged mór namri de* (factum inde multum utilitatis; *amre*) 15[d]. *dorrigeni mór nuilc frimsa* (fecit multum mali mihi) 30[d]. Saepius enim adjectiva, quae in aliis linguis cum genitivo vel alio casu construuntur, hibernice praepositiones sibi assumunt: *lán di uisciu* (plenus aquae) Incant. Sg. *loor fricach réit* (contentus quacunque re) Wb. 24[b]. Eodem modo etiam si non adest adjectivum, praepositione *di* tam nominis quam pronominis genitivus significatur: *ismó afius deitsiu andorigeni dimaith frimsa* (gl. quanta ministraverit melius tu nosti, i. e. quid boni fecerit mihi) Wb. 30[a]. *bid ícc disi tuistiu clainde* (gl. salvabitur per filiorum generationem; i. e. erit salus ejus, mulieris; *sí,* pron. fem.) 28[b].

Ante dativum praemittendae praepositioni *do* lingua hibernica jam omnino assueta est. Sunt paucae positiones, in quibus deest ea praepositio, sequentes.

1. In forma adverbiali adjectivorum et substantivorum dativi singularis, praemisso solo articulo. Item in forma adverbiali substantivorum pluralis numeri omisso etiam articulo. Exempla supra enumerata sunt (p. 562 sq.).

2. Post comparativum, cum omittuntur particulae comparationis *oldaas, oldate, indaas* (p. 681), eodem modo ut in lingua latina est ablativus pro constructione cum particula *quam.* Exempla: *isuáisliu cach céitbuid córe* (gl. pax superat omnem sensum; i. e. est nobilior omni sensu pax) Wb. 24[b]. *ishuaisliu cech duil andoratad dondoinacht* (gl. omnem creaturam longe transgreditur) Ml. 25[a]. *isferr cach réit són* (melior omni re haec, caritas) Wb. 27[d]. *nídad ferrsi inchétnu* (non estis meliores quam primum; cf. p. 315) Wb. 8[c]. *isarnaib grádib nemdib. et ni bo decming rombed imthanad hisuidib combad uáisliu cach grád alailiu* (gl. constituens ad dexteram suam in coelestibus supra omnem principatum et virtutem, Ephes. 1, 20; i. e. supra gradus coelestes, et non est possibile quod sit alternatio in his, ut sit nobilior quisque gradus altero) 21[a]. *ni diliu nech limm alailiu* (non carior mihi aliquis alio) 23[a]. *ni ferr nech alailiu and* (non melior aliquis alio) 2[a]. *ni mó bríg cachhe alailiu* (non majoris auctoritatis quisque quam alter) 19[c].

Videntur esse in his vestigia proprii casus, ablativi scilicet, qui etiam terminationis diversae a terminatione dativi fuerit in quibusdam primitus, ut in lingua latina.

c. Adjectivorum congruentia cum substantivis in genere, numero et casu est eadem hibernica, ut in aliis linguis, atque locus in communi constructione post substantiva. Sunt tamen notanda quaedam propria hibernicae linguae in hac substantivi et adjectivi collocatione.

1. Adjectivum omnis flexionis expers saepius praemissum invenitur substantivo. Haec autem constructio est nonnisi compositio adjectivi cum substantivo, quam consuetam esse linguis celticis magis quam aliis, exempla plura jam enumerata (p. 825 et 862) docent. Compositio statuenda est, quamvis separata legitur utraque vox in codicibus interdum, e. gr.: *ni artu ní nim. . ar nóib bríathraib rolabrastar cr.* (non altitudo non coelum supra sacra verba quae locutus est Christus) Incant. Sg., pro *ar nóib-bríathraib.* Compositionem comprobant infectionis consonae substantivi incipientis plura exempla (p. 198).

A communi regula postpositionis adjectivorum excipiuntur adjectiva pronominalia: *alaile* juxta *aile* postpositum, *uile* significans lat. *omnis, quivis,* juxta *uile* significans *totus,* quod postponitur ut mere adjectivum, item *cach, cach óen* (quivis), *nach* (aliquis); quorum omnium exempla inter pronomina prolata sunt (p. 363 sq.). Excipiuntur porro praeter numeralia cardinalia simplicia etiam ordinalia affinia magis adjectivis, quibuscum tamen omnino concordat *tánise* (secundus), interdum et *cétne* (primus), ut exempla item jam allata docent (p. 315. 316).

Adjectivi meri substantivo praepositi cum flexione unicum exemplum mihi occurrit hoc: *inna dærcæ fróich* (gl. vaccinia; i. e. rubrae ericae) Sg. 49ª.

2. Adjectiva post substantiva numeri dualis leguntur in forma pluralis numeri, hibernica ut cambrica. Exempla vetusta hibernica satis certa: *etir da ṅainm̄ cosmaili* (inter duo nomina similia) Sg. *da druith ægeptacdi* (duo druidae aegyptiaci) Wb. jam supra memorata sunt (p. 278).

3. Adjectivum sine substantivo per se solum in forma generis neutrius loco substantivi esse potest: *duthraccarsa amaithsin* (opto bonum hoc) Wb. 14ᵇ. *andubso* (nigrum hoc, i. e. atramen-

tum) Ml. 13^d. Forma adverbialis adjectivorum dativus hujus positionis esse videtur (p. 562).

Frequentius per se solum occurrit in forma neutrius pluralis, eo plane modo, ut fit in lingua latina; eandemque formam etiam induit pronomen demonstrativum *í*. Exempla: *có osnada* (gl. usque ad superiora) Ml. 31^c. *fudumne* (gl. profunda, dei spiritus scrutatur) Wb. 8^b. *na cotarsnai* (gl. adversa, vobis) Ml. 20^c. *comrama et baga poil frisnadedencha* (gl. cursum consummavi, 2. Timoth. 4, 8) Wb. 30^d. *innahíi irrufollnastar siu* (ea quae explevit hic) Wb. 13^b. *madugneu innahii remiærburt. madudrignius ní dinaib remeperthib. madugneu inna remeperthi* (si facio ea quae dixi, si feci aliquid de antedictis, si facio antedicta) Ml. 23^c. 23^d.

d. Numeralium quae sunt propria in constructione et congruentia ob formarum conspectum in eorum capite jam tractata sunt. Praeter formam substantivi post numerum majorem (p. 314; cf. *tricha bliadan* Bened. Hib.) insignis est numeri majoris separati, si duplex numerus adest cum substantivo, postpositio in propria forma, e. gr. *déc*, quae alias est *deich*. Videntur minores numeri praedicati loco substantivo praemissi, majores absolute sequentes.

e. De pronominum congruentia vel usu peculiari haec notanda sunt.

1. Pronomen interrogativum congruit cum genere sequentis substantivi, masc. *cia*, fem. *cesí, cisí*, addito ad significandum perfectius genus pron. personali fem. *sí*, neutr. *ced, cid* (p. 362). Etiam pronomen personale tertiae personae transiens in significationem demonstrativi, sing. masc. *é, hé*, fem. *sí*, neutr. *ed, hed*, plur. *é, hé* trium generum, sequitur tam genus quam numerum sequentis substantivi.

Sing. masc.: *ishé inso innóibad* (gl. haec est sanctificatio vestra, ut abstineatis etc.) Wb. 25^b. *ishe besad felsub* (est hic mos philosophorum) Wb. 27^a. *ishe se incomdithnad* (gl. solatio mihi ipse esse possum, . . si quid etc., Prisc. 6, 1; i. e. hoc est solatium) Sg. 90^a. *isee arndiltuth dunn fanissin* (est haec abnegatio nostra ipsorum) Camarac.

Fem.: *issí inso fedb* (haecce est vidua) Wb. 28^d. *isí inso indrún inso* (hocce est mysterium) Wb. 13^d. *issí rún indforcillsin* (est hoc mysterium hujus doctrinae) Wb. 28^b. *issí indetarceirt inson*

grecde (est haec interpretatio vocum graecarum; leg. *inna son*) Sg. 207[b]. *issi ticsál archruche duun* (est haec sumtio crucis nostrae) Camarac.

Neutr.: *ished inso anaithescc* (hoc est responsum) Wb. 9[d]. *ished anoneste insin. ished didiu anhonestum* (est hoc τὸ honeste, honestum) Wb. 10[b]. 25[b].

Plur.: *ithǽ inso besi* (sunt hi mores), *ithæ besse inna fedb* (sunt hi mores viduarum) Wb. 28[d]. 29[a]. *ité inna noi* (haec sunt ea novem, pronomina) Sg. 197[b].

2. Sub fine sententiae si pronomen personale vel possessivum exprimendum est, fit id praepositione *do* cum pronominis ejus, quod significandum est, forma suffixa.

Pronomina personalia hoc modo significata: *nibad aóenur dó* (gl. rogavi eum veniret ad vos cum fratribus; i. e. ne esset solus ipse) Wb. 14[a]. *imba immalei do* (gl. quis est qui condemnet? simul autem Jesus? Rom. 8, 33; i. e. num est simul ipse?) 4[b]. *do inis maddoc dún .i. meisse 7 choirbbre* (ad insulam Matoci nos, ego et Coirpre) Sg. 194[a]. *dichlaind thessei dóib. di grecaib dóib huili* (gl. Thesidae, Cecropidae id est Athenienses; i. e. de genere Thesei ii, de Graecis ii omnes) Sg. 31[b]. *huare ní in óen diaithir doib* (gl. ab alio cuique centro absides suae exsurgunt ideoque diversos habent orbes motusque dissimiles, planetae, Beda de nat. rer. c. 14; i. e. quia non in uno centro ipsi) Cr. 18[c].

Pronomina possessiva eodem modo expressa, substantivo antecedente: *condib dídnad domsa foirbthetu hirisse dúibsi* (gl. desidero consolari per fidem vestram; i. e. ut sit solatium mihi firmitas fidei vestrae) Wb. 1[b]. *eter baullu coirp dunn* (inter membra corporis nostri) Wb. 12[b]. Cum infinitivo loco substantivi: *ronfitirni cach trechretim dúibsi* (gl. epistola nostra vos estis quae scitur et legitur ab omnibus hominibus manifesta; i. e. noscit nos quivis per fidem vestram) Wb. 15[a]. *ropad maith limsa labrad ilbelre dúibsi* (esset acceptum mihi vos loqui multas linguas, locutio vestra) 12[c]. *combad ǽt leu buid domsa iniriss* (ut sit aemulatio eis esse me in fide) 5[b]. *buith dúnni issintodochidiu* (gl. cum venerit quod perfectum est; i. e. esse nos in futuro) 12[c]. *ba ferr limm im̄ buith di inógi* (gl. beatior autem erit si sic permanserit, mulier, secundum meum consilium, 1. Cor. 7, 40), *búith dúibsi inógi* (gl. itaque dico fratres, 1. Cor. 7, 29; i. e. esse eam, esse vos in coe-

libatu, volo) 10[b]. Praecedit pronomen possessivum etiam in supra memoratis exemplis e Camarac.: *isee arndiltuth dunn fanissin. issí ticsál arcruche duun.*

3. Formulae pronominis demonstrativi *in-so, in-sin* includentis non solum substantivum, sed etiam, si una cum eo adsunt, adjectiva, numeralia, exempla jam prolata sunt in pronomine (p. 354). Fit idem semper, etiam si adsunt aliae et plures voces a substantivo dependentes: *forsacenélae metirsin* (gl. inter hendecasyllabos phalecios; i. e. hoc genus metri) Sg. 8[a]. *araaric acenelæ fothaircthesin* (gl. ad balneas pallacinas, in ed. Palatinas, Prisc. 14, 3; i. e. nam invenit hoc genus balnei; praemittit glossator latine: *de nomine philosophi*) Sg. 217[a]. *congaibetar inna trechenel martre so* (continentur haec tria genera martyrii) Camarac.

4. Pronominum interrogativorum, quae semper praecedunt, etiamsi adest praepositio, constructio jam supra memorata est (p. 362. 363).

5. Relationem hibernice significari non solum pronominis relativi formis absolutis vel infixis, sed etiam formis propriis verborum, patet ex iis quae jam luculentius tractata sunt de his (p. 348 sq. 456. 478. 486). Modus frequentior cambricus, quo relatio post praepositionem indicatur ponenda in fine relativae partis sententiae praepositione cum pronomine suffixo personali vel cum possessivo ante substantivum (p. 397), non invenitur hibernice, nisi est in Camarac.: *cach reet cari særcicesa ami na laubir noco* (res quaevis, in qua amas multas illecebras et voluptates).

3. Verbum constructum.

a. Praecipua verbi hibernici, ut britannici, proprietas est ejus constructio impersonalis, in qua sola tertiae personae numeri singularis forma obtinet, sive exprimenda est persona praeter tertiam alia numeri singularis sive etiam pluralis. Eam constructionem jam adoptant verbi substantivi formae *is, as, bid,* cum ob emphasin sententia simplex solvitur in duplicem (p. 885), idque cum pronominibus absolutis, dum aliis verbis, in quibus obtinet haec constructio, connectuntur nonnisi infixa. E. gr.: *ismé asapstal geinte* (gl. ego sum gentium apostolus) Wb. 5[b]. *asm̄é mói-*

nur aridrochell (gl. egomet rapui, intelligimus ego et non alius; i. e. quod sum ego solus qui rapui) Sg. 202[a]. *issnisni ata* (nos sumus . .; cf. p. 333) Wb. 10[d]. *am. bid me féin notheised cucut* (gl. suscipe illum sicut me; i. e. acsi ego ipse venirem ad te) 32[a]. Verbi substantivi tertia persona pluralis legitur in solo exemplo in Wb. 19[c]: *itsib ata chomarpi* (vos estis coheredes), fortasse errore scriptoris pro *issib*. In his exemplis pronomen personale *me* vel *snisni* etc. videtur potius objectum regiminis latentis in verbo substantivo quam subjectum.

Ejusmodi saltem constructionem objecti ex actione latente in verbo impersonali (cf. germ. es gibt männer, menschen; acsi liceret latine dicere dat viros, dat feminas pro sunt viri, feminae) ostendit verbi substantivi forma *fil, feil* cum compositis, quae nunquam flexionem personalem induit et sequentem accusativum postulat. Exempla: *ni feil titlu remib ciasidciamni titlu re cechoin salm* (gl. non sunt suprascripti psalmi quidam; i. e. non sunt tituli ante eos, quamvis videmus titulos ante quemvis psalmum) Ml. 2[b]. *nífil aimsir nadindbed* (gl. rex constitutus ex tempore quod utique non coepit aliquando; i. e. non est tempus, a quo non sit; nom. *aimser*) Ml. 17[a]. *nifil chumtubairt ata nan̄man sidi* (non est dubium, quin sint nomina haec; nom. *cumtubart*) Sg. 154[b]. *ni confil nach rainn nád techtad cetnidetaid* (non est pars, orationis, quae non habeat originem primitivam; nom. *rann*) Sg. 188[a]. Inde et pronomina personarum trium infixa inter particulas et verbum hoc impersonale habenda sunt objecta, ut: *condumfeil* (ut sim), *cininfil* (quod non sumus), *condibfeil* (ut sitis), *nachibfel* (quod non estis), *cenodfil* (quamvis est), quorum exempla supra enumerata sunt (p. 479). In tertia persona praeter pronomen infixum obtinet etiam accusativus: *cenodfil chotarsnataith etarru* (gl. quamvis habeat aliquid contrarium; nom. *cotarsnatu*) Sg. 29[b]. *cinidfil chairi linn* (gl. nos alienos a culpa; i. e. quamvis non est culpa nobis; Ml. 28[c]: *incairi*, gl. notam, nom. *caire*) Ml. 30[a].

Verbi substantivi forma *tá* quamvis servet adhuc flexionem personalem in vetusta lingua (p. 476. 477), adoptat tamen etiam impersonalem constructionem, immo constructionem cum accusativo ad instar formae *fil*, ut comprobant haec exempla: *nimtha láum* (non sum manus) Wb. 12[a]. *nimptha firion arachuitsidi* (gl.

non in hoc justificatus sum) 8[d]. *nintá airli armban* (non est nobis obedientia mulierum nostrarum) 31[c].

Proprium est linguae vetustae hibernicae, quod quamvis pluribus radicibus indicet verbum substantivum, etiam activa verba quaedam in eandem significationem convertit. Accidit hoc verbo *gaibim* (capio) in forma praeteriti: *am. bid cæet limsa moort dogabál darmchenn céin rongabus icarcair* (gl. quidam ex contentione Christum adnuntiant, non sincere, Philipp. 1, 17; i. e. acsi esset contentio pro me missionem meam sumendi pro me, quamdiu sum in carcere) Wb. 23[b]. *am. rongab indosa indrong briatharde pers. ta. in .as* (gl. conjugatio nominatur quod una eademque ratione declinationis plurima conjugantur verba, Prisc. 8, 17; i. e. ut est haec o vinculum verbale, persona secunda in as; sequitur enim mox ap. Prisc.: cum enim verba omnia, quae aequali regula declinantur, in o vel in or desinant, in o quidem terminantia, si primae sint conjugationis, in as efferunt secundam personam) Sg. 159[b]. *am. rondgabsat in optit* (gl. tam participia quam infinita verba ad similitudinem optativorum, Prisc. 11, 4; i. e. ut sunt in optativo) Sg. 190[b]. Ob infixum hic pronomen *d* 3. pers. sg. generis neutrius (*n* praecedens est relativum infixum postulatum a conjunctione nominali, quod solum adest in ceteris exemplis) licet suspicari in his loquendi modum per ellipsin hunc: incepi id, scilicet esse, i. e. sum. Verbi factitativi primitus *díxnigur* transeuntis item in eam significationem exempla supra prolata sunt (p. 781, not.).

b. Activum verbi hibernici vetusti plenam adhuc personarum formationem habet, nescitque impersonalem constructionem, quae in recentiore lingua etiam hoc genus invasit, praesertim in gaelica, in qua e. gr. est praet. sing. 1. *do bhuail mi* (cecidi), 2. *do bhuail thu,* 3. *do bhuail e* etc. Et fut. sing. *buailidh mi, tu, se,* plur. *buailidh sinn, sibh, siad* (caedam, -es etc.; *-idh,* vet. hibern. *-fid*) Hibernice hodie juxta personalem magis servatam usitata est etiam impersonalis, e. gr. praes. sing. *ceilidh mé* (celo), *tú, sé,* plur. *ceilidh sinn, sibh, siad.* In vetusta lingua constructio impersonalis ejusmodi raro observatur, e. gr. in verbis junctis impersonali constructioni verbi substantivi, ut supra in *aridrochell, notheised,* vel in loquendi formula cum accusativo, ut est post *fil: conricci innaimsir hituam* (gl. usque adhuc; i. e. donec

attingat tempus, attingatur tempus, quo sumus; *aimsir* accus.) Wb. 9[a].

In passivo defecit flexio personalis jam in vetusta lingua, cui nonnisi tertia persona utriusque numeri usitata est: *intain arallegthar aæpis.* (cum legitur ejus epistola) Wb. 18[a]. *lase aralégatar* (cum leguntur, voces) Sg. 213[a]. Ceteras personas, primam et secundam singularis et pluralis, modo impersonali exprimi, infigendis formis pronominum earum personarum inter formam verbi tertiae personae singularis et particulas verbales *no, ro* vel praepositiones in verbis compositis, proditum jam in systemate verbi (p. 412), patet ex ipsis in verbo enumeratis exemplis (p. 474).

Actio verbi reflexiva in linguis celticis propria forma non significatur. Hibernice significatae ejusdem particula praefixa *im-*, ut fit communiter britannice, vix unum vel alterum exemplum exstat (p. 847). Solita est infixio pronominis personae quae in se agit: *nommóidim* (glorior, i. e. laudo me) Wb. 14[c]. *nonmóidemni* (gl. gloriamur) 2[d]. *act ranglana* (gl. si emundaverit se) 30[b].

c. Temporum et modorum usus et constructio, simplex in omnibus linguis celticis, jam e systemate verbi et exemplis ad ostendendas verborum formas prolatis affatim elucet.

Promiscuus usus praesentis et praeteriti secundarii, frequentior in cambrica constructione, jam animadvertitur interdum in vetusta hibernica: *atbélmis* (gl. sicut Sodoma facti essemus; i. e. interivissemus) Wb. 4[d], quod etiam significat *interiremus*. Oritur omissis particulis *no* et *ro*, quibus fit distinctio inter utrumque tempus, e. gr. in pass.: *noberrthe* (calvaretur), *roberrthe* (calvatus esset; cf. p. 453. 471).

d. Infinitivum hibernicum esse mere substantivum, patet tam ex ejus formis varie derivatis (p. 459 sq.), quam praecipue ex ejus constructione cum genitivo, cujus sunt exempla quaedam manifestiora: *tre fulang inna fochide* (tolerandis tribulationibus) Wb. 14[b]. *imradud inna réte domunde. cen imradud nanemde* (cogitare res mundanas, sine cogitatione coelestium, est sapientia carnis) Wb. 3[d]. *ni áil dún tabart testassa* (gl. non nobis necesse quicquam loqui, i. e. dare testimonium) 24[c]. *octabairt rúin, octabirt coibsen* (in proferendis mysteriis, dandis rationibus) 12[b]. 15[c]. *gabál desimrechte* (sumere exemplum) fq. Legitur tamen etiam frequenter infinitivi, qui est subjecti loco, constructio alia

variata, qua substantivum dependens ab infinitivo in ejus locum subrogatur et ipse cum praep. *do* postponitur: *istaschide timne dée dochomalnad* (necessarium est mandatum dei implere) Wb. 10[a]. *ismaith intóis éula do accaldam* (est bonum sapientibus loqui) 3[c]. *augtortás apstalachte inso tra aainm fessin dosuidigud itossoch na epistle* (gl. Paulus apostolus; i. e. auctoritas apostolatus hoc ergo suum ipsius nomen ponere in initio epistolae) 14[b]. Versa haec in constructionem priorem cum genitivo sunt: *istaschide chomalnad timni dée. ismaith accaldam indóisa éula. isaugtortas apstalachte suidigud aanma fessin itossoch.*

Infinitivus cui praecedit praep. *oc* cum verbo substantivo constructus saepius est significationis participii praesentis: *bíu ocirbáig, biuusa ocirbáig* (sum glorians) Wb. 16[d]. 20[a]. *robóisom octatháir* (fuit vituperans) 23[d]. *robá oclegund* (fui legens) Sg. 148[a]. Etiam hodie participium praes. gaelice eodem modo significatur, praepositione *ag* cum infinitivo. In vetusta hibernica tamen lingua, quae possidet formas relativas participiorum vice fungentes, non tam communis usus est ea constructio.

II. Constructio prosae britannica.

Vetustiores codices cambrici cum non sententiarum pleniorem constructionem, sed voces tantum singulas vel paucarum vocum glossas exhibeant, libri cornici et armorici ampliores autem oratione poëtica scripti sint, manent monumenta britannica prosae orationis fere sola narrationes codicis Hergestensis rubri cambricae, recentiores quidem, quae tamen constructionem in summa haud dubie congruentem adhuc cum vetusta hibernica, in singulis tantum propria jam adoptantem, exhibent. Debent haec esse pro ceteris et possunt, cum cambrica dialectus ceterarum britannicarum, cornicae et armoricae, semper sit dux et princeps.

1. Ordo constructionis.

a. Voces praedicantes ante alias in sententia cambrica priores locos sibi vindicant, ut in hibernica. Verbum ergo ante om-

nes praedicans primum etiam occupat locum sententiae, ratione non habita particulae verbalis, quae in sententia affirmativa absoluta semper est *yd, y* (p. 422), vel copulantis: *y dywedassant wynteu* (dixerunt eae, feminae) Mab. 1, 36. *ac y dywawt arthur* (et dixit A.) fq. *ac y daeth peredur yr lle* (ivit P. ad locum) 1, 266. *ac y bu ynkerdet ynyalwch fforestyd* (et est profectus in solitudinem silvarum) 1, 238. Hic ordo quamvis coarctetur in sententia affirmativa simplici modis ordinis duobus, de quibus infra dicetur (sub *c.* et *e.*), obtinet semper non solum in sententiae multiplicis partibus affirmativis, sed etiam in simplici sententia negativa vel interrogativa: *nys attebawd yr iarlles* (comitissa non respondit) 1, 18. *nyt yspeilwys ynteu vi* (is non spoliavit me) 1, 10. *nyt adwaeney neb or teulu euo* (nullus ex agmine eum cognoscebat) 1, 267. *adoy di y dangos ymi* (an tu ibis monstratum mihi?) 1, 293.

b. Locum verbi obtinet praedicatum, adjectivum sive substantivum (aut per se aut cum adjectivo), cum verbo subtantivo. Hoc cum nonnisi una cum adjectivo praedicet, sit igitur pars praedicati, idque pars verbalis, quam dicunt copulam, minus gravis parte proprie praedicante, in constructione cambrica simplicis sententiae affirmantis etiam medium locum sibi sumit sine particula ulla verbali inter praedicatum, quod primum sibi vindicat, atque subjectum sequens: *llawen uu y iarlles* (laeta fuit comitissa) Mab. 1, 20. *llawen uu y uorwyn* (laeta fuit puella) 1, 239. *hir uu genyfi y nos honno* (longa fuit mihi haec nox) 1, 6. *garw uu ynteu. llawen uu ynteu* (rudis, laetus fuit ipse) 1, 7. 28. *yspeilwr uum i yma* (fui ego latro hic) 1, 37. *marw uydaf i or cleuyt hwnn* (moriar hoc morbo) 2, 198. *athewythyr wyf inneu* (et avunculus tuus sum ego) 1, 247. *gwir yw hynny* (verum est hoc) 1, 260. *truan yw hynny* (miserum est hoc) 1, 34. *gwr hagr yw ynteu* (vir deformis est ipse) 1, 6. *cennadeu ym ni* (sumus legati) 2, 28. *cewri ynt oll* (omnes sunt gigantes) 1, 264. *vn mab mam athat oedwn i* (unicus filius matris et patris eram) 1, 2. Est idem ordo, si subjectum non expressum est: *gwr prud adoeth oed* (erat vir prudens et sapiens) 3, 298. *gwr idaw vydaf* (ero ei vasallus) 1, 243.

Ita etiam armorice: *ret eo pep tu ez conduhet* (in quacunque parte eum, puerum, instituere necessarium est) Buh. 108, 14. *lamet eo an mez* (perditus est pudor) 80, 14. *carguet eo a ioa ma*

calon (cor meum plenum est gaudio) 76, 19. Etiam hodie solitus est idem ordo: *iaouank eo ar vaouez ze* (mulier haec juvenis est), *re uc'hel eo ann dud ze evidoun* (nimis alti hi homines sunt mihi).

Est eadem positio praedicati, si loco verbi substantivi sunt verba *nominari, eligi* etc., quae praemittunt particulam *y*: *peredur uab efrawc ym gelwir i* (vocor P. filius E.), *gwalchmei ym gelwir i* (G. vocor) 1, 261. *iarlles y ffynnawn y gelwir* (comitissa fontanae vocatur) 1, 17. Post particulas negativas tantum, interrogativas aliasque, excepta copulativa, verbum substantivum praecedit ante praedicatum (ut fit in omnibus sententiis in hibernica lingua): *ny bu hir yr ymwan kei* (non diu pugnabat C.) 1, 23. *trauu vyw hi* (quamdiu ipsa fuit viva) 1, 36. *yny oed gyflawn* (donec erat impletus) 1, 17. Item post adverbia praemissa (cf. p. 903).

c. Multum tamen abesse videtur, ut primum locum sententiae, ut hactenus demonstratum est, verbo vel praedicato semper concedant narrationes codicis rubri. In his enim saepissime obvium est in primo loco non solum subjectum, sed etiam objectum sententiae, post quod sequitur verbum praemissa particula *a*, e. gr.: *peredur a gychwynnwys racdaw. peredur a gyfodes. peredur a chymryt y varch* (P. perrexit, P. surrexit, P. sumsit equum suum) 1, 244. 245. 246. *seithmeib aoed idaw* (septem filii erant ei) 1, 235. In hoc ordine etiam supra memorata exempla constructa esse possint: *arthur a dywawt* (dixit A.), *mi a oedwn vn mab* (ego eram unicus filius). De hac autem constructione vix aliud perhibendum est, nisi esse in ea solutionem sententiae, qua vox aliqua cum emphasi proferenda e communi ordine vocum jam in vetusta hibernica lingua in initium transfertur cum verbo substantivo praemisso vel etiam sine eo in positione absoluta (p. 885. 886). Invaluit is ordo cambrice ita, ut obtineat etiam, cum minor est emphasis vel adeo nulla.

A regula communi praemittendae *a* in hac constructione excipitur verbum substantivum cum compositis suis, ante quod modo adest particula, modo deest: *arthur aoed ygkaerllion arwysc* 1, 282, sed 1, 1: *yr amherawdyr arthur oed ygkaerllion arwysc.* Item: *drws y pebyll aoed yn agoret. achadeir eurcit oed yn agos yr drws* (porta tentorii erat aperta et sella aurea erat vicina portae) 1, 239. *efrawc iarll bioed iarllaeth y gogled* (E. comes possidebat comitatum septentrionis) 1, 235.

Praeter subjectum, ut in enumeratis exemplis, praemittitur etiam quod in communi constructione est objectum sententiae cum eadem particula *a* ante sequens verbum, quae juxta *yd, y* particulam affirmativam absolutam dicenda est relativa (p. 422): *karw a weleis yny forest* (cervum vidi in silva) 2, 7. *ae varch a gymerth y marchawc ar weirglod a gyrchwys* (et equum suum sumsit eques et pratum petiit) 1, 240.

Hujus generis est etiam frequentissima narrationis formula ea, in qua post infinitivum sequuntur verba auxiliaria activa *gorugum, gwneuthum* (feci, perfeci): *achyscu aoruc yr amherawdyr. agofyn aoruc kynon* (et dormire coepit imperator, quaerere coepit C.) 1, 2. *adnabot awnaeth y gwr* (animadvertere coepit vir) 1, 6. In his sine eo narrandi modo consueto esset communis vocum ordo: *y kyscwys yr amherawdyr, y gofynwys kynon.*

137. Sit | tibi cur*a* | *tu*ae | *tota* vir*tut*e sal*ut*is.

Assonant etiam in his, ut in hibernicis exemplis, consonae inchoantes radicem post particulas in compositis:

128. | Semper in ore tuo re|sonent bona verba | salutis.
154. Corporis auxilium | medico per|mitte fideli.
174. Ob|servat | sapiens | sibi tempus in ore loquendi,
175. In|sipiens loquitur | spretum | sine tempore verbum.

In his omnibus assonantia finalis est monosyllaba; rarior est bisyllaba:

36. Non | op*ibus* bona fama datur, sed mor*ibus* | almis.
74. | Omnia pro vita sunt | amitt*enda* tu*enda*.
192. | Omn*ibus* est | op*ibus* | melior vir | mente fidelis.
207. Dil*igit* | hic nat*um*, virga qui corr*igit* | ill*um*.

Est etiam assonantia finalis copulativa una cum laterali, item media in versibus qui prooemii loco sunt in monosticha, 1—5:

| Haec praecepta leg*at* devotus et | imple*at* | actu,
| Vir*tut*um *tit*ulis | v*itam* qui quaer*it* honest*am*,
Vel | homines inter cupiat praeclarus | hab*eri*,
Vel | *mor*um | *mer*itis coelestia regna | *mereri*,
Atque deo Christo | socius | s*ine* f*ine* vid*eri*.

---

* In hac sententia, quae etiam Germanis proverbium est (trau schau wem !), si accurate inspicitur, quaeque vox assonantiam initialem offert. Licet enim etiam signare *se|creta*, ut e mox sequentibus exemplis patet, et *quidem* non differt a *cuidem*.

Magis progressa assonantia, frequentior incipiens et amplior finiens, etiam trisyllaba saepius, invenitur deinceps apud Anglosaxones carmina latine scribentes, ad quos, cum primitus propria fuerit eis nonnisi initialis assonantia, ut ceteris Germanis,* ab Hibernis haec forma transgressa putanda est, ut transiit scriptura et ars pingendi codices et ornandi.**

Construit e. gr. Aldhelmus, Saxonum occidentalium episcopus (obiit a. 709), Opp. ed. Giles, Oxon. 1844, p. 111:

| Summi | satoris | s*olia* || | sedit qui per cathr*alia,*
| Alti | Olympi | *arcibus* || | obvallatus min*acibus,*
| Cuncta | cernens | cac*umine* || | coelorum summo l*umine.*

---

* Initialis assonantia cum sit sola copula utriusque membri, contraposita esse debet apud Germanos. Sunt enim versus duo membra etiam (ob eandem assonantiae correspondentiam) apud hos, et duae syllabae praevalentes in quovis membro. Inter quatuor voces, quae in versu portant majorem accentum, dum syllabae earum vel vocum comitantium minoris accentus non numerantur, duae saltem contrapositae in duobus membris assonantia initiali ornatae sunt, melius tres, vel sunt omnes quatuor. Ea structura cum apud Scandinavos, Anglos et Germanos terrae continentis inveniatur, communis primitus fuisse necesse est et statuenda primitiva. Attamen in quibusdam locis carminis de Hildebrando etiam finalem assonantiam ostendit Lachmannus (Act. historico-philolog. Acad. Berolin. a. 1833, p. 131):

in sus | *héremo* m*án* || | *hrísti giwínn*an.
der sí doh nu | *árgost*o || | *óstarlíut*o.
únti im iro | *lín*tun || | *híttilo wúr*tun.

Sed cum hibernici monachi in plurimis Germaniae monasteriis adfuerint, num pauci illi versus imitatione hibernicae structurae facti sunt? Ibidem Lachmannus e carmine formae primitivae inscripto "*Muspilli*" affert duos versus cum assonantia item finali, quorum omnis structura hibernica cognoscitur:

*diu marha ist farpr*unnan, || *diu* | *sela* | *stet pidv*ungan,
ni | *weiz mit wiu p*uoze: || *sar verit si za* | *w*ize.

Est quodvis membrum septem syllabarum, structura hibernica valde usitata; assonantia finalis bisyllaba dimidia contraposita, initialis consociata in primo versu, contraposita in secundo. Otfridi carmen, quod primum omne priscam formam relinquens assonantiam finalem adoptat, interdum ejusdem structurae disticha offert, dum in aliis liberior germanica persistit.

** Hujus hibernicam originem affirmat nunc etiam Waagenius, vir ejus artis in primis gnarus (Deutsch. Kunstblatt, 18. Mart. 1850). Concordant quae doctissime disserit de imaginibus et scripturis codicum hibernicorum Kellerus (Bilder u. Schriftzüge in den irischen Manuscripten der schweizerischen Bibliotheken. Zürich 1850).

Et p. 113:

| Vale, | vale, | fid*issime,* || | phile Christi car*issime,*
Quem in | cordis | cub*iculo* || | cingo amoris v*inculo.*
| Ave | Hova | alt*issime,* || olim | sedes | sanct*issime,*
| Salutatis | suppl*icibus* || Ethelwaldi cum v*ocibus.*
| Te, | te herus in omn*ibus* || | clarum | creavit act*ibus,*
| Forma et usu vir*ilem,* || | facto et dicto sen*ilem.*
Tuam | primum | pro | pag*inem* || | per | profundam indag*inem*
Curiose | conj*icere,* || mentis atque insp*icere*
| Nullus | valet | volucr*ibus* || summi coeli sub nub*ibus.*

Assonantia finalis, quae est contraposita, animadvertitur interdum dimidia, quae in carminibus hibernice scriptis frequentior est, e. gr. in *arcibus minacibus, cubiculo vinculo, solia cathralia.* Versus cujusque quodvis membrum est octo syllabarum, ejusdem ambitus cujus est hymnorum Ambrosianorum quaevis linea, sed differunt haec quod metrum latinum vel quantitas omnino deest.

Non aliter Anonymus ad Anonymam (Baldhardus, ut videtur, ad Berthgitham), in operibus S. Bonifacii, ed. Giles, Lond. 1844, p. 280:

| Vale Christo | virg*uncula,* || Christi nempe tyr*uncula,*
| Mihi c*ara* | magn*opere* || atque gn*ara* in *opere,*
| Tibi laudes con | tex*o* || atque | grates in | gemin*o,*
| Teque rogo cum | trem*ore,* || | agna Christi pro | am*ore,*
Vota redde cum ferv*ore* || | altissimo in | aeth*ere,*
Quae | pepigimus | par*iter,* || memorare tenac*iter.*

Eodemque modo Berthgitha ad Baldhardum, ibid. p. 273:

| Vale | vivens fel*iciter,* || ut | sis | sanctus | simpl*iciter,*
Tibi | salus per | saecul*a* || tribuatur per culmin*a.*
| Vivamus | soli domin*o* || | vitam | semper in | saecul*o.*

Itemque eadem poëtria haud dubie (nomen in inscriptione non additur) ad Baldhardum in fine carminis p. 272:

Hav*e* | care | crucicola, || | salutat*e* a | sorore,
| Fine tenus | fel*iciter,* || | famam | serva | simpl*iciter.*

Winfridi (S. Bonifacii) ipsius epistola poëtica ad Nidhardum, scripta circa a. 720, induta est eadem forma. Sunt primi versus (p. 30):

Vale, | frater, | florent*ibus* || juventutis cum vir*ibus*,
Ut | floreas cum domin*o* || in | sempiterno | soli*o*,
Qua martyres in | cun*eo* || regem | canent aether*eo*,
Prophetae apostolic*is* || | consonabunt et laudib*us*.

Nonnisi bisyllaba assonantia finalis et frequentius monosyllaba legitur hic, quae una cum initiali eam constructionem orationis ligatae sistit, quae in vetustis carminibus hibernice et cambrice scriptis primitus obtinet et communiter.

Hanc formam orationis poëticae quis credat esse ortam primum apud poëtas christianos finientis imperii Romani et transiisse ad Bardos Cambrorum et in carmina gentilia Scandinavorum? Assonantia initialis autem si propria dicenda est formae poëticae Germanorum jam vetustis temporibus, jam tum cum "celebrabant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus erat," gentis suae conditores, assonantia incipiens una cum finali nec non intermedia putanda est celticae orationis ligatae forma prisca culta jam a Bardis et Druidis. Apud Hibernos et Cambros poëtas junctus reperitur communiter strictior versuum ambitus et certus syllabarum numerus nec non certa versuum collocatio, dum latini poëtae imitantes saepius latina metra supposuerunt; quis ejusmodi formas etiam Gallis cognita negarit?

Populi residui utriusque celtici exempla vetusta poëtica in sua propria lingua, sistentia assonantiam tam initialem, quam dicunt alliterationem, quam finalem, quam dicunt rimum, nec non internam, supersunt lustranda.

2. Assonantia hibernica.

Monumenta formae poëticae quae exstant hibernica jam vetustissima assonantiam quamcunque prae se ferunt.

Venerandae haud dubie vetustatis sunt formulae incantationum servatae in uno folio facile saeculi octavi (quod continetur hodie in codice Sangallensi n. 1395).* Tres sunt hibernicae, qui-

* In tergo folii, in cujus fronte conspicitur imago sacra. De hac disserit Kellerus p. 75, ubi Monii de imagine relata referuntur, et p. 91. 92, ubi etiam incantationum textus typis impressus est, sed mendosissime.

bus intermixta est una latina, secundum regulam assonantiae hibernicae composita. En textum.

Ni artu ní nim ni domnu ní muir arnóib bríathraib rolabrastar cr. assachr. díuscart dím andelg delg díuscoilt crú ceiti méim méinni bé ái béim nand dodath scenn toscen todaig rogarg fiss goibnen aird goibnenn renaird goibnenn ceingeth ass. — Focertar indepaidse inimnad tét inuisce 7 fuslegar de immandelg immecuáirt 7 nitét foranairrinde nachforanálath 7 manibé andelg and dutóeth indalafiacail airthir achinn. — — Argalar fuail.

Dumesurcsa diangalar fuáilse dunesairc éu ét dunescarat éum éolaithi admai ibdach. — Focertar inso dogrés imaigin hitabair thúal.

Caput xpi. oculus isaiæ frons nassium nóe labia lingua salomonis collum temathei mens beniamín pectus pauli unctus iohannis fides abrache scs. scs. scs. dns. ds. sabaoth. — — Cauir anisiu cachdia imduchenn archenngalar iarnagabáil dobir dasale itbais 7 dabir imduda are 7 fortchulatha 7 cani dupater fothrí lase 7 dobir cros ditsailiu forochtar dochinn 7 dogní atóirandsa dam U. fortchiunn.*

Tessurc. marb. bíu. ardíring. argoth. sring. aratt. díchinn. arfuilib. híairn. arul. loscas. tene. arub. hithes. cú. rop acubrú. crinas. teoracnoe. crete. teoraféthi. fichte. benim agalar. arfiuch fuili. guil. fuil. nirubatt. rée. ropslán. forsáte. admuinur. inslánicid. foracab. dían. cecht. liamuntir coropslán. ani forsate. — atanessam dolutain itbélaib. Focertar inso dogrés itbois láin diuisciu ocindlut 7 dabir itbéulu 7 imbir indamér cechtar ái áleth.

Ex his quatuor formulis nobis magis perspicua latina facile prodit affinitatem cum iis quae jam prolata sunt. Est, ut docent quae hibernice in fine adduntur de caerimoniis adhibendis una cum hoc oraculo, incantatio in dolorem capitis (*archenngalar*). Praeter initialem assonantiam animadvertitur interdum etiam media et finalis.

| *Caput* | *christi* ‖ | *oculus* | *isaiae* ‖ *frons* | nass*ium* | *noe* ‖ | *labia* | *lingua* s*a*lomo*nis* ‖ co*l*lum *tem*a*thei* ‖ mens *beni*a*m*in ‖ | *pectus*

---

* In linea legitur *imduchenn*, sed cum punctis subditis, delentibus scilicet, et suprascripto .ı. *imduda are*, quod ergo ejus loco ponendum est.

pauli || | *unct*us | *iohann*is || *fid*es | *abrache* || | *sanct*us | *sanct*us | *sanct*us || | *domin*us | *d*eus | *sabaoth.*

Singulas positiones discerno ut alibi singula membra versus signo || . In positionibus *collum temathei* || *mens beniamin* praeter finalem *-um* nonnisi adest media assonantia incipiens inde a nomine *sa*lom*onis,* quae eadem etiam jam praecedit in *fro*ns nassium. Positio *fides abrache* per se singularis non habens assonantiam superflua videri possit, jungitur tamen ineunte vocali *a* nominis proprii et exeunte *-es* vocabuli *fides* cum praecedente et sequente assonantia initiali vocalium et finali *-is, -us.* *

Praecedens latinam formula brevior hibernica contra stranguriam (*argalar fuail*), ut docet inscriptio et subscriptio, assonantes habet vocales et *d.*

| *Dumesurcsa* | *diangalar f* | *uáilse* | *dunesairc* | *éu* | *ét* | *dunescarat* | *éum* | *éolaithi* | *admai* | *ibdach.*

In *fuáilse* (aquae, urinae meae) *f* infecta, i. e. non legenda, videtur. Videtur etiam statuenda interna assonantia post praefixa *dum-*, *dun-*, in vocibus *dum* | *esurcsa*, *dun* | *esairc*, *dun* | *escarat,* ita ut sit assonantia vocalium per totam sententiam pergens, et aspersa tantum assonans *d* ut secundaria assonantia, cum sit nonnisi in syllabis praefixis.

Primae et postremae incantationis ipse nucleus non solum frequentiorem incipientem assonantiam ostendit, sed etiam facilem animadversu in quibusdam locis finalem.

Praecedit in prima (contra dolorem effectum spina, ut videtur; *delg,* hod. *dealg*) prooemium quoddam quod pertinet usque ad voces *cr. assachr.*, quas lego *crist assachrist* et confero cum loquendi formula *móo assamóo* (p. 286). Sequitur deinceps oraculum ipsum:

| *díus* | *cart* | *dím an* | *delg* | *delg* | *díu* | *scoilt* || | *crú* | *céiti* || | *méim* | *méinni* || | *bé ái* | *béim nand* || *dodath* | *scenn to* | *scen todaig* || *ro* | *garg fiss* | *goib*nen *aird* | *goib*nenn *renaird* | *goib*nenn *cein* | *geth ass.*

---

* Supra formulam hanc latinam conspicitur literarum linea mystica quasi capitalium latinarum cum immixtis graecis una cum forma grammaticali graeca, ut videtur: PCHNITΦCANωMNYBVC. KNAATYONIBVC. *Finit.* Per P in dextera capitis parte lineola ducta est; lego inde: *prechnitosan omnybus knaatyonibus,* i. e. praedicent omnibus nationibus.

In postremae prooemio incantator in plura mala invehit, quorum nomina ipsa non sine assonantia esse videntur: *ar díring* (in phthisin? cf. gael. *reangadh*, marcescere, macilentum fieri), *ar gothsring, ar | att díchinn, ar | fuilib híairn, ar | ul loscas tene, ar | ub hithes cú,* cujus postrema vox *cú* amplius assonantia finali juncta est sequenti *rop acubrú* (sit eorum, malorum, conglomeratio quae etc., ob formam relativam sequentis *crinas;* si *cubrú* est pro *cobrú*, compos. cum *brú*, venter, glomus). Quod autem post incantationem totam minori scriptura, ejusdem tamen aetatis, additur, indicat proximum remedium pro vulnere labiorum (*atanessam dolutain itbélaib;* mox *lut*, hibern. hod. gael. *lot*, vulnus). Non tamen hic prooemium tam stricto modo separandum est, ut in ante dicta incantatione, ob primam personam primi verbi *tessurc;* pergit enim deinceps incantator in prima etiam persona loquens, ut incepit, per sequentia (*benim, admuinur*). Est satis aperta in sequentibus assonantia:

rop a|cubrú | crinas | teora | cnoe || | *crete | teora | féthi | fichte* || *benim agalar ar | fiuch | fuili* || *guil fuil ni | rubatt | rée* || *rop | slán for|sate* || *ad|muinur in | slánicid foracab díancecht lia|muntir* || *corop | slán ani for|sate.*

Sunt haec cum assonantia quidem quacunque prolata, sed sine metro (ita utar hac voce deinceps etiam), id est, sine certa constructione versus vel carminis.

Hanc tamen constructionem in lingua vernacula cognitam Hibernis vetustis jam facile comprobant ea quae addam hic e codice Prisciani Sangallensi, scripta in variis locis in margine majoribus literis quam sunt literae glossarum, quamvis non sint scripta in solita versuum collocatione.

In superiore margine paginae 112 late per eam leguntur haec: *ISacher ingáith innocht fufuasna fairccæ* sindfolt ni ágor reimmora minn dondlaechraidlainn oaloth lind.*

In inferiore margine p. 203 per paginam omnem item: *Domfarcai fidbaidæ fæl fomchain lóid luin lúad nad cél huas mo lebrán*

* In linea scriptum est *fairccæ*, sed *c* cum puncto infra scripto et supra scriptis *gg* (cf. p. 71, not.). In *oaloth* supra primam *o* lineola semirotunda conspicitur, qua puto indicatam esse *o*, *oa* praepositionem transeuntem in *ua*.

indlínech fomchain trírech inna ńén. Vox *fidbaidæ* cum signo indicante, quo pertineat, legitur infra lineam, in linea tertia dein separata: *maraith sercc céin mardda aithne a máeletán.* Vocis *aithne* literae mediae *ith* non satis sunt certae ob ductus insolitos.

Item in inferiore margine p. 204 e regione scripturae modo dictae ad dexteram: *Fom̄chain cói menn medair mass himbrot glass de dindgnaib doss. debrath nom̄choim̄diu cóima cáinscríbaim̄ foroid::::*

In superiore margine paginae 229 literis paullo minoribus quam in aliis his marginalibus: *Gaib dochuil isincharcair ni róis chluim na colcaid Truag insin amail bachal rotgiuil indṡrathar dodcaid.*

Sunt enim in his sequentes versus:

*Isacher ingáith inno*cht ‖ *fu* | *fuasna* | *faircæ sind* | *f*olt
ni ágor reim̄ | *mora* | minn ‖ *dond* | *lae chraidlainn oa*|*loth*|*l*ind.

Membrum quodvis est septem syllabarum, cum tam diphthongi quam vocales infectae vel longae solutae, e. gr. *ái, ei, ua, uái, ia,* unam tantum syllabam sistant.* Assonantia finalis contraposita dimidia est in utroque versu, in primo in *nocht, folt,* in secundo in *minn, lind;* initialis assonantia fere cumulata. Porro:

Dom|*farcai* | *fidbaidæ* | *fǽl* | *fomch*ain ‖ | *lóid* | *luin* | *lúad nad cél huas mo* | *lebr*án
*indlín*ech *fomchain trír*ech *inna ń*én. ‖ | *maraith sercc céin* | *mardda aithne a* | *máelet*án.

Duo item versus cum novem syllabis in membris, excepto postremo, quod excedit hunc numerum. In antecedente membro ejusdem versus articulus *inna* est loco unius syllabae minoris accentus. Assonantia finalis copulativa duplex est; initialis cumulata in primo versu, in secundo nonnisi secundum membrum occupat, dum in priori invenitur assonantia desinens lateralis in vocibus *línech, trírech.* Ex iis quae sequuntur prodit versus:

Fom̄chain cói | *menn* | *medair* | *m*ass ‖ *himbrot g*lass *de dindgnaib d*oss.

Sunt syllabae septem cujusvis membri. Assonantia initialis

* Hoc pro regula est. Invenitur tamen etiam contrarium, e. gr. *bliadan* (annus) trium syllabarum locum implens.

in priori membro consociata obtinet in tribus vocibus finalis contraposita est cum laterali in *glass*. Reliquae voces, quarum ultima est mutilata, haud dubie versum ejusdem structurae constituunt.

Versus quoque cum septem syllabis in membris, cum assonantia finali bisyllaba copulativa dimidia, sunt hi:

Gaib dochuil isincharcair ‖ *ni róis chluim na c*olcaid
Truag insin amail bachal ‖ *rotgiuil indśrathar d*odcaid.

Exstat porro monumentum orationis poëticae hibernicum in codicis Mediolanensis prima pagina, sed dolendum quod est ob colorem vetustate fuscum hujus paginae et locos plures detritos difficillimum lectu. Etiam longius intuenti manebunt plures difficultates. Otium ejusmodi ego quamvis non habuerim et festinantius descripserim carmen, offeram tamen cum lacunis suis, primum ut legitur in codice, divisum in has positiones non secundum versus.

Adco[nd̄]arc[1] *alaill innocht ba ingrad lim̄ etarport :ra:fiacla :::ba. dubuith frigudlannida. Dalim rugenair iarsin cennaithis*[2] *anathargein. teuir oenaidchicc fobríi ba cunda:::: imm:::ga*

Gabsusa iarf::mnert fentinaith foraśliuchtairecht maccsin asdailf::numtha dochuindchid al:rama

INdalim ba brathir dam. mathir[se ama][3]*thir sem. mu noidenan meinnan mais ní dúthrais abith ingrais.*

Huar hirogénair amne. nichelt :inacc sochuide. nitentrichet :::rm imbá ocdeicsin azamnada

Ba lán ortain ortain indalmin. armacc :::brigach barrfind. ba mían ::ñingen et ban. ba mormelda acaldam

Ariced gor cáich lasin ba amer [du anchortib. cia] [4] *ba noidenán araes nil:::li landinu*[5] *:ngaes*

Amal batoich adé bí bantacoathir[6] *[omtridi. ba ortan]*[7] *mar cid inmacc. ducach oen sar ba sordarc*

Fortacht ihu. limsa tra oracle[8] *[inchomburtsa]*[9] *ismá suidiu act consla slon dodneich adchondarcsa*

---

1 *nd* detritum, sed facile restituendum. 2 Post *cenn* lectio incerta est. 3 Inclusa inferius scripta sunt. 4 Inclusa supra scripta sunt. 5 Incerta utraque vox detrita. 6 Locus valde detritus. 7 Inclusa item supra scripta. 8 Incerta lectio. 9 Supra lineam.

Tegdais adcondarc indiu [condarc][10] *badacrichidiu. Cruch arralo ::reil agne. nithucai nach ::eraige*

Mauc aluad linaib[11] *[suibæ anoinar]*[12] *dáin cenid cultech ndemin dianaig lesrugnieh archiunn amech gres*

Cethor flessa formnigil. rulatha dia f::::mnin. Teuir cleithna ::::fir ararolad

Greunan ::::caram im:::: [scang][13] *atháir a:::: su nocht*[14] *inaldu de nifera cid oenbamie*

Arcidaua dicachsin atrubthirsin. ni roar indiuse[15] *frinasnigi na snechtæ*

Sgalar thegdais tormrochlos irna fil act óen doros istech ndag-p°r dathatchí intdichoim adossidi.

Denuas dotiagar hisatech[16] *indichet*[17] *tegde doichlech. sís iarsuidiu tegde chludo tiagar ass immurgu*

ISeilt[18] *insin amnin. nimétet inthormassid. Ecosc ńam-nin.*[19] *Ammhíat tegdassa adchondarcsa.*

Prodeunt ex his sequentia disticha cum membris septem syllabarum et assonantia finali contraposita tam plena quam dimidia. Sisto versus et membra tantum.

Adcondarc alaill innocht ‖ ba ingrad limm etarport
::: fiacla ::: ba ‖ dubuith frigudlannida.
Dalim rugenair iarsin ‖ cennaithis anathargein
teuir oenaidchicc fobrii ba ‖ cunda::: imm:::ga.
Gabsusa iarf::mnert ‖ fentinaith forasliuchtairecht
maccsin asdailf::numtha ‖ dochuindchid alirama.
Indalim ba brathir dam ‖ mathirse amathirsem
mu noidenan meinnan mais ‖ ní dúthrais abith ingrais.
Huar hirogénair amne ‖ nichelt :inacc sochuide
ni tentrichet :::rm imbá ‖ ocdeicsin azamnada.
Ba lán ortain indalmin ‖ armacc :::brigach barrfind
ba mían ::ningen et ban ‖ ba mormelda acaldam.
Ariced gor cáich lasin ‖ ba amer du anchortib
ciaba noidenán araes ‖ nil::li landinu :ngaes.

---

10 Item supra scriptum. 11 Detritum. 12 Supra lineam scripta et incerta detrita. 13 Supra scriptum. 14 Incipitur hac voce secunda columna paginae. 15 Literae *iu* incertae sunt. 16 Adscribit alia manus in margine: *ubi fortiter denisne fere.* 17 Primae duae literae incertae sunt. 18 Postremae literae incertae. 19 Incerta lectio.

Amal batoich adé bí ‖ *bantacoathir omtridi*
ba ortan mar cid inmacc ‖ *du cach oen sar ba sordarc.*
Fortacht iesu limsa tra ‖ *oracle inchomburtsa*
ismá suidiu act consla ‖ *slon dodneich adchondarcsa.*
Tegdais adcondarc indiu ‖ *condarc badacrichidiu*
cruch arralo ::reil agne ‖ *nithucai nach ::eraige.*
Mauc aluad linaib dáin ‖ *cenid cultech indemin*
dianaig lesrugnieh ‖ *archiunn amech gres.*
Cethor flessa formnigil ‖ *rulatha dia f::::mnin*
teuir cleithna :::: fir ‖ *ararolad*
Greunan::: caram im::::: athdáir a:::su
. . . . nocht inaldu de ‖ *nifera cid oenbamie.*[1]
Arcidaua dicachsin ‖ *ni roar atrubthirsin*
indiuse frinasnigi ‖ *na snechtæ*[2]
Sgalar thegdais tormrochlos ‖ *irna fil act óen doros*
istech ndagper dathatchí ‖ *intdichoim adossidi.*
Dotiagar hisatech ‖ *indichet tegde doichlech*
iarsuidiu tegde chludo ‖ *tiagar ass immurgu.*[3]
Ise ilt insin amnin ‖ *nimétet inthormassid*
ecosc namnin ammhiat ‖ *tegdassa adchondarcsa.*

Penitius inquirendi in ea quae hactenus prolata sunt, in formulas incantandi obscuras vel versus mutilatos, spatium hic concessum non est et debet sufficere formam exposuisse externam, quae tantummodo hujus capitis proprium argumentum est. Consulto oracula ejusmodi, e. gr. etiam germanica vetusta, lingua

---

1 Locus maxime saucius. Deest in praecedente disticho finis. Hujus distichi prior versus nimium laesus construi non potest; in posteriore ante *nocht*, vocem quae incipit secundam columnam in codice, desunt duae syllabae, num *ba in*, cum primae columnae primam lineam etiam finiant, bis sumendae? An hae duae lineae primae utriusque columnae jungendae: *alaill innocht ba innocht inaldu*, ut sit in his inferioribus adeo major defectus, et ut supra sint versus duo trium membrorum? Sed deest in primo versu assonantia finalis primi membri, in secundo secundi rectus syllabarum numerus, si fieret haec dispositio:

Adcondarc alaill innocht ‖ *ba innocht inaldu de* ‖ *nifera cid oenbamie*
Grad lim̄ etar port::ra ‖ *fiacla::ba* ‖ *dubuith frigudlannida.*

2 Deest item finis secundi versus; in primo fit assonantia duabus vocibus transpositis. 3 Metri causa eliminandum est praemissum in codice versui primo *denuas* (desuper) et secundo *sís* (infra). Quid sibi velint hae voces, nescio.

am obscura composita sunt, ut sensum eorum assequi difficillimum sit et interdum id perfecte vix fieri queat.* Attamen ut sint non solum formae sed etiam linguae poëticae specimina, in sensum quoque vel vocum formas inquiretur in sequentibus carminibus perspicuis et integre servatis.

Certi syllabarum numeri in quovis membro versus adhibendi regula generalis etiam communiter observata invenitur. Non desunt tamen carmina, quae dum servant regulam, simul in singulis membris vel etiam in pluribus versibus usum sibi liberiorem quoque sumunt; horum praesertim est sequens.

Potest inscribi *Mochris* (cingulum meum) vocibus per totum carmen repetitis. Servatum est in codice Claustroneoburgensi saeculi undecimi vel duodecimi (qui inscriptus est "codex regularum," formae majoris, membranaceus, in folio ejus antepenultimo). Ibi invenit id Hauptius, V. Cl., et descriptum mecum humanissime communicavit. Sunt octo lineae, dispositae ut hic refero secundum apographum, quod sequor quoad fieri potest typis, reddens signum aspirationis super *t* et *c* (p. 81) et lineolam super vocales quasdam, ut debent reddi, solitis *th*, *ch* et *n*.

*Cris finnáin dumimdegail imum imac*uáirt. *nar amtairthea innsét timcellas int*uáith
*Raucthi láin induledn mubr*ond. *lurech dé dumimdegail otamind gomb*ond.
*Cris fimieain muchris argalar arch*es *aruptaib banm̄beth afraech adaml*es.
*Cris eoin muchris ralég súidi n̄gl*an. *daid ferga fer soid upta m̄b*an.
Cris nathrach muchris nathair imátá náramgonat fir naramillet mná.
durennaib romóra fomóir imátá
*Fobrut muridam fosarab*i *inrí*. *fotr*ochlan*ib foth*ochlan *mub*i.
*Mucholmoc ramcharastar arfégad arf*is. *isairai ramcharastar uair istend moch*ris.**

* Velim Hiberni nativi ipsi his enucleandis operam dent, sed cautius, sensim, rem non obiter peragentes et modo interpretandi nimium promto. Eo modo et Toddius, vir bene meritus de literis hibernicis, non inveniens sibi difficultatem in illo ultimo oraculo ("present no difficulty," ut refert ad Kellerum in libri supra laudati p. 93), vertit "a preservation" jam primum vocabulum *tessurc* (nec aliter alia). Sed est verbum hoc pro *doessurc* (p. 440. 852; i. e. concutio, commoveo mortuum, vivum), primae personae ut alia sequentia *benim agalar* (ferio morbum), *admuinur inslánicid* (volo eam sanationem quam praebuit Diancecht, medicus peritissimus, suis).

** Poëta illudit pristinis suis superstitionibus inductus in meliorem et fir-

"Cingulum Finnani ad me circumsepiendum circum me circumcirca, ne
me sollicitent bona quae me circumdant in mundo.
Assequenda plenitudo omnis valetudinis corporis mei, lorica dei ad me
circumsepiendum, si sunt caprae ad fundum meum.

---

miorem persuasionem. Vir, qui induxit et rex nominatur, est *Mucholmoc*, an *Mochoemoc* ille sanctus hibernicus, monasterii Liathmorensis fundator saeculo septimo (Boll. Mart. 2, 280)? Fuerint tamen etiam alii abbates ejus nominis, et poëta ipse putari poterit monachus hibernicus, qui explosis cingulorum fascinantium generibus vel amuletis suis quondam nimium cultis in fine carminis opponit firmum cingulum, aliud certe et diversum, causam melioris sui incepti, fortasse cingulum monachi vel vitam arctam monachicam.

Conveniunt cum aetate codicis formae plurium vocum recentiores. Jam animadvertitur interdum flexionis et terminationis defectus, e. gr. in *láin, uair, induleán* pro *láine, uaire, induiliáno* vetustioris linguae, item consonarum destitutio, in *ralég, gombond* pro *roléic, combond*, ut *gen chrédem* in codice Mariani Scoti pro vet. *cen chrétim*, in *ri, rí* pro *ríg*, *bi* pro *bith*. Adest jam *nar, nár* pro vetustiori *arná, arnach* (ne), et pro *o* in particula *ro* nuda vel juncta pronomini personali infixo solita est *a*. Peculiaris est forma vocum *brond, bond, mind, tend* cum *nd* pro *nn* solita etiam vetustiorum codicum, dum in media voce est *nn* in *durennaib* (ad stellas), quae *nd* est primitiva quidem interdum, e. gr. in *bond, bonn* (= lat. fundus), interdum tamen etiam dialectica pro *nn* primitiva, ut in *ceinthliath* (gl. calvus), quod e codice Juvenci Cantabrigiensi affert Pryce, cum *ceinth* pro *cenn*, cambr. *penn* (cf. jugum Penninum). Sunt notandae voces praecipuae vel difficiliores. *Cris* (balteum, cingulum): *criss firinne immib* (gl. state succincti lumbos vestros in veritate) Wb. 22[d]. *finnáin*, gen. nominis proprii *finnán*, viri a quo cinguli genus nominatum videtur. *dumimdegail*, i. e. *du-m-imdegail*. Simplici *degail* formato ut *gabail, gabál*, in carmine ap. O'Flan. p. 180 significatur separatio; composito cum *im-* (p. 847) circumseparatio, i. e. circumseptio. *imacuáirt, immecuáirt* Incant. Sg. (p. 32). *nar amtairthea*, vel junctum *naramtairthea* ut infra *náramgonat, naramillet*, continet partes *naram* (ne me) et *tairthea*. Ob aspiratam *th* solvenda est haec in *tair-* = *do-air-* (p. 852) et *tea*, conj. verbi *tí* (p. 493): ne me invadat, sollicitet. Modus idem in Ml. 3[a]: *cofotheasa* (gl. ut mordeam; i. e. invadam). *insét* in codice cum lineola supra *i*, ergo *innsét*, vet. *sét* cum articulo, hod. *séad* masc., thesaurus, item bona. *timcellas*, forma relativa, *do-im-cellas* (p. 855; cf. *imtimcel*. p. 857). *intuáith*, in cod. *ituáith* cum lineola supra *i*, ut in codice Mariani Scoti in *incechdú, incechtan* pro vetustiore forma *it. ic. tuáith*, populus, in Wb. *eter tuáith*, inter populum, i. e. inter homines, extra familiam, in mundo, versari. *raucthi* part. pass. fut. verbi alternantis *roucu, roiccu, tuccu* (assequor, p. 437). *láin* pro *láine* (plenitudo), ut *uair* infra pro *uaire*. *induléan* in apographo, sed cum accentus saepius remotus a sua vocali inveniatur in codd., lego *induleán, indule-án*. Occurrit in Wb. plur. masc. *ána* (divitiae): *innanane* 29[c]. *donaib ánib* 27[b]. *imforling anu* 16[c]. Vetustior forma genitivi sing. esset *induili áno*, omnis opulentiae, vel valetudinis, cum de corpore hic dicatur. *brond* gen. subst. *brú*, venter, cambr. *bronn*, pectus, poëtice corpus. *otamind:*

Cingulum viminis cingulum meum contra morbum et curam; contra fascinationes mulierum erica fert mihi commodum.

Cingulum avis cingulum meum, permisit sedem puram; malae virorum irae, bonae mulierum fascinationes.

---

ota, si est, *ta* (de forma sing. *ta*, *ata* ante plur. cf. p. 885) cum conj. *o*; *mind*, plur. a *mend*, hod. *meann*, hoedi, puto pelles hoedi, substratae. Gael. *meannt*, mentha, supponere hic, vel supra voci *finnáin* gael. *fìonan*, vitis, non audeo. *fimieain* gen. subst. hod. *feamain*, *feamuinn*, fucus, alga. Campus *Femin* in Hibernia frequenter memoratur in actis sanctorum hibernicorum. *galar*, morbus; *ces*, hod. *ceas*, cura, tristitia. *upta*, *uptaib*, plur., fascinationes; ap. O'R. sing. *uptha*, fascinatio. *banm̄beth* mira compositio assonantiae initialis consociandae causa; est enim *ben*, *ban*, mulier, itemque *beth*, hod. *be*, sed *beth* in comp. et deriv. *betheigneachadh* (vet. — *écnigud*), stuprum violentum, *betheach*, effeminatus. *afraech*, *fraech* cum artic. gen. neutr., *fróich* Sg. (p. 890), hod. *fraoch*, erica vulgaris. *adamles*, juvat me, cum pron. infixo *-am-*, si verbum fuit *adles*; sed frequens est subst. *les* (p. 438), hod. *leas*, commodum, an junctum hic cum verbo substantivo *ata*, *ada*? *eoin*, avis, gen. subst. *én* (p. 24). *ralég*, permisit, i. e. paravit, effecit, sedem puram ab insidiis virorum et mulierum: malae irae virorum, bonae illecebrae feminarum, credo addendum sunto, non me tangunt. *súidi*, nom. *suide*, sedes. *daid*, *soid*, i. e. *daid*, *said* vel *doid*, *soid*, sibi opposita (p. 832), hod. hibern. adj. *saoi*, bonus, subst. *daoi*, fera, ferus homo, sed gael. *saoidh*, *daoidh*, bonus, malus. *ferga* plur., hod. *fearg*, ira, in Wb. *ferc*, *ferce* = *fergg*. *nathair*, *nathrach* (p. 275). *imátá* juxta *imacuáirt* pro *imaatá*, circum est. *uáramgonat* est in apogr., sed postulatur *náramgonat*, ne me vulnerent, tenore sententiae. *fair* in apogr. cum puncto delente super *a*, ergo *fir* plur. *narammillet* pro *narammillet*, *nar-am-millet*, a *millim*, perdo, ruino. *romóra* item pro *ro-m-móra*. In aliis etiam *m* pronominis infixi suffocata videtur, ut in *timcellas* supra et in *imátá*. *fomóir unátá* in apogr. lego item *imátá*; *fomóir* adv. adj. *mór* cum *fo*, ut in *fodí*, *fothrí* (p. 315), pro quo alias est *in* vel *con* (p. 562. 563). *brut*, momentum, unde *brotte*, momentaneus (p. 765). *fosarabi* pro vet. *fo-s-ro-bi*, praet. verbi *fobenim*, *fuibnim*, succido (p. 430), amissa *n* ut in *docérbi* (gl. concidit) Sg. 60ᵇ, in *tóbe*, *imdíbe*, *imdíbed* (p. 853. 854). *ri*, *rí*, quae scriptio etiam in uno loco Wb. 28ᵃ: *ríi trembethe* (p. 850) adesse videtur, pro *ríg* (p. 25. 280); ita etiam, et assonantiae causa, putandum est *mubi* positum loco *mubith* (ut hod. *be*, mulier, pro *beth*), mundus meus; magni enim aestimaverat res illas, quae eum ad stellas sublimarunt. *fotrochlanib*, in apogr. *fotrochlaib* cum linea super *a*. Apud O'R. adj. *trochladh*, putridus, *trochlughadh*, profanatio; conjiciendum ex his subst. *trochlan*. *fococlan* mox est in apogr. cum signo aspirationis in utraque *c*, quarum priorem tamen non haesito mutare in *t*, cum valde similes sint hac literae in codicibus et existat nonnisi verb. *tochailim*, fodio, ex quo praes. secund. *fothochlan*, suffodiebam, cum *-an* pro vetusto *-in*. *Mucholmoc* in apogr. quaeritur an sit mutandum in *Muchoemoc*: "ejus nomen primum *Coemgin*, dein per dilectionem *Mochoemoc*, quod latine dicitur *meus pulcher juvenis*." Vita S.

Cingulum serpentis cingulum meum, serpens circumest, ne me vulnerent viri, ne me perdant mulieres, ad stellas me sublimavit, potenter circumest.

Illico meus rex etiam ea abscidit rex; in profanis locis suffodiebam mundum meum.

Mucholmoc me duxit ad meditationem, ad scientiam; ideo me duxit quia est firmum cingulum meum."

Sunt versus septem, quivis duorum membrorum, excepto quinto, qui tria membra continet. Numerus syllabarum certus est nonnisi in primo versu et ultimo, in quibus quodvis membrum exacte per duodecim syllabas decurrit. Versuum intermediorum membra autem variant numero inter octo et duodecim.

Assonantia finalis est monosyllaba contraposita, plena in omnibus, excepto primo versu, ubi est dimidia in *imacuáirt* et *intuáith*.

Lineas discernentes membra et indicantes assonantiam initialem omisi, ne nimia multitudine deturpent poëmatium formosum. Est enim etiam initiali assonantia nec non intermedia bene ornatum. Initialis contraposita obtinet in secundo versu in | *láin* et | *lurech*, consociata in sequentibus in | *bann̄*|*beth*, | *ferga*|*fer*, *nara*|*millet* | *mná*, *ro*|*móra* *fo*|*móir*. Primus autem versus et duo ultimi quacunque assonantia fere cumulata nitent; primus ludens liquidis, repetens *m* cum vocalibus variantibus in initio et medio in vocibus *dumimdegail* | *imum* | *imacuáirt*, *naramtairthea*, *timcellas*, et subjungens assonantiam liquidae *n* in *finnáin*, *innsét*, *intuáith*. Penultimus versus praeter quater incipientem *fo* etiam initialem assonantiam consonarum *b* et *r* alternantem una cum

---

Moch. Boll. Mart. 2, 282, compos. *mo-choem-moc* (*mug*, gen. *moga*, puer), ut nomina *Mochumbe*, *Mofecta* in eadem Vita p. 287. *Colmanus* ibid. p. 286 videtur idem quod *Columbanus* (cf. *colum*, p. 752); est tamen etiam adj. *cóil* (tenuis, macer; p. 41), quod supponi possit nomini *Mucholmoc*. *ramcharastar*, vetustius *romchuirestar*, praet. verbi *cuiriur*, e quo comp. *docuiriur* (gl. ascisco, p. 844), *docuirethar*, *dorochuirsemar* (adsciscit, adscivimus, p. 445. 448). Comparandum est gael. subst. *car*, gen. *cuir*, conversio, unde denom. *caraïch*, vertere, movere. *fégad*, visio. *airai*, vet. *airi*, ideo. *tend*, hod. hib. gael. *teann*, firmus, arctus, mutare in *and*, ibi, in ea (in meditatione et sapientia, est cingulum meum) non audeo, quia clara est illa scriptio in apographo, haud dubie etiam in codice.

finali *i* in latere offert in *brut mu|ri, fosara|bi in|ri,* et insuper internam in *fotrochlanib fothochlan;* ultimus cumulatam initialem, contrapositam *ch* et consociatam *f*, ita: *Mu|cholmoc ram|charastar ar|fégad ar|fis. isairi ram|charastar uair istend mo|chris.*

Constructionis versuum in certa forma et certo numero syllabarum usitatius genus fuit id, quo duo versus, quorum utrumque membrum septem syllabis constat, in distichon junguntur cum assonantia finali aut copulativa, ut in hymno in laudem S. Patricii hibernico, aut contraposita, ut in carmine codicis Mediolanensis et in disticho primo allato e codice Sangallensi. Et ita modo hac modo illa forma composita sunt plura alia carmina servata in codicibus minus vetustis.* Subsunt eaedem formae etiam gaelicorum Bardorum carminibus, quae dicuntur Ossianica, indutis quidem recentioris linguae habitu sed non differentibus in structura poëtica nisi majori libertate in numero syllabarum praesertim minoris accentus et in usu assonantiae.

Pervetustus haud dubie est hymnus in S. Patricium, sed non in vetustioribus codicibus servatus in orthographiam recentiorem transscriptus nec incorruptus in formis grammaticalibus legitur.**

---

* Alternant inter utramque e. gr. omnia carmina satis numerosa et ampla inserta narrationi vetustae hibernicae, quae prodiit a. 1808 Dublini sub titulo: "*Deirdri,* or the lamentable fate of the sons of Usnach, an ancient dramatic irish tale, one of the three tragic stories of Eirin; literally translated into english from an original gaelic manuscript, with notes and observations. By Theophilus O'Flanagan." Est ejusdem historiae narratio duplex. Plura prioris carmina ostendunt contrapositam assonantiam (p. 42. 56. 60. 64. 78), copulativam duo in fine (p. 108. 116). In posterioris narrationis carminibus invenitur assonantia contraposita item (p. 150. 166), copulativa in carminibus additis ab editore in fine libri, quorum unius auctor dicitur abbas Columba (hibern. *Coluim cille,* angl. Columkill), alterius Ossianus (hibern. *Oisin*), tertii Talcus filius Treni (hibern. *Talc mac Treoin*). Sunt haud dubie haec antiqua carmina, et narrationis ipsius lingua vetusta est; attamen nec scriptio nec formae grammaticales sunt purae illae et genuinae nostrorum codicum vetustiorum. Dispositio versuum in editione ea est, ut quodvis membrum ut versus appareat, sint ergo strophae quatuor linearum, dum vetustior distinctio bina membra ut unum versum in una linea, disticha ergo pro strophis exhibet. Rara in omnibus his est assonantia finalis bisyllaba, communis monosyllaba, frequenter dimidia; nec desunt loci in quibus omnino desideratur assonantia finalis. Magis inde congruum est, ex hymno in S. Patricium producere exempla, jam ob varietatem assonantiae multo majorem.

** Editus in opere Colganii (cujus nimium rari nondum mihi copia facta

Ex eo quae profero exempla ad demonstrandam structuram versus vetusti hibernici in scriptionem vetustiorem codicum muto.

Assonantia initialis, in eodem versu contraposita vel consociata, communiter occurrit, interdum per duos versus pergit ejusdem consonae vel duabus consonis alternans, interdum negligitur omnino in uno versu. Major cura est finalis assonantiae. Ut in aliis etiam in hoc carmine plena finalis frequentioris usus est. Monosyllaba rarior est, e. gr. in disticho 27:

Anais tasach diaaes ‖ *intan do*|*bert comain dó*
as|*bert mosnicfed pátraic* ‖ | *briathar tassaig nirbu gó*.*

"Quievit spiritus in perpetuum, postquam dederat revelationem ei; dixit quod venturus esset Patricius, verbum spiritus non fuit falsum."

Ita etiam disticha 29. 31. Bisyllaba solita est. Sufficient exempli causa disticha 15—18. In horum tertio notanda est etiam interna assonantia in vocibus *luscu, trusca, dosfuisced*.

Hi slán | *tuaith bennabairche* ‖ *nisgaibed* | *tart na l*ia
| *canad* | *cét psalm* | *cech naidchi* ‖ *dorig angel fogn*ia.
Fóid for | *léic* | *luim iarum* ‖ *ocus cuilce fliuch* imme
ba | *coirte arithadart* ‖ *ni léic a*|*corp iti*mme.
Pridchad soscéla docȟách ‖ *dogníth* | *mórferta i*|*l*ethu
iccid | *l*us*cu la t*ru*sca* ‖ | *mairb dosf*uis*ced do b*ethu.
| *Pátraic* | *pridchis do scotuib* ‖ *roches mórseth ill*ethu
immi cotísat do | *bráth* ‖ *incách dosfusc do* | *b*ethu.**

---

est), item O'Conoris, ab Hibernis tribuitur S. Patricii discipulo Fieco. Nec ante a. 540 nec post saeculum octavum scriptum esse censet Leo in "Comm. de carmine vetusto hibernico in S. Patricii laudem" Halis Sax. 1845, p. 4. 5, ratione non improbabili, quod Temoria caput Hiberniae aetate S. Patricii, sed orbata regno a. 540, jam desolata dicitur in carmine, et saeculo octavo Normannorum invasiones illum literarum florem hibernicum delere coeperunt.

* Leguntur hi versus post annuntationem mortis S. Patricii e rubo ardente factam ab angelo, et ante narrationem de ipsa ejus morte. Voce obscura et alibi non obvia *tassach* ideo nihil aliud significatum esse potest quam spiritus, angelus; num sit affinitas cum subst. *dásacht* (insania, p. 771), nescio. *diaaes*, in aevum suum, perpetuo, obvium etiam in dist. 4. *comain* puto esse ejusdem significationis cum lat. communicatio. *asbert mosnicfed*, dixit quod venturus esset (p. 419), i. e. quod moriturus esset P., hoc enim continetur verbis angeli e rubo antecedentibus. *briathar* pro *briathra* posui ob sequentem sing. *nirbu*.

** Sunt haec quaedam, quae poëta de factis sancti in Hibernia narrat.

"Slani regionis B. non capiebat sitim vel famem,
canebat centum psalmos quavis nocte, regi angelorum serviebat.
Dormivit in lapide nudo dein, et arundines madidae circum eum,
fuit cortex ejus lectus, non posuit suum corpus in calore.
Praedicabat evangelium cuivis, faciebat magna miracula late,
sanabat claudos jejunio, mortuos suscitabat ad vitam.
Patricius praedicavit Scotis, curavit magnopere late,
secum ut venirent ad judicium, quos suscitavit ad vitam."

Etiam trisyllaba plena adest in distichis 7 et 24:

Dochum nérend dod|*fetis* ‖ *aingil dé hi* | *f*ithisi
menic itchithi i | *fisib* ‖ *dosnicfet ar*ithisi.*

Slán nomen loci in regione populi mox nominati. *nisgebad* vel rectius *nisgaibed*, cum pronomine infixo referendo, ut videtur, ad sequentia substantiva, cum *s* in genere masc. non occurrat. *fognia*, alias *fogní*, propter quod rectius videtur *fogniad*, praes. secund. ut *canad*, cum assonantia dimidia. *fóid* pro *rofóid*, ut semper fere, si praeteritum ponit, particulam verbalem omittit poëta. *léic*, dat. a *líac*, lapis; *luim* a nom. *lomm* (gl. nudus) Wb. 13c. *coirte*, hod. hibern. gael. *coirt*, *cairt*, cortex. *arithadart* pro *afrithadart*, ejus pulvinar contrapositum, suppositum, *adart* comp. cum *frith*. *ni léic itimme*, non sivit, non posuit, in calore, i. e. lecto, lecti calore non fructus est. *timme*, hod. *time*. *soscéla* pro *soscéle* non tango, quia terminatio *-a* pro *-e* solita est in hoc hymno. *dogníth*, *dogníd mórferta*, in Wb. *dénom ferto*, *denum ferte* (facere virtutes, miracula, p. 461. 462), *dénatar ferte* (fiunt miracula, p. 683). *ilethu*, *illethu*, in latitudine, unde *lethit* (p. 770) et adj. *lethan*, latus. *luscu* a *losc*, quod idem est quod *bacach*, claudus, in gloss. Corm. ap. O'R. sub v. *lesc*. *trusca*, pro *trusce*, jejunium, gael. *trasg*. *mairb dosfuisced*, ad verbum: mortui eos suscitabat, constructio objecti absolute praemissi (p. 886); accusativus est enim *marbu*. Si cui nimia videtur haec poëtae relatio de mortuis resuscitatis, comparet Vitam S. Mochoemoci vetustam auctoris hibernici, quae pie narrat, eum plures mortuos revocasse in vitam, immo vivos, filiam et equum comitis cujusdam, fecisse mori et postea resuscitasse. *dosfuisced* praes. sec., in sequente disticho *dosfusc* praet. prim. verbi *tosgim*, *dofosegim*, compos. cum *do-fo-*, dum in aliis ejusdem verbi exemplis occurrit *todiu-* = *do-fo-do-od-*, vel *dodiu-* = *do-do-od-* (p. 858). *roches* differre videtur a *rochés*, *rochées* (pertulit, p. 434), ut *ces* in carmine codicis Neob., hod. *ceas*, cura, tristitia, a *césad* (passio). Hoc modo sequens *mórseth* est adverbii loco, significans lat. *admodum*, *magnopere*, pro *inmórseth*, cum *seth*, hod. *seadh*, causa, ratio, intellectus. *immi*, circum eum, i. e. cum eo, ut in dist. 26 *immut. cotísat*, ut venirent (p. 62. 495). Notanda est hic constructio pluralis verbi et pronominis infixi *s* in *dosfusc* juxta sing. *incách*.

* Haec de sancto ante ejus aditum ad Hiberniam. *Dochum* (p. 620). *dodfetis*, *do-d-f.*, pro *dodfeithtis*, cujus radicis etiam videtur sequens *fithise*.

"Ad Hiberniam eum exspectabant angeli dei in desiderio,
multis visi sunt in visionibus, quod ventura essent eis ejus subsidia."

Do|*faith fodes co* | *uictor* ‖ *ba hé aridr*alastar
lassais immuine imbai ‖ *asintenad g*alastar. *

"Processit ad meridiem ad Victorem, hic eum arcessivit,
arsit rubus in quo fuit, ex igne locutus est."

Assonantiae dimidiae, item monosyllabae vel bisyllabae, sequentia disticha sint exempla, 10. 26. 30 monosyllabae, in qua saepius consonae ratio omnino non habetur.

Tuata | *hérend tairchantais* ‖ *dosn*|*icfed síthlaa nú*a
meraid co|*tí amartche* ‖ [*ocus*] *bid fás* | *tír* | *tem*rach. **

---

derivatum ut *semise* (p. 750). *menic itchithi*, frequenter visi sunt, i. e. multis; est etiam in sequenti verbo pronomen personale infixum numeri pluralis. *dosnicfet*, *doicfet* (p. 495) cum pron. inf. *-sn-* loco dativi. *arithisi* pro *afrithisi* ejusdem formae cum *aithis*, *aithiss* (oppositio, contradictio) Wb. 13[b]. 15[d], pl. *inna aithissi* (gl. improperia) Wb. 6[c], unde *aithisigud* (*: robá occanaithisigud*, gl. fui contumeliosus, eis) Wb. 28[a]. Videtur statuenda compositio cum *ess*, ut in *airess*, *iress*, gen. *irisse* (instantia, fides), ergo *aithess* (obstantia), et huic contrarium *fritheß* (adstantia, opitulatio, subsidium).

* Narratur hic miraculum annuntiationis mortis S. Patricii per Victorem ejus angelum custodem, inde a dist. 23, quod incipit: *pátraic diamboi illobru* (P. cum fuit in infirmitate). *dofaith*, profectus est, pro quo rectius videtur *rofaid;* apud O'R. locus profertur etiam ex hymno in S. Brigitam: *rofaid aspirut dochum nime* (profectus est spiritus ejus ad coelum). *rofóided* (missus est, p. 360) differt fortasse. *aridralastar*, *galastar* formae praet. verborum *arralur*, *galur* obsoletorum. Ex illo residuum videtur gael. subst. *arral* (superbia, arrogantia), si de provocatione aliorum intelligitur; ex hoc quidem nihil superest, nisi forte subst. *accaldam*, *acaltam* (allocutio, p. 839) reducendum est ad *adgaltam*, est tamen frequentissimum adhuc cambr. verb. *galw* (vocare). *lassais* praet. v. *lasaim* (ardeo), unde *lasair* (flamma) et *lasairim* (ardeo). *immuine*, *inmuine; muine*, rubus. In vocibus recentioris scriptionis *asan teinad* est facile videre vet. *asintenad*, ex igne, a *tene* (ignis), *tened*, *tenad*, ut *tenge* (lingua), dat. *tengad* (p. 272. 273).

** Hoc inter disticha, quae de desiderio adventus S. Patricii apud Hibernos referunt. *Tairchantais*, praes. sec. verbi *doarchanim*, *tairchanim* (p. 852). *síd*, *síth* (pax, p. 24); pro *síthlaith* posui *síthlaa*, cum *laith* sit forma incognita vetustis (p. 280) et *laithe* contra metrum. *núa* more solito pro *núe* (p. 826). *meraid*, quod maneret, praes. secund. usus conjunctivi, sed etiam indic. *maraith* in disticho e Sg. supra allato. *coti*, donec venit (p. 493). Vocem *amartaige* metri causa muto in *amartche*, qua nihil significatum esse potest nisi destructio, composita scilicet e part. privat. *am-* et derivata *artiche*, *artche* (p. 776. 779) ex *art* (domus, item lapis). Ante *bid* item metri causa suppleo

"Populi Hiberniae praesagiebant quod venturus esset dies pacis novus, maneret, donec veniret destructio et esset vasta terra Temoriae."

| *Immon doróegu itbiu* ‖ *bid* | *luirech didim doch*ách
| *immut i*|*llathiu mesa* ‖ *regait fir hérend dobr*áth. *

"Circum nos electio tua in vita tua erit lorica protectionis cuivis, circum te die judicii venient viri Hiberniae judicandi."

Uair assuith la | *hiessue* ‖ *ingrian fri* | *bás inna cl*óen
ciasu threbrech ba | *huisse* ‖ *soilse fri* | *betsect na n*óeb. **

"Quondam consedit cum Josue sol super mortem pravorum, quamvis conveniens hoc, fuit justa lux super baptismum sanctorum."

Bisyllabae dimidiae exempla dist. 6. 28:

In | *insib mara toirrian* ‖ | *ainis indib adr*íme
| *légais canóin la german* ‖ *ised adfiadat* | *l*íne. ***

"In insulis maris tyrrheni quievit, ibi meditatur, legit canones apud Germanum, hoc referunt literae."

---

particulam *ocus*, quae in codicibus sigla sua scripta facile negligi potuit a librariis. *temir*, *temair*, gen. *temrach*, ut *nathair*, *nathrach*, est nomen urbis quondam principis Hiberniae.

* Sunt verba angeli e rubo S. Patricio mortem annuntiantis. *Immon*, circum nos, i. e. Hibernos. *roegu*, electio; cf. praet. verb. *doróigu*, *doroigatar* (elegit, elegerunt, p. 439). *itbiu*, in vita tua, dum vivebas; *biu*, vita, forma minus usitata ex adj. forma *béo*, ut *beothu* vel magis usitata *bethu* e *beode*, *beothe* (p. 42. 272). *dídim* videtur gen. subst. *dídem*, hod. *diodhma*, fortificatio, protectio, unde *indidmech* (gl. intensivus) Sg. 214[b]. *mes*, *bráth*, judicium. *regait*, venient, rectius fortasse *ricfet*; legitur tamen etiam sing. *doriga*, adveniet (p. 495).

** Secundum pias Hibernorum narrationes sol post mortem S. Patricii per totum annum luxit, non intercedente nocte. Hoc refert poëta in dist. 28, addens hic, si justum fuisset solem diutius lucere Josua duce super stragem Canaanitarum impiorum, justius fuisse eum lucere super baptismum piorum Hibernorum a S. Patricio ad fidem christianam conversorum. *Uair*, hora aliqua, quondam, plur. *huaraib*, horis, i. e. interdum (p. 564). *assuith*, pro *adsuid*, adsedit. *ciasu*, quamvis est (p. 673). *trebrech*, prudentiae conveniens, a subst. *trebaire*, prudentia, orto ex adj. *trebir*, prudens (unde Treviri pro Trebiri, ut Suevi pro Suebi?). *ba huisse*, fuit justa, lux, i. e. magis conveniens; fortasse restituendum *uissiu* (p. 283). *betsect*, baptismus, a verb. *baitsim*.

*** De juvenilibus S. Patricii annis refert poëta in primis hymni distichis, quod ei cognitum erat. *Muir toirrian*, mare tyrrhenum haud dubie, cum terminatione *-ian*, ut *rian* = Rhenus. *adríme*, proprie numerat, computat, i. e. meditatur, studet? *líne*, lineae, idem quod in dist. 29 *littre*, i. e. libri.

Sám | *aigis crich fri* | *aidchi* || *arnach* | *ate les* | oca
cochenn bliadna baí | *soilse* || *ba hé* | *síthlathe f*ota. *

"Sol posuit finem nocti, ne esset omnino,
usque ad finem anni fuit lux, fuit hic pacis dies longus."

incetbuidnísiv (gl. hoc istoc, hac istac etc., quidam tamen haec quoque per metaplasmum finis quam per compositionem proferri confirmant, Pr. 12, 5; i. e. est haec eorum opinio, quod sunt composita, non negandus etiam hic consensus, Prisciani) 201[b]. *cit coms. la grecv niécen dunni beta coms. linn* (gl. non ideo composita; i. e. quamvis sunt composita apud Graecos, non necesse nobis sint composita apud nos; *coms. = comsuidigthi*), *son diuit insin* (gl. simplicia apud Graecos apud nos composita, ut incestus *μεμολισμένος;* i. e. vox simplex haec, graeca) 207[b]. *o inni inna eperta grecda doadbadar aschoms. isingréic ὅςτις diuit im̄ qui linni* (gl. ὅςτις significatione et interpretatione videtur habere articulum subjunctivum, simplex tamen est nomen apud Latinos, Prisc. 13, 4) 207[b]. *bit dechoms.* (gl. decomposita sunt) 73[b].

Constructio.

Sreth (structio), *imfognam*, *immognam* (constructio; i. e. servitus mutuus, subst. *fognam* cum praep. *im-*, p. 847): *intim̄ognam himbí hisreith rann* (gl. adjectivum ipsa constructio ostendit; i. e. congruentia in qua est in structione partium) 95[a]. *lase aralégatar* .i. *hi sreith rann* (gl. acutus cum aliis legendo in gravem convertitur, Pr. 14, 1; i. e. cum leguntur, in structione partium; *sreith*, gl. strues, 55[b]) 213[a]. *dligeth nimmognama rann* (gl. constructio) 2[b]. *ciall chesta indib 7 immognam gníma* (gl. sunt alia, quae cum videantur activam habere constructionem, tamen passivam vim intrinsecus, id est, non alio agente, videntur habere, ut obliviscor tui et te, et misereor tui et te, Prisc. 8, 4) 142[b]. *fobith inna cenel innananman frisanacomlatar in im̄ognom* (gl. pro generibus nominum, quibus adjunguntur, distinguuntur pronomina) 198[a]. *atá coitchennas itar indibrethirso inim̄ognom* (gl. interest, refert; i. e. est communitas inter haec duo verba in constructione) 203[a]. *im̄ognamib* (gl. in aliis quibusdam structuris) 203[a]. Formae verbales: *imfogni fri foxlid. fri tobarthid dam* (inservit ablativo, dativo etiam, verbum; i. e. construitur cum etc.) Ml. 27[c]. *niasse aranimfognad intansid frissinbréthir as .sum. no friabaullu* (non possibile, ut construatur accusativus cum verbo sum vel cum membris ejus) Prisc. Cr. 58[b].

Remthechtas (antepositio), *tiarmoracht* (postpositio, consequentia): *alaaili diib hí remthechtas. alaaili dam itcoitchena eter remthechtas et tiarmoracht* (gl. inveniuntur in aliis etiam partibus praepositivae, non tamen semper, Prisc. 14, 2) 215[a].

Fuath, doilbthu (figura): *isfuath ńeperta intinbodugud don menm̄ain* (gl. figura, ut si dicam: bonus animus uxoris mihi nuptus est; i. e. est forma, figura dictionis nubere mentem) 137[b]. *indoilbthid* (gl. figurate, apud poëtas) 62[b]. Nomina figurarum, sive ad constructionem vocum pertineant sive etiam ad formam earum, hibernice translata: *tre impúth* (gl. per anastrophen; cf. *impúth*, gl. vertex, 60[b], *impáidach*, gl. versutus, 60[a]), *tre impuud* .1. *tucad atosach fodeud* (gl. per anastrophen) 4[b]. 202[b]. *trechomaisńdís, trechomaisńdéis* (gl. per appositionem) 149[a]. 203[b]. *tre eiscsin* .1. *condibsi ade indrann* .1. *tre airitin arfóim* (gl. egomet et cetera, quibus adjungitur met, magis per porrectionem vel assumtionem, quam Graeci vocant ἐπέκτασιν vel παραγωγήν, solent proferri, Prisc. 12, 5) 201[b]. *tre erchrae césta* (gl. per eclipsim: lavo, tondeo, duro, calceo, pro lavor etc., sed haec magis per eclipsim consuetudo proferri tradidit, Prisc. 8, 4) 143[a]. *tre erchra indí as .esse* (gl. per ellipsim: illi polliciti sese facturum omnia, per ellipsim esse, Prisc. 9, 7) 169[b]. *treaccomol* (gl. per synaeresin) 32[a]. 111[a]. 163[b]. *trechomdlúthad* (gl. per synaeresin) 117[b]. 118[b]. *trethóbae, trithóbœ* (gl. per synaeresin) 118[b]. 195[b]. 201[b]. *trefoxal* (gl. per metaplasmum) 201[b]. *tre indlach* (gl. per diaeresin) 207[a].

Fers (versus): *.um. doglanad inderiud ferso dég isuaguthaigthe infers intinnscana dodiarmorat* .1. *armor. rl.* Additur in margine: *is .m. glantar as.* 7 *ind .a. toisech indferso dédenaich et ind .u. doaccomol frisinfers ńdédenach* (gl. invenitur tamen, sed raro, apud poëtas genitivus pluralis in hac declinatione, quarta, per syncopam prolatus. Virgilius in VI: Quae gratia currum Armorumque fuit vivis. Quamvis etiam geminata u possit metrum per synaloepham stare, cum sequens versus a vocali incipiat, nec non etiam duabus vocalibus junctis prior potest in metro excludi, ut Ferreique Eumenidum thalami, Prisc. 7, 18; i. e. um elidendum in fine versus, quoniam a vocali versus incipit qui sequitur; et gl. marg.: m eliditur et a prima versus posterioris, et u adjungenda ad versum posteriorem) 136[a]. *dered ferso, dered fersa* (finis versus; cf. *dered ḿbetho,* finis mundi, Wb. 10[b], hod. hibern. gael.

deiridh, deireadh) 101[a]. 148[b]. *itsillaba fodlidi isfollus són asindfers* (gl. Horatius Alcinous Alcinoi declinavit in primo epistolarum, ut Panthous, Prisc. 6, 17; i. e. sunt syllabae divisae, haud dubie hoc ob versum) 111[b].

B. Sententiae.

1. *Níp sain anasberthar hogiun et ambess hicridiu* (gl. sine simulatione sit dilectio) Wb. 5[d].

2. *Bad fuairrech cách frialaile ondeserce brathardi* (gl. caritate fraternitatis invicem diligite) Wb. 5[d].

3. *Ní dene comrud frissinulcc arnabad hulcc diblínaib. dognésu maith frissom et bid maid som iarum* (gl. noli vinci a malo, sed vince in bono malum) Wb. 5[d].

---

1. "Ne sit diversum quod dicitur ore et quod est in corde." *Níp*, pro *nábad*, *nibad*, *niba*, ne sit (cf. p. 485. 487. 705). Adj. *sain*, *sáin* (cf. p. 827) saepius obvium. In Wb. 13[c] in sententia: alia claritas solis, alia claritas lunae et aliaclaritas stellarum, supra vocem alia, i. e. diversa, in tribus locis suprascriptum legitur *sain*, item in Sg. 6[a]. 6[b] iteratum *sain*, pl. *saini* (gl. alia, gl. aliae, literae). *anasberthar*, pass. verbi *asbiur* cum pron. relat., quod profertur. *hogiun*, *hicridiu*, i. e. *o giun*, *i cridiu*, ex ore, in corde, dat. subst. *gen*, *cride*; prioris idem casus in Wb. 4[d]: *indfoisitiu ingiun* (confessio in ore), demin. in Sg. 46[a]: *ginán* (gl. osculum). *ambess*, verbi subst. forma relativa cum pron. relativo *am* pro *an*. Particulam copulativam, quae scripta *et* in Wb. occurrit, lege *ocus* (p. 664).

2. "Sit clemens quivis in alium amore fraterno." Adj. *fuairrech*, in Ml. 20[c] *fuarrech* (gl. clemens), decompositum esse videtur *fo-aith-rech*, ejusdem radicis cujus est subst. *aithirge* (poenitentia), juxta quod occurrit forma *aithrech: ní aidrech limm* (non poenitet me) Wb. 9[b], *domaithirriuch* (gl. ad emendationem meam; cf. *diriuch* et *dirge* p. 830) Ml. 22[d], etiam adjectivi loco, ut videtur: *nípad naidrech andurairngert* (gl. sine poenitentia dona dei) Wb. 5[c]. *ondeserce*, *o-n-deserce;* subst. *deserc* et *serc* fem., amor, frequens in Wb. *brathardi*, melius *bráthardi*, dat. fem. sing. adj. *brátharde*.

3. "Ne facias vindictam in malum, ne sit malum in utraque parte; fac bonum ei, et erit bonus ipse postea." *Dene*, *dognésu*, fac, imperativi verb. *dénim*, *dogníu*. *comrud*, offensio, vindicta, ut colligitur e tota sententia, vox alibi mihi non obvia, constructa cum praep. *fri*, adversus, cognata videtur verbo composito cum eadem praep. *friscomartatar* (gl. offenderunt) Wb. 5[b], cui tamen subest radix *arc* (p. 442), ita ut exspectandum sit *comarcud* pro *comrud*. *ulcc*, *hulcc*, *olc*, malus, malum; *maith*, *maid*, bonus, bonum, adj. utrumque sensu substantivi, personam et rem significans. Alia formulae *diblínaib* exempla videsis prolata inter pronomina (p. 374).

4. *Comadas lobre et immomon forsinmug céin m̃biis ocfognam diachoimdid* (gl. in infirmitate et timore fui) Wb. 8[b].

5. *Ní dilgaid anancride dogníther frib act atgairith. arce-*

---

4. "Decet infirmitas et timor servum, quamdiu servit domino suo." *Comadas*, nomen loco praedicati (p. 882), plenius *iscomadas*, ut est in cod. Camar.: *iscomadas duun.* Adhibetur ut adj. in Wb.: *aorcital comadas dochach* (doctrina conveniens cuivis) 8[b]. *indaimser ba chomadas dó* (tempus quod est conveniens ei) 21[a]. Verb. denom. *comadasigfithir* (gl. rite actitabitur; i. e. fiet ut oportet) Cr. 44[b]. Conjunctionis loco est *adas* (p. 673). Subst. *lobre,* infirmitas, ab adj. *lobor, lobur,* infirmus (p. 742. 744). *immomon,* timor, reverentia; subst. *omon, omun,* timor (p. 738) compos. cum praep. *imm-* hic intensiva (p. 847). *forsinmug,* praep. *for* cum articulo (p. 583). *mug,* gen. *moga,* puer, servus (p. 17); *sóirmug* (gl. libertus) Wb. 10[a]. *céin*, conj. nominalis, quam sequitur forma relativa verbi subst.: *céin m̃biis,* ut *céin bes* Wb. 33[a], quamdiu, dum est (p. 486 et 675). *ocfognam,* in servitu, in serviendo, serviens: quamdiu est serviens, dum servit; *fogníu,* servio. Alia composita: *congnam* (contributio, coadjutio) Wb. 5[d]. *frithgnom* (gl. hic exercitus, ἡ γυμνασία; i. e. exercitium) Sg. 106[b]. *imfognam*, *immognam* (constructio; cf. p. 847). *diachoimdid, do a choimdid* (p. 598); subst. *coimdiu* (p. 272).

5. "Non ignoscitis injuriam quae fit vobis, sed reprobatis, invehitis in quemque et fraudatis quemvis; ne fraudet quisque alterum!" *Dilgaid,* remittitis, ignoscitis, verb. saepius obvium: *dilgid* (gl. donate) Wb. 18[a]. *intí diandílgidsi dalugubsa dam* (gl. cui aliquid donatis, et ego) 14[d]. *aní doluigimse airibsi iscr. dodlugi lim* (gl. si quid donavi propter vos; i. e. quod dono propter vos, Chr. mihi id donat) ibid. Statuenda ergo videtur compositio cum *do* vel *di;* nonnisi *di* tamen obtinet in subst. *dílgud, dilgud,* gen. *dilgutha, dilgotho* (remissio) Wb. fq. Simplex verb.: *log dun arfiachu amail logmaitne diarfechemnaib* (dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris) Pat. nost. ap. O'Don. p. 442. Quod si referendum videtur ad comp. *lugu, laigiu* (minor; p. 283. 284), alia composita, e. gr. *fullugim* (gl. abdo; i. e. suppono) Sg. 22[a], *atluchfam buidi* (referemus gratias) Wb. 17[a], *atlugud buide* (gratiarum actio) Wb. fq., magis redeunt in significationem *positionis* (cf. hib. vet. *lige,* lectus, germ. *lage, ligen*). *ancride* neutr., injuria, ac si diceretur latine *incordium* (cf. germ. herzlosigkeit, et lat. concordia, discordia): *aancride feisin immefolṅgai cés. do* (gl. ipsius esse injurius videtur) Sg. 209[b]. *digal indancridi dogní nech frit* (gl. talio; i. e. vindicta injuriae quam facit aliquis tibi) Sg. 181[a]. *cen dílgud cech ancridi* (sine remissione cujusvis injuriae) Wb. 9[c]. *atgairith,* contradicitis, rectius *athg.;* alia composita: *adgaur* (gl. convenio; i. e. addico) Pr. Cr. 57[a]. *argur* (abdico, veto) ex quo *airgara* (vetat) Wb. 2[c]. *forcongur* (praecipio) Wb. 19[d]. *arcelith,* maledicitis. si jungendum est e Wb. 9[b]. 9[c]: *irchoiltith* (gl. maledicus), *áis bíis ocirchollud* (gl. maledici), ut *doilbthid,* figulus, cum *delb,* figura. Differre videtur ob duplicem *ll airchellim* (rapio): *aridrochell* (rapuit id), *airchellad* (raptus) Sg. 202[a]. *dioiprid,* fraudatis, privatis; *tiubrad,* privet, = *diuprith, diupred, diubrad,* decompositum formulae *do-o-* (p. 856). Subst. *céle* pronominale (p. 371).

lith archách et dioiprid chách. na tiubrad cách achéle (gl. vos injuriam facitis et fraudatis, nolite fraudare invicem) Wb. 9[c]. 9[d].

6. *Na bíth debuith duún frinech* (gl. in pace vocavit nos deus) Wb. 10[a].

7. *Ni lour deit buid censetchi mani déne dagnímu. sechib*

---

6. "Ne sit rixatio nobis cum aliquo." *Bíth*, *biith*, *biid*, *bid*, sit, esto (p. 487). *debuith*, altercatio, litigatio: *níuisse domug dǽ buith fridebuid* (gl. servum dei non oportet litigare, i. e. esse in litigatione) Wb. 30[b]. *nabad indebthib* (gl. non in disceptationibus) 6[b]. Adj. *debthach* (contentiosus): *indrécht uáibsi asdebthach. isindrecht dindhiris adib debthichsi* (gl. convenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse et ex parte credo; i. e. pars e vobis contentiosa, in parte de fide vos contentiosi) Wb. 11[d]. Hod. hib. gael. *dèabadh*, *deabhaidh*, litigatio, proelium, verb. *deabhaim*, contendo, item festino.

7. "Non sufficit tibi esse sine uxore, si non facis bona opera; sit quicunque status in quo vivatur, sive virginitas sive matrimonium, oportet mandatum dei implere in eo." *Lour*, *lór*, satis, sufficiens (p. 39). *deit*, tibi, pro *duit* saepius obvium in Wb. (p. 598). *cen setchi*, sine uxore: *dosétche* (uxor tua), *coséitchi* (cum uxore), *na tuic séitchi* (ne sume uxorem) Wb. 10[a]; num e subst. *séut* (pretiosum, gemma): *ni arséuti na máini* (non ob pretiosa vel dona) Wb. 23[d]? *dagnímu*, pro *daggnímu*, e *daggním*, bonum opus (p. 826). *sechib*, quicunque sit (p. 486). *grád*, status, conditio vitae, dignitas: *angrád asisliu oldate angil* (gl. principatus: neque mors neque vita neque principatus poterit nos separare a caritate dei) Wb. 4[b]; cf. et n. 21. *imbether and*, in quo exsistatur, forma passiva verbi substant. cum *and* (p. 359 et 489). *imp*, *fa*, sive, sive (p. 674. 709). *óge*, integritas, virginitas; adj. *óg*, integer, perfectus (cf. p. 28. 825). *lánamnas*, matrimonium, derivatum e derivato in *-emun* (p. 738) substantivo, quod etiam hodie exstat hibern. *lánamhuin*, gael. *lànan* inde contractum, significans par, binos matrimonio junctos. Subest haud dubie adj. *lán* (plenus). *tascide*, necessarius: *istascide* (gl. necessarium) Ml. 20[a], adj. derivatum, ut *rectide* (legalis), e simplici *toisc: conderna cech ball anastoisc dialailiu* (gl. ut non sit schisma in corpore) Wb. 12[b]. *am. astoisc fribiathad na forcitlaide. am. astoisc frifoirbthetid caingníme na forcitlaide fadesine* (gl. discant et nostri bonis operibus praeesse ad usus necessarios; i. e. ut opus, necesse est ad etc.) 31[d]. Subst. *tasgid*, *toschid* (victus necessarius): *desimrecht fetarlicci inso do imthrenugud asnuisse tasgid et ǽitiud indáisso gráid et legind* (gl. dicit scriptura: non alligabis os bovi trituranti) 29[a]. *ished roerbad friatoschid* (hoc concessum est ad victum eorum), *issumecen precept armetiuth et mothoschid. ished roerpad dom domthoschid* (gl. si evangelizavero, non est mihi gloria, necessitas mihi incumbit) 10[d]. *taschidetu* (necessitas): *taschidetu farníccesi treprecept et forcital* (gl. permanere in carne, vita, necessarium est propter vos) 23[b]. De promiscua scriptione *sg*, *sc*, *sch* supra disputatum est (p. 71. 73). *timne*, mandatum, neutr.: *atimne sainemailsin* (mandatum hoc peculiare) Wb. 3[c]. *dar timne recto* (gl. per mandatum legis)

grád imbether and impóge falánamnas istaschide timne dée dochomalnad and (gl. circumcisio nihil est et praeputium nihil est, sed observatio mandatorum dei) Wb. 10[a].

8. *Rethit huili et isóin fer gaibes buáid diib innachomalnad. lann segar and issi ede dulchinne inmílti* (gl. omnes currunt, sed unus accipit bravium) Wb. 11[a].

9. *Isbées donaib dagforcitlidib molad ingni innanétside ara-*

---

ibid. *iar timnu ihu.* (gl. secundum ihm. xpm.) Wb. 6[d]. *do chomalnad*, ad implendum; pro *comlánad*, *comlínad* (p. 33). *and*, in eo, locum significans (p. 359).

8. "Omnes currunt, sed unus est vir assequens victoriam ex eis perficiendo; bravium, quod petitur, est remuneratio exercitii." *Rethit*, currunt (cf. p. 73). *buáid*, gen. *buade* (p. 27). *innachomalnad*, in sua expletione, explendo, perficiendo, quod explet cursum is unus; *inn a chom.*, *inn* (p. 581), *a* pronom. possess. 3. ps. sing. ob sequentem infectionem. *diib*, ex iis, e currentibus unus (p. 597). *lann* fem., mox in eodem loco in Wb.: *inlainn* (gl. coronam, i. e. bravium). *segar*, pass. cum part. *and* (cf. p. 359), verbi *saigim* (gl. adeo, accurro) Sg. 217[a], e quo compos. *atobsegatsi*, incurrunt, persequuntur vos, cum aliis (p. 335. 336. 970). Vix disparandum est ab his *sechem* (sequi, p. 462) infinit. Est constructio hic nominativi absoluti (p. 886). *issi ede*, pronom. demonstr. fem., ut in eodem loco in Wb.: *isi ede indail rúnde* (gl. esca spiritualis; i. e. ea est esca myst.). *dulchinne*, derivat. ut *fírinne*, justitia, fem.: *uita æterna ishé adúlchinne sidi* (gl. servi estis sive peccati in mortem sive obeditionis ad justitiam in vitam aeternam; i. e. vit. aet., ea est remuneratio hujus, obeditionis) Wb. 3[b]. *mílte* neutr.: *domílte* (militia tua) Wb. 28[a]. *armílte* (pro militia) 3[c]. Facit in quibusdam ad hunc locum Wb. 24[a]: *cosmuilius lessom inso frimílid rethess dochum [aird]e buade [et fris] abés ade ní áirmi ambís iarnachúul dindséit act ambís arachiunn condid tarlasechæ et conrí alainn ninchruthsin robói pol et isamlid isbuithi dochách .ı. imbith phennit concomuir frissinlainn .ı. frisinfochricc nemdi* (gl. marg.: fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quae quidem retro sunt obliviscens ad ea vero quae sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor bravium, Philipp. 3, 13).

9. "Est mos bonis praeceptoribus laudare cognitionem auditorum, ut ament quod audierunt." *Bées, bés, béss* (p. 61), mos, masc.; obvia et forma *bésad. dagforcitlidib*, bonis praeceptoribus, compositum ut alia plura (p. 826). *forcitlid*, praeceptor, e subst. *forcital*, utrumque e verb. *forcanim* (p. 410). *molad*, laus, laudatio, laudare, subst. et infin. (p. 459) e verbo *molur* seriei IV. *ingni*, cognitionis, scientiae, gen. subst. *gne*, cum articulo, vel si malumus compositi *ingne*, cum praep. *in*, cum et cum aliis praepp. inveniatur composita eadem radix: *etargne, etarcne* (cognitio) Wb. Sg. fq. *eirgnæ* (gl. apertum et evidens) Wb. 14[a]. Frequentius est subst. et adj. *ecne*, *æcne*, ortum ex *aithgne, edgne* (sapientia, sapiens): *iccach æcnu asæcne dodia nithuesat som*

carat anrochlúinetar (gl. ut prudentibus loquor, vos judicate qua dico) Wb. 11[b].

10. *Ní corp intóin báll. aritboill immefolñget corp. issc*

(gl. in dei sapientia non cognovit sapientia hujus mundi; i. e. in omni cognitione quae cognita est deo non compreheñderunt) Wb. 8[a]. *nitat æcni huii* (non omnes sunt sapientes) ibid. Verb. *adgénsa, adgeúin* (cognosco, cognoscit) Wb. 12[c]. *etargeiuin* (novit) Sg. 197[b]. Eadem vox cum hac nostri loci videtur in Wb. 2[a]: *buid cen engne et cen fírinni* (esse sine scientia et sine justitia) *innanétside*, auditorum: *indhéitsidi* (gl. a veritate auditum avertent, i. e. auditores) Wb. 30[d]. Verb.: *éitset frisinprecept et berat brith fuiri* (gl. duo aut tres dicant, ceteri dijudicent; i. e. auscultent in doctrinam et ferant judicium de ea) Wb. 13[a]. Aliud derivatum: *éitsecht* (auditus) Ml. 20[a]. *hi foetsecht* (in subauditu, subintellectione) Sg. 27[b]. *aracarat*, ut ament; *ara* ex *aran* (p. 680). *anrochluinetar*, quod audiverunt (p. 491).

10. "Non est corpus unicum membrum; nam sunt membra, quae efficiunt corpus. ""Est nobilior manus, quam ego, quam pes, non de corpore sum, quia non sum manus."" Non non esset ideo de corpore, sed est de eo. Fecit deus corpus hominis e multis membris; posuit ipse unum corpus e multis membris, ut faciat quodvis membrum, quod necesse est alii. Quia in uno corpore sunt, est bona inter ea unitas; quia unum corpus est, juvat quodvis membrum aliud. Est morbus iis omnibus, si est morbus in unico membro; si sanum membrum post morbum suum, est salus aliis membris. Ut est unitas inter membra corporis nostri, sit unitas inter nos etiam." *Ball*, membrum, masc.; *intóin*, unicum (p. 308). *itboill*, sunt membra quae etc. (p. 885). *immefolñget*, efficiunt, decompos. (p. 854). *sochrudiu*, nobilior; *sochrud*, *sochruth*, εὔμορφος, compos. (p. 833). *ol* praep. et conj., juncta verbo substantivo *tá* post comparativum in formis *oldáusa, oldósa, oldaas, oldate* (p. 477. 681). *nimtha*, non sum; constructio impersonalis verb. subst. *tá* (p. 894). *ni nád ñbed arse*, non non esset ideo, cum duplici negatione, cujus forma hibernica una est absoluta, altera relativa (p. 701. 702). *ñbed* videtur residuum e *nobed*, quamvis deest communiter particula *no* post negationem. *de*, de eo, ab eo, corpore (p. 596). *dorígeni, rosuidigestar*, fecit, posuit, praet. verb. *dogníu, suidigur* (p. 439. 448). *ó ilballaib*, e multis membris, *ball* compos. cum adj. *il* (pro *pil* = gr. πολύς, germ. filu, p. 77; cf. p. 826). *óinchorp* item compositum (p. 308). *conderna*, ut faciat, conj. verbi significantis idem quod *dogníu, dénim*, cujus sunt etiam decomposita: *todernide* .ı. *snithe* (gl. tortuosae pravitatis) Ml. 24[b]. *todernam* (gl. supplicium; *do-fo-*) Sg. 133[b]. Ml. 27[c]. *cech ball, cach ball* (p. 366). *anastoisc*, quod necesse est; *toisc* supra n. 7. *dialailiu, do alailiu* (p. 598). *isinóinchorp* non putandum est scriptum pro *isindóinch.*, ut mox *isindóinbull*, in quo est praep. *in, is* cum articulo; est potius *inóinchorp*, in uno corpore, ob emphasin praemissum cum verbo subst. *is* (p. 884). *bad*, est, ut sequens *cobrad*, juvat, e *cobrim*, adjuvo, indicativi modi, cum vocali *a* rariore quidem in hoc modo, obvia tamen (p. 432 et 445). *bad maith anóintu*, est bona unitas eorum, inter ea, i. e. bene concordant. *mabed*, si sit, si est

chrudiu láam oldósa olcoss nidichorp atóosa hóre nimtha laám. ní nád ṁbed arse dichorp act atá de. dorigeni dia corp duini ó ilballaib. rosuidigestar cæm óinchorp di ilballaib. conderna cech ball anastoisc dialailiu. hore isinóin chorp ataat bad maith anóintu. hore isóin chorp cobrad cach ball alaile. isgalar leu uili mabed galar issindóinbull. mad slaán inball iarnagalar isdidnad donaib ballaib ailib. am. file óentid eter baullu coirp dunn conroib óintu etrunni dam (gl. corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore. Nunc autem posuit deus membra, multa quidem membra, unum autem corpus. Ut non sit schisma in corpore, idipsum proinvicem sollicita sunt membra, et siquid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi) Wb. 12[a]. 12[b].

11. *Cini glé lib ataat ilchenéle bérli isinbiuthso* (gl. multa genera linguarum sunt in hoc mundo) Wb. 12[d].

12. *Méit donindnagar fornni fochith issí méit insin donind-*

(p. 483). *iarnagalar*, post morbum suum; *a* pron. possess. sing. *didnad, dídnad, dithnad,* solatium, remissio, valetudo: *bad dídnad deserce* (gl. siquod solatium caritatis) Wb. 23[c]. *nicoir dídnad dondalalucht et troscud dondlucht ailiu* (gl. non aliis remissio vobis autem tribulatio) Wb. 16[c]. *am. file óentid*, ut est unitas; *file* forma relativa post conj. nominalem *am., amal*, et *óentid* accusativus subst. *óentu, óintu*, post verb. subst. *fil* (p. 894). *eter baullu coirp dunn*, inter membra corporis nostri; *dunn, dún*, nobis, pro pronom. possess. (p. 892). *conroib*, ut *roib, rop, corop*, sit, esto (p. 485. 487).

11. "Annon cognitum vobis, quod sunt multa genera sermonis in hoc mundo?" *Cini, cani*, quid non? annon? (p. 709). *glé, glée: isglée lib* (gl. scitis enim) Wb. 12[a]. *isglé limsa rombia buáid* (gl. non in incertum curro; i. e. est mihi persuasum, quod erit mihi victoria) Wb. 11[a]. *arnipi glǽc et nipi fírderb anadchither trithemel* (gl. videmus nunc per speculum in aenigmate; i. e. nam non est clarum et omnino certum, quod videtur in obscuritate) 12[c]. *ilchenéle*, multa genera; subst. *cenél* et *cenéle* (p. 215). *bérli*, sermonis, gen. sg., quamvis in multis locis in Wb. obvium sit *bélre*, lingua, non mutare ausim in *bélri*, cum et hodie voce gaelica *beurla*, fem., significetur lingua, praesertim anglica.

12. "Quantum tribuitur nobis tribulationis, tantundem tribuitur solatii. Non dat. deus nobis ergo tribulationem, quam non sustineamus; si est tribulatio nobis toleranda, fert solatium pro ea. Tolerando passiones erit salus: scimus quod est firma fides vestra in passionibus." *Méit — méit*, tantum. quantum (p. 675); *issí méit insin* hic in secundo loco tantundem, proprie ea ipsa

nagar indíthnad. ni tabir dia fornni dim fochith nadfochomolsam. cid indfochith follongam dober díthnad darahéssi. trefulang innafochide bied indhícc. rofitemmarni bes sonirt forniressi isnaib fochidib (gl. sicut abundant passiones, abundat consolatio nostra; salus in tolerantia operatur harum passionum, et spes nostra firma pro vobis) Wb. 14[b].

13. *Isbes uáilbe issain aní asberar indi et dognither* (gl. numquid levitate usus sum?) Wb. 14[c].

14. *Mabeith míduthracht et dígal la cách uáib dialailiu.*

---

est magnitudo: magnitudo, qua tribuitur tribulatio, est ea ipsa magn., qua etc. *donindnagar*, passiv. cum pron. relativo infixo *n*, sine quo esset *doindnagar*, *tindnagar*, 3. ps. sing. constructa cum nom. sequentibus *fochith*, *díthnad*. Act. *doindnaich* (gl. distribuit) Sg., unde subst. *tindnacal*, *tindnacul* (p. 856). Quaeritur an ejusdem radicis sint etiam *adnacul* (sepulcrum) Wb. fq. *nephadnachte, nephathnachta* (gl. asbestes) Sg. 20[a]. Pr. Cr. 8[a]. *fochomolsam* conj., cujus 2. pers. etiam in Wb. 11[b]: *ní fochith nad fochomalsid* (gl. tentatio vos non adprehendit nisi humana; i. e. non tribulatio, quam non sustineatis), decompositum pro *fochomfolsam*, *-folsid*. Simplex forma occurrit in Wb. 14[c]: *arafulsam arfochidi* (ut toleremus tribulationes nostras) e verbo frequenti *fulang* (p. 62), e quo mox *follongam* 1. ps. pl. indic. est pro *fulangam*. Occurrunt etiam formae in Ml.: *follo* (gl. perferre), *fulós* (gl. sustinere) 32[d]. 33[a]. *cid indfochith*, si est tribulatio quam etc. *darahéssi*, pro ea (p. 617). *rofitemmar*, scimus; *rofetur*, *rofetarsa*, scio (p. 489). *sonirt*, firmus (p. 832), sententia ut in Wb. 25[d]: *istrén forniress isnaib fochidib* (gl. gloriamur de vestra fide in omnibus persecutionibus).

13. "Est mos arrogantiae, quod est diversum quod dicitur in ea et quod patratur." *Uailbe*, arrogantiae, superbiae, gen. sing. fem., ut in Wb. 30: *uáilbe et utmaille* (gl. juvenilia desideria fuge; i. e. superbiae et inquietudinis). Nom. *indhuall* (gl. elatio) Ml. 28[a]. *nachinrogba uáll* (ne capiat nos arrogantia) Wb. 15[d]; accus.: *ni tabir uáil* (non dat, efficit, arrogantiam) Wb. 16[a], assimilatione pro *ualb*, *uailb*, quae etiam obtinet in derivatis: *labrad huallach* (gl. magna loquitur; cf. p. 75) Ml. 31[b]. *aní asberar*, supra in n. 1 *anasberthar*. *indi*, in ea, arrogantia; praep. *in* cum pron. suff. 3. ps. sing. fem. (p. 54. 342. 582).

14. "Si esset invidia et vindicta apud quemvis e vobis in alium, esset animadvertendum vobis, ne tunc finiat religio vestra." *Míduthracht*, mala voluntas, malevolentia, invidia, compos. (p. 833); oppositum *cáinduthracht*: *arcáinduthracht* (gl. propter bonam voluntatem) Wb. 23[b]. Quod simplex videtur subst. *dúthracht*, *duthract*, non rarum in Wb., vel verbum: *duthractar olcc dunn* (gl. malis hominibus; i. e. qui volunt malum nobis) Wb. 26[b], et ipsum compositum ostendit Wb. 20[c]: *dofuthractar fornimdibesi* (gl. volunt vos circumcidi). *dígal* fem., cambr. *dial*, vindicta; gen.: *dothabairt díglae* (ad dandam vindictam) Wb. 4[c]. *bémen dígle* (verbera poenae) 17[d]. accus.: *dígail*

beith formenme and arnafoircnea forcrabud and (gl. quod si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini) Wb. 20[b].

15. *Ished inso noguidimm. conducaid etargne ndǽ et cona-*

(gl. damnationem) Wb. 6[a]. *dobeir dígail fort* (gl. vindex est) ibid. Compositum, ut videtur, *dí-gal* (germ. abwehr), ut *dílgud* e *dílugud* (cf. n. 5), cujus radix etiam in aliis compositis: *conroib irgal désercce inspirto indiunn* (gl. spiritum ferventes) Wb. 5[d]. *ni tidbarid farmbaullu inirgail arbeolu diab.* (gl. ne exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato) 3[b]. *irgala* (gl. arma) 6[a]. *irgala firinne diarndítin* (gl. per arma justitiae) 15[d]. *o ergail* (gl. acie; i. e. proelio) Ml. 34[c]. *inimmargail* (gl. in lite; *imm-ar-g.*, p. 847) Ml. 16[b]. *óntogail* (gl. ab impugnatione), *isintogail* (gl. in impugnationem; *do-fo-g.*, p. 853) Ml. 14[a]. 33[a]. *fingalcha* (gl. parricidalia arma) Ml. 18[c]. Vix dubium est, quin ex eadem voce sint etiam vetusta nomina gallica *Γάλατος*, nomen Galli apud Polyb., et *Γαλάται,* Galatae, i. e. viri pugnaces, armati. *menme,* mens, animus, animadversio, subst. derivat. (p. 739) e radice MEN, ut in aliis linguis cognatis, frequenter etiam obvia in hibernica: *fomentar inso* (gl. hoc scito) Wb. 30[c]. *fomenaid* (gl. ut observetis eos, rogo vos) Wb. 7[b]. *doménarsa* (puto) Wb. 3[c]. *hithé dodmainetar insin* (illi hoc putant) Sg. 5[a]. *arnatomnitis* (ne cogitarent) Wb. 4[d]. *arnatomnathar* (ne cogitetur; *do-fo-men.*) Wb. 13[c]. *cuimnigedar* (gl. reminiscentis; *co-men.*) Wb. 16[b]. *cuimnech* (memor) Wb. 33[d]. *isna foraithmechu* (gl. in memores; *for-aith-mnechu*) Ml. 34[a]. *foraithminedar, furaithmentar* (memorat, memoratur) Ml. 17[b]. *condermanammarni* (ut obliviscamur) Ml. 21[c]. *foraithmet* (memoria; = *-ment*) Ml. 22[d]. 23[a]. *dermet* (gl. oblivio) Ml. 23[d]. *taidmenadar* (significat; *do-aith-m.*) Wb. 9[c]. *arnafoircnea,* ne finiat, ne desinat, verbum neutrum hoc loco procul dubio, quamvis forma passiva, significans lat. *terminari,* obvia est in Sg.: *foircnithær, foircniter* (terminatur, -antur) 6[b]. 162[b]; denominativum e subst. composito *forcenn, foircenn,* finis (p. 195. 845). *crabud,* cambr. *crefydd,* religio: *crabud cen deserc* (gl. cymbalum tinniens; i. e. religio sine amore) Wb. 12[b]. *abgitir crabaith* (gl. elementa exordii sermonum dei) Wb. 33[c]. *ar ét inchrabud* (gl. zelo religionis; leg. *-uid?*) Ml. 36[d]. *and,* tunc, de tempore (p. 358).

15. "Est hocce quod oro: ut concipiatis cognitionem dei et ne sit obscuritas cupiditatum mundanarum super oculum animae vestrae, ut sit clarus oculus animae vestrae." *Noguidimm,* quod oro, cum *no* relativa (p. 348). Praes. *guidim,* ut subst. *guide,* precatio, Wb. fq., cum vocali radicali *ui,* praet. cum *a: rotgádsa,* rogavi te, *rogadammar,* rogavimus (p. 440 sq.). *conducaid,* ut inveniatis, assequamini; verb. *ducu, tucu, tuccu* (cf. ser. II), compositum procul dubio *do-ucu,* vel potius *do-icu,* cum radice IC alternante cum IG atque adeo I (cf. anomala, p. 493; = *ἔχειν,* goth. *aigan?*), quae in quibusdam compositis significat verbum neutrum lat. *venire,* cum praep. *do* et part. *ro* autem significationem activam induere solet lat. *invenio,* et sic porro: habeo, sumo, fero, eligo, accipio, attingo, concipio, intelligo. Exempla videsis sub flexionis verbi serie II, et sub anom. n. 1: addo hoc loco quaedam

roib temel inna tol domunde tarrosc fornanme. corop féig ros fornanme (gl. memoriam vestri facio in orationibus meis, ut deus det vobis spiritum sapientiae in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis vestri) Wb. 21ª.

16. *Nítat ildáni do óen fiur et ní óen dán do sochuidi* (gl. omnia in omnibus adimplet deus) Wb. 21ª.

---

exhibentia derivantem *s: iscland tuicse dodia* (gl. secundum electionem carissimi; i. e. est populus electus deo) Wb. 5ᶜ. *nitat huili robtar tuicsi* (non omnes fuerunt electi) 11ª. *cia connesfea tuicsiu dé* (quis condemnabit electos dei?) 4ᵇ. *ticsath achruich* (tollat crucem suam) Cod. Cam.; inde et verb. *techta, techtat* (habet, habent) Wb. Sg. fq. videtur solvendum in *do-ig-ta, do-ec-ta, tecta* etc. *temel*, obscuritas, tenebrae: *trithemel* (per tenebras) Wb. 12ᶜ. *dintemul* (gl. de obscuratione) Ml. 16ᶜ; cf. sanscr. *tamas*, slav. vet. *t'ma*, significantia idem. *tol* fem., gen. *tuile*, voluntas, cupiditas; adj. *domunde*, mundanus, e subst. *domun*, mundus (p. 17. 761). *rosc*, oculus, vox jam obvia in nomine gallico Roscillus (Allobrogis) Caes., unde et Roscius Romanorum videtur gallicae originis. *anim* fem., anima (p. 268). *féig*, vox alias non obvia in codicibus nostris, videtur adjectivum hoc loco, significans *clarus, illuminatus*; cum tamen exstet adhuc hibern. et gael. verb. *féuchaim*, video, interj. *féuch*, ecce! poterit esse *corop féig, féich*, ut sit videat, idem quod ut videat. Concordat cum hoc nostro *féig* subst. *fégad* obvium in carmine codicis Neob. (p. 936).

16. "Non sunt multae facultates uni viro et non est una facultas pluribus." *Ildáni*, compos. ut *ilboill, ilchenéle* (p. 826). Subst. *dán* masc., ut in hoc loco, significans facultatem, artem, scientiam: *sain dán cáich* (gl. secundum gratiam, quae data est nobis, differentes; i. e. diversa facultas cujusvis) Wb. 5ᵈ. *ropsa airchinnech isindánsin* (gl. proficiebam in Judaismo; i. e. fui princeps in hac scientia) 18ᶜ. *ainm dáno dorigeni itossug* (gl. Lucas medicus; i. e. nomen artis quam exercuit in initio) 27ᵈ. Hodie gaelice est *dàn, dàin*, plur. *dàna*, poëma: *dàna Oisein*, poëmata Ossiani. Significationem primitivam (nisi forte quis praefert supponere huic substantivo radicem *dá, du*, p. 31, not.) prodit adhuc deminut. *danán* (gl. munusculum) Sg. 46ª, et verb. denom. *dánigur: danaigedar* (donat) Ml. 17ᵈ. *rosdánigestar* (largitus est, praestitit ea) Wb. 21ᵇ. *rún ícce incheneli doine et danigthea inspirito nóib* (mysterium salvationis generis hominum et largitionis spiritus sancti; subst. verb. *dánigud*) Wb. 21ᶜ. Ipsum autem subst. *dán*, formatum ut *bán* (gl. exsanguis; cf. p. 737) Sg., derivatum est e *dá*, quae radix communis linguis affinibus est etiam jam in nominibus gallicis Condâte, Condatus (hod. Condé), Condatomagus, Condatisco, obviis in Itinerariis Romanorum, apud Auson., Gregor. Tur. (p. 775), quae significant scilicet loca ad aquas condantes, confluentes. Diversae originis videtur *dánatu* (audacia: *cesu dánatu dom*, gl. quamvis audacissime) Sg. 90ª, et hodiern. hibern. gael. adj. *dána, dàn* (fortis, intrepidus, audax) et subst. *dánachd, dánadas* (audacia), ex quo ob fortem, citatum cursum facile interpretationem invenerit Dânubius (deriv. ut Mandubii, Gelduba, Abnoba),

17. *Dénid anasberar frib. am. nondubcairimse carad cách uaibsi alaile. ni táirged cách indocbáil do fesin. táirced diachéliu.*

---

nomen fluvii. Subst. fem. *sochude, sochuide,* societas, plures, multi, videsis exempla prolata inter substantiva pronominalia (p. 371).

17. "Facite quod dicitur vobis: ut ego vos amo, amet quisque e vobis alium; ne paret quisque gloriam sibi ipsi, paret alteri; sit nobilior quisque apud alium quam sibi ipse; ne respiciat facultatem datam sibi ipsi, sed facultatem sui vicini." *Dénid,* facite; sing. *dene,* supra in n. 3; *anasberar,* quod dicitur; cf. *anasberthar* et *aní asberar* in n. 1 et 13 hujus spicilegii. *frib,* ad vos, vobis (p. 610). *nondubcairimse,* ego amo vos, *cairim* cum part. *no,* pron. rel. post *am., amal* (p. 676), et personali 2. ps. pl. infixo (p. 419). *táirged, táirced,* faciat, comparet; pro *doairged, doairced: ambás tiagmeni doáirci bethid dúibsi* (gl. mors in nobis operatur, vita autem in vobis; i. e. mors quam subimus efficit vitam vobis) Wb. 15^{b}. *doáircci molad dó* (gl. semet ipsum aedificat; i. e. comparat sibi laudem) 12^{c}. *ni táirci lessu utmille* (gl. nemo vos seducat frustra inflatus; i. e. non fert commoda inquietudo) 27^{a}. *tárci* (efficit, comparat) 25^{a}. *ní tarcat torbe* (gl. stultae quaestiones sunt inutiles et vanae; i. e. non ferunt utilitatem) 31^{d}. Praet.: *dorárricc báas dúnni. doráricc baás dom* (gl. inventum mihi esse ad mortem; i. e. effecit mortem nobis, mihi) Wb. 3^{c}. *ni óen torbe doraricc dún* (non unum commodum paravit nobis) 19^{b}. Subst. verbale: *itarcud indocbalæ domsa dia brátha* (gl. ad gloriam meam in die Christi) Wb. 23^{c}. *ni arfarnastud inogi manip artháircud fochricce dúib* (gl. hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam; i. e. non ad ponendos vos in caelibatu, sed ad ferendum utilitatem vobis) 10^{b}. In Sg. 44^{a}: *onaib rechttáircidib* (gl. a legislatoribus). Etiam cum deest praep. *do,* eadem significatio est in Wb. 19^{b}: *ní airic ní césad cr. am. sodin* (gl. ergo Christus gratis mortuus est? i. e. non facit aliquid, non prodest passio Chr. hoc modo), a quo non diversum videtur verbum in Wb. 3^{c}: *doménarsa ba marb peccad hore nánrairigsiur* (gl. sine lege peccatum mortuum erat), *doménarsa ropsa beo intain nád rairigsiur peccad* (gl. vivebam sine lege aliquando). Accedunt in Sg. obvia *arecar* (invenitur), *airic* (inventio). Vix dubium, quin in his obtineat compositio part. *air-, do-air-,* cum radice IC, IG, de qua videsis dicta sub n. 15 et in locis ibi notatis. Disparanda est radix ARC, ORC, ORG (p. 71) sensum quassationis, commotionis indicans, frequens item in compositis: *asoirc, asóircc* (caedit, verberat; cf. p. 840) Sg. 33^{a}. Wb. 11^{a}. *tesurc* (commoveo; *do-es-urc*) Incant. Sg. *immaircide* (directus, p. 846) Wb. Ml. *imchomurc* (interrogo, p. 853) Wb. Sg. *doim̄urc* (gl. ango) Sg. 181^{b}. *dofuaircc* (triturat, p. 853) Wb. *intaircitis* (gl. incuterent, dolores; *in-do-*) Ml. 33^{a}. Obtinet saepius scriptio *áirc* cum signo productionis (p. 33). *indocbáil,* gloriam, accus. subst. fem. *indocbál,* decompositi (p. 856). *diachéliu* = *doachéliu, dán ácheli* rectius *dán achéli,* a subst. pronominali *céle* (p. 371). *uáisliu,* praestantior, nobilior, comp. adj. *uasal,* eminens, nobilis (p. 283). *lialaile, la alaile,* apud alium (p. 603). *decad, décad,* videat; verb. *décu, déccu* (p. 437). *doradad,* rectius *dorádad,* praet. pass. verb. *dorádim,* do, praebeo; radix simplex in verb. *rurádi friu* (gl. verba lenia et amicalia, i. e. dedit eis) Wb. 7^{d}. *ní radat som frisudib*

bad uáisliu cách lialaile oldaas fessin. na decad indán doradad dó fessin act dán ácheli (gl. implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes id ipsum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, non quae sua sunt singuli considerantes, sed ea quae aliorum) Wb. 23[c].

18. *Bad maith forñgnim et formbriathar arbid loor dabarniráil* (gl. confirmet vos dominus in omni opere et sermone bono) Wb. 26[a].

19. *Ishe besad felsub etarcert didulib et saigid forru et neb-*

---

acht bréic 7 togais (gl. infidelia conserunt verba; cf. hod. cambr. decomp. *ymadrawdd*, collocutio) Ml. 31[a]. Compos. *imradim* (gl. tracto; i. e. cogito) Sg. 155[b], *imrádud* (cogitatio) Wb. fq. Pro *d* interdum *t: ni dofessin dorat side indocbáil* (non sibi ipsi paravit hic gloriam, sed patri, Christus) Wb. 23[c]. *darrat fessin hicroich* (gl. dedit redemtionem semet ipsum) Wb. 28[b]. *doratad spirut dún úli diarnóinugud* (datus est spiritus nobis omnibus ad unionem nostram) Wb. 21[c]. *dorratad teist* (datum est testimonium) 28[b]. *imrádat imráti* (cogitant cogitationes) 1[d]. *dó* cum accentu, ei, hoc loco sibi, praep. *do* cum pron. suff. (p. 559).

18. "Sit bonum opus vestrum et verbum vestrum, sufficit enim ad confirmationem vestram." *Gnim, gním,* actio, opus; *briathar,* verbum, juncta ut in Wb. 12[d]: *gním et briathar et imbrádud* (actio et verbum et cogitatio). Subst. *briathar* fem., sequente *i* vel *e* terminationis *ia* in *é* restituens (cf. p. 22): *ón bréthir* (a verbo) Sg. 39[b]. *indhí predchite et forchanat brethir dǽ* (gl. qui laborant in verbo et doctrina; i. e. qui praedicant et praecipiunt verbum dei) Wb. 29[a]. *isincomparit hisin inna dobreithre* (in hoc comparativo adverbii; cf. p. 982) Sg. 39[a]. *ammi tuailñge armbrethre* (gl. quales verbo tales in facto; sumus gnari, periti, verbi nostri) Wb. 17[b]. Nom. dat. et accus. plur.: *mathé na briathrasa forcane* (si haec sunt verba, quae praecipis) Wb. 28[c]. *airní arbarad són ho briathraib acht ishuare rongnith hignimaib .i. trimíberar hognímaib donaib briathraib 7 ní arindí asndarobartis im. inna briathra hisin* (gl. de suo non requiret insolentia) Ml. 31[b]. *imfresnat angníme friambriathra* (gl. deum factis negant; i. e. pugnant facta eorum contra eorum verba) 31[b]. *loor, lour,* sufficiens (p. 39). *dobarniráil,* ad vestram confirmationem; quae quidem significatio elucet e textu hujus nostri loci, atque ex alio amplius loco solo in Wb. 18[a]: *hiprecept sos. et iniráil hirisse* (gl. nonne iisdem vestigiis ambulavimus? i. e. in praecipiendo evangelio et in confirmanda fide). Compos. *ir-áil,* pro *irail,* si est radicis *ail: indail rúnde* (gl. esca spiritualis) Wb. 11[a], verb. *aili, ail* (alis, alit, p. 333).

19. "Est hic mos philosophorum, disserere de elementis et disputare super ea et non credere quod affirmatur de Christo." *Besad, bésad,* mos, ut *césad,* gen. *césto,* passio; in Wb. 16[d]: *precept béstatad,* ampliata forma *béstatu;* primit. *bées, bes,* n. 9. *felsub,* philosophorum, gen. plur.; nom. sing.:

chretem anadiadar dicr. (gl. philosophia secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum) Wb. 27[a].

---

arnipa gliccu felsub olambieidsi si in xpo. estis (gl. nemo vos decipiat in subtilitate sermonum; i. e. nam non est sapientior philosophus, quam vos eritis, si etc.) Wb. 26[d]. Inde *felsube* (philosophia): *fellsube et dialectic* (gl. profana et vaniloquia; i. e. philosophia et dialectica) Wb. 30[b]. *etarcert* fem., interpretatio: *issí indetarceirt inson grecde* (gl. *ὅςτις;* i. e. haecce interpretatio graeca) Sg. 207[b]. *con etarceirt* (cum interpretatione) Wb. 13[a]. 14[d]. gen. *etarcerta* (p. 888). Vox simplex cum praep. *con-: incoceirt* (gl. emendationem) Ml. 2[a]. Verbum: *acht nammáa issamlid istorbe són coetercerta anasbera et conitucca in œtarcne caich corrochraitea sochuide triit* (gl. major qui prophetat quam qui loquitur linguis, nisi forte ut interpretetur ut ecclesia aedificationem accipiat) Wb. 12[c]; cum aliis praepp.: *conaicertus*, *conacertussa* (gl. emendavi), *conaicertsom intintud septien hitosuch* (emendavit ipse interpretationem septuaginta in initio; praepp. *con-aith-?*) Ml. 2[a]. *am. foceirt nech aœtachde* (gl. mutabuntur; i. e. ut deponit aliquis vestem suam) Wb. 32[c]. *focertam fíal díinn* (gl. nos omnes revelata facie) Wb. 15[b]. *focheirt* (gl. in terram seminas; i. e. ponis semen), *mad grainne cruithnechte foceirr isdiass cruithnechte* (si granum frumenti ponis, fit calamus frumenti) Wb. 13[c]. *sís fucertar cech ingor suas fuscerdamni* (gl. spem sicut ancoram habeamus animae tutam; i. e. infra deponitur ancora quaevis, supra reponamus eam, animam) 34[a]. *isinoena focerddar* (gl. in id ipsum desolvuntur) Sg. 71[a]. Vox simplex *cert* (gl. aerarius qui idola aere faciebat; i. e. faber) Wb. 28[a]. 30[d], est proprie *cerd: creodai nothorachti l. inna cerdae* (gl. ad similitudinem vasis fictilis; i. e. figulorum, operariorum) Ml. 18[a], *cerdd* scriptione cod. Sg. (p. 70): *cerddchae* (gl. officina) 51[b], quocum concordat lat. *cerdo*, operarius. Cf. rad. sanscr. *kri*, pers. *kerden*, facere. *didulib*, de principiis, de elementis: *innandule* (gl. mundi elementorum: literas etiam elementorum vocabulo nuncupaverunt ad similitudinem mundi elementorum) Sg. 3[b]; sing.: *cach didúil* (gl. illa coeuntia elementa; i. e. quodvis el.) ibid. Est etiam in Wb. et Sg. *dúil*, *duil*, gen. *dúlo* et *dúile* (p. 260) creatura, res, et mundus, *dúlem* (deriv. p. 733) creator: *óre asñduil foruigensat nach dúlem* (gl. tradidit eos deus in passiones ignominiae; i. e. quia est creatura, cui serviverunt, non creator) Wb. 1[b]. *cach dúil* (omnis creatura) 21[d]. *itduilib* (gl. dilexisti justitiam; i. e. in creaturis tuis) 32[c]. *saigid*, loqui, disputare, subst. verbale, cum praep. *for*, ut in Wb. 12[b]: *nitat sóir huili ocsaigid forsunu. octabairt ruún essib* (gl. numquid omnes interpretantur? i. e. non sunt periti omnes dicendi super voces et dandi mysteria ex eis). Porro in Wb.: *saigid* (dicit, significat; 3. ps. sing. ut *gaibid, berid* etc.) 23[c]. *ished ón saiges som* (gl. propter quod dicit: ascendens in altum etc.; i. e. hoc est quod dicit) 22[a]. *ished dosaig anúas* (hoc dicit supra) 15[a]. 23[c]. Verbum hoc ergo differt a verbo obvio in n. 8, cujus subst. verbale est *sechem* (sequi), et convenit cum germ. *sagen*. *nebchretem*, non credere; subst. verbale verbi *cretim* cum particula privativa *neb-*, *neph-* (p. 830). *anadiadar* pro *anadfiadar*, quod profertur, narratur: *isfoen acciund adfiadar* (sub

20. *Ní dodígail forfírianu tuccad recht acht isdochosc cintach* (gl. justo non est lex posita sed injustis) Wb. 28[a].

21. *Ni toibre grád fornech cen acetarcne riam. ni taibre*

uno accentu profertur, vox composita) Sg. 74[b]. *senchassa rechta adfiadat sáibapstil* (gl. ineptas et inanes fabulas devita; i. e. antiqua statuta legis, quae proferunt pseudoapostoli) Wb. 28[c]. *ished adfét hiscélaib* (hoc relatum est in historiis; pro *adfiadad*) Hymn. in S. Patric. 1. Comparanda sunt subst. *fiadnisse* (testimonium, p. 823) et praep. *fiad* (p. 588); sed diversae radicis esse videtur verb. decomp. *aisndedat* (gl. conserunt verba), *asindedar* (gl. inseritur) Ml. 17[a]. 31[a]. *am. donairchet hí fáithib et rofuigrad irrect et am. asñindedar issoscélu* (gl. Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas) Wb. 13[a]. Inde forma verbalis: *sechisasnindised ón* (gl. argumenta curavit exprimere) Ml. 31[a], et substantivi *aisndisiu*, gen. *-sen* (elocutio, pronuntiatio; cf. p. 268. 739).

20. "Non ad vindictam in justos posita est lex sed ad correptionem protervorum." *For fírianu*, super justos; adj. *fírian*, justus, deriv. *fír*, verus, e quo etiam subst. *fírinne*, justitia. *tuccad*, data, lata est lex, praet. pass. e verb. *tuccu*, de quo videsis sub n. 15. *do chosc*, ad correptionem: *diarcoscni* (gl. ad correptionem nostram) Wb. 11[a]. *do chosc cáich* (gl. propter transgressiones posita est, lex) 19[c]. *nabad naimtide acosc* (gl. nolite quasi inimicum existimare; i. e. ne sit inimica ejus correptio) 26[b]. Verb.: *na coscid* (gl. corripite ut fratrem) ibid. Ortas has formas contractione e compositione *cosaigim* docet Wb.: *ished on cosecha som* (est hoc quod corripit) Wb. 7[d]. *islib atá arogu tra mad ferr cotobsechfider dichosscc alailiu aithirgid bésu diandaithirsid ón isindeseircc et spirut rigthir cuccuib* (gl. quid vultis, in virga veniam ad vos an in caritate et spiritu mansuetudinis?) 9[a], eodem modo, quo e verbo *inchoisaig, incosaig, inchoisig*, pass. *inchoisechar* (significat, significatur; p. 970) fit subst. *inchosc* (significatio). Utraque vox videtur radicis *saigid*, n. 19. In Wb. saepius obvium et subst. *écosc, écoscc* (habitus, mos). *cintach*, sceleratorum, protervorum; adj. derivatum e subst. *cint: nabad eola iar cintaib* (gl. non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris; i. e. qui non sit gnarus post malefacta) Wb. 33[b]. *trechosc conacarbi cenchinta* (gl. parentes nolite ad indignationem provocare filios vestros) Wb. 27[c]. Etiam hodie hibern. gael. *cionta, ciont*, scelus, crimen; *ciontach*, criminis reus, sceleratus.

21. "Ne des locum alicui antequam cognoveris eum; ne des locum alicui donec scias, eum esse dignum hoc loco." *Toibre, taibre*, da, imp. verbi *tabur*, inf. *tabart*. De subst. *grád* neutr. (an e latino transsumtum?) cf. n. 7. *cen acetarcne riam*, sine ejus cognitione antea, antequam cognoveris eum; *acetarcne, etargne*, intelligentia, cognitio, cf. n. 9. *confeser*, donec scias; verb. *rofetur, rofesur*, cum conj. *con* (p. 489. 683). *inruccus*, etiam *inriccus, inrucus* in Sg.: *dofoirñde inrucus neich. inchiall fil indib isciall innriccso* (gl. forma in dus terminantium significat dignum esse aliquem eo quod demonstratur, ut laudandus laude dignus, amandus, dignus amari; i. e. significat dignitatem

grád fornech confeser ainruccus dongrádsin (gl. manus cito nemini imposueris) Wb. 29^{a}.

22. *Ni tucsam loun linn ishibithsa. ni béram ass dam* (gl. nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possimus) Wb. 29^{b}.

23. *Ni cóir infotha utmall* (gl. stabilia esse debent quasi fundamentum immobile) Sg. 4^{b}.

24. *Ismáthir aṡotho feissin cachnóen chrann* (gl. mater proprii foetus unaquaeque arbor) Sg. 65^{a}.

---

alicujus, esse dignum aliquem; sensus qui est in eis est sensus dignitatis) 59^{b}, substantivum decompositum *in-ro-iccus*, et derivatum e radice IC (cf. n. 15) procul dubio.

22. "Nihil tulimus nobiscum in hunc mundum; nihil auferemus inde etiam." *Tucsam*, praet. verbi *tucu*, *tuccu*, n. 15. Subst. *loun* poterit esse idem quod *lóon*, *loon* (gl. adeps) Sg., et additum ad augendam negationem (p. 39. 707). Exstat tamen hodie quoque subst. hibern. gael. *lón*, cibus, commeatus. *ni béram*, non feremus, futurum cum *a* (p. 443); verbum simplex hoc loco (= lat. fero, gr. φέρω), alias plerumque compositum: *dobiur* (affero), *asbiur* (effero, dico), *aithbiur* (refero) etc. *ass*, ex eo, praep. *as* cum pron. suff. 3. pers. masc. vel neutr. (p. 592).

23. "Non justum fundamentum mobile." *Cóir*, *coir*, justus, congruus, ut Wb. 16^{c}: *ni coir dídnad* etc. (cf. n. 10); comp. *coru: iscoru dúibsi ón* (est justius vobis istud, magis decet) Wb. 5^{d}. Cum particula privativa: *ecóir* (gl. incongruum, videtur) Sg. 30^{a}. *infotha*, fundamentum, cum art., masc.: *fotha* (gl. crepido) Cr. 33^{b}. *isuisse cumtach donfothu* (gl. unusquisque videat quomodo superaedificet, fundamentum enim aliud nemo potest ponere, 1. Cor. 3, 10; i. e. oportet superaedificare fundamento) Wb. 8^{c}. Verb. denom.: *robclandad et robfothiged dosunt* (gl. in caritate radicati et fundati) Wb. 21^{d}. Terminatio *-a* pro *-e* saepius occurrit in codicibus, in Hymno in S. Patricium praevalet (cf. p. 727. 939). Articulus contra usum aliarum linguarum hic positus est (cf. p. 888). *utmall* adj., mobilis, instabilis: *isirchride utmall* (est perniciosus instabilis) Wb. 24^{b}. *nírbommar utmuill ocfoigdi* (gl. non inquieti fuimus inter vos) Wb. 26^{b}; adverb. *indutmall* (gl. inordinate, ambulare) ibid. Subst. fem.: *utmuille et deéss et foigde nosnguidsom dim arnarobat leu inpecthise* (gl. rogamus vos, ut quieti sitis; i. e. rogat eos, ne sint eis peccata haec) Wb. 25^{b}. *uáilbe et utmaille* (gl. juvenilia desideria; i. e. superbiae et instabilitatis) 30^{b}. *utmille* supra sub sententia 17. Verb. denom.: *utmalligthe* (gl. nutandi, causa; nom. *utmalligud*) Cr. 32^{b}. Quaeritur an subsit adj. *mall* (gl. tardus) Sg. 66^{a}. Significat idem sed diversae originis esse videtur adj. *ecmailt*, *écmuilt* (gl. inquies) Sg. 66^{a}. 102^{b}, quod est cum part. privativa e *comailt: inna comailte* (gl. quietorum) Ml. 27^{c}.

24. "Est mater sui proprii fructus quaeque arbor." *Ismáthir* pono pro forma dependente *asmáthir*, quae est in codice, quia in textu, supra quem

25. *Ní coimtig duine cen chomrorcain* (gl. siquid in meis quoque humani erroris) Sg. 90[a].

26. *Mora són nítat lora sidi leu* (gl. gulae eorum vicina maria non sufficiunt) Ml. 3[a].

27. *Atá inaicniud chaich denum maith* 7 *imgabail uilc do denum* (gl. bonorum adpetitus et malorum fuga omnium) Ml. 14[c].

---

scripta est glossa, sententia est dependens: arbor jure inter feminina numeratur, quod mater dicitur proprii foetus unaquaeque arbor. Quae tamen comparatio claudicat in lingua hibernica, in qua *crann*, gen. *cruinn*, est generis masculini: *indolachruinn toirthich* (gl. olivae: socius radicis et pinguetudinis olivae factus es; i. e. olivae frugiferae) Wb. 5[b]. *inchruinn toirthig* (gl. inducit similitudinem; i. e. arboris frugiferae; adj. *toirthech* e subst. *torad*, fructus) Ml. 15[b]. *donchrunn* (arbori) Sg. 61[b]. *aśotho feissin*, sui proprii foetus; *fessin* cum praecedente pron. possess., ut in Wb. 13[c]: *isachorp fessin arafóim cach síl* (gl. unicuique seminum proprium corpus; i. e. suum proprium corpus accipit quodvis semen). Plur. ejusdem subst. in Sg. 64[a]: *na sothe* (gl. terrae foetus), e *soth, suth?* Hodie hibern. *soth* fem., foetus, proles; gen. *sotho* ergo pro *sothe* (p. 260). *cachnóen*, unus quisque (p. 367).

25. "Non frequens homo sine errore." *Coimtig*, *comtig*, *coimdig* adj., consuetus, usitatus, frequens: *iscoimdig linn inso* (gl. dicimus: ego feci, tu fecisti, ipse fecit; i. e. usitatum hoc nobis) Sg. 198[a]. *iscoimddigiu neu. and inothud* (gl. cepa, frequentior tamen usus hoc cepe; i. e. est usitatius neutrum in singulari) Sg. 92[b]. *comtigiu són* (gl. caulis: magudaris frugis genus id est caulis; i. e. est frequentius hoc) Sg. 127[b]. Oppositum huic fuisse videtur *étig*, significans *insolitus*, cui tamen contrarium invenitur adj. *álind* (gratus, formosus): *étig sin* (gl. cum nobis turpe est, ita nobiscum postpositum profertur) Sg. 138[b]. *cid álind cid etig* (gl. qualitas; cf. p. 673) Sg. 28[b]. Quaeritur num *tig* sit e *do-ic*, *do-ig* (cf. n. 15), an residuum ex *étig* et radicis *ét* (cf. p. 842). *cen chomrorcain*, sine errore; subst. *comrorcon: doairfenus doib dús imbed comrorcon and* (gl. contuli cum illis evangelium; i. e. an fortasse esset error in eo) Wb. 18[d]. *isamre leu cách icomrorcuin* (gl. nequitia hominum in astutia ad circumventionem erroris) Wb. 22[a]. *rofitir cách angnímu et acomroircnea* (gl. insipientia eorum manifesta erit omnibus) 30[c]. *cid acomroircniu* (adeo eorum errores, sequuntur; p. 672) Sg. 1[a]. Derivatum ut subst. *esorcun*, *frithorcon*, vix tamen ex eadem radice ORC, ORG (n. 17; *com-ro-orcon?*). Sententia, ut latinum: errare humanum est, videtur proverbium hibernicum, ob assonantiam: *ni* | *coimtig duine* | *cen* | *chomrorcain*.

26. "Maria hic, non sunt sufficientia ipsa eis." *Mora*, maria; subst. *muir*, gen. *mora: mucc mora* (gl. delphinus; i. e. sus maris) Sg. 94[a]. *són*, hoc, hic (p. 358). *lora*, plur. adj. *lour, loor*, *lór* (p. 39). Videtur generis masculini subst. *muir*, cum neutra seriei III vocalem in plurali non addant, ut neutra seriei II (p. 552. 256). In lexicis hibernicis et gaelicis notatur genus masculinum et femininum.

27. "Est in potestate cujusvis actio boni et fuga mali faciendi." *In-*

28. *Intan tét alaithe dichiunn cosnaib gnimaib 7 cosnaib imnedaib gniter and dotét iarum imthanu aidche tarhæsi conderma-*

---

aicniud, in natura, proprietate, potestate; subst. *aicned* (natura): *ní airicc aicned. fadidmed aicned acht dondecmaiñg anisiu* (gl. naturae necessitate vel fortunae casu, Prisc. 8, 1) Sg. 137ᵇ. *docoid tar recht ñaicnid hinnun* (gl. cis naturae leges) Sg. 217ᵇ. *iarnaicniud* (secundum naturam) Sg. 161ᵇ. Inde transitus in alias significationes: origo, causa, proprietas, habitus, significatio (de vocibus), in simplici substantivo et composito: *cesu locdatu asaicned and. cesu fricrích deśiu aaicned som* (gl. cis per translationem et de tempore; i. e. quamvis localitas origo, proprietas, primitiva significatio) Sg. 217ᵇ. *ni óaicniud nacétne tuisten act isoaicniud pectho doforchosalsam ó adam* (gl. eramus natura filii irae; i. e. non causa primae creationis sed peccati causa, quod recepimus ex Ad.) Wb. 21ᵇ. *ni forcainaicned .ı. ni sochruth* (gl. vir si comam nutrit, ignominia est illi; i. e. non habitus vester, non honestum est) Wb. 11ᶜ. *issuaicned cenéuil ní dofuisim 7 dofuisemar* (gl. genera sunt duo, quae sola novit ratio naturae) Sg. 61ᵃ. Magis huc quam ad aliam originem pertinere videtur vox obvia in Wb. *suáichnid* (: *combad suáichnid leosom*, ut sit nota, signum, eis) 26ᵇ, atque statuenda corruptio tam terminationis quam consonae radicalis in hac et in formula frequenti *issuaichnid* (est significatio) 3ᵈ. 10ᵃ. *ishuáichnid* 7ᵃ. *isúaichnid* 16ᶜ. 23ᵈ. *issuáichnid* 28ᵃ. *issuáignid* 8ᶜ. *issuáicnid* 13ᵃ. Adj. *aicnete* (naturalis): *ní fail dechor ceníuil aicneti indib arnitat masc. ná femi. secundum naturam* (gl. non naturae significatione) Sg. 61ᵃ. *innafolud naicneta* (gl. in aliud quod jam ante erat suppositum in propria naturali positione; i. e. in ejus significationem naturalem, primariam) Sg. 188ᵃ. Adverb. *indaicnetid* (gl. naturaliter) Sg. 211ᵇ. Ejusdem radicis sunt etiam *aicmae* (genus) Sg. 34ᵇ, *aicsiu* (causa, effectio), ex quo *aicsenogud* (causa, causatio) Sg. 215ᵃ. 216ᵃ, *indaicsendaid* (gl. causa, adv.) Sg. 74ᵇ. Respondent cambrica *ach* (genus), *achmon* (inguen; cf. p. 173). *denum*, gen. *denmo*, facere; *imgabail*, frequentius *imgabál*, gen. *imgabále*, vitare, substantiva verbalia. Forma *imgabáil*: *imgabaid et bad treit arishuisse aimgabáil* (gl. fornicationem fugite) Wb. 9ᵈ. Cum sit etiam duplex compositio *imnimgabim* (vito, p. 855) Sg. Wb., quaeritur annon sit statuenda in hoc significatio actionis reflexivae, ut in armor. *emtenet, ememtenet* (se recipere; cf. p. 847. 871). *maith, uilc*, gen. post substantiva verbalia; *uilc do denum*, mali ad faciendum, mali faciendi.

28. "Cum evanescit dies cum actionibus et curis, quae fiunt in eo, accedit postea vicissim nox pro eo, ut obliviscamur harum curarum, in quibus sumus interdiu, per quietem noctis." *Tét dichiunn*, it de capite, facie, decedit, evanescit; *dichiunn* formula loquendi, ut *archiunn, archenn* (p. 577). *tét*, it, *dotét*, adit, venit (p. 491). *imned*, tribulatio, cura, subst. neutr. ser. II; plur. Ml. 22ᵈ: *cid na imneda forodamassa cose nomferat domaithirriuch* (gl. possent mihi ad emendationem vel solae sufficere, tribulationes); ideo pro *inna imned* videtur legendum *innan imned*, gen. plur. *gniter*, fiunt, pass. verbi *gníu, dogníu*, facio. *imthanu*, vicissim, alternatim; videtur subst. *imthánu* vel *imtháne*, vicissitudo, alternatio, adverbialiter positum (p. 561). Terminatio *-ad* accusativi legitur in Sg. 181ᵃ: *innimthánad* (gl. talionem) et in Wb. 13ᵃ: *tri-*

nammarni inna imnedsin imbiam isindlaithiu trichumsanad inna aidche (gl. diei tempus, in quo curarum fluctus et sollicitudines experimur, noctis vicissitudo excipit, relaxatis otio corporibus et oblivione in locum angoris admissa) Ml. 21^c^.

29. *Horudeda indfeúil forsnaib cnamaib cita biat iarum in-*

---

sanimthanadsa (per hanc eorum alternationem), quaeritur an pro *-id* (p. 273). Conferendum etiam *tánise* (alter, secundus, p. 316). *aidche,* nox, fem.: *dénum suainemun inaidchi precept fridei* (gl. in labore et fatigatione nocte et die operantes) Wb. 24^d^. 26^b^. *tarhæsi,* plenius *tarahési,* pro eo, post eum, diem (p. 617). *condermanammarni,* ut obliviscamur: *dermet* (gl. oblivio), *anasṅdermatach* (gl. oblitus) Ml. 23^d^. 28^b^, *nombia dermatach* (gl. qui me oblivisci faceret) Ml. 20^a^, radicis MEN memoratae in n. 14; *der* particula intensiva (p. 834), in hoc composito in significationem privationis et perditionis transiens. *imbiam,* in quibus sumus, *i-m-biam, biam* cum praep. *in, i* et *m* relativa. *cumsanad,* quies, intermissio: *cumsanath, cumsanad* (gl. quies) Wb. 33^b^. *airde serce móre insin aforaidmetsom cenchumsanad issindirnigdi cenchumsanad* (gl. memoriam vestram facimus semper in orationibus nostris sine intermissione memores fidei vestrae; i. e. signum magni amoris hoc, memoria ejus sine intermissione in oratione sine intermissione) Wb. 24^c^.

29. "Ex quo defecit caro in ossibus, primum sunt postea ossa in tribulatione; cum pertulit corpus passionem tribulationis, accedit postea in sensum internum animae." *Horudeda,* ex quo defecit, tabefacta est; *ó rodeda,* praet. sing., ut plur. paulo ante in eodem loco codicis: *ho rudedsat* (gl. tabefactae carnes), numquid ejusdem radicis cum *diad, dedenach* (finis, finalis)? Sed est etiam subst. *tedm* (tabes): *ontedmaim indaccumuil* (gl. tabe consortii) Ml. 15^b^, obvium etiam in compos. *teidmlenamnachu* (gl. pestilentes, vocat) Ml. 15^a^. *indfeúil,* caro, *feúil* cum art. fem.; est hodie quoque hibern. *feoil,* gen. *feola,* gael. *feòil, feòla* fem. *incnamai, forsnaib cnamaib,* ossa, in ossibus; subst. *cnám: ochnáim* (gl. ex osse) Sg. 106^a^. *cita,* primum; alias *ceta, cetu* (p. 569). *infochaid,* in tribulatione, aegrimonia; rectius secundum usum communem *ifochaid, ifochid. huasringaib,* ex quo excessit, pertulit; pro *ó asringaib, asroingaib,* praet. verbi decomp. *as-in-gaibim* (excedo): *cosindbrud* .ı. *cosindepert asingaib méit* (gl. cum emphasi) Ml. 23^a^. *ciasingbat árim désillab. compariti 7 superla.* (gl. nec mirum: comparativa et superlativa duarum excedunt numerum syllabarum, ... nec mirum etc.; i. e. quod excedunt numerum bisyllab. comp. et sup.) Sg. 44^b^. *isáram hilair la lait. acht asringba óen* (est numerus pluralis apud Latinos, si excessit unum) Sg. 71^a^. *istimm. acht asringba oin syl.* (gl. ante finem corripitur da, in datus, dare etc.; i. e. est correptum cum excesserit unam syllabam) Sg. 169^a^. *acht asringba désyllabchi* (gl. ultra duas syllabas) Sg. 187^a^. *fulach* loco *fulang,* cujus verbi occurrunt et aliae formae (cf. n. 12), infinitivus vel substantivum putandum est propter sequentem genitivum *inna fochodo* substantivi feminini *fochid,* cujus nom. cum art. fem. *indfochith* obvius est supra in n. 12. Pro *fochide* enim haud dubie est forma *fochodo* cum duabus *o* assimilatione ortis, ut fit in aliis femininis

cnamai infochaid. huasringaib corp fulach inna fochodo dotet iarum dochum indfolaid tanaidi inna anmæ (gl. tabefacta carne etiam ossa sentiunt; tribulatio exeso corpore usque ad animae interiora pervenit) Ml. 22[d].

30. *Rofitir 7 etirgein ní diulc intí lasmbí indencae. ní fitir im. olc netir intí bis isindencae* (gl. innocentes ut sunt infantes) Ml. 24[a].

C. Sermonis de abnegatione et compassione fragmentum e codice Camaracensi.

In nomine dei summi. Siquis uult post me uenire abneget semet ipsum et tollet crucem suam et sequatur me. *insce inso asber arfeda ihu. fricach noein dincene laduine arenindarbe analchi ood ocus apectha ocus aratinola soalchi ocus arenairema futhu ocus airde cruche archrist ceinbes ichomus coirp ocus anme airesechethar sclictu arfedot indagnimrathib isaire asber.*[1] Siquis

---

(p. 260). *dochum indfolaid tanaidi*, ad sensum internum; *dochum* cum gen. (p. 620). Opposita sibi inveniuntur in Wb. 9[c]: *asinfolud tanidiu* (e sensu interno) et *assinfolud apersain na colno* (e sensu corporis, sensu corporali; praep. nom. *a persain* p. 619). *folad*, sensus (p. 970); adj. *tanide* alibi non legi.

30. "Scit et discernit aliquid de malo is, apud quem est innocentia; nescit autem omnino malum is, qui est in innocentia." *Etirgein*, distinguit, discernit, novit, de cujus radice videsis sub n. 9. *ní*, res, aliquid (p. 707); *ní dúulc* in codice male scriptum pro *ní diulc*, aliquid de malo, mali; non enim licet legere *diuilc*, cum *uilc* forma sit genitivi, non dativi. *lasmbí*, apud quem est, *la-sm-bí* (p. 350). *indencae*, innocentia; subst. fem. *ence* (ser. IV), unde mox negligentius *isindencae* pro *isindencai* (= *isindenci*), ab adj. obvio in Ml. 32[a] in gen. plur.: *innan ennac* (gl. innocentum), hibern. hod. *eanncch*, innocens. Differt adj. subst. *cense* (modestus, modestia): *bad chensi fricách* (gl. modestia vestra nota sit omnibus hominibus; i. e. estc modesti versus omnem) Wb. 24[b]. *ar incensai* (gl. propter morum modestiam) Ml. 31[c]. *im.*, lege *imorra* (p. 668); *netir*, adv. *etir*, omnino, cum *n* prosthetica (p. 55. 568).

1. "Sermo hic dicit inductionem Jesu ad quamcunque passionem per hominem, ut abigat malas operationes a se et peccata sua et ut colligat bonas operationes et ut suscipiat formas et signa crucis pro Christo quamdiu est in obedientia corporis et animae, ut sequatur vestigia quae ducunt in bonis cogitationibus, ideo dicit: siquis vult etc." *Insce* (pro *insge*, *insige* e rad. *saigim?*) fem., oratio, sermo, verbum, in Sg. Wb. (cf. p. 972) et Ml. 35[c]: *insce dé ismou ade dim indaas insce duini* (gl. majori auctoritate; i. e. verbum dei majus hocce

uult post me uenire abnegit semet ipsum et tollet crucem suam *ocuis ticsath achruich* et sequatur me *ocuis numsichethre isee arndiltuth dunn fanissin mani cometsam deartolaib ocuis ma fristos-*

---

quam est verbum hominis). *insce inso,* oratio, sententia haec; constructio non solita pro *indinsceso,* ni fortasse separanda est vox *insce* ut indicans per se sola praecedentem sententiam, ob comma vel punctationem quandam quam exhibet codex post eam. *arfeda* vel *arfedat* (adest enim amplius lineae ductus sed minus clarus), inductio, exemplum, ut videtur, cui subest simplex verbum : *fedar* (gl. ferri, referri) Sg. 210[a]. *fedir dochum nacha rainne aile* (fertur, ducitur, refertur ad aliam partem) Sg. 188[a]. *afedme* (gl. circumferentes) Wb. 15[b]. Eadem radix subesse videtur decomposito subst. *tinfed* (aspiratio; *do-in-f.,* p. 855) Sg. et verbo in Wb. 14[d]: *hore doninfedam etargne cr. dochách* (gl. Christi bonus odor sumus). *cach noein,* pro *cach nóen, cach óen,* quisque (p. 267). *dincene,* alibi mihi non obvium, nescio rectene conferatur cum hod. hibern. *dingim* (urgeo, trudo), *ding* (cuneus), et statuatur in hoc nostro loco significatio necessitas, incommodum, passio. *la duine,* ita legenda est scriptio monstrosa codicis primo intuitu *ladvfine;* est enim *f* perperam scripta signata puncto, i. e. delenda, et *v,* i. e. *u,* adscripta vel juncta praecedenti *d* ob spatii angustiam. In sequentibus verbis *arenindarbe, aratinola, arenairema, airesechethar,* infra in *aurecoicsa,* semper praecedit conjunctio *aran, ara* (ut, p. 680), quae hic et formas *aren, aire, aure* induit. *indarbe,* exheredet, repellat, abigat (p. 848). *analchi,* cum particula privativa *an-* idem quod *dualchi,* malefacta, cui opponitur *sualchi, soalchi* (cf. p. 832). *ood, uad,* ab eo, a se; praep. *o, ua* cum pron. suff. (p. 590). *apectha,* peccata sua; *peccad. tinola,* colligat; *doinola* (gl. adplicat) Ml. 25[b], addita amplius praep. *con-* in Sg. 66[b]: *lase conrothinoll* (gl. colligendo). *airema,* accipiat, suscipiat, pro *airfema,* quae scriptio etiam obvia est in Wb. 8[d]: *ciarfemthaso* (gl. si accepisti; praes. secund. 2. pers.), dum alibi frequentior est *arfoimim. futhu ocus airde cruche,* formas et signa crucis; *futhu* acc. plur. masc. a *fuath : isfuath ṅeperta* (gl. figura; i. e. forma, figura loquendi) Sg. 137[b]. *fúath et delb abaissom form* (gl. configuratus morti ejus, Christi) Wb. 24[a]. *inna fuath* (gl. linearum, figurae; gen. plur.) Sg. 3[b]. *airde,* signa, acc. plur. neutr., ut in Wb. 26[a]: *dogéna sáibfirtu et sáibairde* (faciet falsa miracula et falsa signa, Antichristus). Formae hae et signa crucis significant idem quod infra *cenele cruche, martre* (genera crucis, martyrii). *cein bes,* dum est (cf. inter sententias n. 4 et p. 675). *ichomus,* vox obscurae formae primo intuitu, quae possit videri subjectum sententiae, quia cum praep. *i,* in, deberet esse *icomus;* puto tamen etiam hic ut alibi interdum (p. 66) *ch* positam esse loco *f* et legendum *ifomus,* cui confero hodiern. *fomós,* obedientia. *airesechethar,* ut sequatur (p. 82. 446. 447). *sclictu arfedot,* vestigia ducentia, i. e. Jesu de cujus ductione ante dictum est. *sclictu* pro *slictu* acc. plur. masc.; hod. hibern. *sliocht* masc., vestigium. verb. *arfedot,* ut infra sequentia *tuthegot, tuesmot* cum terminatione *-ot* alternante cum relativa *-te,* quae est aut insolita relativa aut pro solita *-at, -it* (cf. *saithor* infra, in Wb. *sáithar*). *indagnimrathib,* in bonis cogitationibus; comp. *dagimrád* (p. 826) cum *n* mire immissa inter adj. et subst. *aire, airi,* ideo (p. 342).

sam dearpecthib issi ticsál archruche duun furnn ma arfoimam ammnit ocus martri ocus coicsath archrust amail assindbeir alaile[2] et no. crux cippe a cruciatu dicitur et duobus modis crucem domini bailamus cum aut per abstinenciam carnem efficiamus aut per conpassionem proximi necessitatem illius nostram esse putamus qui enim dolorem exibet in aliena necessitate crucem portat in mente ut paulus ait portate honera uestra inuicem sic adimplebitis legem xpi. *ocus asbeir daniu indapostol*[3] flete cum flentibus gaude[te] cum gaudentibus si patiatur unum membrum compa-

---

2. "Et sumat crucem suam et sequatur me. Est haec abnegatio nostra ipsorum, si non obedimus cupiditatibus nostris et si renuntiamus peccatis nostris; est haec sumtio crucis nostrae in nos, si suscipimus tribulationem, martyrium et compassionem propter Christum, ut dicit alius: et nomen crux quippe etc." *Ocuis*, supra *ocus. ticsath*, sumat, verbum memoratum inter sententias in n. 15. *numsechethre*, sequatur me, pro *numsechethar, noms.*, cum terminatione *-re* minus solita, pro qua vix legendum est *-se*, pronominis 1. pers. nota augens, cum sit clara scriptio literae *r. isee*, alias *isé, ishé*, ut mox *issi, issí*, pron. demonstr. masc. fem. (cf. p. 891). *diltuth*, negatio, abnegatio (cf. p. 982). *arndiltuth dunn fanissin*, abnegatio nostra ipsorum, ut mox *archruche duun* (p. 892. 893). *cometsam*, audimus, obsequimur; verbi simplicis exempla videsis in spicil. B. n. 9. *deartolaib, dearpecthib*, pro solito *diartolaib, diarp.*, i. e. *doart.*, *doarp.* (p. 598). *fristossam*, renuntiamus, puto conferendum cum verbo obvio in Wb. 33[d]: *ducuitig tarais fadeissin* (juravit per se ipsum), *huaisliu taratoissed* (nobilior per quem juraret), et compositum cum praep. *fri* esse significationis *abjurare, ejurare, renuntiare. ticsál*, sumtio, subst. verbale verbi supra obvii, fem. ut *gabál. archruche* negligentius pro *arcruche;* post *arn, ar* enim nulla infectio. *ammnit* videtur idem subst. quod scriptum *imned* (tribulatio) occurrit in Wb., ut infra sequens adj. *ame* in Wb. est *imde*, derivatum. *coicsath*, subst. e verbo quod infra sequitur: *aure coicsa fricach*, ut cuivis compatiatur (succurrat?); radix est eadem quae in supradicto verbo *ticsath* (= *do-icsath*) et in *tucu* (cf. supra B. n. 15). *archrust* negligenter procul dubio pro *archrist*, ut est supra et infra. *amail assindbeir alaile*, ut dicit alius; quae antecedunt sunt verba Christi eorumque interpretatio. Pertzius pro *amail* legit *amcul*, et ita apparet etiam in imitatione quae penes me est; sed non dubium, quin vox sit conjunctio frequentissima *amail, amal.*

3. "Et dicit porro apostolus." *Daniu*, infra bis *daneu*, porro, ut patet e contextu, videtur forma adverbialis, e radice fortasse quae est in *imthánad, tánise* (cf. B. n. 28), et differre a conj. *dano, dono* (p. 665). *indapostol* pro *intapostol* (*intapstal* in Wb.); formae negligentiores articuli etiam infra sequuntur: *inuile corp* pro *intuile corp, nagalar* pro *angalar* vel *anggalar*, ut mox legitur, *ind. noeb. apostol*, *indglasmartre*, pro *innoebapostol, inglasmartre, dundaib abstolaib* pro *dunaib, donaib abstolaib.*

cientur omnia membra *airisse abecs mabeth nagalar bcc for corp duini magorith loch cith inechuis nu inelaim nu inemeraib fogeir anggalar inuile corp issamlith iscomadas duun chanisin fogera cach nesn. oire nundem membur uili du dea nach cessuth ocus na calar bess fairechomnessam amail assindbeir ap.*[4] quis scandalizatur et ego non uror quis infirmator et ego non infirmor. *nifil huidea autrubert ind. noeb. apostol inso ombub ade sence ba calar do galar caich ba frithorgon do frithorgon chaich ba lobre do*

---

4. "Nam mos est, si est morbus parvus in corpore hominis, si dolet locus vel in ejus pede vel in ejus manu vel in ejus digitis, compatitur morbum totum corpus; ita decet nos ipsos, compatiatur quivis proximo, quia sumus membra omnes deo, ne sit passio nec morbus in suo proximo, ut dicit apostolus: quis scandalizatur et ego non uror?" *Airisse*, i. e. *airisé*, supra *isee. isé abecs* videtur loquendi formula, in qua *a* potius pronomen possessivum habendum est quam articulus. *gorith*, dolet, aegrotat, ut videtur, ad quod verbum etiam vix non pertinent sequentia *fogera*, *fogeir*, subdolet, compatitur, et subst. *gorte* obvium in Wb. 10[d]: *mani predag atbél arócht et gorti. bith moircc domsa arócht et gorti manipredach* (gl. necessitas mihi incumbit, vae enim mihi est, si non evangelizavero, 1. Cor. 9, 16; i. e. si non praedico, intereo necessitate et dolore, fame, erit interitus mihi ob etc.), hibern. hod. *gorta*, *gort*, fames. Omnino disjungenda videntur *goire* (pietas), *goiriu* (gl. magis pius) Sg., verba *goraim* (calefacio), *gairim* (voco). *loch* potest, cum supra sit *archruche* pro *arcruche*, esse pro *loc*, *luc*, *lucc*, locus, frequens in Wb. et Sg. Sequentium vocum disparatio in codice est: *inechuis nui nelaim nuin emeraib;* sed sunt distinguendae, ut supra. *nu* alias *no*, *na* scribitur, et *ine* alias *ina*, in ejus, praep. *in* cum pron. poss. 3. ps. (p. 347). *cuis*, *laim*, *meraib*, dat. subst. *cos*, pes, *lám*, manus, *mér*, digitus; pro solita junctione *cid* — *cid* (sive — sive, p. 673) hic est *cith* — *nu* — *nu*. *iscomadas*, congruum est, oportet (cf. B. n. 4). Notatu digna est scriptio *chanisin* pro *fanisin;* supra *fanissin*, cum *n* infixa in formam *feisin* ob 1. pers. plur. (p. 372). *nesn.* breviatum procul dubio, cum linea sit supra ducta ut in aliis vocibus breviatis, nescio an recte legam *nessamin*, proximum (cf. p. 287). *oire*, alias *óre*, *uare*, *uaire*, quia, conjunctio nominalis postulans relativam *n* in sequente verbo substantivo *nu-n-dem* e *nodem*, *nodam* a forma *dáu*, *atáu*. *membur*, lat. membrum, neutr. plur. *dea*, deus, pro solito *dia*, gen. *dée*. *cessuth* referendum ad subst. *ces* (p. 955) vocalis radicalis brevis, nisi est legendum *cessath*, *césad* (passio) Wb. Sg. *na calar* pro *nad galar*, vel *nach galar* ut praecedens *nach cessuth* (p. 702. 703). *na calar bess*, ne sit morbus qui sit etc.; videtur obtinere ellipticus loquendi modus, ut sit sensus: ne sit morbus proximi sui, quem non compatiatur quivis, qui continetur etiam mox sequente sententia. *fairechomnessam*, in proximo suo: *athis forachomnesam* (gl. opprobrium adversus proximum), *athis foir ho chomnesam* (opprobrium in eum a proximo) Ml. 36[a]. *faire* pro *fora* etiam hic ut supra *ine* pro *ina*.

lobre chahic issamlith hiscomadas ducach omonni aure coicsa fricach incesech ocus incedommetu ocus inaelobri adciam isnaib inscib sco eulis indæcni ascenel cruche adrimther incoicsath[5] *filus trechenelæ martre daneu adrimiter arcruich duduiniu madesgre baan martre ocus glas martre ocus derc martre*[6] *issi inbán mar-*

---

5. "Non differt quod dixit sanctus apostolus hoc, e quo sumo hunc sensum, quod est morbus ei morbus cujusvis, quod est offensio ei offensio cujusvis, quod est infirmitas ei infirmitas cujusvis. Ita oportet quemvis e nobis ut compatiatur cuivis in ejus necessitate et in ejus inopia et in ejus infirmitate. Cognoscimus in orationibus sapientiae et prudentiae, quod genus crucis numeratur compassio." *Huidea*, abest, differt, si est pro *huada, uata, óta;* sequitur enim interpretatio praemissae sententiae apostoli. *autrubert, atrobert, asrobert,* dixit (p. 841). *ombub* videtur forma futuri primae personae, an *o-m-bub, ombeub, beub* pro *benub,* decidam, sumam? *sence* vox item obscura, alibi non obvia, ni est a manu scriptoris saepe minus expedita pro *ensce, insce,* sententia, sensus. *ba calar* pro *bad galar,* quod est morbus. *do*, ei, apostolo, ut infra: *issi indglas martre do* (hoc est glaucum martyrium ei) pro solita scriptione *dó. frithorgon,* offensio, contumelia, a verb. *frithurg, fridurc* in Wb. 14ª: *na fridoirced nech dialailiu et do dia* (gl. omnia vestra in caritate fiant; i. e. ne offendat aliquis in alium et in deum), compos. e *fris-, frith-* (p. 845. 846) et radice *org, orc* (cf. p. 71). *chahic* pro *caich, chaich* procul dubio; in codice scriptum est *cahic,* et modo ante *caich, h* minori addita supra *c* in utroque loco. *hiscomadas,* supra *iscomadas. omonni* videtur forma vetusta minus solita pro *uanni* (e nobis), intromissa inter praepositionem et pronomen suffixum syllaba *-mon-*, ut est *-hon-* cambrice, e. gr. in *ohonaf,* a me, *ohonat,* a te, ab eadem praep. *o,* ni subest obsoletum subst. *mon* obvium ap. O'Flan. p. 176: *rolecci acenn immon cloich* (percussit ipsa caput suum ad lapidem). *aure coicsa,* pro *airecoicsa, arccoicsa,* ut modo supra *autrubert* pro *atrubert. inæ,* supra *ine,* in ejus. *sech* ejusdem radicis videtur, quae subest verbo *fosegim* obvio in Ml. 33ª: *indí fodamsegatsa* (gl. qui tribulant me), in Wb. 14ᵇ: *fonsegar* (gl. tribulamur). Addendum fortasse *saich* e Wb. 8ᶜ: *eter maith et saich* (gl. uniuscujusque opus manifestum erit). *dommetu,* inopia, paupertas, ab adj. *domme,* pauper. *adciam,* videmus, cognoscimus (p. 839). Memorabilis est locus sequens *sco eulis indæcni,* in cujus voce prima video particulam *sco* (et, p. 664), et notanda praemissio voculae ante genitivos duos *eulis* et *æcni* (nom. *eulas, æcne*) dependentes a praecedente *inscib. adrimther,* numeratur. aestimatur, mox plur. *adrimiter* (cf. p. 912, not.).

6. "Sunt tria genera martyrii porro, quae aestimantur pro cruce homini. scilicet album martyrium et glaucum martyrium et rubrum martyrium." *Filus,* peculiaris forma derivata, obvia et infra, nusquam tamen in codicibus nostris aliis, e verbo substantivo *fil. trechenelæ,* infra *trecenele.* accus. plur. subst. *cenele* neutr., cum num. *tre-* (p. 310), dependens ab antecedente verbo (p. 891). Est formae *cenéle* (p. 245) pluralis ob sequentem plur. verbi *adrimiter.* Sequitur infra et altera forma *cenél* in plurali: *congaibetar inna trechenel martre.*

tre duduiniu. intain scaras ardea fricach reet carisærcicesa ami na laubir noco[7] *issi indglas martre do intain scaras friathola leol cessas saithor ippennit ocus aithrigi*[8] *issi inderc martre do foditu chruche ocus diorcne archrist amail tondechomnuchuir dundaib abstolaib oc ingrimmimm inna cloen ocuis oc forcetal recto dee*[9] *congaibetar inna trechenel martreso issnib colnidib tuthegot*

---

madesgre, scilicet, puto ortam vocem, simili modo ut ipsa haec latina, e verbo *esgre*, dicis, 2. pers. sg. ab *esgrim* (*as-gairim;* cf. *forcongrim*, praecipio) et conj. *mad*, si dicis. Adj. *baan*, mox *bán*, albus, in Sg. *bán* (gl. exsanguis, p. 737); *glas*, glaucus, in Sg. *glass* in comp. *dubglass* (gl. coeruleus) 70ᵇ; *derc*, ruber, unde deriv. *dercaide* (gl. rubrenus) Sg. 35ᵇ.

7. "Hoc est album martyrium homini, si separatur propter deum a quavis re, in qua amat multas illecebras voluptatum." *Scarad frinech*, separari ab aliquo (p. 608). *reet, rét* masc., res. *carisærcicesa*, vox difficilis jam lectu ob literas inter se implicitas inter duas *s;* disjungo *cari*, alias *cairi*, *cara*, amat, et subst. *særcicesa*, cui suppono subst. *serc*, *sérc* (amor), a quo fuerit adj. *sercech* (amabilis) et subst. *serciches* (amabilitas, illecebra), plur. neutr. *sercichesa* formationis ut *senchassa* (p. 750). *ami* adj. plur. ab *ame*, quod perhibeo esse vocem primitivam derivati *imde*, multus (p. 75). *na laubir*, vox etiam infra dicta inter res caras et pretiosas, sed aliunde mihi ignota; videtur esse hic genitivi plur. *noco*, i. e. *oco*, apud eum, in eo, scilicet *réet* masc., cum *n* prosthetica; indicat in fine locatum relationem fortasse (p. 893).

8. "Est hoc glaucum martyrium ei, cum separatur a cupiditatibus suis, insuper patitur laborem in poenitentia et emendatione." *Do*, ei, homini. *leol*, e praep. *le*, apud, in, et *ol*, ultra, junctio alibi mihi non obvia, significans, ut videtur, lat. *insuper*. *cessas, césas*, forma relativa. *saithor*, in Wb. *sáithar*, gen. *sáithir*, labor (p. 250). *ippennit, ipennit*, in poenitentia, vox latina hibernice formata, ut *abstanit* (abstinentia) in Wb., obvia quoque in Wb.: *adlaig bite ocpennit* (gl. contemtibiles qui sunt in ecclesia, 1. Cor. 6, 4) 9ᶜ. *cen pennit et non facere bonum* (gl. nolite fieri imprudentes, Ephes. 5, 17) 22ᶜ. Vox idem significans propria hibernica est sequens *aithrige* fem., quae scribitur alibi *aithirge: intí adeirrig treprecept do ispreceptóir side iarnaithirgi* (gl. omne quod manifestatur lumen est, propter quod dicit: surge qui dormis et exsurge a mortuis, Ephes. 5, 13) Wb. 22ᶜ. *gním indaithirge cesad afodaitiu* (gl. poenitet illum sui; i. e. actio poenitentia, passio, passivum, ejus toleratio) Sg. 137ᵇ. De forma *aithrech, aidrech* supra disputatum est sub B. 2. Verbum cum formula decomp. *do-aith-, taith-: atbélmis et ní taidirsed nech huann* (gl. sicut Sodoma facti essemus) Wb. 4ᵈ.

9. "Est hoc rubrum martyrium ei, toleratio crucis et interemtionis propter Christum, ut id factum est apostolis in persecutione impiorum et in doctrina legis dei." *Do*, ut supra, ei, homini. *foditu*, alias *foditiu*, toleratio, a verb. *fodaimim*, tolero, suffero. *diorcne*, occisionis, interemtionis, gen. subst. fem. *diorcun*, compos. et deriv. ut alia, e. gr. *frithorcun*, *esorcun*, e radice *orc, org* jam memorata. *tondechomnuchuir*, factum est, cujus significationis

duguthrigi scarde friatola ceste saithu tuesmot afuil maini ocus ilaubuir archrist[10] *filus daneu trecenele martre attalogmar aleder aranetat hami fochrici manoscomalnnamar*[11] castitas in iuuentute continentia in habundantia et **

---

satis frequens est forma decomposita *forchomnucuir*, *forcomnacuir*, juxta quam tamen etiam occurrit *tecomnucuir* (= *do-aith-com-n.*): *teccomnocuir inso isairi didiu asbiursa ambuith immallei dús inríctar indalanái trialaile* (gl. sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, 1. Cor. 7, 14; i. e. evenit hoc, ideo dico etc.) Wb. 10a, unde scriptio purior in hoc loco esset *donecomnucuir*, cum *n* relativa post *amail*. *dundaib* pro *dunaib*, ut modo *tond-* pro *ton-*, *don-*. *oc ingrimmim*, in persecutione (cf. p. 266). *inna cloen*, impiorum, iniquorum; adj. et subst. in Wb.: *nate niclóin* (gl. numquid iniquitas apud deum? absit! i. e. non est iniquus) 4c. *sóifitir iclóini* (gl. in omni seductione iniquitatis; nom. *clóine*) 26a.

10. "Continentur tria genera martyrii haec in carnalibus, qui abjurant voluntates, separantur a cupiditatibus suis, patiuntur tribulationes, offerunt sanguinem suum, opes et voluptates suas propter Christum." *Congaibetar*, concipiuntur, continentur. *inna cenelso*, haec genera; pron. demonstr. *in — so* plures voces includens (p. 893). *issnib colnidib*, in carnalibus, adj. plur. (p. 891), rebus, ut videtur; sed fortasse melius subintelligendum est hominibus ob sequens pron. possess., et verb. *congaibetar* cum praep. *in* interpretandum: pertinent ad homines. *issnib* supra *isnaib*, praep. *in*, *i* cum articulo. *tuthegot*, *tuesmot*, verba terminata ut supra *arfedot*, alternantia cum *scarde*, *ceste* terminationis relativae *-te* (p. 457). *tuthegot*, decomp. *do-fo-th.* confero cum verbo obvio in Wb. 33d: *ducuitig tarais fadeissin* (juravit per se ipsum; = *do-co-tig* aut pro *do-fo-tig*, cf. cambr. *twng*, jusjurandum), e quo in eodem loco *taratoissed* et supra *fristossam*, formatione satis abnormi ob transeuntem *g* in *s* (p. 62) et accedentem, ut videtur, insuper elisionem. *duguthrigi*, vox in hac forma aliunde mihi ignota, possit putari scripta pro *dufuthrigi* (*g* = *ch* inter duas vocales pro *f*, ut *ch* supra in *chanisin*) et posita in acc. sing. vel plur. a *dufuthrige* fem., pro quo in Wb. *duthracht*, *dofuthracht* (voluntas, p. 66). *saithu*, acc. plur. subst. masc. *sáith* (hod. *saoth*, tribulatio) in Wb. 23d: *robói som ingalar et ropo sáith libsi ón* (gl. moestus erat propterea quod audieratis illum infirmatum, Philipp. 2, 27). *tuesmot*, profundunt, perdunt: *bessti olca doesmet fuili archródatu* (gl. Cretenses malae bestiae; i. e. m. b. quae profundunt sanguines ob insolentiam) Wb. 31b. *islúud leu teistiu fuile* (gl. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem; *teistiu* solvendum puto in *doesm-tiu*, amissa *m* ut in *foditiu*) Wb. 2b. *afuil*, sanguinem suum, acc. fem. ut in Wb. 20d: *tresinfuil storidi. tresinfuil spirtaldi* (per sanguinem corporalem, spiritualem). *maini*, opes, pretiosa, acc. plur. ut in Wb. 23d: *ni arséuti na máini* (non ob pretiosa et opes), et in Sg. 33a: *airindí atreba máini indi* (gl. donarium). *ilaubuir* procul dubio pro *elaubuir*, *al.*, subst. *laubir* jam supra (sub 8) obvium cum pron. possessivo 3. pers. sing.

11. "Sunt porro tria genera martyrii, pro quorum cruciatu gratias agimus; supersunt nobis multae remunerationes, si complemus ea." *Attalogmar*,

D. Specimen interpretationis codicis Prisciani Sangallensis.

Interpretatio capitum de litera, de dictione, partium orationis proprietate, nomine.

Lib. I. cap. II. Litera est minima pars vocis compositae, hoc est, quae constat ex compositione literarum. Minima est autem quantum ad totam comprehensionem vocis literatae,[1] ad hanc enim etiam productae vocales brevissimae partes inveniuntur;[2] vel quod omnium est brevissimum eorum, quae dividi possunt, id quod dividi non potest. Possumus et sic definire: litera est vox, quae scribi potest individua. Dicitur autem litera vel quasi legitera, quod legendi iter praebeat, vel a lituris,[3] ut quibusdam placet, quod plerumque antiqui in ceratis tabulis scribere solebant. Literas autem etiam elementorum vocabulo nuncupaverunt[4] ad similitudinem mundi elementorum.[5] Sicut enim illa coeuntia[6] omne[7] perficiunt corpus, sic etiam hae conjunctae literalem vocem, quasi corpus[8] aliquod, componunt, vel magis vere corpus. Nam si aër corpus est, et vox, quae ex aëre icto constat, corpus esse ostenditur; quippe cum et tangit[9] aurem et tripartito dividitur, quod est suum corporis, hoc est, in altitudinem, latitudi-

---

plur. 1. ps. cum pron. relativo infixo a verbo obvio in 1. ps. sing. in Wb. 3b: *atluchur dodia* (gl. gratias ago deo; cf. p. 840 et B. 8). *aleder*, vox aliunde non cognita, ad quam explicandam afferre possum nonnisi hod. hibern. gael. *leodraim, liodraim*, lacero, contero, ango. *aranetat*, supersunt, futura sunt, nobis, verb. comp. *artá, aratá* (p. 477) cum pron. pers. 1. pers. pl. infixo. *hami* videtur adj. *ami* jam supra obvium substantivo postpositum, ut regula est, hoc loco praemissum ob emphasin, ut videtur. *fochrici*, remunerationes; sing. *fochricc* (p. 779). *manoscomalnnamar*, si implemus ea, *comalnnamar, comalnammar* (p. 446) cum pron. pers. *s* infixo. Horum trium martyrii vel abnegationis generum deficit post particulam *et* tertium, et sermonis hoc exordium vel pars aliqua tantum exstat.

(Sg. 3b) 1 .i. *hi coindeilc ingotho comther chomraicthi o litrib* 2 .i. *deithbir lim̄ na litrae olchænae*

3 *ua lenomnaib* 4 .i. *conepertar doib elementa* 5 *innan dule* 6 *cach di dúil* 7 *innuile*

8 .i. *corp suin* 9 .i. *cani deithbir*

nem,[10] longitudinem, unde ex omni parte[11] potest audiri. Praeterea tamen[12] singulae syllabae altitudinem quidem habent in tenore, crassitudinem vero vel latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore. Litera est igitur nota elementi[13] et velut imago quaedam vocis literatae, quae cognoscitur ex qualitate[14] vel quantitate[15] figurae linearum.[16] Hoc ergo interest inter elementa[17] et literas,[18] quod elementa proprie dicuntur ipsae pronuntiationes,[19] notae autem earum literae. Abusive tamen et elementa[20] pro literis et literae pro elementis vocantur. Cum enim dicimus non posse[21] constare[22] in eadem syllaba r ante p, non de literis dicimus,[23] sed de pronuntiatione[24] earum; nam quantum ad scripturam,[25] possunt conjungi, non tamen enuntiari nisi postposita[26] r. Sunt igitur figurae[1] literarum, quibus nos utimur,[2] XXIII. Ipsae vero pronuntiationes[3] earum multo ampliores. Quippe cum singulae vocales denos[4] inveniantur sonos habentes, vel plures, ut puta a litera brevis quatuor habet soni differentias, cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur, et rursus cum sine aspiratione acuitur vel gravatur, ut habeo habemus, abeo abimus. Longa vero eadem sex modis sonat, cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur vel circumflectitur, ut hamis hamorum hamus.[5] Et rursus cum sine aspiratione et acuitur vel gravatur vel circumflectitur, ut arae ararum ara. Similiter aliae vocales possunt proferri. Praeterea tamen i et u vocales,[6] quando mediae sunt, alternos inter se sonos videntur confundere,[7] teste Donato, ut vir, optumus, quis. Et i quidem, quando post u consonantem loco digamma functam aeolici ponitur brevis, sequente d, vel m, vel r,

---

10 *indasian* .1. *imbucai l. lethit* 11 .1. *dindtrediu remeperthu* 12 *cenmitha fodailter indrann insce*

13 .1. *not inchoisc* .1. *pronuntiationis* .1. *inchumachtai* 7 *indfogair* 14 .1. *indtóraind* .1. *cruinda l. dirge l. uoca. l. consonans* 15 .1. *oméit diflescaib bis hisintórunt* .1. *mad óen flesc is .i. mad diflisc is .n. rl.* 16 .1. *inna gláosnathe l. inna fuath* .1. *ishé inglosnáthe caracter inna liter*

17 .1. *cumachtai* 18 *carachtra* 19 .1. *derbaisndísin. derbfogir* 20 .1. *indhúad airberthach bith* 21 .1. *archuit aisndisen* 7 *foguir* 22 .1. *hitosugsuin* 23 *ní dichárachtraib* 24 .1. *isarchuit fog. ní ruba nand ní archuit scríbind* 25 .1. *méit asndoscríbund* 26 .1. *anasniarmuidigthe .r. ut pro rl.*

(4ª) 1 .1. *inna tóranda* 2 .1. *laitnorib* 3 .1. *fogair* 4 .1. *deichthi* (in marg.) *cóic deich cóica* 5 .1. *æcath*

6 .1. *iss. aplus remeperthae* 7 .1. *fogur cechtar de aralailiu* 7 *fog. na*

vel t, vel x, sonum y graecae videtur habere, ut video, vim, virtus, vitium, vix. U autem quamvis contractum, eundem tamen, hoc est, y habet sonum, inter q et e, vel i, vel ae diphthongum positum,[8] ut que quis quae. Nec non inter g et easdem vocales, cum in una syllaba sic invenitur, ut pingue, sanguis, linguae. In consonantibus etiam sunt differentiae plures, transeuntium in alias et non transeuntium, quippe diversae sunt potestatis.

Cap. III. Accidit igitur literae nomen, figura, potestas. Nomen, velut a, b. Et sunt indeclinabilia tam apud Graecos elementorum nomina quam apud Latinos, sive quod a barbaris inventa dicuntur, sive quod simplicia[1] haec et stabilia[2] esse debent, quasi fundamentum omnis doctrinae immobile,[3] sive quod nec aliter[4] apud Latinos poterant esse, cum a suis vocibus vocales nominentur, semivocales vero in se desinant, mutae a se incipientes vocali terminentur, quas si flectas,[5] significatio[6] quoque nominum una[7] evanescit.[8] Vocales igitur, ut dictum est, per se prolatae[9] nomen suum ostendunt. Semivocales vero ab e incipientes et in se terminantes, absque x, quae ab i incipit per anastrophen[10] graeci nominis xi, quia necesse fuit, cum sit semivocalis, a vocali incipere et in se terminare, quae novissime a Latinis assumta post omnes ponitur[11] literas, quibus latinae dictiones egent.[12] Quod autem ab i incipit ejus nomen, ostendit etiam Servius in commento[13] quod scribit in Donatum his verbis: Semivocales[14] sunt septem, quae ita proferuntur, ut inchoent ab e litera et desinant in naturalem sonum, ut ef, el, em, en, er, es, ix. Sed ix ab i inchoat. Id etiam Eutropius confirmat dicens: Una duplex x, quae ideo ab i incipit, quia apud Graecos in eandem desinit. Mutae autem a se incipientes et in vocalem e desinentes, exceptis

---

liter naile airriusom .ı. *e ar .i. ut hominem* (in marg.) *arba bes lasuidib .u. tarhesi ṅí. ut pessumus pro pessimus* 8 .ı. *anassuidigthe*

(4b) 1 *airbit comṡuidich. oafograib liter naile maduellatar* .ı. *conroib comṡuidig. liter no sill. indib frislond geniten sil.* 2 .ı. *cen diall* 3 *q. ni cóir infotha utmall* 4 .ı. *nisi indeclinabilia* 5 .ı. *uo. 7 semiuo. 7 mut.*

6 .ı. *indinne bís indib riam* .ı. *inne ainm̄nichthe. issí ám inne ainm̄nich. guthaich. atercbál treo fesin níbad ṡamlaid son dim maduelltis rl.* 7 .ı. *la diall* 8 .ı. *tinaid 7 atbail* .ı. *facheirt in alios sonos*

9 *ocrélad ananm̄ae* 10 .ı. *treimpúth* 11 .ı. *ordd airic fil fuiri* 12 *aidlignitir dam uadisi* 13 .ı. *hisintráctad* 14 *ithé se inna briathra*

q et k, quarum altera in u, altera in a finitur, sua conficiunt nomina. H autem aspirationis[15] magis est nota. Figurae accidunt quas videmus in singulis literis. Potestas autem ipsa pronuntiatio, propter quam et figurae et nomina facta sunt. Quidam addunt etiam ordinem, sed pars est potestatis literarum. Ex his vocales dicuntur, quae per se voces perficiunt, et sine quibus vox literalis proferri non potest,[16] unde et nomen hoc praecipue sibi defendunt.[17] Ceterae enim, quae cum his proferuntur, consonantes appellantur. Sunt igitur vocales numero quinque, a e i o u. Utimur autem etiam y vocali graecorum causa nominum. Consonantium autem aliae sunt semivocales, aliae mutae. Semivocales sunt, ut plerisque Latinorum placuit, septem, f l m n r s x. Sed f multis modis ostenditur muta magis, de qua post docebimus. Z quoque utimur in graecis dictionibus. Hae ergo, hoc est, semivocales, quantum vincuntur a vocalibus,[1] tantum superant mutas. Ideo apud Graecos quidem omnes dictiones vel in vocales vel in semivocales, quae secundam[2] habent euphoniam, desinunt, quam nos sonoritatem[3] possumus dicere, apud Latinos autem ex maxima parte, non tamen omnes. Inveniuntur enim quaedam etiam in mutas desinentes. Semivocales autem sunt appellatae, quae plenam vocem non habent,[4] ut semideos et semiviros appellamus, non qui dimidiam partem habent deorum vel virorum, sed qui pleni dii vel viri non sunt.[5] Reliquae sunt mutae, ut quibusdam videtur, numero novem, b c d g h k p q t. Et sunt, qui non bene hoc nomen putant eas accepisse, cum hae quoque pars sint vocis; qui nesciunt,[6] quod ad comparationem bene sonantium ita sint nominatae, velut informis dicitur mulier,[7] non quae caret forma, sed quae male est formata, et frigidum dicimus eum, qui non penitus expers est caloris,[8] sed qui minimo hoc utitur. Sic igitur etiam mutas, non quae omnino voce carent, sed quae exiguam

---

15 .ı. *isairi nistabur la .k* 7 *q* 16 .ı. *rann insce ní tergabar ade dim* 7 *ni fograigther cen guttai* 17 .ı. *adsuidet*

(5[a]) 1 .ı. *semi.* .ı. *noch isméit fornúaislich. són* 2 .ı. *inbindius tánaise indegaid ṅguttae* 3 .ı. *bindius*

4 (in marg.) *Niarindí bed leth ṅgotho nobed indibsem q. ishuilliu. s. q. plenam uocem non habent ṣicut uocales* 5 .ı. *tre thesbaid naich baill dindeilb* 6 .ı. *hithé dodmainetar insin indí q. r.* 7 .ı. *michruthaigthe* 8 .ı. *intesa*

partem vocis habent. Vocales etiam apud Latinos omnes sunt ancipites[9] vel liquidae,[10] hoc est, quae facile modo produci modo corripi possunt, sicut etiam apud antiquissimos erant Graecorum ante inventionem *η* et *ω*,[11] quibus inventis *ε* et *o*, quae ante anticipites erant,[12] remanserunt[13] perpetuo breves,[14] cum earum productarum loca possessa sunt[15] a supradictis vocalibus semper longis.[1] Sunt etiam in consonantibus longae, ut puta duplices x et z. Sicut enim longae vocales, sic hae quoque longam faciunt syllabam. Sunt similiter ancipites vel liquidae, ut l et r, quae modo longam modo brevem post mutas positae in eadem syllaba faciunt syllabam. His quidam addunt non irrationabiliter m et n, quia ipsae quoque communes faciunt syllabas post mutas positae, quod diversorum confirmatur auctoritate tam[2] Graecorum quam[3] Latinorum. Ovidius in decimo Metamorphoseon: Piscosamque Gnidon, gravidamque Amathunta metallis. Euripides in Phoenissis: *Ἰσότητ᾽ ἔταξε κατ᾽ ἀριθμὸν διώρισε.* Idem in iisdem: *Ἀπωλόμεσθα, δύω κακὼ σπεύδεις, τέκνον.* Invenitur tamen etiam m[4] ante n positum, nec producens ante se vocalem more mutarum. Callimachus: *Τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος ὧδε συναινῶ.*

Cap. IV. Apud antiquissimos Graecorum non plus sedecim erant literae, quibus ab illis acceptis Latini antiquitatem servaverunt perpetuam.[5] Nam si verissime velimus inspicere eas, hoc est, sedecim, non plus duas additas in latino inveniemus sermone. *Ϝ* est aeolicum[6] digamma,[7] quod[8] apud antiquissimos Latinorum eandem vim, quam apud Aeoles habuit; eum autem proprie sonum,[9] quem nunc habet F, significabat p cum aspiratione, sicut etiam apud veteres Graecos pro *φ* p et h.[10] Unde nunc quoque in graecis nominibus antiquam scripturam servamus[11] pro *φ* p et h ponentes, ut Orpheus, Phaethon. Postea vero[12] in latinis verbis

---

9 .ı. *eter fot* 7 *gair* 10 (in marg.) .ı. *hit lechdacha lesom intan nádtechtat acht oin aimsir. isfollus asin tra nand ainm̄* 7 *nand cumachte legas do lechdagaib acht isaim̄serad nam̄a*

11 .ı. *renairec éta* 7 *ω* 12 .ı. *coitchena riam eter fot* 7 *gair* 13 .ı. *doruarthatar* 14 .ı. *bith gairddi són* .ı. *e* 7 *o* 15 .ı. *indluic himbítis airdixi .e* 7 *o*

(5[b]) 1 .ı. *bith fotai sidi* 2 .ı. *emith* 3 *emith* 4 *cíṅith mút* 5 .ı. *suthain dam la laitnori anisin* 6 .ı. *quasi dixisset nírbu liter ade conaue* 7 *neuter hic digamma* 8 *ol* 9 *emith infogur nisin* 10 .ı. *dasis* 11 .ı. *ut apud ueteres fuit* 12 .ı. *la nuelitridi*

placuit, pro p et h, f scribi, ut fama, filius, facio, loco autem digamma V pro consonante,[1] quod cognatione soni[2] videbatur affinis esse[3] digamma ea litera. Quare cum f loco mutae ponatur, id est, p et h sive φ, miror[4] hanc inter semivocales posuisse artium scriptores. Nihil enim aliud habet haec litera semivocalis, nisi nominis prolationem, quae a vocali incipit. Sed hoc potestatem literae[5] mutare non debuit. Si enim esset semivocalis, necessario terminalis nominum[6] inveniretur, quod minime reperies,[7] nec ante l vel r in eadem syllaba poni posset, qui locus mutarum est duntaxat,[8] nec communem ante easdem posita faceret syllabam. Postremo Graeci, quibus in omni doctrina auctoribus utimur, φ cujus locum apud nos f obtinet, quod ostenditur in his maxime dictionibus, quas a Graecis sumsimus,[9] hoc est, fama, fuga, fur, mutam esse confirmant. Sciendum tamen, quod hic quoque error[10] a quibusdam antiquis Graecorum grammaticis invasit Latinos,[11] qui φ et ϑ et χ semivocales putabant, nulla alia causa,[12] nisi quod spiritus[13] in eis abundet, inducti. Quod[14] si esset verum, debuit c quoque vel t addita aspiratione semivocalis esse, quod omni caret ratione. Spiritus[15] enim potestatem literae non mutat, unde nec vocales addita aspiratione aliae[16] fiunt, et aliae[17] ea demta. Hoc tamen scire debemus, quod non fixis labris[18] est pronuntianda f, quomodo p et h,[19] atque hoc solum interest.[20] X etiam duplicem loco c et s vel g et s, postea a Graecis inventam, assumsimus. K enim et q, quamvis figura et nomine videantur aliquam habere differentiam, cum c tamen eandem, tam in sono vocum quam in metro, continent potestatem. Et k quidem penitus supervacua est; nulla enim ratio videtur,

(6a) 1 .ı. *intan ṁbís archonsain* 2 *foguir* 3 *comocus afogur diblínaib* 4 *admachdursa* .ı. *ismachdad lim̄* 5 *nicumscaichthi cumachtae nairi cedoinscana si ó guth.* 6 *forceinnfitis anm̄ann inte* 7 *acht aaim̄* (sic) *féisin* 8 *buith relechdachaib*

9 (in marg.) *níbbu machdath betis grecdi* ⁊ *nothath foraib linni* ⁊ *dam itlatindi am. ṡodain ut dixit prius in lati. uerbis placuit f usq. facio* 10 .ı. *áram f lalethguth.* 11 .ı. *tre intṡamail inna sengrec comroircnech*

12 *áramtar duidchi sidi ónach fochun ailiu* 13 *tinphed* 14 *anisin* 15 *atinphed* 16 *saini* 17 *saini* 18 *tim̄thastaib l. cumcaib* 19 *tri beulu dlútai* 20 *inter f et alias mutas* .ı. *fogur tm. nodadeligedar frimuta* ⁊ *ismút si arachuitsidi*

secundum analogiam perior esse. Terentius in supradicta fabula: *Hic ego interea virum opperibor.* Nam reperio, comperio, cooperio, sicut aperio, activa sunt;[12] faciunt enim ex se passiva. Et possunt magis a pario videri composita, quod apud vetustissimos quartae conjugationis declinationem habebat. Ennius: *Ova parire solet genus pennis condecoratum.* Facio cum sit neutrum, ut supra diximus, si cum praepositione componatur, plerumque transit in activum, ut conficio conficior, perficio perficior, afficio afficior, reficio reficior, officio officior. Juvenalis in I: *Et quotiens te, Roma, tuo refici properantem reddet Aquino.* Lucretius in II: *Quapropter simul inter se retrahuntur et extra, officiuntur, uti cogantur tardius ire.* A proficio Statius impersonale protulit in III: *Proficitur bello.* Deficio autem loco passivi defio facit.[13] Terentius in Eunucho: *Nihil cum est, nihil defit.* Cum passivam vim habet, defio facit. Sunt tamen alia ex eo ipso et ex aliis composita, quae non solum significationem, sed etiam conjugationem, ut dictum est, permutant, ut facio facis, gratificor gratificaris. Terentius in Heautontimorumeno: *Cui ego gratificor, ipsa re experibere.* Similiter ludificor. Idem in Eunucho: *Quin insuper scelus, postquam ludificatus est virginem.* Excarnifico[14] vero activum est, ut amplifico et velifico. Terentius in Heautontimorumeno: *Ubi me excarnifices.* Juvenalis in quarto: *Velificatus Athos, et quicquid Graecia mendax audet in historia,* passive protulit. Sciendum tamen, quod et facio et facior, ut ostendimus, vetustissimi proferebant. Si vero facio vel fio integris manentibus, aliud verbum infinitum ante ea componatur, non solum significationes et conjugationes integras eis servamus, sed etiam accentus, ut calefacio calefacis calefacit, tepefacio tepefacis tepefacit. In secunda enim et tertia persona penultimas acuimus, quamvis sunt breves. Similiter calefio calefis calefit, tepefio tepefis tepefit, finales servant accentus in secunda et tertia persona, quos habent in simplicibus. A verto quoque activo reverto et revertor, praeverto et

---

car anainm indiuitius 7 ní airecar inbriath. s. hicoms. 12 (Pr. Sg.) *am. asmbriath. gníma aperio*

13 (Pr. Sg. 116[a]) in cod.: difficio autem loco passivi deficio facit .ı. *iss. asber híc asberr chial ches. asindí asdifficio quando pro uincor accipitur ut in ante ostendit.* 14 (Pr. Cr.) .ı. *fennaim*

praevertor in una eademque ponuntur significatione. Virgilius in primo Aeneidos: *Harpalice volucremque fuga praevertitur Hebrum.* Idem in VII: *Cursuque pedum praevertere ventos.* Verso similiter activum, ex quo controversor deponens. Cicero in Protagora: *Nunc a vobis, o Protagora et Socrate, postulo, ut de isto concedatis alter alteri, et inter vos de hujuscemodi rebus controversemini, non concertetis.* Sunt alia quae et conjugationem mutant cum genere in eadem manentia significatione, ut labo[15] labas neutrum, ὀλισθαίνω, ὀλισθαίνεις, et labor[16] laberis deponens. Virgilius in II. Aeneidos: *Labat ariete crebro janua.* Idem in IIII: *Labitur infelix Dido.* Similiter lavo[17] lavas, et lavo[18] lavis, sed lavis magis pro humectas dicitur. Virgilius in X: *Visceribus super incumbens lavit improba taeter ora cruor.* Sunt tamen alia quae cum conjugatione mutant significationem, ut mando,[19] ἐντέλλομαι, mandas; mando,[20] μασσάομαι, mandis; fundo,[21] θεμελιόω, fundas; fundo,[22] ἐκχέω, fundis; obsero,[23] περιβάλλω τὸν μοχλόν, obseras; obsero,[24] περισπείρω, obseris;[25] appello,[26] προσαγορεύω, appellas; appello,[27] προσάγω, appellis; volo,[28] πέτομαι, volas; volo,[29] βούλομαι, vis; consternor,[30] καταπλήττομαι, consternaris; consternor,[31] καταστρώννυμαι, consterneris. Nam lego legas[32] et lego legis, dico dicas et dico dicis, etiam in prima persona habent differentias temporum; nam lego legas et dico dicis producunt penultimas, lego legis et dico dicas corripiunt.

---

15 (Pr. Sg. 146b) .ı. *cor. la* .ı. *dofuislim* 16 *produc la* 17 .ı. *doforuch* 18 .ı. *folcaim̄* 19 .ı. *imtrénigim* 20 .ı. *ithim*

21 (Pr. Sg. Pr. Cr. 57b) .ı. *fundamentum pono* 22 (Pr. Sg.) .ı. *dodálim* (Pr. Cr.) .ı. *dudálim* 23 (Pr. Sg.) .ı. *fescrigim* (i. e. vesperasco, serus sum; ideo melius Pr. Cr.:) .ı. *frisdúnaim* 24 (Pr. Sg.) *clandaim* (Pr. Cr.) *asindiut l. clandaim* 25 (Pr. Cr.) *seminas*

26 (Pr. Sg.) *adgládur* 27 *inárbenim* 28 *follúur* 29 *adcobraim*

30 (Pr. Sg. Pr. Cr.) .ı. *fobothaim* 31 (Pr. Sg.) *fommálagar l. foalgim* (Pr. Cr.) *fommálagar* 32 (Pr. Sg.) *ar atá dechor naimsire hisuidib lacumscugud coib. non sic predic.*

E. Specimen interpretationis codicis Paulini Wirziburgensis.

Interpretatio epistolarum ad Colossenses, ad Timotheum, Titum, Philemonem.

Epistola ad Colossenses. Cap. I. Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem dei[1] et Timotheus frater, iis qui sunt Colossis sanctis et fidelibus fratribus in Christo Jesu. Gratia vobis et pax a deo patre nostro. Gratias agimus deo et patri domini nostri Jesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Jesu et dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quae reposita est vobis in coelis, quam audistis in verbo veritatis evangelii, quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est et fructificat et crescit sicut in vobis[2] ex ea die qua audistis et cognovistis gratiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra,[3] carissimo conservo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu, qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu. Ideo et nos ex qua die audivimus non cessamus pro vobis orantes et postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus. IN omni sapientia[4] et intellectu[5] spirituali[6] ut ambuletis digne deo per omnia placentes in omni opere bono[7] fructificantes et crescentes in scientia dei,[8] in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia et longanimitate cum gaudio, gratias agentes deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suae,[9] in quo habemus redemtionem et remissionem peccatorum,[10] qui est imago dei invisibilis,[11] primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt universa in coelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni sive dominationes, sive

---

(Wb. 26c) 1 *isóentu doathir et macc acmothoéitse forapstalact cucuibsi* 2 *am. formbeir et toirthigedar indibsi* 3 .1. *ishé cetu rupredach dúib* 4 .1. *etargni deacte* 5 .1. *anagogien* 6 .1. *etarcne narrúun díade* 7 *combat imdi forcáingníme* 8 .1. *etarcni dǽ*

9 .1. *conrobam iflathemnacht la cr.* 10 .1. *istriit dorolgetha arpecthi duún* 11 *firdelb dei caeli l. per ipsum cognoscitur deus pater*

principatus sive potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Et ipse ante omnes[1] et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens,[2] quod in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare[3] et per eum reconciliare omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis[4] ejus, sive quae in coelis sive quae in terris sunt.[5] ET vos cum essetis aliquando alienati et inimici sensus ejus in operibus malis, nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem exhibere vos sanctos immaculatos et irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide fundati et stabiles et immobiles ad spem evangelii quod audistis,[6] quod praedicatum est in universa creatura quae sub coelo est, cujus factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis,[7] et impleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus quod est ecclesia.[8] Cujus factus sum ego minister secundum dispensationem dei, quae data est mihi in vobis, ut impleam verbum dei,[9] mysterium quod absconditum fuit[10] a saeculis et generationibus, nunc autem manifestatum est[11] sanctis ejus, quibus voluit deus notas facere[12] divitias[13] gloriae sacramenti[14] hujus in gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriae, quem nos annuntiamus corripientes omnem hominem et docentes omnem hominem in omni sapientia,[15] ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Jesu Christo,[16] in quo et laboro certando secundum operationem ejus,[17] quam operatur in me in virtute.[18]

Cap. II. VOlo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam

(26[d]) 1 .ı. *arisbidixnichthe som* 2 .ı. *corrup hǽ bas óenairchinnech* 3 .ı. *uile lánæ diuini. atrothreb hicr.* 4 .ı. *dogním inchrochtha isainm crux*

5 .ı. *dorronad síid eter muntir nime et talman* 6 .ı. *spe future glorie bias dúib innim et predchabthar hisos.* 7 .ı. *conrogabthesi desimrecht dinni* 8 .ı. *aní dodesta dichomalnad cæsta cr. domsa isocca attóo ishéd dim desta disuidiu dul martre tarfarcennsi* 9 .ı. *euang.* .ı. *asechte tarrchet dicr.* 10 .ı. *irrúnaib deachte condatuárgabusa gentibus* 11 .ı. *tuargab cenn indrúnsin*

12 .ı. *combad etarcnad doib* 13 .ı. *ícce inchenéli dóine* 14 .ı. *arnifitir cid muinter nime* 15 .ı. *fessa et etarcni dæ* 16 .ı. *am. rombo foirbthe cr. condib foirbthe intí bess innaellug* 17 .ı. *ató occombáig friss imsechim agnime et ingabáil desimrechte de conroissinn cutrummus friss et congni som frimsa ocsuidiu* 18 .ı. *ismaith achuit occa*

pro vobis[19] et pro iis qui sunt Laodiceae[20] et quicunque non viderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum[21] instructi in caritate[22] et in omnes divitias plenitudinis intellectus[23] in agnitionem mysterii[24] dei patris et Christi Jesu, in quo[25] sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi. HOc autem dico. ut nemo vos decipiat in subtilitate sermonum.[26] Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens[1] et videns ordinem vestrum et firmamentum ejus quae in Christo[2] est fidei vestrae. SIcut ergo accepistis Christum Jesum dominum, in ipso ambulate,[3] radicati[4] et superaedificati in ipso[5] et confirmati fide,[6] sicut et didicistis, abundantes in gratiarum actione.[7] VIdete ne quis vos decipiat per philosophiam[8] et inanem fallaciam[9] secundum traditionem hominum,[10] secundum elementa mundi et non secundum Christum,[11] quod in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter,[12] et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis, in quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi,[13] consepulti ei in baptismo,[14] in quo et consurrexistis per fidem operationis dei,[15] qui suscitavit illum a mortuis. ET vos cum mortui essetis in delictis et praeputio carnis vestrae, convivificavit cum illo,[16] donans vobis omnia delicta,[17] delens quod adversum nos erat chirographum decreti,[18] quod erat

---

19 .ɪ. *ismór indethiden file domsa diibsi* 20 .ɪ. *colosensi dim in laudacia ataat* 21 .ɪ. *cododonat arnapat toirsich dimchuimregaibse* 22 .ɪ. *conroib deserc leu fricách* 23 .ɪ. *confesatar imbed indraith tecomnacht dia doib et condip maith anintliucht*

24 .ɪ. *rúun ícce incheneli dóine* 25 *arisand isecne et isfissid cách iarnetarcnu cr.* 26 *filoso.* .ɪ. *arnipa gliccu felsub olambieidsi si in xpo. estis*

(27ᵃ) 1 .ɪ. *trebarnimradud arfarfoirbthetu* 2 .ɪ. *icretim in ihu.* 3 *am. ropredchad dúib comid* 4 *inoentid achoirp* 5 *apstil itossug sissi íarum* 6 *bad treúin iniriss* 7 .ɪ. *denid attlugud buide dodia dicach maith dogní frib*

8 .ɪ. *cid glicc et cid sulbir ocaisndís* 9 .ɪ. *saibes inobar* 10 *arishe besad felsub etarcert didulib et saigid forru et nebchretem anadiadar dicr.* 11 .ɪ. *ni ar cr. predchit* .ɪ. *nifitetar am. rongab arissamlid atá q. in ipso habitat rl.* 12 *pl. omnis plenitudo diuinae naturae in corpore eius inhabitat* .ɪ. *ueraciter l. inchorpdid* .ɪ. *adrothreb láne deachte innachorpsom*

13 *cs. cate imdibe cr. ni. bás et adnacul itheside immafolnget imdibe ó dúalchib* 14 .ɪ. *teora tonna torunni in bab. trédenus dosom in sepul.* 15 *am. rongab comadnacul dúnn atá comeisséirge act rocretem oipred dǽ* 16 *xpo.* 17 *bái and ní roerthe* 18 *asrochoiled bás dúnni*

contrarium nobis,[19] et ipsum tulit[20] de medio[21] affigens illud cruci,[22] exspolians se carne principatus et potestates traduxit confidenter, palam triumphans[23] illos in semetipso.[24] NEmo ergo vos judicet[25] in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae aut sabbatorum quae sunt umbra futurorum,[26] corpus autem Christi.[27] NEmo vos seducat,[28] volens in humilitate et religione angelorum[29] quae non vidit ambulans frustra[30] inflatus sensu carnis suae[31] et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et conjunctum et constructum crescit in augmentum dei. Si mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?[32] Ne tetigeritis neque gustaveritis neque contrectaveritis, quae sunt omnia in interitum in ipso usu[1] secundum praecepta et doctrinas hominum, quae sunt rationem quidem habentia sapientiae in superstitione et humilitate et ad non parcendum corpori,[2] non in honore aliquo ad saturitatem carnis.[3]

Cap. III. IGitur si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens,[4] quae sursum sunt sapite non quae super terram. Mortui enim estis et vita vestra abscondita est[5] cum Christo in deo. Cum Christus apparuerit vita vestra,[6] tunc et vos[7] apparebitis cum illo in gloria. MOrtificate ergo membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et avaritiam,[8] quae est simulacrorum servitus,[9] propter quae venit

---

19 *niarless robói and* 20 *forróxul* 21 *conách fil etir* 22 *conderbadad in sanguine* 23 .ı. *rouic buáid diib* 24 .ı. *trebás achoirp fessin*

25 .ı. *nachibmided* .ı. *nachibberar ismachtu rechta fetarlicce innandig et ambiad innallíthu et assapati act bad foirbthe farniress* 26 .ı. *annile robói ifetarlicci isfoscad núiadnissi* 27 *quasi dixisset nidír dúib ní disund act homaldóit docr.* 28 *pl. nemo ficta humilitate uos seducat* 29 .ı. *ciasberat doaidbdetar físi doib et dotiagat angil andochum nichretidsi* 30 .ı. *nitáirci lessu utmille* 31 *ní issíansib spirităldib móiti* 32 .ı. *marudscarsid fritola trebás cr. cid arandluthid caratrad friu iterum pl. elimenta mundi auaritia luxoria et cætera his similia*

(27b) 1 .ı. *robóid::::* .ı. *hore arinchrinat* 2 .ı. *nicensáithar dochorp* 3 *nec carnem in saturitate honorandam l. nibi ifledaib na ligaib frisgní*

4 .ı. *issóinmichi inna indocbale* 5 .ı. *isindindocbáil* 6 .ı. *madhé farmbethusi cr. robia indocbál less* 7 .ı. *isindúu itáa som* 8 .ı. *ithé inso boill indsenduini et ishé insenduine fessin* .ı. *uilidetu nandúalche isball dim cachhæ som et iscorpat::::* 9 .ı. *am. fongníter ídil sic fognither donaib ánib*

ira dei super filios incredulitatis, in quibus et vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis. NUnc autem deponite[10] et vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem[11] de ore vestro. Nolite mentiri invicem,[12] exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes novum,[13] eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus[14] qui creavit eum, ubi non est gentilis et Judaeus,[15] circumcisio et praeputium, barbarus et Scytha, servus et liber, sed omnia[16] in omnibus[17] Christus. INduite vos ergo, sicut electi dei sancti et dilecti per viscera misericordiae,[18] benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem[19] et donantes et vobis ipsis,[20] si quis adversus aliquem habet querelam, sicut et dominus donavit vobis, ita et vos.[21] SUper omnia autem haec[22] caritatem habete, quod est vinculum perfectionis,[23] et pax Christi[24] exsultet in cordibus vestris in qua et vocati estis in uno corpore,[25] et grati[26] estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter,[27] in omni sapientia[28] docentes et commonentes vosmet ipsos,[29] in psalmis, hymnis, canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine[1] domini Jesu gratias agentes[2] deo et patri per ipsum. MUlieres subditae estote viris vestris[3] sicut oportet in domino.[4] VIri diligite[5] uxores vestras et nolite amari[6] esse ad illas. FIlii obedite parentibus vestris per omnia, hoc enim placitum est in

---

10 .ı. *cuirid díib innerese uitiorum* 11 .ı. *imradud pecctho* 12 .ı. *nataibred cách uáib bréic immalaile* 13 .ı. *ihm. l. nouus homo* 14 .ı. *combiam indeilb ihu.* .ı. *inoentid achoirp* 15 .ı. *alter* .ı. *ni airegdu nech alailiu less* 16 .ı. *dóna l. mandata* 17 .ı. *hominibus* .ı. *act rocretea deacht et dóinecht cr. bit less indhuili dáni et nah:::: timn::*

18 .ı. *gaibid immib anetach macc cóimsa am. nondad maicc cóima* .ı. *uiscera ishé ::::chellt :::beir* 19 .ı. *ainmne dochách fricheile* 20 *andorogbid etruib* 21 *imdílgid* 22 .ı. *forib l. sech nahuili predicta* 23 .ı. *óentad etruib immanetar l. etruib et dia* 24 .ı. *dúib fridia et dodia fribsi* 25 .ı. *dobuith inóentid coirp cr* 26 .ı. *atligid dodia*

27 *euang.* .ı. *bad atrab nábad cuit tadíll ished aatrab dim aprecept et acomal:::* 28 .ı. *etarcni dǽ* 29 *ished tra forchain som híc aratucca cách acanas condib réil less indinne bess and et ar::réla dochách rodchluincthar*

(27[c]) 1 .ı. *icomalnad timne ihu. et itogarmaim aanme* 2 *attlugud boide dodia dibarnícc tritsom* 3 .ı. *mós est illi hanc suadere doctrinam* 4 *bad in dno. intaurlatu* 5 .ı. *hóre itsubditisom* 6 .ı. *luind*

domino. PArentes nolite ad indignationem provocare filios vestros,[7] ut non pusillanimi[8] fiant. SErvi obedite dominis carnalibus per omnia,[9] non ad oculum servientes[10] quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis[11] timentes dominum.[12] Quodcunque facitis ex animo operamini sicut domino et non hominibus, scientes quod a domino accipietis retributionem hereditatis.[13] Domino Christo servite; qui enim injuriam facit[14] recipiet id quod inique gessit,[15] et non est personarum acceptio apud deum.[16]

Cap. IV. DOmini quod justum est et aequum servis praestate,[17] scientes quoniam et vos dominum habetis in coelo.[18] ORationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione,[19] orantes simul et pro nobis,[20] ut deus aperiat nobis ostium sermonis[21] ad loquendum mysterium Christi,[22] propter quod etiam vinctus sum,[23] ut manifestem illud ita ut oportet me loqui.[24] IN sapientia ambulate[25] ad eos qui foris sunt,[26] redimentes tempus.[27] Sermo vester semper in gratia sale sit conditus,[28] ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.[29] QUae circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus carissimus frater et fidelis minister[30] et conservus in domino,[31] quem misi ad vos ad hoc ipsum,[32] ut cognoscatis

---

7 .ı. *trechosc conacarbi cenchinta* 8 .ı. *toirsig* 9 [*for*]*cain som híc seruos obidire et seruire dominis arnaérbarat domini robtar irlithi ar::: e dúun resíu tised hiress robtar anirlithi iarum ní áil tra insin doepert olsesom arni doforcitul an::::tad dodechuid* 10 .ı. *nibo intain nombeid arsúil tm. dogneith toil farcoimded* 11 .ı. *induthracht* .ı. *bad arlóg diade* 12 *::::dígail forib ma :::d irlaithi arrofitir side imbo hochridiu fanacc*

13 .ı. *ropia anorpe nemde illóg farnirnigde* 14 *:::í bes anirlithe l. nádchomalnathar anasberar friss rambia dígal taraéssi* .ı. *cid incoimdiu dodgné friamug :::inmug friachoimdid* 15 .ı. *rambia dígal tarhési adrogníma* 16 *s. operum eter sóir et dóir eter mug et coimdid*

17 *cosc innacoimded inso arnáp foróil acumachte foramogaib* 18 *quasi dixisset abi mogasi dam atá farcóimdiu innim* 19 .ı. *ishæ inso infognam donchoimdid nemdu et isfriu huili atbeirsom ón pl. negligentis enim et dormientis oratio nihil impetrare ualet* 20 .ı. *lairnigdi airib féisne* 21 .ı. *conroib buáid precepte duun tresaníccatar híli* 22 .ı. *euang.* .ı. *cororélam rúna incholnigthea et geine cr. et achésta* 23 .ı. *isairi am cimbidse hore nopredchim inrúinsin* 24 .ı. *cenchondarcilli*

25 .ı. *iprecept narrún diade doib et innanebthórtrommad dochuingid neich cuccu* 26 .ı. *túati* .ı. *extra æcclesiam* 27 *gg. ille redemit tempus qui non seruit tempori sed tempori dominatur* 28 .ı. *taibred formbriathar ráth spirito dochách trefoirbthetith farprecepte* 29 .ı. *conirmissid taithese coir docachgrád et docacháis*

30 *istorisse athimthirecht* 31 .ı. *ocfognad dodia* 32 .ı. *dosund*

quae circa nos sunt,[33] et consoletur corda vestra[34] cum Onesimo[35] carissimo et fideli fratre qui est ex vobis. Omnia quae aguntur[36] nota faciet vobis. SAlutat vos[1] Aristarchus concaptivus meus et Marcus consobrinus[2] Barnabae de quo accepistis mandata.[3] Si venerit ad vos, suscipite illum, et Jesus qui dicitur Justus, qui sunt ex circumcisione.[4] Hi soli sunt adjutores[5] mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. SAlutat vos Epaphras qui est ex vobis[6] servus Christi Jesu, semper sollicitus pro vobis[7] in orationibus, ut sitis perfecti et pleni in omni voluntate dei. Testimonium illi perhibeo,[8] quod habet multum laborem pro vobis et pro iis qui sunt Laodiceae[9] et qui Hierapoli. SAlutat vos Lucas medicus[10] carissimus et Demas. SAlutate fratres[11] qui sunt Laodiceae et Nympham et quae in domo ejus est ecclesiam.[12] ET cum lecta fuerit apud vos epistola, facite, ut et in Laodicensium ecclesia legatur,[13] et eam quae Laodicensium est, vos legatis.[14] Et dicite Archippo: vide ministerium[15] quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli.[16] Memores estote vinculorum meorum. Gratia domini Jesu vobiscum. Amen.

Epist. I ad Timotheum. Cap. I. Paulus apostolus Christi Jesu secundum imperium dei salvatoris nostri et Christi Jesu spei nostrae, Timotheo filio dilecto in fide. Gratia et pax,[17] misericordia a deo patre[18] et Christo Jesu domino nostro. Sicut rogavi te, ut remaneres Ephesi[19] cum irem in Macedoniam, ut denuntia-

---

33 .ı. *cofesid fiss scéel uánni* 34 .ı. *cofessid dam fiss scél uáimse et arnabad toirsig dimchuimriugsu* 35 .ı. *isimmallei rofóitea* 36 .ı. *eter mochuimregasa et líin diapredchimm*

(27[d]) 1 .ı. *farnimchomarc uaidib* 2 *coibdelach* 3 .ı. *ropredchad dúib* 4 .ı. *diiudéib doib* 5 *ocprecept*

6 .ı. *isuáib fesin achenél* 7 .ı. *guidid dia eruibsi dogress* 8 .ı. *dobiursa teist asmór farsercsi less* 9 .ı. *nobcara huili* 10 *dicit híc ainm dáno dorigeni itossug* 11 *bad chore dúib friu carid daydóini* 12 *ammunta* (sic) *huile*

13 .ı. *act arroilgither indepistilse dúibsi berthir uáib laudocensibus et doberthar indæpistil scríbther dosuidib conarlægthar duibsi doadbadar híc nád roscribad dosuidib cedacht et arrobe scribent doiib* 14 .ı. *conarlégidsi* 15 *precept dochách* 16 *combad notire rodscribad cosse*

17 *precor multi.* 18 .ı. *sainred dodaltu anisiu q. asper fuit* 19 .ı. *precor multi. sicut rogaui* .ı. *islerithir inso nonguidimse dia nerutsu am. rotgádsa imanaa inephis sech ropo léir són Aliter adit ubi dicit hoc praeceptum tibi commendo filii timothe et ismedóntestimin afil etarru*

res[20] quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogiis[21] interminatis,[22] quae quaestiones praestant magis[23] quam aedificationem dei quae est in fide.[24] Finis autem praecepti est caritas[25] de corde puro[26] et conscientia bona et fides non ficta, a quibus quidam aberrantes conversi sunt[27] in vaniloquium, volentes esse legis doctores,[1] non intelligentes neque quae loquuntur,[2] neque de quibus affirmant. SCimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur, sciens hoc quia justo non est lex posita, sed injustis[3] et non subditis, impiis et peccatoribus, sceleratis et contaminatis, patricidis et matricidis, homicidis,[4] fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis,[5] mendacibus, perjuris,[6] et si quid aliud sanae doctrinae adversatur quae est secundum evangelium gloriae beati dei quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me confortavit Christo Jesu domino nostro,[7] quia fidelem me existimavit ponens in ministerio qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus.[8] Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate; superabundavit autem gratia dei nostri[9] cum fide et dilectione quae est in Christo Jesu. FIdelis sermo[10] et omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere,[11] quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primum ostenderet[12] Jesus Christus omnem patientiam,[13] ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam. Regi[14] autem saeculorum immortali invisibili deo soli honor et gloria in saecula saeculorum amen.[15] HOc praeceptum commendo tibi fili Timothee secun-

---

20 .ı. *isdo inso noainfeda* 21 .ı. *genelcha et bunadsi scél* 22 .ı. *nitucthar cenn essib* 23 .ı. *tairthet cach fer immalaile* 24 .ı. *nifóiret cumtach nirisse*

25 .ı. *isferr cach réit són* 26 .ı. *ishé loc inatreba* 27 .ı. *óntrédiu asrubart riam*

(28a) 1 .ı. *conroibtis ocdenum rectche la riga* 2 .ı. *ni tacair anasberat* 3 .ı. *ní dodígail forfírianu tuccad recht acht isdochosc cintach* 4 *nech orcas afini* 5 .ı. *donaib essoircnidib* 6 *éithchechaib*

7 .ı. *conopredchinn aindocbáil* 8 .ı. *robá occanaithisigud* 9 .ı. *conromíccad de peccato*

10 .ı. *beim foris inso l. istitul indí archiunn* 11 .ı. *issuáichnid isindí romíccsa* 12 .ı. *combad dessimrecht ícce cáich* 13 .ı. *ainmne frimpeccad et moícc iarum*

14 .ı. *ríi trembethe* 15 .ı. *isuisse amolad* .ı. *cennaforcenn arisécrichnichthe donindnigsom adagmóini*

dum praecedentes in te prophetias,[16] ut milites in illis bonam militiam habens fidem et bonam conscientiam,[17] quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt,[18] ex quibus est Hymenaeus et Alexander quos tradidi satanae[19] ut discant non blasphemare.

Cap. II. OBsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus,[20] pro regibus et omnibus qui in sublimitate, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate.[21] Hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore nostro deo, qui omnes homines vult salvos fieri[1] et ad agnitionem veritatis venire. UNus enim deus,[2] unus et mediator[3] dei et hominum homo Christus Jesus, qui dedit redemtionem semet ipsum[4] pro omnibus,[5] cujus testimonium temporibus,[6] in quo positus sum,[7] ego praedicator et apostolus (veritatem dico non mentior), doctor gentium in fide et veritate. VOlo ergo viros orare in omni loco levantes puras manus suas sine ira et disceptatione.[8] Similiter et mulieres in habitu ordinato, cum verecundia et sobrietate ornantes se,[9] non in tortis crinibus[10] aut auro aut margaritis vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres[11] promittentes castitatem per opera bona. Mulier in silentio discat[12] cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto[13] neque dominari in virum,[14] sed esse in silentio.[15]

---

16 *am. ropredchad duit itosug* 17 .ı. *isamlid bid maith domílte*

18 .ı. *roscarsat friæ* .ı. *asbertar ananman arnagaba nech desimrecht diib intalaxander hísin robo chert ut ipse dicit alaxander ærarius multa mala mihi fecit* 19 .ı. *pænitentiæ l. dodásacht* .ı. *nibí indásachtach friǽicndar arni irmadadar*

20 .ı. *desercc cenelach insin* 21 .ı. *act robǽ quies et tranquilitas regibus bieid dam dúnni andedesin et pietas et castitas lasodin*

(28b) 1 (in margine) *Cs. cid natat sláin indhuli mátchobra q. omnia quaecumque uoluit dominus fecit ni. hóre nád comeicnigther nech fritoil l. ispars pro toto arnifil ceneel nabelre isinbiuth dinadrícthe nech l. indíi adchobra som dohícc ithé ronícc tm.*

2 .ı. *am. asnóindia omnium adcobra ícc omnium* 3 .ı. *etir fessin et dóini* 4 *darrat fessin hicroich* 5 .ı. *arícc cáich* 6 .ı. *dorratad teist de isindaimsirsin hiforcomnucuir intaidchric per crucem*

7 .ı. *issí rún indforcillsin nopredchimse* 8 .ı. *cenindlach* 9 .ı. *cumtach bas uisse frihiriss*

10 .ı. *cissib* 11 .ı. *anastechte* .ı. *féil[e] et genas* 12 .ı. *na imchomarcad ní inæcle. s. uiros interrogat domi*

13 .ı. *act mad aclaind* 14 .ı. *níp sí bes airchinnech* 15 *arislour infer diairlabri*

Adam enim primus formatus est, deinde Eva,[16] et Adam non est seductus, mulier autem seducta in praevaricatione fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide et dilectione[17] et sanctificatione cum sobrietate.

Cap. III. FIdelis sermo[18] et omni acceptione dignus. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.[19] Oportet ergo episcopum[20] irreprehensibilem esse, unius uxoris virum,[21] sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem,[22] doctorem,[23] non vinolentum,[24] non percussorem, sed modestum, non litigiosum,[25] non cupidum,[26] suae domui bene praepositum, filios habentem subditos[27] cum omni castitate. Si quis autem domui suae praeesse nescit, quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit?[28] Non neophytum,[29] ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli.[30] Oportet autem illum et testimonium habere bonum[31] ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat et laqueum diaboli.[32] Diaconos similiter pudicos, non bilingues,[1] non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes,[2] habentes ministerium fidei[3] in conscientia pura. Et hi autem probentur primum,[4] et sic ministrent,[5] nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas,[6] non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diaconi sint unius uxoris viri,[7] qui filiis suis bene praesint et suis domibus. Qui enim bene

---

16 .1. *issiniu infer et istairismechu q. mulier* 17 .1. *issamlidsin dam bid ícc disi tuistiu claindde*

18 .1. *asbeir sís* 19 .1. *martinum ante omnes l. dénad gnímu epsc[uip]* 20 .1. *ithé gními epscuip asmbeir sís*

21 *renairite gráid iarmbaithius* 22 *inairitiu cáic* 23 .1. *corop éula ifiuss et œcnu* 24 .1. *niib finn combi mescc*

25 .1. *ní biidebuith do frinech* 26 .1. *ní santach* 27 .1. *amaicc diaréir*

28 .1. *mani rochosca som amuntir intain biis cengrád niuisse toisigecht sochuide do*

29 .1. *ni nuiethicid* 30 .1. *indígal dochoid fordiabul iarnimmarmus arna decha foir*

31 .1. *condarta cách teist foir asnuisse grad foir* 32 .1. *ondúes tuaithe eterarrobæ cindas abésse* (infra lineam ad marginem) *arndip maith nairlethar amuntir ritecht gráid foir isirdorcu epirt iarum*

(28ᶜ) 1 .1. *nip sain anasberat et immarádat l. na dulburiu* 2 .1. *nirial nadánu diadi aranindeb domunde*

3 *aritpreceptori hirisse* 4 .1. *doberr teist diib ritecht gráid foraib* 5 .1. *gradum accipiant*

6 .1. *arrobatar bandechuin andsom isindaimsirsin* 7 .1. *renairite gráid són*

ministraverint,[8] gradum sibi bonum acquirunt[9] et multam fiduciam in fide, quae est in Christo Jesu domino nostro. Haec tibi scribo sperans me venire ad te cito,[10] si autem tardavero,[11] ut scias, quomodo oporteat te in domo dei conversari,[12] quae est ecclesia dei vivi, columna et firmamentum veritatis. ET manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumtum est in gloria.[13]

Cap. IV. SPiritus manifeste dicit, quia in novissimis temporibus[14] discedent[15] quidam a fide, attendentes[16] spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum in hypocrisi loquentium,[17] mendacium et cauteriatam[18] habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione,[19] fidelibus, et iis qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur,[20] sanctificatur enim per verbum dei[21] et orationem. Haec proponens fratribus[22] bonus eris minister Christi Jesu, enutritus verbis fidei et bonae doctrinae, quam assecutus es.[23] INeptas autem et inanes fabulas[24] devita,[25] exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est,[26] pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est et futurae.[1] FIdelis sermo[2] et omni acceptione dignus.[3] Hoc enim laboramus, et maledicimur, quia spe-

---

8 .i. *machomalnit angrád l. apud plebiles marudchoiscset ammuintir* 9 *premium in regno cælesti l. isuisse grád nepscuip dothabirt forru*

10 .i. *fomentar morígtinse mosriccubsa* 11 .i. *nifetarsa moimthechta arachuit ade* 12 .i. *forcane et arambere biuth*

13 In margine nimis praeciso glossa mutila huc videtur pertinere: *:::isisin rafetar :::ngil arrobói :::ith arsuidib :::ssin l. roardri::gestar dúnni oan ::lib inaidchi ingene*

14 .i. *ciaso demnithirso forcomnucuir bieid aimser nad creitfider et dosluinfider* 15 .i. *treamhiris* 16 .i. *ished inso nodascara frie*

17 .i. *isseichti issain aní forchanat et dogniat* 18 .i. *aidchuimthe l. loiscthe* 19 .i. *conrobad adtlugud buide dodia treu a fidelibus*

20 .i. *mad cofoirbthetu hirisse arfenithar et attlugud ṁbuide* 21 .i. *treailli gaibther reproinn* 22 .i. *mathé nabriathrasa forcane* 23 .i. *rochúala uaimse*

24 .i. *senchassa rechta adfiadat sáibapstil* 25 .i. *imcaib* 26 *nipi cían amasse inchoirp*

(28[d]) 1 .i. *ismaith siu et tall* 2 .i. *asbeir sís* 3 .i. *isfíu chomeit*

ramus[4] in deum vivum, qui est salvator omnium hominum maxime fidelium.[5] PRaecipe haec et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplo esto fidelium[6] in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni,[7] exhortationi,[8] doctrinae. Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri.[9] HAec meditare, in his esto,[10] ut profectus tuus manifestus sit omnibus.[11] Attende tibi[12] et doctrinae,[13] insta in illis. Hoc enim faciens[14] et te ipsum salvum facies[15] et eos qui te audiunt.[16]

Cap. V. SEniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem,[17] juvenes ut fratres, anus[18] ut matres, juvenculas ut sorores in omni castitate. VIduas honora quae vere viduae sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere et mutuam vicem reddere parentibus.[19] Hoc enim acceptum est coram deo. Quae autem vere vidua est et desolata, speret in deum et instet obsecrationibus[20] et orationibus nocte ac die. Nam quae in deliciis est, vivens mortua est. Et hoc praecipe, ut irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum[21] et maxime domesticorum[22] curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior.[23] Vidua eligatur[24] non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens,[25] si filios educavit,[26] si hospitio recepit,[27] si sanctorum pedes lavavit,[28] si tribu-

---

4 .i. *ished dathar dún* 5 .i. *itheside sainchóim indríg*

6 .i. *conrogba cách desimrecht díit* 7 .i. *aratuicce anrolegais* .i. *innachomalnad et innaprecept* 8 .i. *nertad sochuide inhiriss* 9 .i. *æpiscopi* .i. *intain dorratad grád fort*

10 .i. *occachomalnad* 11 .i. *confestar cách dofoirbthetu conrogba cách desimrecht díit*

12 .i. *diachomalnad* 13 .i. *condid forcane* 14 .i. *achomalnad et aprecept* 15 .i. *bid ícc deit féin* 16 .i. *cách rotchechladar ocprecept*

17 .i. *am. bid* 18 .i. *nasentinni* 19 *am. dorígensat sidi aaltramsi dénad si goiri doibsem*

20 .i. *condib foirbthe* 21 .i. *mabeid ní aratechta uidua maccu l. tuistidi itcairigthi inmaicsi et intuistidi cendethidin dissi* 22 .i. *ammuintire fesine* 23 .i. *creitmech sin asmessa ancreitmech*

24 .i. *issí inso fedb asuisse dogoiri inæclis archuit óisa et bésa* 25 .i. *intain romból etirtuaith*

26 .i. *ithé inso bési nodaberat inæclis* .i. *quando fuit etertuáith* 27 *ma arroéit oigetha* 28 *marusbói dihumaldóit*

lationem patientibus ministravit,[29] si omne opus bonum subsecuta est.[30] ADolescentiores autem viduas devita. Cum enim luxuriatae[1] fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem,[2] quia primam fidem[3] irritam fecerunt.[4] Simul autem et otiosae[5] discunt circuire domos, non solum otiosae,[6] sed et verbosae[7] et curiosae, loquentes quae non oportet. Volo ergo juniores nubere,[8] filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.[9] Jam enim quaedam conversae sunt retro post satanam.[10] SI qua fidelis habet viduas, subministret illis[11] et non gravetur ecclesia,[12] ut iis, quae vere viduae sunt, sufficiat. QUi bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur,[13] maxime qui laborant in verbo et doctrina.[14] Dicit enim scriptura: non alligabis os bovi trituranti,[15] et dignus est operarius mercede sua.[16] ADversus presbyterum accusationem[17] noli recipere nisi sub duobus et tribus testibus.[18] PEccantes coram omnibus argue,[19] ut et ceteri timorem habeant.[20] TEstor[21] coram deo et Christo Jesu et electis angelis, ut haec custodias sine praejudicio,[22] nihil faciens in aliam partem declinando.[23] MAnus cito

---

29 .i. *madudrimthirid óis carcre* .i. *cibo et uestæ*

30 .i. *manid tesarbi ní dimaith assagnímaib intain rombói etirtuáith isuisse aairitiu inæclis*

(29ª) 1 .i. *betatéit* 2 .i. *dianinbothigetar* 3 .i. *uiduatatis* (sic) 4 *quia sé uiduas promiserant permansuras*

5 .i. *ithæ inso bésse inna fedb asluat hiris* 6 .i. *celide et buith cendenum neich* 7 .i. *banrád* 8 .i. *isfer liumm q. anairitiu inæclis*

9 .i. *arnaroib éicndag indraith diadi treapeccadsom l. maledicti gratia* 10 .i. *docotar iterum fritola inbetho*

11 .i. *conróiret ambethid* 12 .i. *arnap éicen angóire inæclis*

13 .i. *comalnad neich forchanat et biad et éitach doib* 14 .i. *indhí predchite et forchanat brethir dǽ*

15 .i. *desimrecht fetarlicci inso doimthrenugud asnuisse tasgid et ǽitiud indáisso gráid et legind* 16 .i. *isuisse lóg asaithir dochách*

17 .i. *doasdud pectho l. immarmussa foir* 18 .i. *maniastat indarecht peccad foir uet. et no. l. natrirecte* .i. *naturæ rl. isiarum iscomain side maniscomalnadar*

19 .i. *inlínn rofitir apeccad finnad accúrsagad* 20 .i. *inlinn rodchluinethar*

21 .i. *guidimm l. adiuro* 22 .i. *cogita. l. consilio l. nitoibre grád fornech cen aætarcne 'riam* 23 .i. *fadess no fathuaith manip tredagcomairli dognether*

nemini imposueris[24] neque communicaveris peccatis alienis.[25] Te ipsum castum custodi. Noli adhuc bibere aquam,[26] sed vino modico[27] propter stomachum tuum[28] utere et frequentes tuas infirmitates.[29] QUorundam[30] hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad judicium; quosdam autem et subsequuntur.[31] Similiter autem et facta bona manifesta sunt,[32] et quae aliter se habent[33] abscondi non possunt.[34]

Cap. VI. QUicunque sunt sub jugo servi,[1] dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini et doctrina blasphemetur.[2] Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis serviant, quia fideles sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt. HAec doce et exhortare. Si quis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus[3] domini nostri Jesu Christi et ei qui secundum pietatem est doctrinae, superbus nihil sciens,[4] sed languens circa quaestiones[5] et pugnas verborum,[6] ex quibus oriuntur invidiae,[7] contentiones,[8] blasphemiae, suspiciones malae,[9] conflictiones hominum[10] mente corruptorum,[11] et qui veritate privati sunt, existimantium quaestum esse pietatem.[12] Discede ab ejusmodi. ESt autem quaestus magnus pietas cum sufficientia.[13] Nihil enim intulimus in hunc mundum,[14] haud dubium quia nec auferre quod possimus.[15] Habentes autem alimenta et quibus tegamur,[16] his contenti sumus.[17] Nam qui

---

24 .ı. *nitaibre grád fornech confeser ainruccus dongrádsin* 25 .ı. *armad pecthad intí forataibre grád lenit apecthe dindí dobeir angrád*

26 .ı. *nabad tórmach galir duit* 27 .ı. *airbir biuth* 28 *arbiith galar neclis fortsu* 29 *ardogalarchi dogrés*

30 .ı. *ordinandorum* 31 (in marg.) .ı. *nitaïbre grád fornech causa apectha l. achaingníma arbiit alaili and rofinnatar apecthe rosíu docói grád forru alaili isiarum rofinnatar berir dam frilaa brátha*

32 .ı. *biït sualchi and itfoilsi* 33 .ı. *inchaingnímai aili isiarcéin rofinnatar* 34 .ı. *isdiing cleith inmaith*

(29b) 1 .ı. *cosc innammoge inso sin* 2 .ı. *arna ǽrbarthar roptar irlithi armoge dún contanicc hiress et itanirlithi iarum*

3 .ı. *nopredchimse* 4 .ı. *isdiummussag et isanfissid* 5 .ı. *dobeir cesti dochách et ni maith less cia gabthar do* 6 .ı. *imbresna colluindi* 7 .ı. *dochách frialaile* 8 .ı. *imchesti* 9 .ı. *berid cách brith forarele* 10 .ı. *imcháinti et athissi* 11 .ı. *nípí ciall lanech dogní insin* 12 .ı. *asberat isarindeb isdénti tol dǽ*

13 .ı. *coimsetu biid et ǽtich ní rofera tm.* 14 .ı. *nituesam loun linn ishibithsa* 15 .ı. *nibéram ass dam*

16 .ı. *mod condinroirea* 17 .ı. *ban buidich issí ardagairle*

volunt divites fieri,[18] incidunt in tentationem et laqueum diaboli,[19] et in desideria multa[20] et inutilia[21] et nociva quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide[22] et inseruerunt[23] se doloribus multis. TU autem o homo dei haec fuge, sectare vero[24] justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam aeternam,[1] in qua vocatus es et confessus bonam confessionem coram multis testibus. Praecipio tibi coram deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, ut serves mandatum sine macula irreprehensibile usque in adventum domini nostri Jesu Christi,[2] quem suis temporibus[3] ostendit beatus et solus potens, rex regum[4] et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest, cui gloria honor et imperium sempiternum amen.[5] DIvitibus hujus saeculi praecipe[6] non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in deo vivo, qui praestat nobis omnia abunde[7] ad fruendum, bene agere, divites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum,[8] ut apprehendant veram vitam. O TImothee, depositum custodi, devitans[9] profanas novitates[10] et oppositiones[11] falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem[12] exciderunt.[13] Tecum gratia.

Epist. II ad Timotheum. Cap. I. Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem dei,[1] secundum promissionem vitae,[2] quae

---

18 .ı. *iscorlame ardodced buith ocairbiathad sainte* 19 .ı. *ished insin allínn ingaib diabul peccatores* 20 .ı. *bid accobor semper* 21 .ı. *fribaás* 22 .ı. *roscarsat frihiriss* 23 .ı. *bidserc doib* 24 .ı. *isuissiu duit*

(29c) 1 .ı. *file duit innim* 2 .ı. *condid tarilbæ illau báiss l. brátho* 3 .ı. *am. donarchet*

4 .ı. *doadbadar híc bríg inna persine dodiccfa asmó de focíaltar* 5 .ı. *istrethenc comadas do*

6 .ı. *cocumachtu apstil* 7 .ı. *ishé astopur innanane* 8 .ı. *condip maith afuirec innim et conrobat inhellug coirp cr. innim*

9 .ı. *issamlid achoméit* 10 .ı. *etarcert diphecthib et cobre domunde* 11 .ı. *imchesti anfoirbthi* 12 .ı. *a fide l. sech hiriss* 13 .ı. *rofadatar*

(29d) 1 .ı. *nisech comairli dǽ dam* 2 .ı. *niimbresnat mogníma frimort et mothogairm*

est in Christo Jesu, Timotheo carissimo filio.[3] Gratia et misericordia[4] et pax a deo patre et Christo Jesu[5] domino nostro. Gratias ago deo, cui servio a progenitoribus meis[6] in conscientia pura, quam sine intermissione[7] habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die, desiderans te videre.[8] Memor lacrimarum tuarum,[9] ut gaudio implear,[10] recordationem accipiens ejus fidei quae est in te non ficta,[11] quae et habitavit primum in avia tua[12] Loide[13] et matre tua Eunice, certus sum autem, quod et in te.[14] Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam dei,[15] quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit deus nobis spiritum timoris,[16] sed virtutis et dilectionis et sobrietatis.[17] NOli itaque erubescere testimonium domini nostri[18] neque me vinctum ejus,[19] sed collabora evangelio[20] secundum virtutem dei,[21] qui nos liberavit et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum praepositum suum[22] et gratiam, quae data est nobis in Christo Jesu ante tempora saecularia.[23] Manifesta est autem nunc per illuminationem salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam[24] et incorruptionem per evangelium, in quo positus sum ego praedicator[25] et apostolus et magister gentium. Ob quam causam[26] etiam haec patior, sed non confundor.[27] Scio enim cui credidi,[28] et certus sum quia potens est depositum meum servare

---

3 *dimdaltib huilib* 4 .ı. *dim et dosom fricách* 5 *precor multipli. ego osme*

6 .ı. *hóbói mochland et mochenéel isocfrecur céill dæ atáa isocca dam attósa* 7 .ı. *guide dæ erutsu dogréss* 8 *ba méite limm niscartha friumm* 9 .ı. *intain ronanissiu domhéisse nírbo accur lat* 10 .ı. *act immanárladmar*

11 .ı. *rofetarsa isfoirbthe dohiresso batoich deit dam arba foirbthe hires domathar et dosenmathar* 12 .ı. *itsenmathir* 13 .ı. *ished aainm* 14 .ı. *isderb lium attá latsu*

15 .ı. *maconatil biucc treomun fochide* 16 .ı. *commimmi secil hifochidib* 17 .ı. *ished atredesin foloing*

18 .ı. *nabad mebul lat precept cr. crochthi* 19 .ı. *nabathoirsech ciabeosa hicarcair* 20 .ı. *eter achomalnad et aprecept* 21 .ı. *niba anse duit iarneurt inspirito nóib*

22 .ı. *hóre arinrobe buith inelluch coirp cr.* 23 .ı. *fobesad fir trebuir crenas tíir diachlainnd cid risíu robǽ cland les issamlid arrobertsom arníceni cid risíu robeimmis etir* 24 .ı. *cruth assechidi bethu et nebmarbtu*

25 .ı. *ishé mort inso* 26 .ı. *hóre am forcitlid geinte* 27 .ı. *ní mebul lemm ciafadam* 28 .ı. *aspersan oirdnithe*

in illum diem.[29] FOrmam habe[1] sanorum verborum,[2] quae a me audisti in fide et dilectione in Christo Jesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus Phigellus et Hermogenes.[3] Det misericordiam deus Onesiphori domui,[4] quia saepe me refrigeravit[5] et catenam meam non erubuit,[6] sed cum Romam venisset, sollicite me quaesivit et invenit.[7] Det illi dominus invenire misericordiam in illa die a domino. Et quanta Ephesi ministravit, melius tu nosti.[8]

Cap. II. TU ergo fili mi confortare[9] in gratia,[10] quae est in Christo Jesu, et quae audisti a me per multos testes,[11] haec commenda[12] fidelibus hominibus, qui idonei erunt[13] et alios[14] docere. Labora[15] sicut bonus miles Christi Jesu. NEmo militans deo[16] implicat se negotiis saecularibus, ut ei[17] placeat,[18] cui se probavit.[19] Nam et qui certat in agone,[20] non coronatur nisi legitime certaverit.[21] LAborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quae dico, dabit tibi enim dominus in omnibus intellectum.[22] MEmor esto dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis[23] ex semine David secundum evangelium meum,[24] in quo laboro usque ad vincula,[25] quasi male operans,[26] sed verbum dei non est alligatum.[27] Ideo omnia[28] sustineo propter electos,[29] ut ipsi salutem consequantur,[30] quae est in Christo

---

29 .ɪ. *rodbo dia adroni et connói arrad file andsom l. ishé som adroni dodia infochricc file do innim et isdia cotaóei ade treagnímosom*

(30[a]) 1 .ɪ. *noscomalnithe s. audisti* 2 .ɪ. *íccte corp et anmain* 3 .ɪ. *asbertar ananman arndip rucce doib*

4 .ɪ. *domuntir* 5 .ɪ. *remchuimriug et imchuimriug* 6 .ɪ. *nírbo mebulless mocharatrad ciarpsa cimbid* 7 .ɪ. *hore rombo sollicite* 8 .ɪ. *ismó afius deitsiu andorigeni dimaith frimsa*

9 .ɪ. *cototnertsu* 10 .ɪ. *ní rohéla uáit* 11 .ɪ. *indhí rochualatar inprecept et inmairb atathestis donuccussa do deimnigud moprecepte* 12 .ɪ. *predech doib* 13 .ɪ. *bit hiressig tresinpreceptsin* 14 .ɪ. *infideles*

15 .ɪ. *iprecept et comalnad* 16 .ɪ. *hore tra atbonus miles* 17 .ɪ. *deo* 18 .ɪ. *act ni roib ní forcocubus* 19 .ɪ. *melitare*

20 .ɪ. *dobeir som tra cosmulius inmílti domundi híc* 21 .ɪ. *ished dim alligitime scarad friindeb indomuin et tol dǽ do dénum*

22 .ɪ. *condidtucce* 23 .ɪ. *dofrecru donaibhí dosluindet hesséirge* 24 .ɪ. *am. nonpredchimse* 25 .ɪ. *combíu icuimrigib et icarcraib* 26 .ɪ. *sed non síc*

27 .ɪ. *ciabeosa icarcair et cuimriug* 28 *uincula* 29 .ɪ. *conrogbat desimrecht díim* 30 .ɪ. *treminsamilso*

Jesu cum gloria coelesti.[31] FIdelis sermo, nam sicut mortui sumus et convivemus, si sustinemus et conregnabimus.[1] Si negaverimus, et ille negabit nos; si non credimus, ille fidelis[2] permanet,[3] negare se ipsum non potest.[4] Haec commone testificans coram domino.[5] Noli verbis contendere,[6] ad nihil utile,[7] nisi ad subversionem[8] audientium.[9] Sollicite cura te ipsum[10] probabilem exhibere deo operarium,[11] inconfusibilem,[12] recte tractantem verbum veritatis. PRofana autem et inaniloquia[13] devita; multum enim proficiunt ad impietatem,[14] et sermo eorum ut cancer serpit.[15] Ex quibus est Hymenaeus et Philetus, qui a veritate exciderunt dicentes, resurrectionem esse jam factam,[16] et subverterunt quorundam fidem. SEd firmum fundamentum[17] dei stetit,[18] habens signaculum hoc:[19] novit dominus qui sunt ejus, et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. IN magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, et lignea et fictilia, et quaedam quidem in honorem, quaedam autem in contumeliam. Si quis autem emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum[20] et utile domino,[21] ad omne opus bonum paratum.[22] JUvenilia[23] desideria[24] fuge, sectare vero[25] justitiam, fidem, caritatem, pacem cum iis qui invocant dominum de corde puro.[26] STultas autem et sine disciplina quaestiones[27] devita, sciens[28] quod generant lites. Servum autem dei non oportet litigare,[29] sed mansuetum esse ad omnes,[30] docibilem,[31]

---

31 .ı. *ícc conindocbáil innatiarmoracht*

(Cod. prior 2[b]) *mergidhaham* (gl. evanesco).
(3[a]) *doguomisur*. (gl. geo).

(32[c]) 1 (in marg. super.) *aetas lunae inso foa kl. caich mís la aegyp.* 7 *isde rosaig indnomad for kl. ian. archinn* (infra *benevb*) 2 .ı. *othosuch bliadne egip.* 3 *indil.* 4 *méit nánd nathbeir* 5 .ı. *condib ó kl. ian.*

Subjungo hic ampliorem notationem hibernicam super dictione chronologica ex initio codicis, e 3[b] (cf. p. 312. 313) : *Salua ratione saltus. aris airchenn ǹbes salt hiciunn nóidécdi mad indib ṅuarib deac nammá bas laigu cachní aescai olduas trichtaige. ised dim slán dliged salto noichtiche colleuth duárim in ǽscu. Armad iarnaicniud adrimther cutesbat dicachthrichtaigi di huáir deac* 7 *IIII bro.* 7 *unga* 7 *atom. niconbia salt etir. issaithrech im. isairi is assu lasna rímairu dihuáir deac namma duthesbuith dligud slán salto conidécen salt iartain duslínd comláinso inna tesbuithe iarnaicniud aslaigu anésca oldoas trichtaige. Anísiu trá isécen remfuar bis.* 7 *emblesim*

(2[b]) *mergidhaham*, verb. denom. ut infra sequentia *datolaham, coilhaum*, e subst. adj. *mergid*, quod recentius est *merydd* (cf. p. 162), debilitas, debilis, flaccidus. Eadem radix vet. hib. *merg* in Ml.: *am. bolc mergach* .ı. *romgab meirc són* (gl. ut uter conrogatus ; i. e. corrugatus). De significatione dubium non est, quamobrem glossam, quae conspicitur in codice supra verb. h'esco (al. terresco, horresco), refero ad glossam latinam mox praecedentem *euanesco* scriptam supra verb. *euaneo*.

(3[a]) *doguomisur*. in codice supra *geo. doleo*, pro quibus in editione Lin-

(3[b]) *scruitiam* (gl. screo). *lemhaam* (gl. arguo). *enmetiam* (gl. innuo). *gruiam* (gl. suo). *dadlt* (gl. curia). *baranres* (gl. linea).

(4[a]) *temperam* (gl. condiò). *betel* (gl. bulla). *guirgiriam* (gl.

---

demanni sunt: egeo, doleo. Cum tamen glossae cambricae addatur vox latina *terra*, non dubium glossatorem de gr. γῆ et geometria cogitasse et legendum *doguomisuram*, decompos. *do-guo-m.* (p. 879). Occurrunt in Mab. subst. *messur* (mensura) 2, 223. 240. 3, 155, verb. *messuraw* (mensurare) 3, 301. 303, part. *messuredic* 2, 236, hodieque exstant *mesur*, *mesuraw*, unde *mesureg*, geometria.

(3[b]) *scruitiam*, screo, i. e. sternuo, sternuto (germ. räuspere mich). Congruit hodiern. verb. *ysgrydiaw*, tremere, quati. Glossa sequens in codice est *lehaam*, lineola ducta supra *e*, quae et in aliis locis significat *m*, et praemisso ante *l* signo; i. e. commate cum puncto, quod si est latina sigla, obvia etiam in glossis hibernicis ɔ pro *con-*, solvendum est cambrice *ce-*, *cem-*. De significatione non dubium, cum sit hodie quoque adj. *llym*, fem. *llem*, acutus, argutus, subst. *llymaad*, acumen, corn. *lemmys* (acutus, partic. praet. pass.) Pass. 160, 1. *enmetiam* (p. 869). *gruiam*, verb. alias non obvium, rectius, ut videtur, scribendum *cruiam*, ob subst. *chereor* (= *cereor*, sutor, armor. *kere*) in Vocab., et vet. hibern. *cairem* (gl. sutor) Sg. *dadlt*, curia, est mox in his glossis *dadl*, concio, sed infra in II *datl* (gl. forum), *datlocou* (gl. fora). Nutat et recentior scriptura; est enim subst. *dadl* Lib. Land. p. 113, *dadyl*, pl. *dadleu*, Mab. 2, 230. 3, 31, hod. *dadyl* (= vet. *datol*), sermo, disputatio, contentio, causa judicialis, *dadlwr*, disputator, verb. *dadleu*, contendere, disputare, sed etiam hod. subst. *daddal* (= vet. *dadl*), disputatio, verb. *daddalu*, disputare, arguere. Inde contractum vet. hibern. *dál* (curia, forum, p. 20); cf. etiam goth. *mathl* (concio). *baranres* suprascribitur quidem, ut videtur, in codice supra *furia*, pertinet tamen non ut alias ad inferiorem, sed ad superiorem antecedentem vocem *linea*. Offerunt enim et lexica subst. *baranres*, series, ordo, frons, e. gr. militum, compos. e subst. *rhes*, *rhestyr*, series, unde verb. *restru* (in serie disponere) Mab. 2, 242, et adj. *baran*, manifestus, unde *baranu*, apparere, *baranwg*, praesentia.

(4[a]) *temperam*, in codice *tempam*, ducta per p infra lineola recta, quae significat *er*. Hodiernum verb. *tymheru* (= *tymperu*, *temperu*, p. 187), mollire, miscere, quamvis poterit videri transsumtum e lat. *temperare*, plurima derivata producit: *tymheriad*, temperatio, *tymherusaw*, reddere temperatum, *tymherusrwydd*, *tymheroldeb* etc. Audacius videtur legere *cemperam*, *cemparam* (ob similitudinem literarum *t* et *c*), hodierna scriptione *cymharaf* (compos. *cem-param*), comparo, combino. *betel*, vox aliunde mihi incognita, poterit et legi *becel*, quia *c* et *t* in media voce utrimque junctae vix possunt discerni. *guirgiriam*, hod. *gweryru*, hinnire (cf. p. 162). *diniam*, vox non obvia in lexicis. *rannam*: hod. *rhan*, pars, *rhannu*, partiri; vet. hibern. *rann*, pars. *didanuud*, elicio, haud dubie idem verbum, quod occurrit in Leg. 2. 1. 31: *or pan anhuder etan eny dadanhuder* (quod vertit editor anglice: "from

hinnio). *diniam* (gl. tinnio). *rannam* (gl. partior). *didanuud* (gl. elicio). Gl. marg. *etbinam*.

(5[a]) *taguelguiliat* (gl. silicernium). *carr* (gl. vehiculum).

(5[b]) *morbran* (gl. merges). *clutam* (gl. struo). *doguohintiliat* (gl. inceduus). *datolaham* (gl. lego). *guerg l. celmed* (gl. efficax). *lammam* (gl. salio). *lemenic* (gl. salax).

---

the time the fire is covered until it be uncovered"). Est hod. adj. et subst. simplex *hudd*, obscurus, tectus, obscuritas; comp. *anhudd*, non obscurus, apertus, *dadanhudd*, detectio, revelatio, unde verb. *dadanhuddaw*, retegere, educere, elicere. Particula praecedens *did-*, *dad-* pro *dit-*, *dat-* (p. 878). Cum non adsit terminatio solita *-am* in hoc verbo *didanuud*, quaeritur an non sit exemplum flexionis internae verbi (ob duplicem quoque *u*), quae flexio interna et hodie obtinet in nominibus saltem cambricis quibusdam numeri pluralis. *etbinam*, glossa solitaria in margine, cui e regione occurrunt duo verba: commuto locum, et lanio. Concordare videtur hod. *edfynaf*, abibo, discedam, cui tamen cum vix non subsit simplex *myned*, ire, pro eo conferri poterit hib. *benim* (caedo, ferio).

(5[a]) *taguelguiliat*, in codice *taguelguelguiliat*, subnotatis tamen sub *guel* in media voce punctis delentibus. Textus Eutychii in hoc loco exhibet substantiva terminata in *-ium* derivata e verbis, inter haec in fine: justo justitium, cerno silicernium. Interpretatur glossator subst. silicernium, significans epulum funebre, secundum sensum duarum partium compositi; est enim et hodie adj. *tawel*, silens, tranquillus, et subst. *gwyliad*, visio, e verb. *gweled*, videre, ita ut sit *tawelwyliad*, adspectio silens. *carr*, *carrus* apud Caes., unde *carrata*, *carrada*, i. e. tantum quantum capit carrus, in chartis medii aevi (p. 807), *car* Leg. 2. 1. 4 et hodie.

(5[b]) *morbran*, hod. *morfran*; hibern. vet. *muirbran* (gl. merges) Sg. 55[b], i. e. corvus marinus, compos. e *mor*, mare, et *bran*, corvus. *clutam*, struo, ut infra *clutgued*, strues. Concordant hodiern. cambr. *cludaw*, afferre, accumulare, *cludedig*, accumulatus, *cluder*, cumulus, *cludeiriaw*, colligere, et german. vet. *hlathan*, hod. *laden*, struere, accumulare. *doguohintiliat*, addito super vocem latinam scriptam in codice *inceduus*, significatur ambulator, is qui incedit. Radix vocis, ab utraque parte compositione et derivatione multum velata, est *hint* (hod. cambr. *hynt*, vet. hib. *sét*, goth. *sinths*, via). Licet e subst. hoc in *-iat* (p. 806) conjicere verb. derivatum quoque *doguohintilam* vel *doguohintiliam*, incedo, decompositum ut supra obvium *doguomisuram*. Patet, si locum Eutychii inspicimus (enumerantur adjectiva derivata e verbis, ut praedo praeduus, cerno cernuus etc.), glossatori in mentem venisse verb. cedere, incedere ob scriptionem codicis *cedo inceduus* pro *caedo*, *incaeduus*, ut infra *grecus*, *grecor* pro *graecus;* non est enim apud veteres scriptores adj. inceduus, sed incaeduus, e. gr. silva incaedua, quae non caeditur. *datolaham*, lego, verb. denom. e supra obvio *dadl*, *datl*, i. e. *datol*, significans idem quod hibern. vet. *rechtaigim* (gl. lego a lex) Sg. 60[b] e subst. *recht*. *guerg l. celmed*, *guerg vel celmed*, adjectiva *guerg* (p. 14, not.), *celmed* = hod. *celfydd*, aptus,

(6[a]) *boutig* (gl. stabulum). *estid* (gl. sedile). *credam* (gl. vado). *rit* (gl. vadum). *cannat* (gl. vas, vadis).

(6[b]) *etncoilhaam* (gl. aspicio, auspex). *gen* (gl. obex). *dihel* (gl. deses). *poues* (gl. quies).

---

peritus, versutus, e subst. *celf* = vet. *celm*. Ex adj. derivatum subst. *celuydyt* (ars) Mab. 3, 148. 153. *lammam*, in codice *lamam*, cum lineola supra *a* priorem; inde et *lemenic* accuratius est *lemmenic*. Duplicem *m* indicat etiam *m* non infecta hodiernae formae *llamu*, salire, *llamid*, saltus, unde derivantur *llemain*, salire, *llemeinig*, circumsaliens, vagans. Cf. hibern. vet. *léim* (gl. saltus, πήδησις) Sg. 106[b], hib. hod. *léum*, gael. *leum*, verb. *léumaim*.

(6[a]) *boutig* sine dubio compos. cum subst. *tig*, domus, adhuc exhibente vetustam mediam. In hodierna lingua est *beudy*, domus vaccarum, et *bawdy*, domus stercorum, latrina; vox prior glossae *bou*, obvia jam in vetustis nominibus *Βουουίνδας* fl. Hibern. ap. Ptol., Bovinca nom. vici ap. Bolland. (Mai. 2, 654; cf. p. 67), hod. hibern. *bó* vaccam significans, primitus utriusque generis fuisse videtur, ut lat. *bos*, gr. *βοῦς*. *estid*, sedile, ut sub II *estid*, theatrum; in Mab. *eisted*, sedere, hod. *eiste*, *eistedd*, sedere, *eisteddle*, locus sedendi, sedile. *credam*, vado; hodie quoque *creiddiaw*, vadere, pervadere, e. gr. per aquam, adj. *creiddiawg*, permeans, penetrans, subst. *creiddyn*, terra in lacum sive mare porrecta. *rit*, in Vocab. *rid*, hod. *rhyd* (cf. p. 103). *cannat*, vas, vadis, ut iterum mox infra sub 8[b]. In Mab. *kennad*, hod. *cenad*, significat missum, legatum (cf. p. 806), unde *cenadwriaeth*, *cennadwriaeth*, missio, *cennadwriaeth dda*, evangelium.

(6[b]) *etncoilhaam*, glossa ad voces: aspicio auspex, in loco Eutychii (ed. Lindem. p. 161): a pono compos impos, ab aspicio auspex, a facio artifex. Addit glossator porro latine: *auis et aspicio*, et vult hoc etiam vox cambrica composita, acsi esset latine *avispicio*. Est enim subst. *etn* idem quod *eten*, *etin*, avis, volucris, obvium infra sub II in plur. *ætinet* (hod. *eden*, vet. hibern. *én*, p. 23. 24), et verb. *coilhaam* denominativum e subst. *coil*, quod item infra occurrit in plur. *coilou*, gl. auguria. *gen*, gl. obiex in cod., i. e. obex, obicis, in textu Eutychii: ab obicio obex; hod. *gan* (cf. *et-* pro *at-* in glossa *etbinam*). *dihel*, compos. e part. privativa *di-* (p. 866) et adj. *hel*, in Mab. *hael*, liberalis, cum diphthongo, superl. *haelaf* 1, 17, *hail* in nominibus propriis vetustis (p. 119), juxta quod tamen etiam forma *helaeth* idem significat: *ymladwr da oed. ahael ac ehelaeth yrodei vwyt adiawt* (pugnator bonus erat et liberalis, et valde liberaliter dabat cibum et potum) 3, 298. *cyghor kyhelaethet ahwnn* (consilium aeque liberale atque hoc) 2, 391, quibus addendum est verb. *helw: gwas ar y helw ynteu* (apparitor, i. e. puer ad ministrandum ei) 2, 243. Hodie quoque subst. *hail*, quod fertur in tabulam, ferculum, unde *heiliaw*, afferre, ministrare ad mensam, *heiliedig*, serviens, compos. *diheiliaw*, non attendere, *diheiliawg*, non attentus, negligens. *poues*, deriv. *-es*, ut hodiern. *llawes*, manica, e *llaw*, manus. Etiam hodiern. verb. *peuaw*, *peuannu* significat idem quod gr. *παύειν*, cessare, pausare, unde *peuad*, *peuawd*, *peuedd*, *peuant*, pausatio, quies. Comparanda videntur vetusta nomina helvetica *Pausinnus*, *Pau-*

(7ª) *ladam* (gl. caedo). *orgiat* (gl. caesar).

(7ᵇ) *montol* (gl. trutina). *nouitiou* (gl. nundinae).

(8ª) *lisiu* (gl. lixa). *laur* (gl. solum). *eunt* (gl. aequus). *dacrlon* (gl. uidus). *tan* (gl. focus). *helabar* (gl. graecus). *dadl* (gl. concio). In marg.: *conam* (gl. arguo).

---

sinna in inscript. ap. Orell. 5066, nec disjungenda hod. cambr. *pau, peues,* insessio stabilita, regio habitata, et nomen regionis Cambriae *Pouisia, Powisia.*

(7ª) *ladam,* verbum frequens et in Mab.; hod. *lladd,* caedere, interficere. *orgiat,* gl. caesar, i. e. qui caedit, interfector, derivat. in *-iat* (p. 806), e radice *org,* quae est etiam hibernica (cf. p. 71): *nech orcas afini* (gl. patricida, matricida, homicida; i. e. qui occidit cognatos suos) Wb. 28ª. *athiroircnid* (gl. parricida), *setharoircnid* (gl. sororicida) Sg. 12ᵇ. 13ª.

(7ᵇ) *montol,* trutina, i. e. libra; verbum mox sequens *trutino* glossator interpretatur latine *mensuro;* hod. *mantawl,* plur. *mantolion,* verb. *mantoli,* trutinare (cf. p. 98. 728. 787). *nouitiou,* plur. subst. *nouit,* alias compos. cum *cym-, cyf-: cyfnofut* (mercatus) Lib. Land. privil. p. 113, *kyfnewit* (concambium) Mab. 3, 192, unde verb. denom. *kyfnewityaw* (concambiare) Mab. 3, 193. Congruit etiam hodiern. *newid,* plur. *newidiau,* mutatio, concambium, vile pretium, e quo *newidiwr,* concambiator, *newidwriaeth,* commercium, commutatio mercium. Diversae originis videtur adj. *newydd* (novus), cui *iu, eu* propria est, quamvis jam in vetustis nominibus sit alternatio Nividunum et Noviodunum (cf. p. 68). Numerale tamen forsan potius adducendum, cum et adsit analogia hibernica: *natri noilaithe* (gl. trinum nundinum; i. e. trinarum nundinarum, nundinus, nundinae e vocibus novem et dies) Sg. 116ᵇ.

(8ª) *lisiu,* gl. lixa, in loco Eutychii: rixa, rixo, rixas; lixa, elixo, elixas. Significat ergo lixivium (germ. lauge), ut *lissiu* infra sub IV in loco: mulier lava elique lixam, cum terminatione *-iu* (p. 150). Hodie *lleisw,* lixivium, *llysw* sive *llws,* plur. *llyson,* pituita, mucus, materia glutinosa. *laur,* solum; ita scripsi, quamvis glossa sit supra vocem *solus* in loco Eutychii: pius, pio, pias; solus, desolo, as. Glossator procul dubio subst. solum supposuit verbo desolare; est enim et hodie *llawr,* in Vocab. *lor,* pavimentum, solum, vet. hib. *lár,* gael. *làr. eunt,* aequus; Eut.: ab aequus aequo, aequas. Opponuntur *eun,* aequus, rectus, justus, et *cam,* curvus, iniquus in Vocab. in compositis *eunhinsic* (gl. justus) et *camhinsic* (gl. injuriosus, injustus; cf. p. 97). *dacrlon,* gl. uidus; sic enim habet codex: laxus laxo. uidus uiduo, pro: viduus viduo. Sed quid istud? Viduus nunquam erit cambrice *dacrlon.* Equidem mihi persuasum habeo, glossatorem legisse sive in mente habuisse adj. uvidus. Subst. *dacr,* pro *dacer, dacir,* ut supra *etn* pro *eten, etin,* est hodiern. *dagyr* vel *daigyr, deigyr,* plur. *deigrion, dagreu* in Mab. 2, 35, lacrima (pro dacrima, ut lingua pro dingua; gr. *δάκρυ,* germ. *zähre*). Voci *lon,* ni est adj. *llawn,* plenus, conferendum est hod. *llyn,* subst. liquor, fluxus, unde verb. *llyniaw,* fluescere, stagnare, adj. *llyniawg,* stagnosus, *llynawl, llynawr,* humidus, ita ut in nostro composito radix *lon* per se sola fungatur munere adjectivi et sit *dacrlon,* madidus lacrimis, quae significatio est adjectivi *uvidus* inter alias. *tan,* focus, ut infra in Vocab.; et hodie *tan,* ignis, vet. hibern.

(8[b]) *cannat* (gl. vas, vadis). *culed* (gl. macies).
(9[a]) *clutgued* (gl. strues).

II. Glossae in Ovidii artem amatoriam.

(37[a]) *a mein funiou* (gl. vittae tenues: este procul vittae tenues, insigne pudoris). *orgarn* (gl. medio). *a hir etem* (gl. instita longa: quaeque tegis medio, instita longa, pedes).

(37[b]) *irdigatma* (gl. area: hic modus, haec nostro signabitur

---

tene (p. 102). *helabar*, gl. graecus, in codice grecus, grecor, i. e. graecus, graecor. Eadem vox procul dubio est hodiern. adj. *hylafar*, bene loquens, eloquens (comp. cum *he-*, *hy-*, p. 109. 866), vet. hibern. *sulbair* (= *su-labar*). Respexerit glossator ad sequens verbum graecari, quod ei visum fuerit idem ac eloquentem esse, more Graecorum, cum significet potius vivere more graeco. Commonefacit glossa loci codicis Wb.: *ni torbe lasuidib manip sulbair* (gl. greci sapientiam querunt; i. e. non proficit apud hos nisi eloquens) 8[a]. *dadl*, supra 3[b]. In margine hujus paginae legitur: *arguo conam*. In lexico obvium verb. *cynanu*, loqui, proferre, subst. *cynan*, sermo, locutio, derivata, ut videtur.

(8[b]) *cannat*, supra 6[a]. *culed*, hod. *culedd*, ex adj. *cul*, tenuis, macer, vet. hib. *cóil* (gl. macer) Sg. 50[a].

(9[a]) *clutgued*, compos. cum *gued* (p. 860); verb. *clutam*, struo, supra 5[b]. In Mab. 2, 217 *clutweir* (lignorum strues, rogus).

(37[a]) *a mein funiou:* adj. *mein*, hod. *main*, tenuis, exilis, e. gr. *edaf main, llian main*, filum, linum tenue, juxta quam formam etiam exstat *man: pop anyueyl man* (omne animal exile) Leg. 1. 9. 10. Praecedens adjectivum sine flexione compositum est habendum (p. 907). *funiou*, plur. subst. *fun*, vitta, fascia. Hodie *fun*, plur. *funodd*, fascis, sarcina, et *funen*, pl. *funenau*, vitta; plur. *funenneu* Leg. 1. 27. 3. *a* interjectio (p. 720). *or garn*, gl. medio; i. e. a femore. Hodie *gar* et *garan*, femur, quod utrumque corruptum videtur e *garn*; voce *garan* enim ut in vetusta lingua et hodie significatur grus, avis. Forma *garr* jam in Mab. 2, 219: *trwy aual y garr* (per malum femoris, per genu), corn. *garr*, pl. *garrow* Pass. 232, 1, armor. hod. item *garr*. Item *garan* in compos. *garanvys* (digitus medius) Mab. 2, 384. Differt *carn* (ungula): *march llydangarn* (equus ungulae latae) Mab. 2, 50. *or* ex *o ir*, *o'r* (p. 239). *a hir etem:* adj. *hir*, longus, vet. hibern. *sír*, gael. *sìor*, unde subst.: *sirid inrindide ṅuile ó hisul co huasal* (gl. signiferi latitudo) Cr. 33[d]. *etem*, instita, fascia, hod. *edaf*, *edau*, ejusdem ut videtur radicis cum subst. *eten*, *atar* (*edyn*, *adar*).

(37[b]) *ir digatma*, gl. area, mox infra bis gl. circus, 38[b] *digatma*, sine articulo, et 39[a] *ir digatmaou*, plur.; subst. compos. cum part. privat. *di-* (p. 866), et subst. *ma* (p. 860). Suppono radicem exstantem adhuc in hodierna lingua *gadu*, *gadaw*, *gadael*, relinquere, permittere, sinere, ut in Mab. 3, 301: *gadu*

area curru). *oolin* (gl. rota: haec erit admissa meta terenda rota). *loinou* (gl. frutices: aucupibus noti frutices). *guobriach* (gl. sapientior: seu te forte juvat sera et sapientior aetas). *diaperthou* (gl. muneribus: ubi muneribus nati sua munera mater addidit).

(38[a]) *ocloriou* (gl. tabellis: priscis sparsa tabellis, porticus Livia). *dir arpetetieion ceintiru* (gl. miseris patruelibus: parare necem miseris patruelibus ausae Belides). *aperthou* (gl. sacra: culta Judaeo septima sacra deo). *nom irbleuporthetic* (gl. lanigerae templa). *buch* (gl. juvencae: nec fuge lanigerae memphitica templa juvencae). *datlocou* (gl. fora: et fora conveniunt). *in ir guorimhetic* (gl. in arguto). *datl* (gl. foro: flammaque in arguto

---

yn ryw (sinere esse vivum), ita ut sit *digatma* locus non permissus, inaccessibilis, septione clausus, circus. *o olin*, rotâ, a rota; hod. *olwyn;* vocalis *i* = *wy* (p. 117). *loinou*, plur. subst. *loin*, hod. *llwyn*, fruticetum, virgultum; a gael. *lian*, quod respondet ad literas, significatur campus, pratum. *guobriach*, gl. sapientior, aetas, i. e. gravior; compar. adj. quod infra sequitur, *guobri*, gl. gravis. Hodiern. subst. *bri*, dignitas, honor (cf. hibern. vet. *bríg*, valor, et p. 115), compos. *gofri*, gloria, unde adj. *briawl*, honorabilis, *gofriawl*, honorificus. *di aperthou*, gl. muneribus, dat.; *di*, *dir*, hod. *y*, *yr* (p. 217. 240). Subst. *aperthou*, plur., munera hoc loco, mox 38[a] gl. sacra, et infra in sing. *aperth*, gl. victima (hibern. vet. *idbart*, *edbart*, oblatio, Wb. Ml. fq.), cum *p* orta e *tb* (p. 169). In Mab. 3, 210 *aberth* destituta *p*.

(38[a]) *cloriou*, plur. subst. *claur* (tabula) Leg. 1. 2. 3, hod. *clawr*, plur. *cloriau;* vet. hibern. *clár: hiclaar cridi* (gl. non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis) Wb. 15[a]. *dir* (p. 239). *arpetetieion*, gl. miseris; glossator videtur intelligere *parcis*, quod tamen non est in mytho Belidarum, i. e. Danai filiarum quinquaginta jussarum occidere filios Aegypti patrui quinquaginta. Verbo *arbet* in Mab. 2, 201: *yr arbet y draet* (ad parcendum pedibus), hod. *arbed*, parcere, servare, subest vetustum *arpet*, unde fuerit adj. *arpetetic*, parcus, ut mox *bleuporthetic* (laniger, ita cod. pro liniger), quamvis frequentius terminatio *-etic* participium praet. pass. indicat. *ceintiru*, plur., cui supponendus videtur sing. *ceinteru*. Cambr. hod. sing. *cefnder*, *cefnderw* (cognatus), plur. *cefndyr*, *cefndyrw*, in Mab. sing. *kefnderw*, *keuynderw* 1, 25. 2, 29, in Leg. plur. *keuenderu* (leg. *-diru*, cum *e* pro *i* ut alias) 1. 5. 5. Armor. hod. sing. *kenderv*, plur. *kendirvi*. Quaeritur an subsit praep. *ce-*, *cyf-*. *nom*, gl. templa, i. e. templum; hodiern. *nwf*, sacrum, sacellum, pertinens procul dubio ad radicem subst. *nef*, coelum, vet. hibern. *nem*, unde *nemed* (gl. sacellum) Sg., mutata *e* in *o*, ut fit alias (p. 12. 13). *bleuporthetic*, adj. compos. cum subst. *bleu*, pilus, hod. *blew; porthetic* e verb. *porthi*, gerere, portare. *buch*, gl. juvenca, = vacca (p. 46), in Vocab. *buch*, hod. *buwch*. *datlocou*, gl. fora, poterit videri derivatum a subst. *datl* mox sequente (cf. I, 3[b]), adj. plur. e sing. *datlauc*. His autem adjectivis cum conveniat terminatio plur. *-ion* (p. 815), vox potius

saepe reperta foro). *ir emedou* (gl. aera: Appius expressis aera pulsat aquis). *dauu* (gl. cliens: qui modo patronus nunc cupit esse cliens). *helghati* (gl. venare). *guaroimaou* (gl. theatris: sed tu praecipue curvis venare theatris). *ircilchetou* (gl. vela). *estid* (gl. theatro: neque marmoreo pendebant vela theatro). *guarai* (gl. scena, sine arte fuit).

(38[b]) *cemmein* (gl. in gradibus, sedit populus de cespite factis). *pispaur tuscois* (gl. tibicine tusco, rudem praebente modum). *coorn* (gl. in medio plausu). *hep amgnaubot* (gl. sine

---

composita habenda est *datllocou*, *datollocou*, cum subst. *loc*, hodiern. *llog*, plur. *llogau*, locus, unde deriv. *llogawd* et *llogell*, officii locus, camera; *datlocou* ergo loca forensia, ubi causae aguntur publice, convenientia amori, ut dicitur Ovidio. *guorimhetic*, cum *h* duplicante, pro *guorimmetic*, ut supra *lemhaam* pro *lemmaam*, gl. argutus, i. e. acutus, de ingenii vel verbi acumine. Exstat hodie quoque *rhim* (= *rimm*), acies, *rhimiaw*, acuere, *rhimiad*, acumen, *rhimiedig*, acutus. *emedou*, sing. *emed*, hod. *efydd*, aes, cuprum. *dauu*, gl. cliens, i. e. gener: *vyndaw* (gener meus) Mab. 2, 219, in Vocab. *dof*, gener, hod. *daw*, *dawf* (e vet. *dâm*, ut *lau*, *lof*, *llaw* e vet. *lám*, manus, cf. p. 157); modo patronus in versu Ovidii, dicentis de jurisconsulto capto amore, cupit fieri cliens, i. e. gener ejus, quem antea defendit. Cf. gael. *dàimh*, affinitas, consanguinitas, et germ. *eidam*. *helghati* (p. 144. 162. 516). *guaroimaou*, gl. theatra, compos. e *-ma* (p. 860) et subst. mox sequente *guarai*, gl. scena, pl. *guaroiou*, gl. theatra, *gware* (ludus; cf. p. 113) Mab. 2, 246. Hodie *gwarae*, *gwarau*, *gwareu*, plur. *gwareuon*, ludus, scena dramatica, itemque *gwara*, pl. *gwareon*, et verb. *gwara*, *gwaraw*, ludere. *ir cilchetou:* sing. *cilcet* (= *cilchet*) gl. tapiseta, infra V, 44[a]; hod. *cylched*, pl. *cylchedau*, velum, velamentum, vestimentum, e. gr. *gwely a'i gylchedau* (lectus et ejus velamenta), deriv. e subst. *cylch*, circulus, circuitus. *estid*, supra I, 6[a].

(38[b]) *cemmein*, gl. in gradibus de cespite factis, sedit populus Romuleus theatra spectans. Intelligit glossator vias, in viis olim sedentem populum spectantem; est enim procul dubio *cemmein* plur. subst. *camman* (p. 296), quod est hodiern. *caman*, via. Eadem vox lat. med. *caminus*, *caminum* (via, iter) ap. Cang. et hod. gall. *chemin*. *pispaur tuscois*, tubicen tuscus; *pispaur* deriv. in *-aur* (= *-âr*, p. 798) lego equidem cum *sp*, non *pippaur*, cum litera praecedens ante *p*, formam *s* prae se ferens, juncta tamen scribendo cum *p*, vix etiam sit *p*. E formis hodiernis *pib*, *pibell* conjici possit vetusta *pipaur*. Adj. *tuscois* cum terminatione *-ois* (p. 299). *coorn*, gl. plausus, vox obscura, vix composita (hod. *orn*, impetus, vehementia; *ornest*, duellum, pugna), cum praep. *co-*, *con-* ante vocales sit *cem-* (*kef-*, *cyf-*). *hep amgnaubot*, sine mente: praep. *hep*, *heb* (p. 643); subst. *amgnaupot* in codice, *p* tamen cum punctis delentibus supra et infra, et suprascripta *b*, *amgnaubot* ergo, compos. cum *-bot*, infin. verb. subst. (p. 543. 861). Partis anterioris *amgnau*, compositae cum praep. *am*, radicem confero cum vet. hibern. *gne* (Sent. hibern. n. 9; to-

mente: pars sine mente sedet, pars laniat crines). *creaticaul plant* (gl. genialis praeda: ducuntur raptae, genialis praeda, puellae). *trudou* (gl. ocellos: quid teneros lacrimis corrumpis ocellos?). *guaroiou* (gl. theatra). *digatma* (gl. circus). *ringuedaulion* (gl. arcana: nil opus est digitis, per quos arcana loquaris). *troi enmeituou* (gl. per nutus). *cared* (gl. nota: nec tibi per nutus accipienda nota est).

(39[a]) *hacboi* (gl. excutiendus erit, pulvis). *iransceth* (gl. nullum pulverem: in gremium pulvis si forte puellae deciderit, digitis excutiendus erit; et si nullus erit pulvis, tamen excute nul-

---

tius ergo significatio circumspectio, animadversio, mens (germ. besinnung). *creaticaul plant*, gl. genialis praeda puellae (de raptis Sabinis sermo), i. e. formosa proles. Adj. *creaticaul*, derivatum ut infra sequens *budicaul*, victoriosus, e subst. *bud*, victoria. Hodie subst. *cread*, formatio, creatio, adj. *creadawl*, formativus, plasticus; cf. vet. hibern. *criad* (massa, materia, quae formatur a figulo) Wb. 4[c], et *cerd* (formator, faber) Sent. hib. n. 19. *plant*, vet. hibern. *cland*, collectivum (p. 77). *trudou*, gl. occellos (ita codex), cui et suprascribitur lat. *oculos*, subst. plur. procul dubio, sed nimis incertae scriptionis. In linea scriptum est *truou;* infra *t* autem, et supra *u* mediam conspicitur litera formae *d* fere cursivae manu scriptae. Ex qua scriptione nihil eruere possum, nisi forsan *grudou*, malas; in Vocab. *grud*, maxilla, hod. *grudd*, pl. *gruddiau*. *digatma*, supra 37[b]. *ringuedaulion*, gl. arcana, pluralis, ut adjectiva hibernica gen. neutr. (p. 891), a sing. *ringuedaul*, derivato e subst. *ringued*, comp. e *rin*, vet. hib. *rún* (p. 30. 118), et *gued* (p. 860). Idem subst. in Mab.: *rinwedeu y maen* (virtutes, facultates arcanae lapidis) 1, 271. 2, 377, et adj.: *maen rinwedawl, mein saffir rinwedawl, dwuyr rinwedawl* (lapis, aqua facultatis arcanae) 2, 388. 389. 3, 301. Hodie quoque *rhinwedd* (virtus, mysterium), *rhinweddawl* (arcanus). *troi enmeituou*, per nutus: *troi*, hod. *trwy* (p. 630); *enmeituou*, cf. verb. *enmetiam*, supra I, 3[b] (p. 869). *cared*, gl. nota, i. e. amoris; subst. *cared*, deriv. (ut supra obvium *culed*, macies) e radice *car*.

(39[a]) *hacboi*, gl. excutiendus erit. Possit primo intuitu videri conjunctio *hac* posita pro *ac*, et, ut infra in *hac or achmonou*. Sed cum in versu Ovidii omnino non adsit ejusmodi conjunctio, statuenda erit radix adhuc exstans *hag*, *hac*, ictus, plaga, unde *haciaw*, caedere. Ita non solum bene quadrat glossa, sed etiam praeclarum exemplum exhibet formationis temporum linguae vetustae. Video equidem in *b* signum futuri celtici, hic etiam in lingua cambrica adhuc servatum, in *oi* terminationem 2. ps. sing., quae hodie est *wyt*, i. e. *wy* cum *t* pronominis *ti*, ita ut fuerit fut. 1. ps. *hacboim*, caedam, 2. ps. *hacboi*, caedes, excuties. Radix eadem *hac* = *sac* in germ. *sahs* (culter), lat. *secare*. *ir ansceth*, gl. nullum, pulverem excute: *sceth*, hod. *ysgeth* et *ysgwth*, repulsio, compositum cum particula privativa et loco adjectivi positum videri possit significare *non repulsum*, pulverem; attamen ob literas *n* et *r* in codicibus his saepius vix discernendas poterit et legi *inansceth*, quod esset hodie *yn anysgwth*, leniter, molliter excute pulverem. Offert etiam lexicon adj.

lum). *amlais* (gl. dimissa: palliā si terra nimium dimissa jacebunt). *irdigatmaou* (gl. circus: hos aditus circusque). *ircaiauc* (gl. libellum, poscit). *mortru* (gl. eheu). *morliaus* (gl. quam multos: eheu quam multos advena torsit Amor!) *ordometic* (gl. domito, quod defuit orbi, addit). *ha arcibrenou* (gl. sepulti). *ni ceinguodeimisauch* (gl. non bene passa, signa: Parthe dabis poenas, Crassi gaudete sepulti signaque barbaricas non bene passa manus).

(39[b]) *cenitolaidou* (gl. natales: parcite natales, timidi, nume-

---

anysgwth, sine vi, impetu. *amlais*, adj. compositum e praep. *am* (circum) et *lais*, hod. *llaes*, pendens, demissus, de veste: *amlaes eu peisieu* (longae eorum tunicae) in versu Taliesini prolato ab Oweno in lex. *irdigatmaou*, supra 37[b]. *ircaiauc*, libellus: Oweni lexicon profert subst. *cai*, pl. *ceion*, collectio, et *caiawg*, adj. compositus, subst. liber. *mortru*, *morliaus*: part. *mor*, quam, ante adjectiva interjectionis loco (p. 693), hodie quoque ita usitata; *mor tru*, quam infelix! Adj. *tru*, miser, diversum ab adj. *drwg*, malus, *droch*, *drog* in Voc., quod redit ad vetustum *droc*; nec miscentur eadem in vetustis hibernicis codicibus, *drog*, malus (cf. p. 826), et *tróg*, miser: *tróg insin* (miserum hoc) Wb. 19[b]. *truag insin* in disticho codicis Sg. (p. 930). *ropo thróg laiss* (gl. misertus est nostri deus) 21[b]. *trogán* (gl. misellus, leg. *trógán*) Sg. 48[a]. Cf. vetusta nomina Trogus (Pompejus, Gallus), Trogmi (p. 28). *mor liaus*, quam multi! hod. *lliaws*, adj. multus, frequens, subst. *lliaws* (multitudo) Mab. 2, 245. Cf. vet. hibern. *lia* (p. 286). *or dometic*, gl. domito, i. e. a domito, orbe defuit: *dometic*, partic. praet. pass., hod. *dofedig*, domitus, a verbo *dofi*, domare; adj. *dof* (= *dom*, germ. *zam*; goth. *tamjan*, domare), mansuetus, subst. *dofaeth*, mansuetudo. *ha arcibrenou*, gl. sepulti, Crassi; i. e. o putridi, carie consumti, decompos. *ar-ci-brenou*, ex *ar-co-* (p. 878), et subst. adj. *bren*, hod. *braen*, putredo, putridus, hibern. hod. adj. *bréan*, putridus, corruptus. Ejus radicis est hibern. vet. *bréntu* in Ml. 22[b]: *am. sluces anadnacul nersoilcthe nítete ind 7 dutét bréntu as* (gl. sepulcrorum vice longe horrorem foetoris eructant), vel *bréince* in Cr. 34[b]: *obréinciu* (gl. a carie). Verb. *brénaim* (gl. puteo) in Gloss. Corm. sub v. *puite* ap. O'R. Notanda est solita substantivorum terminatio pluralis in adjectivo, ut *-et* in *bronnbreithet* infra sequente. *ni ceinguodeimisauch*, gl. non bene passa, signa, i. e. non bene sustulistis: *guodeimisauch* (p. 505); verb. hod. *goddef*, sufferre, pati, *goddefaint*, patientia, atque *dyoddef*, *dyoddefaint*, in Mab. *diodef*, *diodevueynt*, *diodeiueint* (= vet. *doguodeim*, p. 879). Idem verb. hib. vet. *fodaimim*, unde subst. *foditiu* (p. 762). *ceinguod.*, compos. ut verba recentioris linguae *ceinmygu* (honorare), *ceingyfreu* (*cein-cyf-reu*, *-redu*, bene coire, concordare), et vet. hibern. *cáineperr* (gl. bene dicitur, a poëtis) Sg. 215[a]. Adj. *cain*, pl. *ceinion*, pulcher, clarus; hibern. *cáin*, bonus.

(39[b]) *cenitolaidou*, in codice *ɔitolaidou*, ut videatur ante *t* obtinere *u*, cujus tamen linea prior curvatur ad sinistram. Video in ea curvatione siglam obti-

rare deorum). *map brethinnou* (gl. in cunis). *hin map diiob* (gl. Jove dignus: in cunis jam Jove dignus erat). *ocoilou* (gl. auspiciis). *orguordiminntius* (gl. ab invito). *dilitau* (gl. Latio: eoas Latio addat opes). *gurt paup* (gl. consistes). *nerthiti* (gl. hortabere: consistes aciemque meis hortabere verbis). *hin cetlinau ir leill* (gl. Romana pectora: tergaque Parthorum, Romanaque

---

nentem ut in latinis codicibus etiam in hibernicis pro *con-*, in cambricis pro *cen-*, *cem-* (rec. *cyn-*, *cyf-*), nec timeo, ne falso legam *cenitolaidou*, e qua voce facile dignoscitur subst. *cenitol*, *cenetol*, *cenetel*, hod. *cenedyl*, genus, generatio. Terminationem *-aidou* si quis opinetur, ob lat. *natales* finiens in *-alis*, esse derivationem adjectivorum frequentem *-aidd* hodiernae linguae, convenientem cum lat. *-ilis*, *-aris*, e. gr. in *mabaidd*, puerilis, *gwraidd*, virilis etc., opponendum esset, quod ejusmodi adjectiva in plur. aut non mutantur, aut in *-eiddion* terminantur. Vetus hoc *cenitolaidou* non aliud est quam hodiern. *cenedlaethau*, generationes, a sing. *cenedlaeth* cum formula *-aeth* scripta in codicibus vetustis *-aid* (p. 172. 180). *map brethinnou*, gl. in cunis, i. e. puer cunorum, fasciarum; subst. *brethyn* (pannus) Mab. 2, 382, hod. *brethyn*, pl. *brethynau*, sensu magis communi, vestis. *hin map di iob*, gl. Jove dignus, i. e. ut filius Jovis: *hin*, *in*, *yn* (p. 571); *di iob*, genitivum significans (p. 905). *o coilou*, subst. *coil*, auspicium, augurium, quod subest derivatis *chuillioc*, *chuillioges* in Vocab. et supradicto denom. *etncoilhaam*. *guordiminntius*, lectio non satis certa, cum etiam ob formam literae *a* quadratam interdum atque ob formam literae extremae abnormem et suspectam legi possit *guordiminnaus*, *guordiminnaul*, *guordiminntiu*. Terminatio *-aus* (= *ás*; nam *-aus* vetustorum nominum Nemausus, Carausius codici nostro esset *-ous*) vix alias obvia; formae tamen *minnt*, *mint* responderet hibern. vet. *met* in compos. *foraithmet*, *dermet*, e radice MEN, MIN (cf. Sent. hibern. n. 14). Hodie praeter subst. cambr. *myn*, *mynad*, volnntas, desiderium, cum et exstet adj. *mynediw*, desiderans, volens, statuenda videtur lectio *guordiminntiu*. Eadem radix subest verbis *dyuynnu* (arcessere; e vet. *dominnu*) Mab. 2, 32, *gorchymynnu* (jubere, p. 878). *di litau*, in hodierna scriptione esset *y Lydaw* (p. 150. 799). Jungit glossator, respiciens, ut videtur, adj. lat. *latus*, et cambr. *litan* (hod. *llydan*, hib. vet. *lethan*), nomen Latium cum voce cambrica *litau*, substantivo primitus fortasse appellativo et significante litorale. Attamen etiam hibern. vet. *letha* (p. 67), significans idem quod cambr. vet. *litau*, hod. *Llydaw*, *Letavia* apud scriptores medii aevi, Armoricam scilicet vel Britanniam gallicam et latius Galliam, cum nomine Latii confunditur a scriptoribus et interpretibus hibernicis (Boll. Mart. 2, 528). *gurt paup*, gl. consistes, i. e. contra quemvis, rectius *gurth paup* (p. 646), hib. vet. *fri cách*. *nerthiti*, hortare, incita, imp. (p. 516) verbi adhuc exstantis *nerthu*, firmare. *hin cetlinau ir leill*, gl. romanaque pectora: *ir leill*, alii, scilicet Romani, postquam dictum ante de Parthis. In praecedentibus vocibus quamvis sine dubio exstet formula participii praesentis, ut obtinet etiam hodie, partic. *yn* cum infinitivo, dubia tamen est scriptio verbi. Est enim post *c* incipientem clara quidem *e* minore forma et

pectora dicam). *budicaul* (gl. victo: qui fugis ut vincas, quid victo, Parthe, relinques?). *tegguis* (gl. aureus: quatuor in niveis aureus ibit equis).

(40[a]) *ocorsenn* (gl. arundine: Euphrates praecinctus arundine frontem). *guobri* (gl. gravis: permanet et coepto stat gravis ille loco). *criched* (gl. ruga: dolor et curae rugaque frontis abit). *iranamou* (gl. mendae: nocte latent mendae). *irtinetic* (gl. tincta). *oceenn* (gl. murice). *gulan* (gl. lana: tincta murice lana).

(40[b]) *o guiannuin* (gl. vere). *ætinet bronnbreithet* (gl. cicadae: vere prius volucres taceant, aestate cicadae).

---

deorsum scripta, infra hanc autem litera vix distinguenda ob colluviem atramenti, in qua tamen non aliam invenerit aliquis, quam *g*, *t* vel *o*. E contextu exspectanda est significatio verbi: procedentes (post Parthos terga vertentes) alii, Romani. Confero ideo obvium in primis strophis carminis Aneurini (p. 952): *meint dilynei* (admodum urgebat, in proelio), quod fuerit vetustius *dolinei*, a quo vix differt comp. *cetl.* cum *cet-*, hod. *cyd. budicaul*, gl. victo, i. e. cum victum est a te, victor, victoriosus, *budugawl* (victoriosus) Mab. 2, 28. 41, unde *budugolyaeth* (animus) Mab. 2, 385, pro *budigawl*, a subst. *bud*, hod. *budd*, praemium, victoria, hibern. vet. *buad. tegguis*, compos. procul dubio ex adj. *teg*, pulcher, formosus, et *guis*, voce forsan emendanda in *guisc*, vestis; gl. aureus, i. e. splendidus, pulchra veste indutus.

(40[a]) *o corsenn*, arundine; hod. *corsen*, arundo, *corsenawg*, arundinosus, deriv. e *cors*, palus. *guobri*, supra 37[b]. *criched*, hod. *crychedd*, asperitas, ruga; adj. *crych*, asper, rugosus, *crychedig*, rugatus. *ir anamou*, plur., sg. *anam*, *anaf*, damnum, in Mab. 2, 215, hod. *anaf*, pl. *anafau*, macula, labes, menda. *ir tinetic*, part. praet. pass. cum articulo; verb. aliunde incognitum. Differunt enim haud dubie verba *tinnu* et *tinni: tynnu* (= *tindu*, tendere), *estynnu* (extendere) Mab. 2, 55. 224. *athynni aoruc ymarchawc ygledyf* (et trahere coepit eques gladium suum) Mab. 2, 378. *y tinnir* (trahitur, dens ex ore) Mab. 2, 224. *o ceenn*, gl. murice; vox non diversa ab hodiern. *caen*, cortex, concha, quamvis murex, i. e. concha purpurea, hoc loco significet colorem purpureum. Hibern. vet. *ceinn* (gl. testa), *hua cheinn* (gl. a testa) Sg. 52[b]. *gulan*, hod. *gwlan*, ortum e *wlan;* cf. slav. *wlan*, lith. *wilna*, lat. *lana* pro *vlana*.

(40[b]) *o guiannuin*, vere; praep. *o* pro *in? guiannuin*, ver, varians in formis alias: *guaintoin* Vocab., *guahanuyn*, *guayanuhin*, *guaiannun* Leg. 1. 10. 11; 2. 11. 6, hod. *gwanwyn*. Scriptioni Voc. *guaintoin* si jungimus hodiern. *gwaint*, subst. vigor, amoenitas, adj. vivus, vigorosus, amoenus, erit statuenda derivatio *guaint-oin*, *guiann-uin* (p. 792). Cf. angl. *wanton* (luxuriosus, lascivus). *ætinet bronnbreithet*, gl. cicadae, i. e. volucria pectore variegata: *ætinet*, plur. subst. *ætin*, *eten*, *etn* in compos. *etncoilhaam*, *hethen* (gl. volatile) in Vocab., unde *idne*, auceps, *ydnic*, pullus, in eodem; hod. *eden*, *edyn*, pl. *ednod*, *edned*. Supponendam formam *atin* (ex *a* infecta *e* ante *i*) docent ejus-

(41[a]) *guoguith* (gl. victus: Minos a bove victus erat). *padiu* (gl. quid: quid tibi, Pasiphae, pretiosas sumere vestes?). *pui* (gl. quid, tibi cum speculo?). *guas marchauc* (gl. adulter: nullus quaeratur adulter). *ironguedou* (gl. exta: tenuit laeta pellicis exta manu).

(41[b]) *malgueretic* (gl. deceptus). *diguolouichetic* (gl. proditus: hanc tamen implevit vacca deceptus acerna dux gregis et

---

dem originis voces *atar*, hod. *adar*, collect., volucres, cum nota singularitatis *eterin*, avis, infra sub IV, et recentius *adan* (e vet. *atan*), pl. *edyn, adenydd: adaned pawin* (plumae pavonis) Mab. 1, 3. Adj. comp. *bronnbreith*, hodie *bronfraith*, e *bron*, pectus, et *braith*, variegatus, ut alia: *bronddu* (nigro pectore), *bronuchel* (alto pectore), *bronheilin* (largo pectore, generosus) etc. Hibern. gael. *brú*, gen. *bronn, broinn*, venter; vet. hibern. *hís bronnait* (gl. infra ventriculum) Sg. 46[a]. Notanda terminatio *-et* in adjectivo, pro *-ion*, ut in Mab.: *danned hiryon melynyon* (dentes longi flavi) 1, 283.

(41[a]) *guoguith*, gl. victus, adj. compositum, ut videtur, *guo-guith*. Quaeritur, num *guith* sit in significationem adjectivi versum subst. *gueith*, opus, sed etiam significans proelium, victoria: *gueith uadon* (proelium Badonense) Mab. 2, 379. "Quam victoriam, Alani in silva quae vocatur *Nemet*, usque hodie Cornubienses *Guet Ronan* vocant." Charta a. 1031 ap. D. Mor. p. 367 (cf. p. 172). Inter literas alphabeti Nemnivi (mox sub III) obvium est nomen *quith*, in lexicis hodiernae linguae *gwyth*, ira, indignatio. *padiu, pui*, pronomina interr. (p. 402). *guas marchauc*, gl. adulter, i. e. puer, servus equarius. Cogitat glossator de servo juniore, quem quaerat domina lasciva, in versibus Ovidii dicentis de Pasiphae perjura: si placet Minos, nullus quaeratur adulter, sive virum mavis fallere, falle viro. *ir onguedou*, exta, plur., compositum procul dubio *ongued*, ut supra obvia *clutgued, ringued*, cujus pars anterior videtur orta e praep. *o*, ex.

(41[b]) *malgueretic*, gl. deceptus; i. e. captus, ardens, amore, libidine. Hodiern. *mall* in pluribus subst. compositis vel derivatis mollitiem, libidinem significat: *malldawd, mallder, malldra, mallrwydd, malledd;* verb. comp. *mallgaru* (*caru*, amare) libidinose amare. Cum parte posteriore compositi conferendum videtur hodiern. adj. *gwair*, ardens, vehemens. *diguolouichetic*, partic. praet. pass., compositum ut supra memorata *doguomisuram, doguohintiliat;* ut enim ubique in his glossis praep. *do* significans dativum jam est *di*, etiam hic est *di-guo-*, ex quo prodiit in recentiore lingua *dy-o-*, pro *do-guo-* (p. 879). Verb. hod. *llywychu, llewychu*, lucere, unde *llywychedic*, pervasus a luce: *maen llywychedic* (lapis pellucidus, splendens) Mab. Voce ergo vetusta *diguolouichetic*, gl. proditus, prolatus in lucem, cognitus auctor, signicfiatur bos adulter Pasiphaes partu Minotauri, filii Pasiphaes e bove. Radix vocis *lou* (= *lau*) in subst. *louber* obvio inter nomina literarum Nemnivi, hodie *lleufer*, lux, splendor, et, ut videtur, in *golou* (= *guolou*) in Vocab., hod. *goleu*,

partu proditus auctor erat). *o caitoir* (gl. pube). *hac orachmonou* (gl. inguinibusque: pube premit rabidos inguinibusque canes). *aperth* (gl. victima). *dur* (gl. dira: conjugis Atrides victima dira fuit).

(42[a]) *ha crip* (gl. pectens, ancilla capillos). *atail* (gl. vicem: non poteris ipsa referre vicem).

(45[b]) *anutonou* (gl. perjuria: Juppiter ex alto perjuria ridet amantum).

III. Alphabetum brittonicum.

(20[a]) Nemniuus istas reperit literas uituperante quodam scolastico saxonici generis quia brittones non haberent rudimentum at ipse subito ex machinatione mentis suae formauit eas ut uituperationem et hebitudinem deieceret gentis suae. de figuris et de nominibus dicens.

a *alar*. b *braut*. c *cusíl*. d *dexu*. e *egui*. f *fich*. g *guichr*. h *huíl*. i *iechuit*. k *kam*. l *louber*. m *muín*. n *nulin*. o *or*.

---

lumen. *o caitoir*, pube; hod. *cedawr*, pubes, unde *cedorawg*, puber, *cedorfa*, locus pubis, abdomen, armor. *kezour*, *kaezour*, pubertas. *hac orachmonou*, gl. inguinibusque: *hac* pro *ac*, et; *achmonou*, plur. subst. *achmon*, hod. *achfen*, pudenda, e simplici *ach*, generatio, in Vocab. soboles (cf. p. 792). *aperth*, supra 37[b]. *dur*, gl. dira; exstant hod. subst. *dur*, chalybs, verb. *duraw*, firmare, durare, adj. *durawl*, solidus, durus, *duredig*, duratus, densus. In Mab. 2, 378: *trewit ardur* (percussus nudo, gladio).

(42[a]) *ha crip*, gl. pectens, i. e. pectine: praep. *ha* pro *a*, *ac* ante vocales, cum (p. 639); *crip*, pecten, hod. *crib*. *atail*, gl. vicem, i. e. retributionem, subst. compos. *at-ail*, e part. *at-* (p. 872), et *ail*, alternatio.

(45[b]) *anutonou*, plur. subst. *anuton*, hod. *anudon*, pl. *anudonau*, perjurium, adj. *anudonawg*, *anudonawl*, perjurus, compos. ex *an-* privativa et subst. *udon*, exsecratio, cujus verb. *udoni*, exsecrari, quae ipsa videntur prodire e subst. *ud*, sonitus, verb. *udaw*, ululare. Notandus accentus acutus supra *u* vocis utraque in codice, num ob pronuntiationem earum molliorem? Conspicitur tamen idem accentus sine certa ratione additus etiam in vocalibus vocis supra allatae *ceíntírú* atque nominum alphabeti mox sequentis Nemnivi *cusíl*, *huíl*, *muín*, *uír*, ut in pluribus vocibus infra sub IV, saepius in Vocab., praesertim in vocali *i*.

(20[a]) In textu latino scripsi *uituperante quodam* pro *quidam*, quod exhibet codex. Figuras literarum runicis similes etiam exprimere necessarium non visum est (cf. praef.).

Post *z* mira sunt signa et nomina diphthongorum *ae au ei eu* et *oe* (quae in fine additur), quorum nomina priorem solam vocalem prae se ferunt.

p *parth.* q *guith.* r *rat.* s *surg.* t *traus.* u *uír.* x *ieil.* y *oyr.* z *zeirc.* ae *arm.* et *estiaul.* eu *egui.* au *aur.* ei *einc.* hinc *hinc.* ego *henc.* ecce *elau.* uult *ud:.* oe *orn.*

IV. De mensuris et ponderibus quaedam.

(22[b]) Duo .u. *int dóu pimp.* In libra .III. u. *ir trí* .u. IN libra mellis .I. *tréán cánt mél.* semper sex .I. u. *hínt trí pimp.* in sextario .I. *hí héstáur mel* .I. *is xxx há guorennieu. gúotíg* .IIII. u. *ir petguar pimp* ad libram olei .I. *ir hestoriou oleu. is trimuceint hestaur mel* uerbi gratia. uas in quo mensurantur XX unc. de oleo usque dum plenum fuerit. In ipso iterum remensurantur XXX unc. mellis usque dum plenum fuerit sed distat in grauitate et in multitudine unciarum quam uír si melle uas impleat non tertia pars numeri sextariorum olei in mellis sextarís continetur.

Pondeus idem est et depondeus .I. duo semper et semis et inde pondeo fiunt. Notandum cum lucas dicit nonne .u. passeres depondeo ueniunt unusquisque passer obello conparatur. Nec huic matheus contradicit dicendo nonne duo passeres ab asse ueniunt. as enim unus scrip. est qui dualiter diuisus bis obellum redit quibus duobus obellis .II. passeres conparantur. *Dou punt petguar*

---

ut *arm* pro *ae*, *orn* pro *oe*, *egui* pro *eu* (etiam pro vocali *e* obvium), et singularum adeo vocum, ut videtur, e. gr. *et* (nomen signi cambricum *estiaul*, sedens, sedile? cf. I, 6[a]), *hinc, ego, ecce, uult.* Nomina plura sunt obscura; magis perspicua haec: *alar*, et hodie *alar*, taedium; *braut*, hod. *brawd*, hibern. vet. *bráth*, judicium; *cusíl*, in Mab. 2, 218 *cussul* (consilium; cf. *cusul, cusulioder*, consilium, consiliarius in Vocab., p. 137); *guichr* (heros?), hod. adj. *gwychyr*, audax, validus, in Mab. *kyflymwychyr* 2, 51. *yn wychyrda* 2, 289; *huíl*, hod. *hwyl*, velum, vet. hib. *sóol* (gl. velum), *seol* (gl. carbasus) Sg. 14[a]. 70[a] (vix legendum *hiul*, et conferendum *heuul* Vocab., hod. *haul*, sol); *iechuit*, hod. *iechyd*, sanitas; *kam*, hod. adj. *cam*, curvus (est et subst. *cam*, passus); *louber*, *lleuver* Mab. 2, 42. 51, hod. *lleufer*, lux, splendor; *muin*, hod. *mwyn*, beneficium, munus; *or*, hod. *or*, margo, limes; *parth*, hod. *parth*, pars, regio; *guith*, hod. *gwyth*, ira; *rat*, hod. *rhad*, vet. hib. *rath*, gratia; *traus*, in Mab. 1, 36 *traws*, homo ferus; *uir*, hod. *wyr*, nepos; *arm*, hod. *arf*, pl. *arfeu*, arma; *aur*, hod. *awr*, aurum; *orn*, hod. *orn*, impetus. Scriptio nominis literae *n* minus clara est; videtur scriptum *milm*, *milin*. Attamen postulanda *n* incipiens, ergo *nulin*? quae tamen vox aliunde incognita est. Vox *surg* subesse videtur nomini viri vetusto armor. *Eusorchet*, *Eusurgit* in Chart. Rhed. 1, 38. 2, 14.

hanther scribl prinit hinnoid .IIII. aues et .u. qui adicit lucam *ní choilám hinnoid amser iscihun argant agit eterin illúd. irpimphet eterin diguormechís lucas hegit hunnoid* in pretium benedictionis *hoid hoitou houbein atar habeinn cihunn rl.* Matheus uero *dou eterinn cant hunnoid di assa* .ı. *asse bichan.* unus scrip. est partire et fiunt duo demedii et pretium duorum auium.

Cum dicitur lx librae aticae tallentum híc aliquid contrarium uidetur superius enim dix. tallentum pondo lxxx hoc est unc. dcccclx híc uero cum lx libras ad supplementum adscribsit non dcccclx unc. sed dccxx unc. tallentum continet et ideo maius minusque tallentum fieri estimamus á libra atica et grecia quae mna nominatur maior est quam libra latena. libra enim grecia xııı unc. latini uero .XII. Notandum q. cum dr. gomor quice uncias ht. xma pars effi esse cumq. quadrisextium et nimmena et semis XC. UI. uncias efficiunt hoc est decimam effi et desunt .IIII. unciae *de sé nichoilám immet cel irnimer bichan gutan irmaur nimer* l. maior est gomor ebreorum quae ht. unc. q. aticor. quorum hii numeri.

(23[a]) tertia pars unciae pollicis *teir petgúared párt* unc. mensura pollicis *ír bís bichan* .ı. *ámcibret irmáut bihéit héitham ír egúin hittoi ír hiúnc isit petguared pard guoifrit nun. hohinnoid guotan amcib* palma quadras .ı. *bos ug::eret irbis hihi erguid* si unc. pollicis xx et demedium unc. (infra) *hor elín cihutún hitorr* usque ad artum pugni bes est *houboit cihitun ceng iresceir ismoi hinnoid* .UIIII unciae.

V. Vocabula in pensum discipuli.

(Cod. posterior p. 42[a]). sella *strutuguar.* auricalcum *cru-*

(22[b]) (23[a]) Plures loci harum notationum cambricarum jam memorati sunt in hoc opere, praesertim inter numeralia, nec non alibi, e. gr. *diguormechis* (p. 879), *irpimphet eterin, irnimer bichan, irmaur nimer, ir bis bichan* (p. 239), *biheit heitham ir eguin, hor elin cihutun hitorr, houboit cihitun ceng ir esceir* (p. 655). Loci biblici allati sunt ap. Matth. 10, 29, Luc. 12, 6. Cetera intacta relinquens libenter concedo, me ob scripturam minutam et plenam scribendi compendiis (cf. praef.) aliqua etiam minus bene expressisse.

(42[a]) Sententia, ad quam prima vox cambrica additur, est: *audi fili sede duabus sellis sella* [suprascr. .ı. *strutuguar*] *sambuca autem mulieri pertinet.*

bimnit. non difficile *heuei.* colomaticus *barr.* cipus *cennin.* lucania *selsic.* spumaticum *bloteit.* fordalium *lefet.* pultum *iot.* lacocula *laidhver.* babtuta *emmeni.* coleferum ius *iotum.* mulsum *bracaut.*

(42[b]) securis *bahell.* lignismus *uudimm.* secularia *laubael.* capsus *ochcul.* pipinnis *dinaut.* ascia *nedim.* fosarium *cep.* sar-

---

Strutuguar reformandum videtur in *strutguar, strutuar, strutur* ex infra sequente: *sambuca strotur gurehic* (stratura, sella mulieris), atque ex hodierno cambr. *ystrodwr* (sella equo imposita), nisi velimus *strutur guer* (str. viri). Affero huc e Cangio: "*Sabuta, sambuta, sambuca,* currus, quo nobiles feminae vehebantur, species, item currus vel equi ornatus. Ordericus Vitalis lib. 8, p. 691: mannos et mulas cum *sambucis muliebribus* prospexit. Formulae Andegav. ap. Mabill. tom. 4, Analect. p. 236: caballus cum *sambuca* et omni *stratura* sua etc." *crubimnit* nescio an sit recta et pura scriptio; est enim in Sg. *crédume* (gl. aurichalcum) 73[a], compos. haud dubie cum *ume* (aes; hibern. gael. *umha*), quae vox est cambr. vet. *emed. heuei,* supplendum *heueith,* compos. ex *he-* (p. 109), et *gueith* (opus), hod. *hywedd, hywaith,* facilis. Sunt obscura quaedam sequentium significantium cibos, ut *lefet, barr, cennin* (= hod. cambr. *cenin,* allium?) cum latinis suis quae desunt ap. Cangium. Leguntur in codice: *butirum lardum l. larda atque lac et colomaticus et item cipus galmula lucania* etc. Occurrit in Mab. 2, 225: *llefrith* (lac recens), in Buh. 118, 14: *dre barr auel* (per aëris ictum, pulsum). Vocis *laidver* (*d* cum lineola aspirante) prior pars haud dubie est subst. *laid* (lac), sed obscura posterior ut latinum vocabulum nusquam mihi obvium. Vocis *selsic,* ut reddidi supra, lat. lucania (leg. *lucanica,* germ. bratwurst, cambr. hod. *selsig,* armor. hod. *silzik,* angl. *sausage,* gall. hod. *saucisse*), scriptio est compendiosa, addita *l* ad partem superiorem secundae *s,* ut videatur esse litera *z.* Subst. *iot,* puls (hibern. *íth,* p. 60), etiam in Vocab., unde bis *iotum,* hoc loco et infra. Apud Cangium spumaticum e gloss. saxon. Aelfrici est cibus farinosus sartagine paratus (germ. pfannkuchen); cambr. *bloteit* ergo deriv. e *blot* Vocab., hod. *blawd,* farina. Vox *emmeni* scripta supra *babtuta* (praecedit *caseum*) haud dubie non differt ab *amenen, emenin* butyrum, in Vocab., et ab hod. *ymenyn. bracaut,* mulsum (in Sg. 73[a]: mulsum, gl. *lemnach,* gl. marg. mulsum mel mixtum cum aqua), infra *brachaut,* in Vocab. *bregaud,* hod. cambr. *bragawd.*

(42[b]) *bahell,* securis, *bael* in composito mox sequente *laubael,* secularia. Discordat aliquantum non solum hodierna forma cambrica *bwyell* (cf. p. 787), sed etiam vetusta hibernica, obvia in Sg. *biáil* (gl. securis) 46[b], *biail* (gl. securis) 67[a], ubi etiam adj. *biáilde.* Vetustae formae germ. *bihal, bigil, bial* ap. Graff. 3, 43. *uudimm,* lignismus, est pro *guidim,* deriv. e subst. *guid,* arbor (vet. hibern. *fid,* gen. *fedo*), idemque cum *gudif, gudhyf* in Leg. 1. 38. 7; 2. 1. 4, et hod. *gwyddif* (scalprum, germ. schnittmesser). *laubael,* comp. cum subst. *lau,* manus (p. 133). *ochcul* inter instrumenta secantia (*capsus* et *capsa* vetustae latinitatis differunt significatione) videtur compositum e subst. *och* (cf. ap. Cang. *acha, achia,* securis, gall. hod. *la hache*) et adj. *cul,* tenuis.

tum *rascl.* lapidaria *cemecid.* scapa foratorium l. rostrum *tarater.* foratorium *gilb. onpresen.* ungulum *rump.* rostrum l. clauum *epill.* dolabra *gebel.* metallum *mas.* incudo *ennian.* malleus *ord.* seta *morthol.* rosarium *louhi.* baxus *creman.* uoscera *serr.* cultrum *cultir.* uomer *suh.* aratrum *ara.* raster *ocet.* iugum *iou.* baris *ciluin.* stipa *edil gerthi.* stimulus *sumpl.* artuum *cultel.*

---

dinaut, pipinnis, i. e. bipennis. Est in Sg. 67ª *áith* (gl. pinna) et *deáith* (gl. bipennis; ibid. 108ª: *áithæ,* gl. acutus: acus ab acutu); quaeritur inde, an non sit legendum *duiaut* (cf. cambr. hod. *id,* acumen, et p. 323). *nedim,* ascia, hod. *neddyf* (runcina, germ. hobel). *cep,* fosarium, i. e. fossarium, hod. *caib,* plur. *ceibiau,* ligo. *rascl,* sartum, hod. *rhasgyl,* instrumentum secandi in frusta. *cemecid,* lapidaria, hod. *cyfegydd,* instrumentum lapicidarum, compos. haud dubie cum praep. *cem-* = *cyf-*. *tarater,* terebra, hod. *taradyr,* unde verb. *taradru,* forare, *taradrydd,* perforator. Jam apud Isidor. 19, 19, 15: "taratrum quasi teratrum," vox haud dubie gallica, unde gall. hod. *tarière* (cf. Diez. Gramm. rom. 1, 35). *gilb,* hod. *gylf,* rostrum, referendum videtur ad praecedens rostrum, quamvis sit suprascriptum supra foratorium, post quod in linea ipsa sequitur obscurum *onpresen.* *rump,* hod. *rhwmp,* terebra, et *epill,* ap. Dav. *ebill,* terebrum, cestrum, verticulus, armor. *ebil,* cavilla, in Vocab. *ebil, obil,* clavus. *gebel,* dolabra, hod. *gefail,* plur. *gefeiliau,* instrumentum ad capiendum, significans tamen etiam, ut *gofail,* officinam, hibern. *gabul,* furca. *mas,* metallum, ut in Mab. 2, 210: *kymeint ar vas twym* (aeque ut ferrum candens); post metallum, quod supra scriptum est *mas,* in linea sequitur obscura vox *cloiumn.* *ennian,* in Mab. 2, 219. 232 *eingon* (incus), cambr. hod. *eingion;* cf. hibern. vet. *indéin* (gl. incus) Sg. 110ᵇ, hod. *inneoin,* gael. *innein, innean.* *ord,* malleus; ita etiam hibern. vet. *ordd* (gl. malleus) Sg. 49ª, cambr. hod. *gordd.* *morthol,* in Mab. 3, 89 *myrthwl* (malleus), cambr. hod. *myrthwyl,* vox eadem cum gall. hod. *marteau* e vetusto *martell* (de *th* e *t* cf. p. 171), a quo Carolus Martellus dictus est ob virtutem ut Judas Maccabaeus ab hebr. *maccabah,* malleus. Inter instrumenta pro sequente *rosarium* rectius videtur aut *rasorium* aut *fossarium,* ut supra; vox cambr. vet. *louhi* = *loui* aliunde ignota. *creman* forsan hodiern. *cryman,* falx, sicula. Incognitum est lat. *baxus;* *bacc* hibernicum instrumenti nomen legitur in Sg. 62ᵇ: *bacc boana fínime* (gl. ligo). *serr,* hod. *ser* significans quod supra dictum *rhasgyl.* *cultir,* lat. *culter,* in Vocab. *colter,* cambr. hod. *cwlltyr;* cf. infra *cultel.* *suh,* vomer, in Mab. 1, 9 *swch* (rostrum), hod. *swch aradyr,* rostrum aratri, vomer. De germ. *sech* me monet M. Hauptius. *ara,* aratrum; in Vocab. *aradar,* aratrum, et *araderuur,* arator, hodie *arad* et *aradyr, aradr,* ex quibus colligendae vetustae formae *arat* et *arater* (ut supra *tarater,* p. 796); quaeritur inde, an hoc *ara* sit integrum. *ocet,* haud dubie hodiern. *oged,* pro quo et *og,* irpex, crates occatoria (germ. *egge,* germ. vet. *egida*), quamvis lat. raster, rastrum aliud significat. *iou, ieu* Vocab., hod. cambr. *iau* (cf. p. 157). *ciluin,* baris; cf. ap. Cang.: buris, aratrum vel curvatura aratri, et mox: ea pars aratri, qua inflexa stiva stimoni adjungitur. *edil gerthi,* stipa; adj. *edil,* hod. *eiddil,* tenuis.

culter *celeell.* nouacula *elinn.* forceps *guillihim.* geptio *crat.* graticula *gratell.* sartago *lann.* acus *notuid.*

(43[a]) cos *ocoluin.* ansa *iehnlinn.* cuspis *arstud.* frenum *fruinn.* paglum *fruinn.* camum *cepister.* antella *postoloin.* bullo *bronnced.* appetitorium *gurtharet.* uentris lora *torcigel.* fibula *fual.* corigium *corruui.* sudaris *guapel.* sambuca *strotur gurehic guopell.* armella *armel.* glomerarium *hloimol.* compa *fual.*

---

subst. *gerthi* eadem vox, differens tantum derivatione, quae in Vocab. *garthou,* stimulus, hod. cambr. *garthon,* virga ad incitandos boves, Germanis etiam cognita vox, vet. *gart* (goth. *gazd*), stimulus, unde *garti,* sceptrum, *gertia, gerta* (hod. *gerte*), virga. *sumpl,* stimulus, hod. *swmyl, swmwl, swml,* plur. *symlau, symylau.* Sequentes voces in codice ita leguntur: *artuum .ɪ. celeell* in linea; suprascriptum supra lat. *artuum* est *cultel,* et supra cambr. *celeell* est *culter.* In Vocab. *collel,* cultellus, *kellillic,* artavus; in Mab. *cyllell,* plur. *cylleill, kylleil,* sica, hod. *cyllell,* plur. *cyllyll,* artavus. *elinn,* Mab. 1, 17. 2, 212 *ellyn* et hodie. *guillihim* (p. 116. 139). *crat,* geptio, videtur vas assandi; incerta est litera prima vocis *crat,* simillima tamen *c. gratell,* graticula, i. e. craticula, quae tamen scriptio *gr* pro *cr* etiam alibi (cf. Cang.) legitur; gall. vet. *greil* ap. Cang., hod. cambr. *greidell,* forma ad coquendas placentas. Sartago pro *lann* hujus loci, alibi in hac significatione non obvio, in Vocab. vertitur *padelhoern,* patella ferrea. *notuid,* hod. *nydwydd.*

(43[a]) *ocoluin,* cos, in Mab. 2, 229 *agalen,* hod. *ogalen, hogalen, hogal* (cf. *hogi,* acuere). Sequuntur voces in linea: *pecten. calcar. laueta. ansa et ansa. iehnlinn. cuspis,* supra quod scriptum est *arstud,* vox aliunde ignota, uti praecedens in linea *iehnlinn. fruinn,* hod. *ffrwyn. cepister,* camum (lege camus), e lat. capistrum, vox etiam alibi occurrens, in Leg. *kebyster,* plur. *kebystreu,* hod. *cebystyr. postoloin,* antella, ad quae sequentia ap. Cangium: "*antela, antella, antilena,* equi pectorale. Gloss. Isidori: antela, antilena, sicut postela, postilena. Papias MS. Bitur.: antela ornamentum equi, dicta quasi ante sellam, et postela quasi post sellam." Cambr. hod. *pystylwyn,* tegmen ephippii. Sequuntur voces: *corbum femorale partuncul,* quarum postrema quaeritur an sit cambrica. Deinceps *bronnced, gurtharet* composita haud dubie, unum e *bronn,* pectus, et *ced,* forsan hod. *cwdd,* tegmen, alterum e praep. *gurth,* sed non cognita aliunde pars posterior. *torcigel,* ventris lora, i. e. lorum, compos. e subst. *tor,* venter, et *cigel* (lorum? cingulum?); in Vocab. est *kigel,* colus. *fual,* fibula, infra iterum obvium, additum supra *compa,* videtur transsumtum e latino, ut et mox sequentia *corruui,* corigium (l. corrigia; *carrei* Mab. 2, 371, hod. *carai, -eiau*), *armel,* armella, *hloimol,* glomerarium. *guapel,* sudaris, vix differt a sequente *guopell,* hod. *gobell,* ephippium, sudaris ergo ephippium viri? Supra (p. 42[a]) sella significare videtur ephippium viri, post quod profertur sambuca, eph. feminae; hoc loco post sudaris: *sumbuca ::: et ultia quae pertinet mulieri.* Legitur suprascriptum supra sambuca: *strotur gurehic guopell,* quod esset in hodierna lingua: *ystrodwr gwraig, gobell* (sella mulie-

(43^{b}) satellites *casgoord.* auus *hendat.* habita *henmam.* materterae *modreped.*

(44^{a}) sera *delehid.* ualua *dor.* ius *iotum.* uinum *guin.* sicera *med.* melligtum *brachaut.* tapiseta *cilcet.* puluinare *plumauc.* ceruical *gubennid.* cubile *gueli liein.* saga *lenn.* staptum *tiis.* stratorium *cilcet.* pistor *coc.*

(44^{b}) palus *laichou.* stercora *halou.* elique lixam *hác diglniuhit lissiu.* stella *scirenn.* fornilium *munutolau.*

---

ris, ephippium). Est apud Cangium: "Sudaria, stragulum, quo equus insternitur, ne ejus sudor equitem inficiat."

(43^{b}) *casgoord,* satellites, *cosgord, gosgor* alibi: *gosgordd brenin yw* 360 *wyr* (regis satellites sunt 360 viri) Leg., *goscor,* familia, *den coscor,* cliens, in Vocab. Sunt hodie quoque simplex *cordd*, tribus, circulus, et composita *gwelygordd,* genus, tribus, linea (*gwely,* lectus, vicus), *ydgordd,* ager frumentarius, ut *trefkort,* (vicus) in Leg. 2. 4. 10, ad quam vocem *cordd* vix non adduci potest hibern. vet. *cuairt,* ambitus, circuitus. Pars prior autem *cas, cos* si conferenda est cum prisco gall. *cassi* in compositis Cassivellaunus, Velocasses etc., et hodierno gall. *chasse* (venatio), fuerit vox nostra primitus *cassicord,* venationis societas (cf. p. 97). *hendat,* avus, item *hendat* Vocab., hod. *hendad,* et *henmam,* habita i. e. avia, hod. *henfam. modreped,* materterae (p. 298. 805).

(44^{a}) *delehid,* sera; cf. obvia in Voc. *dialhyet,* clavis, *alwed,* clausura, et cambr. hod. *alwedd,* clavis. *dor,* valva, cambr. hod. *dor,* porta, in Vocab. *darat,* ostium, *darador,* ostiarius. *med,* hodie *medd,* in Vocab. *medu, meddou. iotum* supra 42^{a}, item *bracaut* pro *brachaut* hujus loci, ubi *melligtum* cum litera incerta supra *g* erit legendum *mellicatum. cilcet,* tapiseta et mox stratorium (cf. apud Cangium tapissium, tapisseria, i. e. aulaeum, et stratoria lectaria, quae sterni solent in lectis), rectius *cilchet* supra in glossis in Ovidium 38^{a}. *plumauc,* pulvinar, deriv. e subst. *plum,* hod. *pluf,* pluma; hod. adj. *plufawg,* plumosus. *gubennid,* hod. *gobenydd*, cujus strictior forma vetusta esset *guopennid,* compos. e praep. *guo-* et *pennid,* deriv. e subst. *penn. gueli liein,* cubile, proprie lectus lini; in Vocab. compos. *lienqueli,* sindo, cui opponitur ibidem *kalagueli,* stramentum, i. e. lectus straminis. *lenn,* saga, in Vocab. *len,* sagum, hib. vet. *lenn l. brat formtha* (gl. sagana vel saga) Sg. 51^{b}; ap. Cang. saga pro panni specie et lecti stragulo, et sagus, sagum, stragulum lecti, coopertorium. *tiis,* staptum; latina vox aliunde mihi ignota est, cambrica hodie *tais, teisen,* triclinium, lectus. *coc,* pistor; in Vocab. *kog,* cocus, coquus, unde *keghin*, coquina. Concordant glossae hibernicae in Sg.: *cucann* (gl. pistrinum) 49^{b}, *cucann* (gl. cocina, gl. culina) 51^{b}.

(44^{b}) *laichou, halou,* substantiva numeri pluralis, quorum illud aliunde ignotum est, hoc idem videtur quod hod. *hal,* palus salsa, unde adj. *halawg,* contaminatus, pollutus, impurus. *hac diglniuhit,* elique; locus in codice: *mulier ueni cito laua cap. mm.* (*cappam meam?*) *de sapuna elique lixam quan-*

(45ᵃ) expers *didaul.* hilaris *guilat.* praepositus *mair.* clades *hair.* patricius *hínhám.* praepositus *mair.*

(46ᵇ) fertilitas *dlonaid.* aue *ánbíic guell.* (47ᵃ) expers *didaul.*

B. Glossae Luxemburgenses.

Austum *douohinnom.* sulco *rec.* coetus *drogn.* remota *guparch.* rumoris *clot.* vibrat *crihot.* vigricat *rocredihan.* ulcera

---

diu fuero in ballenio. Puto legendum: *ac digleniuit* (*h* praemissa et immissa ut alibi, p. 139); *ac* particula hoc loco etiam ante consonam (cf. p. 684), hodie *ac* ante vocales tantum. Cum hod. *gleiniwyt*, claras, purificas, 2. ps. sing. praes. e verbo *gleiniaw* (adj. *glan*, purus), concordat nostrum *digleniuit* (pro *dogl.*, ut *diguolouichetic* supra pro *doguo-*) non solum addita *t* e pron. *ti*, tu, sed etiam excussa *b* (pro *diglenibui*), non tamen significatione, quae est adhuc futuri: purificabis, pro imperativo, ut *hacboi* supra II, 39ᵃ. *lissiu* (p. 141. 150). *scirenn*, clare in codice cum *sc*, in Vocab. *steren*, in recentiore lingua autem *seren, ser, syr* (cf. p. 142. 300). *munutolau*, fornilium, in codice: *super ignem ponant fornilium.* Apud Cangium: "fornilia, idem quod cremium apud Columellam, dicitur de minutioribus lignis et vepretis siccatis calefaciendo furno, unde nomen, accommodis." Vox cambrica aliunde non auditur.

(45ᵃ) *didaul*, expers, adj. compos. e part. *di-* privativa (p. 866) et subst. *daul*, obsoleta voce, ut videtur, sed quae adest etiam in vetusto hibernico verbo compos. *fodáli* (discernit, sejungit) Wb. Sg. Eadem glossa etiam infra occurrit in codice 47ᵃ. *guilat*, hilaris, derivatum videtur e subst. *guil*, cambr. hod. *gwyl*, hibern. vet. *fel*, festum, dies festus. *mair* bis in hac pagina obvium (cf. p. 119. 120. 121). *hair*, clades, pro *air;* est enim hodie *aer*, proelium, et hibern. vet. *ár* (gl. strages) Sg. 50ᵇ, *du ár* (gl. ad caedem) Ml. 33ᵈ (cf. p. 20. 119. 139). Textus codicis ipse hic est: *cladis magna facta est et de saxonibus percusi sunt multi. hinham* (p. 305), in codice in linea post haec: *patricius qui sedet iuxta regem in sede.* Accentus in codice superflui (cf. p. 1089, 45ᵇ).

(46ᵇ) *dlonaid* equidem putaverim derivatum *-aid* = *-aeth* = hibern. *-acht* ex adj. *llawn, llon;* hodiernum enim *llonaid*, plenitudo, in vetusta lingua est *-eit* non *-aid.* In *dl* autem significatio haberi poterit jam vetusta soni proprii *ll*, qui interdum scriptus etiam legitur *thl*, e. gr. in Registr. Caernarv. p. 154 *Dynthlayn* (man. recent. *Dinllaen*), p. 169 *Thlanrethlon* (man. recent. *llanrillo*), p. 216 *Thlanlibyon*, p. 210 *Thlannor*, p. 173 *Penthlyn* (p. 199 *Penllyn*). In codice vox *dlonaid* ita locata est: *quomodo fertilitis* (sic) *frui dlonaid. istius anni. anbiic guell*, formula salutandi cambrica frequens *henbych, henpych gwell* (p. 541).

(Gl. Lxb.) Supra omisi, quae a Monio etiam e codice proferuntur vocabula non cambrica, latina insolita vel etiam barbara, corrupta, obscura et inaudita, latine explicata cadus unda. follum vallem. pulla nigra. domescas in-

creithi. assiles *cronion*. garrulis *riglion*. spumaticus *euonoc*. inertes *blinion*. tabe *ufedis nicedlest néviom*. regulosis *natrolion*. orgiis *imrogalou*. esciferis *benolion*. senis *eusiniou*. fidis *toruisiolion*. fusam *gurpait*. andrivenereis *couuantolion*. sulcavissent *roricseti*. samo *ancou*. congelo *congrogu*. olivavit *rogulipias*. se-

---

genia. conclavas venas. lectriceam lectricem. conis occulis. baiolat portat. gugras capita. gibrose humane. gibras homines. dusmus diabolus. follaminis vallis. occupat acupet. gibriosa humana. lastrat invitat. quæræsta bestia. sennarum dentium. Quaeritur, annon sit addendum etiam: tona mortalem, cum *tona* (p. 108) praecedat, indubie cambrica autem sequantur latinam vocem.

Douohinnom, austum i. e. haustum, haustus; pro quo equidem exspectaverim *douorinnom* propter infra sequens *doguorennam*, profundo (cf. ob formam et compositionem p. 789. 879). *rec*, sulco, sine terminatione personali, ut infra *congrogu*, congelo, dum adest in aliis. *drogn*, coetus, infra *drog*, factio; recte affert Monius hibern. *drong*, coetus, copiae. *guparch*, compos. e praep. *gu-*, *go-*, *guo-* et subst. *parch* (honor) Mab. 1, 36, cum particula privativa *amarch* (= *am-parch*) Mab. 1, 276, ejusdem ergo fere significationis ut sequens *clot*; quaeritur inde, an recte sit lectum vel locatum lat. *remota*. *clot*, rumor, i. e. gloria, substantivum frequentissimum in Mab., haud dubie ponendum pro *dot*, quod exhibet Monius. *crihot*, vibrat, sine *h* immissa *criot*, concordat cum cambr. hod. *crydu*, *crydiu*, quatere, concutere, excepta vocali *o* post *i*, si non est loco internae *i* hujus personae. Item *rocredihan*, rectius *rocretian*, *rocritian*, vigricat, rectius vibritat, cum praemissa *ro* intensiva, cum hod. *crydian*. *creithi* (p. 290). *cronion*, assiles, sing. *cron*, tornatilis infra, *crwnn* Mab., hibern. vet. *cruind*, rotundus (p. 168). *riglion*, garruli, aut *riolion* legendum est aut *rigolion*, cum sit eadem vox hod. adj. *rhuawl*, loquax, garrulus, ex subst. *rhu* cum *u* pro *i*, ut *pump* pro vetusto *pimp*, *g* finali primitiva forsan perdita. *euonoc*, spumaticus; subst. cambr. hod. *ewyn*, spuma. *blinion*, e sing. *blin* infra sequente. *ufedis nicedlest néviom*, tabe, mihi omnino obscura. *natrolion*, gl. regulosis, a lat. *natura* deducere equidem dubitaverim; forsan rectius *matrolion* (hod. adj. *madrawl*; cf. nom. gall. Matrona), quod esset irrigui. *imrogalou*, orgia, plur. haud dubie, compos. cum *im-*, *em-* (p. 870), sed ignota vox *rogal*, si non cognata cum *rein* (e *regin*, *rogin?*) substantivi compos. *emreyn* (coitus) Leg. *benolion* legendum *beuolion* ipse editor Monius censet, afferens hod. cambr. *bywawl*, vivus, ad vitam pertinens. *eusiniou*, e sing. hod. cambr. *eisin*, furfur, cum *eu* pro recentiore *ei* ut in infra sequente *holeused;* cum voce latina *senis* concordat gall. hod. *son*, furfur, utraque forsan e celtica curtata. *toruisiolion*, fidi, infra in singulari *torguisi;* vox incognita hodie, forsan composita *dor-gu*. *do-guor-gu.*, commonefaciens hibern. vet. *torisse* idem significantis. *gurpait* Monium recte puto contulisse cum hod. *gurboeth* (*poeth*), nimis ardens: fusam, fusum ergo idem quod aes fusum. *couuantolion* (p. 145). *roricseti*, sulcavissent, e supra memorato *rec* vel *recam*, sulco; sed postulandum videtur *roricsent* ob terminationem *-eti* inauditam in cambrica lingua. *ancou*, in Vocab. eadem

migilatis *hantertoetic*. machide . . *airmaou*. alligeris *atanocion*. essum afroniosus *diprim euonoc*. gutaricau . . *roluncas*. phalanges *bodiniou*. decreat *dodimenu*. essura *doru* . . grassatur *dodipre* . . vecordia *bicoled*. nequit *nepen*. inærte *blin*. edulia *dor- . . . dou*. decoreo *cadr*. collegio *cuntullet*. acri *deurr*. atrocia *arotrion*. praepugnis *ardrén*. avelloso *catol*. concitis *buenion*. partimonia *rannou*. litturam *linom*. nevi *tigom*. durili *calut*. fidoque *torguisi*. rostratam *golbinoc*. perforo *treorgtim*. stravi *strouis*. pithis *nanplion*. conflictis *astoitou*. avelloso *catal ind* (?).

---

scriptione *ancou*, mors, hod. cambr. *angeu; samo* ergo mors literis transpositis, et cum *a* pro *r*? *congrogu*, congelo, compos. e *rogu* = *rou*, hod. *rhew* (gelu), *rhewi* (gelare), cum immissa *g*, ut videtur, inter radicem et particulam. *rogulipias* (p. 66. 502). *hantertoetic*, semigilatis, i. e. semicelatus, semitectus, si confertur hod. *toad*, tegmentum, *toadwy*, tegendus. Legitur tamen armor. *gourtoet* (exspectate), *gourtos* (vigilare, p. 876), ita ut videri possit *semigilatis* pro *semivigilatus*. *airmaou*, loci pugnae (p. 291). *atanocion*, alligeris, i. e. aligeri, e sing. *atanauc* ab *atan*, ala, penna (cf. *etinet*, volucres, II, 40[b]). *diprim euonoc*, essum afroniosus, i. e. cibus spumaticus; *diprim*, deriv. e *dipri*, edere (p. 184). *roluncas*, guturicau. ., i. e. gutturicavit (p. 502); hod. *llyncu*, devorare. *bodiniou*, phalanges, a sing. *bodin* infra obvio, *bydin* (turma, agmen) Mab. fq., hod. *byddin*. *dodimenu* e radice *men*, *myn*, unde hod. cambr. *difyn*, et verb. *difyniaw*, minuere, lacerare. *dodipre* . ., compos. ut *dodimenu*, cujus radicem supponendam glossae mutilae affert Monius *preiddiaw*, praedari, *dybreiddiaw*, depraedari. *bicoled*, vecordia, i. e. timiditas; cf. hod. *bygyliaeth*, terrificatio, e *bygylu*, terrere, et *bwgwl*, minatio. *nepen*, nequit, non amplius auditum hodie. *blin*, inærte, i. e. iners, supra *blinion*, inertes. *dor . . . dou*, edulia, pluralis antecedentis item mutilae vocis *doru* . ., essura; sed incertum est medium vocis. *cadr*, decorus, armor. *kaer*, formosus (p. 122). *cuntullet*, collegium, plur. infra *cuntelletou*, collegia (cf. p. 873). *deurr*, acris, acer, forsan idem quod supra memoratum *dur* (p. 1089). *arotrion*, atrocia, adjectivum obsoletum hodie; diversum est enim haud dubie *arodrudd*, compos. *ar-go-drudd*. Compositum videtur cum *ar-* ut sequens *ardrén*, praepugnis; adj. hod. cambr. *tren* (strenuus, fortis; hibern. vet. *trén*) cum partic. *ar-*, quae videtur esse loco intensivae *er-* (p. 867). *catol* cum mox sequente suspecto *catal ind* (leg. *catoleid*, *catolid?*) e *cat*, pugna? sed obscurum omnino est bis prolatum *avelloso*. *buenion* e sing. *buan* (p. 296). *rannou*, partimonia, partes (p. 291). *linom*, litura (p. 789), derivatum ut sequens *tigom*. *calut*, adj. frequens cambr. *calet* (durus) Mab., hod. *caled*. *golbinoc*, rostratus; subst. hod. *gylfin*, rostrum (cf. etiam vet. *gilb*, p. 1093). *treorgtim*, perforo, cum terminatio *-im* alias inaudita sit, quaeritur an etiam in radice sit bene redditum. Num pro *treorgam*, *treguergiam*, cui conferendum adj. *guerg* (p. 11, not.), an pro *treuorgatim*, i. e. *tre-guor-gatam*, cui conferendum supra obvium *digatma?* In Sg. *trisgataim* (gl. foro, p. 819). *strouis* (p. 501).

in agone *enarima.* strages *airou.* nevum *liou.* ac libosas *milinon.* tornatili *cron.* tonsuras *guiltiatou.* comas *mogou.* et spisis *c . . . peticion.* jubis *ableuou.* stemicamina *comtoou.* priscae *entic.* tignae *cipriou.* scratu *aqrimunou.* turmae *trebou.* munimenta *caiou.* concitis *buenion.* præcentur *iolent.* phalangem *bodin.* cianti *aarecer.* et ossilem *ascrunol.* seriem *nim.* factionem *drog.* emolumenti *coimo.* collegia *cuntelletou.* lustrant *arcera.* profundo *doguorennam.* per avia *tidoihinto.* et agrica *tiroliou.* depromis *douo-*

---

nanplion, fortasse *nanolion,* ut supra *riglion* pro *riolion,* e *nan* (aliquid), ut sit *pithi* conferendum cum cambr. hod. *peth* (res, aliquid)? *astoitou,* conflictis, i. e. conflictus, plur. subst. *astoit,* derivat. in *-oit, -wyt* (p. 810), cujus radix *ast* (an legendum *cat?*) deest in hodierna lingua. *enarima,* in agone, i. e. *en airma,* in loco pugnae. *airou,* plur. subst. *air, aer. liou,* nevum i. e. naevus, rectius *liu,* hod. cambr. *lliw,* cum vix statuenda sit forma pluralis. *milinon,* libosas, i. e. livosi, lividi vel potius flavi, hod. *melynyon* (p. 294). *cron,* supra *cronion. guiltiatou,* tonsurae, referendum videtur, cum sit quidem hod. *gwelltiad,* sed significans stramentum, e *gwellt,* stramen, ad subst. *gwallt,* capillus, caesaries. *mogou,* comae, rectius *mongou,* hod. sing. *mwng,* juba, hibern. vet. *mong* (gl. cirrus) Sg. 159[a]. Pr. Cr. 63[b]. *c . . . peticion,* spissi, restituendum videtur *clapeticion,* partic. praet. pass. e verb. hod. *clapiaw,* denom. a *clap, clamp,* massa, globus, moles. *ableuou,* jubae, a *bleu* (p. 127), fortasse *a bleuou,* cum partic. *a* copulativa, ut mox ante latine *ac libosas, et spisis. comtoou,* compos. plur., cujus radix melius ad subst. *to,* copia, agmen (p. 163), referri poterit, quam ad supra obvium *hantertoetic;* sed quid insolitum *stemicamina? entic,* priscus, transsumtum lat. *antiquus;* cf. etiam germ. vet. *entisk,* antiquus, Graff. 1, 385. *cipriou,* plur., tignae, num pro tigna an pro tineae? Hodierna lingua nihil certi offert. *aqrimunou,* vox aliunde non cognita; *scratu,* num germ. vet. *scratun* (gl. pilosi)? Quae vox etiam in slavicis dialectis obtinet (cf. Grimm. Mythol. s. v.). *trebou, caiou,* plur.; hodiernae formae *tref, cae. buenion,* in hoc loco in codice mire *buenion* cum *n* suprascripta, jam supra aderat. *iolent,* precentur; imperat. etiam hodie *iolent,* praes. *iolynt* a verb. *iol,* implorare. *bodin,* supra plur. *bodinion. aarecer,* cianti, et mox infra sequens *arcera,* lustrant, vel potius lastranti (non adest forma tertiae personae pluralis in verbo cambrico), unum et idem videtur, fortasse negligentius scriptum pro *arcerch* vel *a arcerch,* qui lastrat i. e. invitat, ciet (cambr. *cyrchu,* verbum frequentissimum). *ascrunol,* rectius *ascurnol. ascurnaul,* ad os pertinens, a subst. *ascurn. nim,* hod. *nif* et *nifer* (vet. *nimer,* p. 129. 239), numerus, copia. *drog,* factio, certe non differt a supra obvio *drogn,* coetus, cum etiam hibern. *drong* non solum coetum, sed etiam partitionem, divisionem significet; cf. *mog* pro *mong. coimo,* pro *coimou* (ut mox *doihinto*), emolumenta, i. e. operationes, difficultates, ab emoliri; non diversum videtur hod. *chwyf,* actio, motio, si confertur supra obvium *couantolion* pro hod. *chwantolion. doguorennam* (p. 498. 879). *tidoihinto,* per avia; postulandum est *di doihintou,* vel *tri, troi dohintiou* (p. 866). *tiroliou,* minus bene pro

louse. verbialia *cobrouol.* inlatam *dodocetic.* apocant *ómcobloent.* bradium *bud.* canoris *holeused.*

C. Vocabularium cornicum.

(Cod. 7ᵃ) Deus omnipotens, *duy chefuidoc.* Celum, *nef.* Angelus, *ail.* Archangelus, *archail.* Stella, *steren.* Sol, *heuul.* Luna, *luir.* Firmamentum, *firmament.* Cursus, *redegua.* Mundus l. cosmus, *enbit.* Tellus, *tir.* Terram, *doer.* Humus, *gueret.* Mare, *mor.* Equor, *spauen mor.* Pelagus, *mor difeid.* Occeanum, *mor tot.* Homo, *den.* Mas l. masculus, *gurruid.* Femina,

---

tirolion ut supra *bueniou,* e sing. adj. *tirol, tiraul,* a *tir,* terra, ager. *douolouse,* depromis, compos. *do-uo-l., do-guo-l.,* cujus radix (*lous* = hod. *llaus*) non occurrit in lexicis hodiernae linguae. *cobrouol,* verbialia, vel potius verbialis, ob singularem cambricum (p. 873). Sed videtur fere adesse hic derivatum e nomine gentis *combro, cobrou* (cf. *iou* e jugum) significans aliquem quocum possunt verba fieri. Differt significatione hod. adj. *breuawl,* fragilis. *dodocetic,* illatus, part. praet. pass. verb. *duc* (p. 528. 548. 875). *omcobloent* apocant, i. e. calumnientur invicem, imperat. ut supra *iolent,* verbi compos. e part. *om-, im-* (p. 870) et *cablu* (calumniari) Mab. 3, 267. *bud,* bradium, ut scribitur etiam in codicibus hibernicis, i. e. bravium, victoria (p. 27. 118). *holeused,* canoris, i. e. canorus? compos. ex *ho-* (p. 109) et *leused,* e subst. *leus,* hod. *llais* (vox, sonus), e quo verb. *lleisiaw, adleisiaw,* resonare. Terminatio *-ed* cum non obtineat in adjectivis numeri pluralis, videtur statuenda derivatio *-ed* = *eid* (p. 861).

(7ᵃ) *duy chefuidoc,* cambr. hod. *duw cyfoethawg,* adj. e subst. *cyfoeth,* hibern. *cumacht. ail,* in Pass. *el* (p. 165), e latina voce, ut *oin* infra sequens ex *agnus. steren,* armor. hod. *steren,* cambr. hod. *seren* (cf. p. 142. 300). *heuul, luir,* armor. *heol, hiaol, loer, loar,* cambr. *haul, lloer. redegua,* compos. (p. 860). *enbit: bit,* cambr. hod. *byd,* cum part. intensiva (p. 869). *tir, doer: tir adayar,* formula saepius obvia in Leg., item in eccles. Land. privil. (Lib. Land. p. 113): *idy thir hac idi dair, y thir hay dayr,* in Mab. 3, 144: *ny buost ti hawlwr tir adayar eiryoet* (non fuisti tu adpetitor terrae tellurisque unquam). *gueret,* cambr. hod. *gweryd. mor difeid,* cambr. *mor difaith,* mare turbidum, inquietum, cui opponitur procul dubio *spauen mor,* aequor, mare aequum, quietum, cui num possit conferri cambr. hod. *yspai, yspaith,* claritas, prospectus, quaeritur; nec differre videtur *mor tot,* si confertur cambr. subst. adj. *tawd, taw,* extensio, quies, quietus. Cambr. *mor tawch* dicitur mare germanicum, i. e. mare nebulosum.

Den, cambr. *dyn,* quae forma etiam additur a recentiore manu. *gurruid,* cambr. *gwryw,* masculus, an compos. *gurrid,* ut sequens *benenrid,* cambr. *benen rydd,* mulier libera, non nupta, et ut infra *benenuat,* matrona, i. e. femina

benenrid. Sexus, *antromet.* Membrum, *esel.* Capud, *pen.* Vertex, *divuleuuit.* Cerebrum, *impinion.* Ceruix, *chil.* Collum, *conna.* Frons, *tal.* Nasus, *trein.* Naris, *fruc.* Capillus, *bleu yn pen.* Cesaries, *gols.* Coma, *cudin.* Auris, *scouarn.* Maxilla, *grud.* Timpus, *erieu.* Facies, *enuoch.* Supercilium, *abrans.* Palpebre, *bleuenlagat.* Oculus, *lagat* ul. oculi, *legeit.* Pupilla, *biuenlagat.* Os, *genau.* Oss, *ascorn.* Dens, *dans.* Dentes, *dannet.* Lingua, *tauot.* Palatum, *stefenic.* Labia, *gueus.* Guttur, *briansen.* Mentum, *elgeht.* Barba, *barf.* Barbam, *baref.* Collum, *guar.* Pectus, *cluit duiuron.* Cor, *colon.* Pulmo, *sceuens.* Jecur, *aui.* Fel, *bistel.* Stomacus, *glas.* Splen, *lepilloit.* Adeps, *blonec.* Aruina, *suif.* Viscus, *culurionein.* Exstum, *enederen.* Sanguis, *guit.* Caro, *chic.* Cutis, *he.* Pellis, *croin.* Scapula, *scuid.*

---

bona? *antromet,* vox aliunde incognita. *esel* (p. 290. 786). hib. *asil* (gl. artus) Sg. 68[a]. *divuleuuit,* cambr. hod. *llewydd,* vortex, punctum radians, cum *divu-* = *di-guo-, do-guo-* (p. 879). *impinion* (p. 294). *chil* = *cil,* hibern. vet. *cúl,* tergum (sed *bráge,* gl. cervix, Sg. 50[a]). *conna,* recentius corn. *codna* ap. Pryce (immissa *d* more solito ante *n*). *trein,* cambr. *trwyn,* nasus, rostrum. *fruc,* legendum videtur *frui,* armor. *fri* Buh. 106, 12. hod. *fri,* pl. *friou,* cambr. *ffroen,* hibern. vet. *srón,* nasus. *bleu yn pen,* ut sequens *bleu en lagat,* pilus in capite, oculo. *gols* (p. 151. 177), cambr. *gwallt,* hibern. gael. *falt.* *cudin,* cambr. *cudyn,* arm. *kuden.* *scouarn,* arm. *skouarn,* cambr. *ysgyfarn.* *grud,* cambr. *grudd,* hibern. vet. *gruad* (gl. mala) Sg. 14[a]. *erieu,* timpus, i. e. tempus, tempora capitis, vox aliunde incognita; significat idem arm. *iridik, daou-iridik.* *enuoch,* cambr. *boch,* maxilla, cum *en-* intensiva. *abrans,* armor. *abrant,* cambr. *amrant.* *lagat,* pl. *legeit,* armor. *lagad,* cambr. *llygad.* *biuenlagat* (p. 127). *genau,* armor. *genou,* forma derivata e cambr. hib. *gen,* cujus est etiam cambr. plur. *geneuau* (labia). *ascorn* (p. 794). *dans, dannet,* pro *dant, dantet* (p. 177. 187). *tauot,* cambr. *tafawd.* *stefenic,* arm. *stan, staon* pro *stavn, stafn,* cambr. *ystefaig.* *gueus,* armor. *gweuz, gwez, geuz,* cambr. *gwefus,* *gwefus.* *briansen* = *brianten;* cf. cambr. *breuant,* fortasse et arm. *brennid.* *elgeht,* arm. *elgez,* cambr. *elgeth.* *barf* et *baref,* ut infra *bis* et *bes.* *guar,* cambr. *gwar,* pars superior tergi, arm. adj. subst. *gwar,* curvus, curvatura. *cluit duiuron,* cambr. *clwyd y ddwyfron,* crates, corbis pectoris: *cluit* (p. 114). *duiuron, duifron,* ut infra *duiglun, duilof.* Cf. hibern. *cliab,* corbis et pectus. *colon,* corn. *colon* Pass., armor. *calon* Buh., hod. *caloun,* cambr. *calon.* *sceuens* pro *sceuent* (p. 177), armor. *skeuent, skeent,* cambr. *ysgyfaint,* hibern. hod. *sgamhan.* *aui,* cui addit manus recentior *aoy,* armor. *avu, au, eu,* cambr. *afu, au.* Item hibern. vet. *oo, óa:* *caebb. oo* (gl. jecur) Sg. 6[b]. *óa* (gl. jecur) Sg. 65[b]. *cride et óa* Wb. 12[b]. *bistel, bestyll* Pass. 202, 2, cambr. *bustl,* arm. *bestl.* *glas, lepilloit* (*p* = *v*?), *culurionein* (vel *-em,* incertum). *enederen,* propria videntur vocabula cornicae dialecti, non obvia in aliis eadem significantia. *blo-*

Dorsum, *chein*. Uenter, *tor l. talon*. Brachium, *brech*. Vlna, *elin*. Manus, *lau l. lof*. Digitus, *bis*. Digiti, *bess;*. Digitum, *bes*. Vnguis, *euuin*. Palma, *palf*. Artus, *chefals*. Latus, *tenepen*. Costa, *asen*. Renes, *duiglun*. Neruus, *goiuen*. Vena, *guid*. Femur l. coxa, *morboit*. Clunis, *penclun*. Genu, *penclin*. Wulua, *cheber*. Sura, *logodenfer*. Crus, *fer*. Tibia, *elescher*. Talus, *lifern*. Pes, *truit*. Planta, *godentruit*. Allax, *bis truit*. Vngula, *epincarn*. Patriarcha, *hupeltat*. Propheta, *profuit*. Apo-

---

nec, armor. *blonek*, cambr. *bloneg*. *suif*, cambr. *swyf*. *guit*, *goys* in Pass., arm. *gwad*, *gwed*, *goed*, cambr. *gwaet* Mab., hod. *gwaed*. *chic*, arm. *kik*, *kig*, cambr. *cig*. *he* pro *che*, *chen*, cambr. *cen*. *croin*, armor. *kroc'hen* gutturali immissa (ut in *bouc'hal* pro *bwyall*), cambr. *croen*, pl. *crwyn*. *scuid*, arm. *skoaz*, cambr. *ysgwydd*. *chein*, arm. *kein*, e *kefn*, *kefin*, cambr. *cefyn* (p. 160. 163). *tor*, *talon*, arm. *tor*, *teur*, cambr. *tor*, *talon*. *brech*, *elin*, arm. *brec'h*, *breac'h*, *elin*, *ilin*, cambr. *breich* (p. 97), *elin*. *lau*, *lof* (p. 111. 133. 135). *bis*, *bes*, arm. *biz*, *bez*, pl. *beziad*, cambr. *bys*, pl. *bysedd*. *bess;* in codice scriptum num legendum *bessi*, an *bessus*, *besses?* *euuin*, arm. *ivin*, cambr. *iwin*. *palf*, *chefals* (p. 135. 177); cambr. verb. *cyfalleu*, conjungere, adj. *cyfall*, junctus, *kyfaillt* Mab., amicus. *tenepen* = *teneven: tenewen*, *tenewyn* Pass. 71, 1. 221. 2, cambr. *tenewyn;* arm. *tevenn* litus significat. *asen*, pl. *asow* Pass. 218, 4, cambr. *asen*, pl. *asau*, *asenau*. *duiglun*, ut *duiuron*; *glun* aliunde incognitum, an cf. arm. *lunac'h?* *goiuen* item incognitum, fortasse corruptum pro *colmen* (p. 789). *guid*, cambr. *gwyth*, arm. *gwàzen*, *gwazien*. *morboit* legendum *mordoit*, arm. *morzed*, *morzad*, cambr. *mordwyt* Mab. 1, 267, *morduit*, *morduith* Leg., hod. *morddwyd*. *penclun* (arm. *klun*, cambr. *clun*, coxa), item cambr.: *o benn y glun* Mab. 2, 201, formula loquendi ut mox *penclin*, rectius *penglin;* est enim *glin*, hibern. vet. *glún*, genu, et hodie arm. *pennglin*, cambr. *penlin*, genu, proprie prominentia ejus membri. *cheber* videtur idem quod arm. *kebr*, cinctura, crepido, ni legendum est *cheder*, i. e. *ceder*, cambr. vet. *caitoir* (supra II, 41^b^), hod. *cedawr*, arm. *kezour*, *kaezour*, pubes. Confer tamen etiam vet. hib. *caebb. oo* (gl. jecur) Sg. 6^b^, vet. bohem. *kepp* (gl. vulva) Hanka Zbjrka p. 24 et vet. germ. *chepis*, *chebis*, et *chebisa*, *kebisa* (pellex, concubina). *logodenfer*, i. e. mus cruris; mox enim *fer*, crus, et infra *logoden*, mus, sorex. *elescher*, arm. *esker*, cambr. hod. *esgair*, vet. *esceir:* Sisillus *esceir hir*, id est, tibia longa, Girald. Itin. Cambr. 2, 2, ita ut syllaba *el* praecedens suspecta videatur. *lifern* fortasse legendum *ufern*, cambr. *ufarn* Leg., ap. Owen. *ucharn*, *fern*, *fer*, *bigwrn*, *migwrn* voces variatae vel corruptae idem significantes. Cf. hib. vet. *odbrann* (gl. talus) Sg. 48^a^. *truit*, *troit*, *troet* (p. 303), *god* vel *goden* vox aliunde incognita. *epincarn* leg. *evincarn*, comp. ex *ewin* supra obvio et *carn*, ungula.

Hupeltat, compos. ut infra sequentia *hupeluair*, *hupelpur*, in quibus mira est *p* pro *ch*, cum sint hodiernae formae cambricae *ucheldad*, *uchelfair*, *uchelwr* ex adj. *uchel*, hibern. vet. *uasal* (p. 827). E vocibus infra sequentibus patebit, *p* in Vocab. non solum esse scriptam pro *v*, *w*, sed etiam saepius pro *hv*,

stolus, *apostol.* Archiepiscopus, *archescop.* Episcopus, *escop.* Regnum, *ruifanaid.* Abbas, *abat.* Presbiter, *hebrenchiat plui l. oferiat.* Sacerdos, *prounder.* Clericus, *cloireg.* Diaconus l. leuita, *diagon.* Monachus, *manach.* Monacha l. monialis, *manaes.* Anachoreta, *ancar.* Heremita, *ermit.* Nonna, *laines.* Cantor, *cheniat.* Cantrix, *canores.* Lector, *redior.* Lectrix, *rediores.* Laicus, *leic.* Coniux, *chespar.* Castus, *guaf.* Incestus, *sqenip.* Pulcher, *teg.* Formosus, *faidus.* Speciosus l. decorus, *carder.* Deformis, *disliu.* Pater, *tat.* Mater, *mam.* Auus, *hendat.* Abauus, *hengog.* Proauus, *dipog.* Attauus, *gurhhog.* Filius, *mab.* Filia,

---

chw, unde transgressa fuerit etiam in locum solius *ch.* Sed forsan descriptor Vocabularii literam *v* britannicam vel cornicam male confudit cum *p* (distincta est enim scriptio), ut, si huic locus non est, legenda sit semper *v. profuit* (p. 114). *escop,* arm. *eskop,* cambr. *esgob;* cf. hibern. vet. *epscop,* hod. *easbog. ruifanaid* obvium et infra: *guailen ruifanaid,* sceptrum, ad quod et pertinent infra porro sequentia *ruifanes,* regina, *gurhemin ruif,* edictum, nec aliena videntur *ruif,* remus, *ruifadur,* remex; est enim hodie quoque cambr. *rhwyf,* remus et jussus, *rhwyfan, rhwyfanu,* dominari, *rhwyfaniaeth,* dominatio, *rhwyfanes,* dominatrix, *rhwyfiadur,* gubernator. In Mab. 2, 390: *gwilym uab rwyf freinc* (Gu. filius regis Francorum). Conferendum porro nomen vetustum Rêmi. Separandum ergo est *ruy,* rex. *hebrenchiat plui,* i. e. dux plebis, parochiae; *hebrenchiat,* infra *hebrenciat* (p. 805), *plui* (p. 163). *oferiat,* in Leg. *efeiriat,* pl. *efferiet, efeiryeit,* deriv. a subst. *ofer* (missa), unde et *ofrum* (oblatio), e lat. *offerre. prounder,* transsumtum lat. *praebendarius,* transsumtae ita et sequentes voces *cloireg* (arm. *cloarec,* p. 115. 184), *diagon* (p. 184), *manach, manaes* (cambr. *manaches,* p. 801), *ancar, ermit* (supra quod scribitur in codice *h* a manu recentiore), et mox infra *leic. laines,* armor. *leanes,* sanctimonialis, in Buh. fq., *leandi,* monasterium puellarum, Buh. 18, 15. 38, 4 (cf. hod. *le,* votum), cambr. *lleian,* monacha, unde *lleianaeth, lleianawl, lleiandy. cheniat* (p. 806), cambr. *ceiniad,* a *canu,* canere, unde et *canwr,* cantor, e quo motione factum est sequens *canores. redior, rediores,* e verbo *redye.* legere, Pass. 187, 3, unde *redyn,* legimus, 204, 3, *redys,* lectus, 189, 4, quod est transsumtum angl. *read. chespar* in codice legendum videtur *chemar,* cambr. *cymhar* (p. 227. 874), ni est pro *chetpar* (p. 875). *guaf, sqenip,* incognitae aliunde voces; arm. hod. *gwaf, goaf* hastam significat. *teg* (cf. II. 39[b]). *faidus,* arm. hod. *faezuz, fezuz,* vincens, praevalidus, e. gr. sermone, hic forma praevalidus. *carder,* adj. *car,* ut videtur, cum syllaba suspecta *-der,* quae substantivorum tantum derivatio est (p. 797). *disliu* (p. 866).

Tat, hendat (p. 1095), *mam* = *mamm, mamma* (p. 132. 133), voces e lingua infantum, quae successerunt in locum primitivarum *pater* (= hibern. vet. *athir,* excussa *p,* p. 77), *mauter, moter* (cf. cambr. *modrep,* matertera. p. 805). *hengog, dipog, gurhogg,* composita cum *cog,* ut videtur (*gurhhog* = *gurchog, dipog* = *digog* an *dichog?*), quae vox ignota est etiam cambricae

much. Liberi, *flechet.* Soboles, *ach.* Familia, *goscor pi teilu.* Frater, *broder l. braud.* Soror, *piur.* Victricus, *altrou.* Nouerca, *altruan.* Priuignus, *els.* Filiaster, *elses.* Nepos, *noi.* Neptis, *noit.* Altor l. nutritor, *tatuat.* Altrix l. nutrix, *mamaid.* Alumpnus, *mab meidrin.* Patruus, *euiter abard tat.* Avunculus, *abarh mam.* Matertera, *modereb abarh mam.* Amita, *abarh tat.* Osculum, *jmpog l. cussin.* Basium, *poccuil.* Propincus, *nesheuin.* (7[b]) Affinis l. consanguineus, *carogos.* Amicus, *car.* Progenies l. tribus, *leid.* Generatio, *kinethel.* Gener, *dof.* Socer, *hvigeren.* Socrus, *hveger.* Nurus, *guhit.* Rex, *ruy.* Sceptrum, *guailen ruifanaid.* Regina, *ruifanes.* Imperator l. Cesar l. Augustus, *emperur.* Imperatrix l. Augusta, *emperiz.* Princeps, *pendeuig.* Dux,

---

